




00079423



LILII
GREG· GYRALDI
FERRARIENSIS


Operum quæ extant
omnium

TOMVS SECVNDVS.

*Cum ELENCHO Librorum, & locupletissimo Rerum
atque Verborum INDICE.*

79423

Caroli



Matthij

BASILEAE
Per Thomam Guarinum.
M D LXXX.

.



00079423

AD ILLVSTRISSIMAM
FERRARIAE ET CARNVTI PRIN-
CIPEM D. RENATAM, LVD. XII.
GALL. REGIS F.

LILII GREGORII GYRALDI FER-
rariensis in suos de poetarum historia
dialogos

P R A E F A T I O.



SILPONEM Megaricum philoso-
phum, acutum sanè hominem & pro-
batū antiquis temporibus, accepimus,
cū per quietem aliquando iratū Ne-
ptunū vidisset, quòd illi, vt patrius mos
erat, bouem non mactasset, nihil terri-
rum dixisse, Quid agis, ò Neptune? quid
vt puer iratus, huc ad me venisti? an ea scilicet causa, quòd à
foeneratoribus mutuò pecuniam non accepi, vt opimæ ni-
dore victimæ tota tibi ciuitas compleretur? cæterum ego ex
ijs, quæ domi erant, sacra pro facultate feci. Hic subrisisse vi-
sus est Neptunus, porrectaq; dextera polliceri, se foecūdum
annum, vberemq; prouentum eius gratia Megarensibus cō-
cessurū. Ita mihi DVX inclyta, ac Princeps illustriss. de meis
his Dialogis euenire optauerim, quos olim penè puer, ceu
ingenij crepundia composueram, nūc verò demum sub tuo
nomine in lucem dare cōstitui, vt ex domi nata, parua licet,
foetura, ex bona tamen nostra voluntate, non exigua litera-
rum studiosis vtilitas, fructusq; proueniret. Sed qui nec for-
mæ & venustatis deæ pepercit Momus, me terret identidē,
& veluti Calliphanis (vt est in Græcorum prouerbio) vanū
& inane meum hoc studium accusat: & licet ipse ea, quæ in
omnium ore versatur, excusatione me tueri nitar, me pro vi-
ribus & facultate fecisse: ille nihilominus vsq; terrere nō de-
finit, id fecisse non satis esse dictitans, desistendum ab incoe-
pto potius, quàm aliquid malè tentandum. Contrà ego his
exemplis atq; sententijs obniti sæpe sum solitus, ne ceu hu-
milis ac demissi animi homo terreri videar: cuius id vitium

E P I S T O L A

esse scribit Aristoteles, ignominiam ne quidem minimam ferre posse, & quamlibet iacturam, summam existimare calamitatem: illudq; in primis Hieronymi Rhodij obijcio, dicentis, pigriores canes semper domi torpescere, pellesq; & ossa rodere, in venationem nunquam descendere, nec ferarum vllum posse ferre rugitum, nec morsus. Nec minus & illud Themistoclis, mox Africani verbum, Me dormientem excitant Miltiadis trophæa: hoc est, doctorum mihi hominum volumina, ignauiae ac secordiae somnum excutiunt. Nouus enim indies liber aliquis datur in vulgus, præsigni aliquo & exquisito titulo inscriptus, vt iam penè nostris speciosæ Græcorum & affectatæ inscriptiones cessisse videantur. Sic & ego, vt Melicus Simonides ait, equino pullo per similis, qui, etsi timidus, matris vestigia consequitur, eruditorum ponè vestigia consector. Ad hæc, non parum quoq; animi id mihi præstare potest, quòd ex ijs vnus ipse videri possum, qui sine sui iactura peccare dicuntur. quod si ita est, vt certè est, si mihi fortè contigerit, vt non omnino hæc mihi res pessimè cedat, satis amplum laborum & studij fructum, & mercedis non parum tulerim, cùm nihil contrà mihi dispendij immineat. Si verò malè cesserit, præter id quod minus peccatum erit, hi certè etiam mihi veniam dabunt, qui sciunt quòd hominis est errare, atq; hi præcipuè, qui & ipsi his editionum fluctibus aliquando agitati fuerunt. Quòd si hac quoq; in parte Catonum aliquis in me censor infurgat, fatius esse, inquiens, culpa vacare, quàm deprecari: contrà, illud ego iure retorquere possū, ingenui esse animi probeq; instituti, vulneribus, atq; ipsa plerunq; morte velle Reipub. prodesse. Sed næ illud etiam verum est, dum hæc musitamus (licet ne vnā quidem ex L. illis quæ sunt apud Platonem Prodicti Cei drachmis affecuti) plurimis horis viuimus. His igitur, Dux optima, ne pluribus vtar, contra Momum & maledicos, ipse me quodammodo tutatus, collegi atq; munui. Nunc quam rem tentarim accipe. Decem de Poetica historia dialogos, tanquam pro pueris Archytæ tabulam, vt antiquis mos fuit, ne verius dixerim, vt græcum est adagiū, ἀρχύτῃ πλαταγῶν, ad nouitiorum & rudium literarum utilitatem composui. Nam studiosis, & ijs præsertim qui candidati

N V N C V P A T O R I A .

dati sunt, quantum historias & vitas legere conducat, & ab alijs sæpe dictum, & vulgò est quoq; persuasum. In his certè scribendis unum illud in primis effeci, vt quoniam elegantè & compositam historiã me mea facultate scribere non posse videbam, diuitem saltem & locupletem facere tentavi: imitatus illum Apellis discipulum, qui cùm Helenam planè ad amulsim effingere nequiuisset, parergis, hoc est, ornamenti cæterisq; additamentis illam ornatam effecit. Et simul in his breuitati potius, quàm verborum copiæ operam dedi, ne tibi fortè & lectori fastidio essem, res potius quàm verba congerens. Demum in his conficiendis Dialogis eam mihi legem proposui, quam in suis instituendis discipulis sapientiæ quidam antistites indicere solitos audiui, vt ne quid meo ipsius instituto arbitratúve facerem, sed omnia aliquo quasi duce præuio: quod enim summorum virorum exemplo fit, id legibus etiam iure factum putatur. Nam quòd de poetis scripsi, cùm alios, tum hos excellenti doctrina viros habui, qui ante me de poetis scripserunt, Aristotelem, Zenonem, Antiphontem Rhamnusium, Nicandrum Colophonium, Lobum Argium, Demetrium Magnesium, Dionysium Phaselitem, Damasten Sigæum, Phaniam Peripateticum, & ex Latinis M. Varronem, Volcatium Sedigitum, & alios, ne nostræ huius ætatis scriptores commemorè. Quòd tabulas finxi, & nuncupauì, sum imitatus Anaximandrum Milesium, Cebetem Thebanum, Cl. Ptolemæum, L. Lucianum, Apollonium Tyrium, Hefychium Milesium, Diogenianum Heracliensem, Callistratum, & vtriusq; Philostrati *εἰκόνες*, nostriq; Varronis imagines. Quòd in huiusmodi historia dialogo vsus sum, ante me Heraclides Ponticus de poetis, & de claris oratoribus M. Tullius idem factitarunt, quos mihi autores suspiciendos potius quàm imitandos proposui. Nec demum quisquam velim hac mihi parte vitio vertat, quòd hæ nostræ nusquam sint tabulæ: occulta enim significatione Picæ familiæ bibliothecam significauì, ex qua ad sermones hos conficiendos plurima frequenti lectione collegi.

Tibi verò D. RENATA Princeps optima eademq; illustriss. hos nostros qualescunq; labores obtuli, cùm ob meam

EPIST. NVNCVPATORIA.

erga te plurimam ac perpetuam illam quidem benevolentiam atq; obseruantiam, meumque tibi deditissimum animum, tum ob tuas maximè regias & principe dignissimas heroicis virtutes, in primisque clementiam, benignitatem, atq; liberalitatem, quibus virtutibus ita inter cæteras Principes emines, vt iure ac meritò omnis hæc ciuitas & tota ditio te, vt num̄ aliquod & suspiciat, & veneretur. Quid verò hic religionem, & in Deum immortalem cultum & pietatem, quid cætera ornamenta commemorem? Tu Christianis. ac potentis. Gallorū rege LVD. XII. parente nata. Tu HERCVLI II. illustris. ac Ferrariæ Duci maximo & inuictis. nupta, cui non immeritò illud Herculis nomen contigit, vt scilicet *μωσαγέτης* & Alcides nuncupetur. Tu optimæ indolis & regiæ, sexus vtriusq; liberorum parens. Tu studiorum & studiosorum faulrix & protectrix. Tu me cùm longa & infirma valetudine, tum fortuna aduersa, quam vitare nemo potest, calamitosum & infelicem, subleuas ac foues. Accipe tū igitur hæc nostra qualiacunq; tuo nomini ac numini consecrata: tuo enim auspicio tuta speramus ab obtreclatorum calumnijs. Vale.

EORVM QVAE IN SECVNDO TO-
MO CONTINENTVR,

CATALOGVS.

- I. *Historia poetarum tam Graecorum quam Latinorum, Dia-
logi decem, quibus scripta & vita eorū exprimuntur. pag. 1.*
- II. *De Poetis nostrorum temporum Dialogi duo. 377.*
- III. *Progymnasma aduersus literas & literatos. 422.*
- IIII. *Libellus, in quo Aenigmata pleraque Antiquorum expli-
cantur. 446.*
- V. *Symbolorum Pythagoræ philosophi interpretatio. Cui adiecta
sunt Pythagorica praecepta Mystica, à Plutarcho interpre-
tata 465 & 501.*
- VI. *Parænesis aduersus ingratos 505.*
- VII. *Libellus, quomodo quis ingrati nomen & crimen effugere
possit. 531.*
- VIII. *De annis & mensibus cæterisque temporum partibus, diffi-
cili hætenus & impedita materia, disertatio facilis & ex-
pedita: unà cum Calendario Romano & Graeco. 544.*
- IX. *Epistola versu conscripta, in qua agitur de incommodis, quæ
in direptione Urbana passus est, ubi itē & quasi catalogus
suorum amicorum poetarum, & desletur interitus Herci.
Card. Rhang. 621.*
- X. *Eiusdem quædam carmina, unà cum Epistola de Imitatio-
ne, eiusdem auctoris. 628. 633.*

LILII GREGORII GY-
RALDI FERRARIENSIS, HISTO-
RIAE POETARVM TAM GRAECO-
RVM QVAM LATINORVM DIA-
LOGI DECEM.

QVIBVS SCRIPTA ET VITAE EORVM
sic exprimuntur, vt ea perdiscere cupientibus, minimum
iam laboris esse queat.

AD ILLVSTRIS. D. RENATAM FER-
rariae ac Carnuti principem.



NON ingratum me studiosis facturum ratus sum, Illu-
strissima Princeps, si literarum monumētis quàm plu-
rimorum Poetarum vitas commendarem, quorum cū
carminibus simul iam penè nomina erant abolita.
Hanc verò mihi scribendī cupidinem auxit Politiani
Nutricia, quam sic ipse Syluam nūcupauit. Nam quo
tempore cum Pico & Pío Carpi literis operam dabā,
& Ferrariā mirandum in modum pestilentia debac-
charetur, ad nos vir literatus B. Pīso confugit, vt pa-
triae periculum euaderet: quem cum Pīcus, cum mea,
tum eius causa libenter ac peramanter hospītio suscepisset, multaq; vltro citroq;
de patria primo die inter nos contulisset, seq; ille de itinēris labore, ac pesti-
lentiē metu collegisset, ex eo nos quotidie cum Pico puero pomeridianis horis,
30 quibus à studijs & curis homines relaxare animum solēt, in Gabardam tunc op-
pido proximum viridarium secedebamus: quo in loco cum pleraque, ita vt sit,
cum iocose, tum feriō à nobis dicerentur, vt animi à molesta rerum recordatio-
ne auerterentur, frequentius de nostris literarum studijs agebamus: ad quā rem
vel maximè incitabamur cum aliorum summorum virorum, tum praecipue Pla-
tonis & Ciceronis exemplo, quorum ille sub platano patulis diffusa ramis, a que
murmurantis riuulo irrigata, Socratem cum Phædro de Pulchro disputantem
facit: hic, vt ipsemet scribit, Marianam quercum & Tusculanum secessum loca
adeò disputationibus apta existimauit, vt in hoc de penitioribus Philosophiā
locis, deq; oratoris facultate, sub illa de legibus disseruerit. In eam igitur Gabar-
40 dam cum de more venissemus, & aliquibus confectis spacijs, de Poetica nobis
& Poetis sermo incidisset, inuicēmq; multa dixissemus, illuc Politiani Nutrici-
am adferri iussimus. quam cum fortē perlegissemus, me ad poeticam ipsam de-
scribendam laudandamq; atq; à quorundam calumnijs vindicandam demum,
& simul ad Poetarum nomina & vitas perquirendas impulit, quod vbi non eo-
rum modò qui in ipsa Sylua, sed longē etiam plurium collegissem, vt de face
quoque plurimos hausisse videri possim, eos his dialogis digessi, quibus & tabu-
lae Poeticae nomen indidi. Ex quibus quidem dialogis non, vt puto, nauo ali-
quo, aut crepundijs, vt dicitur, sed toto opinor corpore Poeticam ipsam cogno-
50 sces, quibus sit orta initijs, quantū ab origine apud gentes omnes in precio fue-
rit. Nihil traditū videbis in religionib. & mysterijs, nihil in theologia & philo-
sophiā alijsq; bonis artibus à principio fuisse sine poetica, ita vt hoc verè me ti-
bi dicturū existimē, ex omnibus disciplinis vnā hanc diuinā extitisse, quasi to-
tius vitæ magistrā. In his verò dialogis Pisonē ipsum, & Pīcum puerum mecum

potius quam alios loquentes feci, ut qui tum mecum essent, cum id laboris subirem. Sed ne te pluribus morer, sic iam Piso sermonem exorditur.

QUID hic oscitantes nihil agimus? quid frustra nobis tempus elabi permittimus? non tu sic Lili cessare soles: quin iam dudum potius de communibus studiis nobiscum aliquid edisseris? Nunc ego, inquam, mi Piso germane nostrae patriae incumoda mecum animo voluebam, atque idcirco in hoc silentio, ut vides, incidere. Quoniam quaeso animo me audire existimas, ciues nostros tam atroci pestilentia pessime habere, & ab omnibus denique desertos morte obire? Tristi scilicet ac permolesto, inquit Piso, nam & ego istuc ideo. Sed age ista mitte Lili, quae nec dicere, nec audire, nedum nobiscum cogitare, sine molestia possimus, patriaeque malis ita potius afficiamur, ut bene speremus: vel ipsum terrarum orbem, patriam in qua nati sumus nobis esse existimemus, nam & tu multo tempore ab ea abes. Verum, inquam ego, ais Piso: sed enim homines sumus, humani nihil alienum putemus, si eius nos urbis miseret, in qua & parentes & maiores nostri nosque ipsi, & nati & educati sumus. Cur non, inquit Piso, & potius me & te vna, qua potes parte his curis leuas, & simul, ut Pico isti puero non nihil prosis, qui te loquentem tam libenter audire consuevit? Qua nunc pote, inquam, id ego ratio? Si tabulas, inquit Piso, illas nobis pictas, quod & mihi saepe es pollicitus, recensueris, quas & te toties vidisse fatebare, ubi & Poetices, & omnium ferè, qui versus, & carmina scripserunt, imagines graphicè, ut dicitur, depictae fuerant. His enim, ut puto, sermonibus minus molestis afficiemur. Tunc ego inquam: Nihil minus quam istud cogitabam, sed ita ut fit, ubi quid in animo est molestiae, aliam rem ex alia mecum voluebam, & praecipue Homericum illud, quo Phœbum ait pestis nubes effugare. Si enim ea ratione, quam maxime probari video, à summo poeta dicitur, mirum est quod hoc aestatis calidissimo tempore tandiu pestilentia debacchet. Bonò igitur, inquit Piso, sumus animo, breui soluetur: quare iam ista quaeso mitte, nobisque potius obsequere, hoc praecipue tempore, quo nullum nobis posset opportunius praestari. Tum ego: Faciam ut Piso mones. sed nunquid adhuc memoria tenes, quae superioribus annis de Poetices tabulis tibi narraui? Et quam maxime, respondit Piso. Cui ego: Dabo pro virili operam, ut ea ipsa nunc repetam, ingenti sim licet, ut ait Plato, curarum & sollicitudinum euripo iactatus, adeo ut sim, quod dicitur, oblitus penè unguis & digitos. Age, inquit Piso, incipe: solet istis memoria res sufficere, qui sigillatim quodam quali ordine seriemque digesta narrant: fit enim rerum cognitio, ut saepius audiui, quodam quali nexu, & societatis vinculo. Ita est, inquam, ut dicis Piso, in istis, quibus animus est suae spontis: in affectis autem & perturbatis plerumque aliter, atque ipse dicis, euenire solet. Vos interim tamen attendite: nitar enim pro viribus, ut satis ex parte vobis faciam. Et simul ego ad puerum conuersus: In bibliotheca, inquam, vestrae Pice familiae, quae ex omni voluminum & librorum genere ante cognatas discordias copiosissime referta fuit, nec minus signis & bellicis coronis ornata quam laureis, illas ipsas quas adeo nunc rogat Piso Poetices tabulas positas me spectare solitum memini, quae, ut eo mihi tempore videbatur, elegantissime confectae erant: nam praeter ea quae ad comensum & symmetriam, & quae vocant opticeam pertinent, pictor quoque eas ad amissim graphide descripserat, & mira quadam signandi norma, & umbrarum venustate. Hic Piso: Quis earum, inquit, fuerat pictor? Nomen, inquam, ego haud tibi facile dixerim: memini tamem Manardum nostrum saepius Cosman quendam nostratè dicere solitum, qui patrum nostrorum memoria nonnulla eius artis opera praecleara reliquit. Ad haec Piso: Istius equidem pictoris & nomen audiui, & pictas ad aras tabulas praesepè prospexi, in quibus antiquitatem propius accessisse existimabatur. Sed nihil hoc ad tabulas, tamen Aristodemum hospitem à Philostrato celebratum in suis imaginibus videmus. His ergo missis, ipsius, inquit Piso, primae iam tabulae formam, modulumque nobis exponas. Sic agam, inquam: & licet nequaquam, à me praefertim, possit plane describi, pro virili tamem, si non penitus forma-

te, vobis saltem insinuare conabor. Erat, inquam, eius primæ tabulæ area mediâ quadrata ferè forma, cui columna vtrinque Corinthia attollebatur, virginali quadâ proportione confecta, capitulo verò pro qualitate desuper imposito: has super columnas transuersum incumbibat: epistylum, quod vtrinque mutulum sustinebat: quos super mutulos semicirculus iacebat, qui fascijs coronis, eiusque cæteris partibus, ad huius exempli imaginem, quam vobis hic in puluere describam, erat ornatus.

- Erant in ea igitur tabula Poeticæ, & Poetarum imagunculæ, suis quæque ordinibus distinctæ. Quid verò in ea primū, ait Piso, offerebat. Erat primū, inquam, in semicirculo, quem epistylis & fornici superiorē interiacere diximus, area, in qua venerandæ cuiusdā mulieris molli in pilento sedentis imago visebatur, florenti quodam nitore perfulgida, cuius ipsius facies tenuissimo erat flammeo velata, mundo decenter compta muliebri, vndique vnionibus & crotalijs ex aurium labris dependentibus: sed quodâ quasi furore mulier ipsa concita videbatur, quod ex velaminis tegmine subtilissimo videri facile dabat. Tabellâ illa dextera porrigebat, varijs numerorū distinctâ figuris, inter quos ille præcipuus, qui sex dicitur, deinde qui quinq; qui tamen inuicem interdum conueniunt: erat & numerus secundus, & tertius, ex quibus quartus & sextus resultabant, vti ex quarto octauus, qui quadratus dicitur, ratione quadam equalitatis, quam arithmetici Græci ἰσότητα vocant. Erat insuper videre & alias nonnullas numerorum leges, quæ & alios sibi impares numeros assui & annecti patiebantur: horum tamen portiunculæ sublatione quadam, & depressione constabant, adeo vt sectionibus & cæsuris quibusdam mirabilem habere viderentur numerorū inæqualium connexionē & copulam. Sed inter has quinta præcipue, & septima, & nona, mirabili quodâ erant insertæ artificio. Hæc ipsa tamen erant varijs depicta figuris, quas inter animalium aliarumque rerū nonnullæ similes erant, quædâ tortuosis (fas mihi sit vobiscum in præsentia Apuleij verbis vti) in modum rotæ capreolatimque condensis apicibus, sic vt tabellæ abacus diuersis depictus imaginibus mirandū in modū delectaret. Quæ cū ipse dixissem, Minus nos, inquit Piso, ista intelligimus: quare & Pico, & mihi gratissimū feceris, si ista planius edisserueris, atque in primis, quænam sit ea matrona, cæteraque quæ nobis parū nota sunt. Quibus ego: Imò sanè, inquam, libèter, vt simul & nobis gratificer, & memoriā exerceam, tamen in longiorē me sermonē vocatis. Erat igitur ea matrona, quæ primo in suggestu offerebatur, Poetica, quæ petorito seu pilento illo vehebat, idque ea, vt puto, ratione, vel quæ maiestatem illius ac excellentiam significaret, vel quod plurima antiquorum poemata in plaustris recitari solita fuerant, id quod & à scriptoribus est diligenter obseruatum. Quin virum eloquentissimum Polemonem dicere solitū scribit Philostratus, quæ soluta oratione dicuntur, humeris efferi oportere: quæ verò à Poetis, curribus. Est & illud quoque Græcis frequentī sermone vsurpatum
- 4^o verbum, ἡ ἀμύλη, quod à prisca comœdiæ Poetis desumptum putatur, qui ex plaustris conuicia iactabant: vnde & ἡ ἀμύλη habere eiusmodi poetica oratio dicitur. Astrabicon quoque carmen bucolicum appellamus à vehiculi genere. Sed & illud sæpe Græci, Poetarum orationem ἡ ἀμύλη esse dicere solent, hoc est, quæ vehatur. Quin & M. Tullium ad hoc alluisse sæpe credidi, cum ad Q. fratrem scriberet: Quoniam, inquit, scribis poema ab eo nostrum probari, quadrigis poeticis, modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis penicillo meo. quibus verbis se de Cæsaris Britannica expeditione scripturum ait Cicero, vt ab eo eam rem edoctus fuerit. Quod vero ea matrona velatam faciem habere videatur, ipsius poetices arcanos sensus, & abdita sic dixerim mysteria, significare existimo: in poetica enim vnum plerunque dici videtur, aliud verò significatur, & sensus quodam, vt ita dicam, velamine occultatur. Nam, vt Plato scribit, Poetica omnis obscuris verborum inuolucris & ænigmatibus inuoluitur. Hac certe ratione Homerus Vlyssē inducit, comite Minerua, hoc est, prudentia ac fa-

Poemata in
plaustris re-
citata.

Astrabicon
carmen.

Poeticam ve-
latam esse.

pietia monstra superasse, tyrannos vicisse, procos confecisse: non blanditijs & voluptatibus allecctum, esse à cursu navigationis abductum. Et vt de nostris agam, non in Vergilio Aeneæ simplicem historiam admiramur, sed quandam quasi adumbratam tripartitæ humanæ vitæ imaginem, vt Aurelius Macrobius pluribus ostendit, qui & alibi subtili quadam diuisione fabularum species est executus. Hæc enim, vt inquit Cicero, conficta sunt à Poetis, vt effectos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videamus. Quod vt planius intelligatis attendite. Non hic vobis quæ Metrodorus Lampfacenus, non quæ Ponticus Heraclides & Plutarchus, non quæ nostri Christiani, Iustinus, Eusebius, Basilus, Cyrillus, Augustinus, Fulgētius, alijq; prodidere referā, qui vel ad naturæ & rerū proprietates, ac elementorum inter se diuersitates, vel ad mores, id est, ethicen, vel ad deorū cultum rationemq; hoc est, ad theologiam, & deorū controuersias & prælia, & ipsorum etiam nomina transtulerunt, & interpretati sunt: virtutes insuper & vitia, ac affectiones humanas eos significare contendunt, quo modo etiam intelligi volunt omnem Orphei & Musæi, aliorumq; antiquorum vatum theologiam. Verùm his missis, quæ mea sunt ex me ipsi, si libet, audite.

Non, inquam, quod inter se pugnantes dei, & certantes à Poetis inducuntur, & nonnunquā ab mortalib. vulnerari, ita accipi debere existimetis, quasi re ipsa id factū sit, & credi oporteat: per ea enim significari prouidentia diuinæ effectus, qui alia nulla ratione cōprehendi, aut explicari queunt, nisi mystico nobis in uolucro & velamento significantur: facile etenim inde cognoscere poteritis, quare hæc Troianis, illa Græcis, vel hæc Romanis, illa Punicis numina fauere vel obesse fingantur. Hinc connubia etiam & amores, hinc agitata conuiuia. Nam vt omnium mittam allegorias, & physiologias quas vocāt, quæ ab antiquis multis, tum etiam nostro tempore collectæ fuerunt, vnus est certè deus omnipotēs, cui sine nomine cum sit ipse, diuersi diuersa fecere nomina, omnium qui pendet facta mortalium immortalis ipse & æternus & incommutabilis, et si eius nobis in tanta luce caligantibus nec dispositissimam prouidentiam eius intuentibus, virtus interdū sibi pugnare videtur, & quasi, vt sic dicam, eandem rem plerūq; velle & nolle. Tunc Iuno contraria est & bellat Veneri, tunc Neptunus Apollini. Quid? nōne & apud Poetas id facile aduertitis, immortales à mortalib. impeti, & quasi pati vulnera, cum vel impij & scelesti in diuinam maiestatem, suis impijs & nefandis & tot tantisq; flagitijs feruntur: Tum Gigantes & terrigenæ Ioui bellum indicunt, tum Diomedes Venerem & Martem, tum Plutonem fauciat Hercules & Iunonē: & hoc alij alio modo: humana enim virtus tū carnis illecebras & mortis violētiam superat, & quasi vim, si fari licet, superis facit. Hinc etiam facilius cōnubia & amores interpretabimur, vel deorum erga homines, vel inter se, vel quoquo modo, si diuini amoris & humani rationē habere volueritis: quotidie sic è Iouis capite Minerua nascitur, sic trinoctio Hercules concubitu concipitur, & aliquis ex Thetide nascitur Achilles. Quid Genios, quos bonos & malos existimant? vt alia mittā, quæ plurima Platonici hac de re prodiderunt. Num & illud præclare à Stoicis astrui videmus, Deū ipsum, per ipsius effectus diuersis nominibus nuncupari: vt vnus cū sit, plures esse videantur, quod cum ab alijs Græcis & Latinis, tum maximè à M. Varrone, M. Tullio, & Aurelio August. plurib. ostēditur. Hinc igitur videre, sine poeticijs figuris sacra quoq; volumina exponi nō posse. Quo enim modo, factū esse prælium in cœlo, ab Ioanne dictum? quo modo Hebræi regis cantica interpretabimur? quo pacto totum lezechielis vaticiniū? quo tot demū ipsius, cuiusuis Ioannis, si non, vt isti volunt, Evangelistæ est Apocalypsis? vt alia pleraq; mittam, nisi mystico & poetico sensu ea conscripta esse fateamur. Quare iure magnus ille Arcopagita Dionysius, diuinā ait theologiam poeticijs plurimum figmentis vtī solere. Sed hæc tenus vobiscum egerim quomodo velata sit Poetica. Ista tu quidem, ait Piso, al

- tius repetisti, sed an nimis, ipse tu videris: quare iam cetera quæ de imaginis pictura restant, nobis exhibe. Sic faciam, inquã. In ipsius Poetices imagine, cū reliquus, tum capitis ornatus, elocutionis est elegantia, aptaq; verborum compositio, quæ margaritis & inauribus, id est, tropis & figuris, & id genus cæteris ornatur. Quod aut furere & afflari videtur diuinus ille poetarum spiritus, qui ἄθεος à Græcis vocatur, quo vates & Poetæ ipsi afflati concitantur, ut Democritus, & Plato, & post hos alij penè innumerabiles scripserunt, quem quidem furorem eundem ipsi Græci, & M. quoq; Cicero αἰθεραπόνοσ vocant, alij nonnulli thriasin: hinc idem quoq; Cicero musopatagon, vel ut alij legunt μυσσοπατακτόν, hoc est,
- 10 Musarum furore percussum poetam appellat. Sunt etiam vocabula apud Pollucem, φοβόλητος & μυσσόλητος, de ijs qui Phœbi & Musarum numine afflantur. Tria verò ex Platone huius furoris signa elicere possumus, quæ hic vobis paucis attingam. Primum autem illud est, quod qui sine eo sunt, singuli longo vix tempore singulas artes assequuntur: Poetæ verò suis carminib. omnium artium certissima quædam argumenta ostendunt. Deinde quod poetæ furore ipso agitati nonnulla plerumq; concinunt, quæ sedato mox furore, vix interdum ipsi intelligunt. Tum demum, quod non prudentissimi quicq; & eruditissimi, verū infani quidam potius & alienatæ mentis in præstantissimos poetas euadunt. atque hoc ideo Plato à deis factum asserit, ut non hominum inuētum, sed cœl. ite munus esse pulchrum carmen cōdere videamus. Fucse alij qui hæc in ijs dera cōferre moliti sunt. & astris accepta referre: quos ideo hoc vobis loco non retello, quoniã à tuis Pice parente, & maiore patruo diuinè admodum & acutè confutata sunt. Parua verò, quã matrona manu præferre videtur tabella, versuū & carminum & rhythmorū varia est & diuersa formula, in quibus hexametri primas obtinēt, sicuti in numeris sexus, uti suis rationib. arithmetici & musici probāt. Senarij tamen versus diuersæ sunt species, sicuti & quinarij. Sed hæc pridem bene in scholis accepistis. At nos, inquit Piso, illud quidam abs te expectamus: qd est quod ex numero, qui duo sunt, quatuor, & ex eo qui tres dicitur, sex resultare videntur. Quibus ego. Hæc, inquam, si me singulas per partes referre velitis,
- 30 non dies tota, nedum pomeridiana hæc hora sufficiat, sed summa tantum attingã. Secundus igitur ex quo quartus, & tertius ex quo senarius, dimetra & trimetra, & eiusmodi quæ vocantur significare autumo propter antiquã duorum pedum coniugationē, quam οὐλύγας Græci vocant, & ταυτοποδίασ, & dipodian: dimetrum enim carmen quatuor, & trimetrum lex, ut scitis, pedes habent. Iã, inquit Piso, ista percepimus, cætera similiter abs te auemus audire, atq; in primis huius Pici gratia: quare, quænam quæso leges illæ sunt, quæ leges alias pati dicunt, & quorū portiuncula tum tollunt tum deprimuntur, & cur literarum variæ sunt atq; diuersæ figure? Ego hæc, inquã, vobis esse nota arbitrabar: nam quæ græcis vocabulis dicola distropha dicuntur, quæ item tricola tetraastropha, & huius generis si qua sunt similia notantur, quæ tamen apud antiquos Poetas, & in primis Pindarum, longè aliter posita esse videntur. A principio etenim veteres Lyricorum monostropha tantum carmina componebant, quod alibi vobis, hoc est, vbi de Lyricis Poetis agemus, planius ostendã. Particulas autē quæ elcuantur & deprimuntur, pedū modulos & mensuras significare crediderim, quæ arsi & thesi constant: item numeros & cæsuras, line quibus rauca & parū sonora est carminum modulata compositio, id quod in Actio copiose Pontanus differit, ut notis. Figurarū ve: ò diuersitas, laterarū sunt variæ forme, quæ à græcis tū caractères dicuntur & σοιχῆα, τῶν γράμματα à nostris literæ & elementa, & notæ: nulla enim est tã barbara natio, nulla à cultu tam aliena gens, quæ nō peculiare & priuatas
- 40 quasdam literas habeat. Ammonij philosophi est opinio, vnamquancq; gentē quæ propria vsa sit voce, proprias quoq; literas & caractères habuisse, & (quod ex ijs ego colligo) proprijs etiã & qualibuscunq; vel rhythmis vel versib. oblectatã esse. Quare non ab re fortasse fuerit, ut quæ omnifariã de literarum inuentione

Poetice ornatus.

Poetarum furor.

Furoris poetici tria signa.

tradunt, si pro te minus Piso, qui de ijs pridem libellū meditaris, in huius saltem pueri gratiā ab Atticis, vt Græci dicūt, vsq; literis repetam. Et simul vterq; in me intuens, atq; annuenti similis sic Piso ait: Et in pueri, ingt, & mei gratiā (scio em̄ te dicturū quæ mihi minus nota.) Sed age, nunqd̄ vetustiores cæteris Atticorū literæ: Minimè, inquā, puto: vetus tamē est Græcorū prouerbiū à paucis adhuc obseruatū, vt Atticis literis aliquid faciū affirmant, quod sit vetustissimè factū: qua loquendi figura in Neera, si modò legitima ea fuit oratio, vsus est Demosthenes. Scribit Val. Harpocratiō, id quod etiā aliqua ex parte Suidas, quod scribendi ratio apud Græcos per xxxiii. literas serò est ab Ionibus reperta. Theopompus quoq; xxv Philippicarū, fœdera ait aduersus barbarum non Atticis literis, sed Ionum sancita fuisse: quasi, vt puto, dicat, literis recentioribus. Sunt tamen qui hoc in Cecropem Atheniensium & regē & legislatorem vetustissimū referunt, qui, vt statim subiungā, vel eas apud Atheniēses primus inuenerit, vel, vt alij dicunt, obsoletas renouarit, cum fortè in omni Græcia literæ deperditæ fuissent, aquarū, vt credit, alluuiōe, vt est apud Diodorū Siculum: quibus quidē literis diutius leges duraturas Cecrops ipse censuit. Hinc illud igitur prouerbiū, Ab Atticis vsq; literis, vel dictum vel factum est. Nec istuc, inquit Piso, fuit à re proposita alienum: quare iam nobis Lili cætera expone. Et ego: Qualiter autem inuentæ sint literæ, & quo pacto, quæ afferre solent viri doctrina excellentes, vobis breuiter hoc loco afferam. Cum enim, aiunt, animal sit homo rationis capax, & naturali quodam vinculo societatis cum alio homine astringat, & vtrinq; esset ratio communis, nec homo homini nisi colloqueretur associari posset; nec posse se cogitationes cōmunicare videret, necesse illi fuit rebus vocabula imponere, id est, significantes quosdam sonos, vt, quoniā sentire animos suos non poterat, ad eos libi copulandos sensu quasi interprete vteretur: sed audiri absentium verba non poterant, ergo ratio humana peperit literas, notatis omnibus oris ac linguæ sonis atq; discretis. Ita igitur inuentæ literæ & voces, tum demum & ceteræ disciplinæ, de quibus plura me vobis in præsentia dicere non attinet, ne à literis discedamus, de quib. duplicem esse quæstionē videmus: namq; eæ quidem aut à natura esse dicuntur, aut ab arte. Quas à natura esse dicimus, earū sunt nomina in sermone ipso eiusq; substantia, & ab ipso sunt sermonis exordio, vt modò dicebamus, formata. Quæ verò sunt ab arte, longè post diuersis ab inuentoribus, diuersis & lineis & figuris conformatae fuere, illas quidē auribus oculis tantum comprehendimus. Sed illis quæ à natura sunt missis, de inuentis & conformatis me dicentem attendite: dicam enim quàm id breuius poterō, à quibus inuentæ, & quas in orbis regiones delatae, & de ijs simul diuersas scriptorum opiniones. Primum ergo, vt hinc exordiar, Cornelius Tacitus, Per figuras, ait, animalium Aegyptij sensus mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoriae humanae impressa saxis cernuntur, & literarum semet inuentores perhibent: vt hinc facilius vobis Lucani poetæ versus pateant, ita enim ille cecinit:

Nondum flumineas Memphis contexere byblos

Nouerat, in saxis tantum volucresq; feraq;

sculptaq; seruabant magicas animalia linguas.

Aegyptiorū
duplex scri-
bendi mos.

Byblinae epi-
stole.

Quibus Poetæ carminibus illud simul cognoscere potestis, quod parum est ab interpretibus annotatum, duplicem fuisse Aegyptiorum scribendi morem, vulgare scilicet & sacrū, id quod etiam Herodotus prōdidit & Isidorus. Vulgaris quidē post sacrū inuentus est, in chartis ex byblo, hoc est, ex papyro confectis (vnde etiam dicte sunt byblinæ epistolæ ab Epiphano & Hieronymo) in chartis, inquam, perscriptis figuris, non sacris literis, quas à dextra in sinistram ducebant Hebræorum more, quem & plerique alij seruant, cum nos Latini & Græci à sinistra in dextram scribere consueuerimus. Scribit Sextus Pompeius, Tæpocō appellarunt Græci genus scribendi sinistrorsum versus, vt nūc dextrorsum versus scribimus. Porro & aliud scribendi genus inuenimus, quod Græci *βυσσος*

φασβί

quod dicitur vocant, ut Pausanias ait: quod quidem tale fuit, à fine videlicet prioris versus, secundum versus conuertere, ut in diaulo cursu fit. Dicitum verò est ab arandi ratione, cum in extremo sulci in alterum sulcum boues conuertuntur, ut grammatici obseruant Græci. De hac eadem re sic Isidorus lib. vi. Versus autem vulgo vocati, quia sic scribebant antiqui sicut aratur terra: à sinistra enim ad dextram primum deducebant stylum, deinde conuertebatur ab inferiore rursus ad dextram versus, quos & hodie rustici versus vocant. Hæc Isidorus. Sed de hoc genere versus aliam, nunc de scribendi ratione, ne quid, quod succurrerit, vos lateat. De Indis agens Poggius, lib. 4. de fortunæ varietate, his verbis alium ab his scribendi modum describit: Cæteri omnes, inquit, Indi in arborum folijs scribunt, ex quibus codices conficiunt admodum venustos. Scribunt autem non, ut nos aut Hebræi, in latus, sed in locum à summo ad imum ducentes calamum. Hæc ille de Indis. Ad hæc subiungit Tacitus: Inde Phœnicas, quia mari præpollebant, literas intulisse Græciæ, gloriâque adeptos tanquam reppererint, quæ acceptæ: quippe fama est Cadmum classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis artis eius autorem fuisse. Alij Danaum prodiderunt, quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, & temporibus Troianis Palamedem Argiuum memorant sexdecim literarum formas, mox alios ac præcipue Simonidem cæteras repperisse. Literas quidem nos in Musarum libello docuimus à Musis inuentas fuisse. Sed enim uero Aristophanes Aeschylus versus quosdam commemorat, in quibus videtur Prometheum asserere literarum compositionem adinuenisse. Plato insuper, & ab eo Cicero, item Diodorus & Lactantius à Mercurio Aegyptio, quem Thoyth vel Thoth, & Thautum, alij vocauerunt, literas inuentas prodidisse apud Aegyptios: alij ab Isis dea, nonnulli ab Anubi, sunt qui Rhadamantum asserant apud Assyrios. Phrygiarum verò literarum sunt qui Herculem, is qui Aegyptius fuit, inuentorem faciant. Plinius tamen ait, arbitrari se literas semper fuisse Assyrias. Alij apud Syros repertas volunt, quod & Eusebius ex antiquis astruit. Addit Plinius, utique in Græciam attulisse à Phœnice Cadmum sexdecim numero, Α Β Γ Δ Ε Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ Υ. quibus Troiano bello Palamedem adiecisse quatuor, hac figura,

30 Θ Ζ Η Ξ. totidem post Simonidem Melicum, Ψ Ζ Η Ω. quarum omnium vis in nostris recognoscitur. Aristoteles decem & octo prisca fuisse Α Β Γ Δ Ε Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ Υ Χ. & duas ab Epicharmo additas, Θ & Ψ, quam à Palamede mauult. Anticlidem in Aegypto inuenisse literas quendam nomine Memnona tradit quindecim annis ante Phoroneum antiquissimum Græciæ regem, idque monumentis approbare conatus est. E diverso Epigenes apud Babylonios septingentorum viginti annorum obseruationes siderum coelilib. laterculis inscriptas docet, grauis autor in primis: qui minimus, Berofus & Critodemus, quadringentorum & octoginta annorum. Ex quo apparet, ut idem ait Plinius, æternus literarum usus, vel, ut ego interpretor, vetustissimus. In Latium literas attulere Pelasgi: plerique Carmentem aiunt, quæ & Nicostrata dicta est, Euandri mater: atque ideo ab initio XVI tantummodo Latinorum literæ fuerunt, uti etiam Græcorum, ut ostendimus: & penè easdem fuisse idem Plinius asserit, quod planius paulò post ostendam. At verò Tacitus scribit in Italia Hetruscos literas à Corinthio Demaratho, Aborigenes ab Arcade Eurandro didicisse. Scribit Græcus historicus Socrates, Vulphilan, quem Gulphilam etiam vocatum video, Gothorum præfulem, Gothicas literas excogitasse, diuinâque scripturas in eam etiam linguam conuertisse. Verum ut ad nostras redeam, XVI utique antiquæ illæ, teste Rhemio grammatico. hæc autem sunt literæ, Α Β Γ Δ Ε Γ Ι Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ Υ. postea addita est F, ex duplici gamma, hoc est, ΓΓ, conflata, unde & illi nomen digammon. Item addita H spiritus

50 nota, ex duobus, ut putatur, Græcis accentibus ψυλλη & δα: ε: Η, quæ tamen litera seu nota aspiratis dictionibus conueniret. tum etiam antisigma à Claudio (pro Græca ψ. Sed omnia hæc cum ex latinis tum Græcis grammaticis planius haurietis, tantum nunc illa vestigemus, quæ ab illis vel parum obseruata,

vel minus sunt prodita. Scribit Eustathius literas longas, id est, η & ω , itémq; duplices, primum Simonidem intulisse, cuiusmodi sunt ζ & ψ . Philostratus in Heroicis literæ γ inuentionem Palamedi attribuit, quod & Martialis poeta subinnuit, cum ita cecinit:

Turbabis versus nec litera tota volabit,

Vnam perdideris si Palamedis auem.

Atq; idcirco fortasse rectius apud Plinium γ quam η , quæ vna est duplicium, in his quæ supra commemorauimus reponendū. Ex Græcis tamen quidam $\times \vee \text{I}$ illis antiquis Cadmum Milesium has tres addidisse prodiderunt, θ ϕ χ , atq; hoc pacto per aliquot secula decē & nouē literis græcos vsos esse, id quod cum ex alijs, tum etiam ex hoc argumento colligunt: nam cū ψ litera carerent, nō ψ α μ ι δ α , sed π σ ω μ ι δ α ea etate scribebāt. Post hæc Simonides Ceus duas vocales longas addidit η & ω . Syracusius verò alter, vt quidā opinantur Simonides, vt alij Epicharmus, tres superaddidit, ζ ξ ψ , vnde literę Syracusię in græco epigramate nūcupatæ sunt à Menandro: atq; ita græcarū $\times \times \text{IIII}$. literarū numerus perfectus est, quo numero etiam, vt scitis, totidem Homeri rhapsodiæ, Iliados scilicet & Odysseæ, confectę sunt. Sanè in Samo quatuor & $\times \times$. literæ græcorū primum compertæ produntur à Callistrato. Sic Andron in tripode. Idem Ionū literas tradidit Atheniensibus, qua re factum est vt literati Samij dicti sint. Item illud, Samijs literatiorem esse neminem, qua de re in prouerbij multa. Inconstans tamē est sententia non apud Latinos modò & græcos, sed aliarum quoq; gentium scriptores, de ipsarum literarum numero. Nam & Græcorū quidam $\times \text{III}$. tantum literas esse voluerunt, quòd totidē sint vocis elementa, vt scribit Halicarnasseus Dionysius in rhetoricis, alij ferè innumerabiles, vt Sextus Pyrrhonius colligit, in qua re & apud Latinos variatum, quod & ipsi ex autoribus vel iam collegistis, vel facile colligere potestis. Sed & hodie pleræq; in oriente & meridie nationes in literarum numero variant. Alię enim $\times \times \vee \text{I}$. sibi literas asciuerunt, alij sex etiam illis vltra addidere, hoc est, vsq; ad triginta duas: alia multò plures, vt Nubæ Africæ populi, qui septem & quadraginta literarum notis vti produntur, quod cum ab alijs, tum & a parente tuo Pice aliquando audiui. Chaldaei verò & Syri, item Aramaei, quantum conijcere datur, stabiles magis fuisse videntur, tamen & hi non nihil aliquando immutasse feruntur. At verò Hebræi ipsi vt Aegyptij varij fuere, si Irenæo ita libro secundo aduersus hæreses scribenti stamus: Antiquę enim, ait, & primæ Hebræorū literę & sacerdotales nuncupatę, decem quidem fuere numero: scribuntur autem quæque per $\times \vee$. nouissima litera copulata primę, & ideo quędam secundum subsequentiā scribunt, sicuti & nos, quędam verò retrorsum, à dextra parte in sinistram ipsas retorquentes literas, id quod & Aegyptios factitasse paulò antè commemorauī. Porro è nostris quidam dum Esdræ Hebræorum scribæ vitam literis produnt, tradunt eū à dextra in sinistram scribendū modum excogitasse, cum antea ad arationis regulam perscriberent Hebræi, vt & Græci aliquando, vt paulò antè eum de Græcis ageremus dicebam: quare & exarare literis, pro scribere adhuc dicere cōsueuimus. Scribebant enim, aiunt, à sinistro cornu in dextrum, & à dextro in sinistrum redibant: quam rem tacere vobis nolui, vt parum notam, parumque ab alijs proditam. Verum huiuscę rei fides sit penes autores. Certum, inquam, est Esdran ipsum scribam legisq; doctorem post captam ab Assyrijs Hierosolymam, & instaurationem templi sub rege Zorobabele alias literas reperisse, quas nūc vsus habet. Nam ad illud vsq; tempus, Hebręę literę & Samaritanę eędem fuere, vt scribit Hieronymus. Sanè vt Hebræorum literę numero sunt $\times \times \text{II}$, ita & Syrorum, & Chaldeorum: quin etiam valde confines, & vno eodémq; sono, sed diuersis characteribus, vt etiam Samaritanorū. Sunt, inquam, $\times \times \text{II}$ Hebræorum literę, quę & ad $\times \times \vee \text{II}$ proferuntur, cum ijs videlicet quę duplices seu bifformes vocantur, & finales, vt quę nisi in fine dictionum scribantur. quin &

* XII illæ vetustiores habentur, vt ex Davidis psalmis quibusdã, & threnis Hi
 cremie Solomonisq; p̄uerbiorũ sine. Nomen quoq; Dei quatuor literarum in
 græcis quibusdã voluminib; vsq; ad Hieronymi tempora iisdem literis expres-
 sum inueniebatur, id quod & ego in vetustissimo Diodori Siculi codice græco
 cõperi. Sanè & canõ librorũ apud Hebræos eodem numero est: has verò, vt Eu-
 polemus & Eusebius tradūt, Moses adinuenit, quod & alicubi scribit Iosephus.
 Philo tamẽ eas Abrahamo attribuit, & idem etiam alicubi Iosephus, & Roma-
 nus Clemens. Sed vtq; Moses vt Abrahamo posterior, Hebræas, Abrahamus
 vt antiquior Chaldæas & Syrias monstrasse feruntur: quæ si vera sunt, Enochii li-
 10 brum, cuius etiam à maximis nostris scriptoribus facta est mentio, commenti-
 tium esse fatendum est: Enochum enim ante cataclysmum & Nochi tempora fu-
 isse palàm est. Sed non modò Enochii librum commentitium, verum etiam Ada-
 mi, de quo in Thalmud legitur, & apud Rabbi Abrahamum, quem illum de di-
 uinitate conscripsisse Hebræi confingunt, veluti etiam de Abelis libro. Quæ q-
 dem librorum miracula, si non portenta potius, imperitis, minuscq; in literis fa-
 cris versatis nostris Christianis quibusdam illudentes Hebræi, narrare consue-
 uerunt: quæ si vera forent, & non fictitia, (vt certè sunt) æternum alioqui litera-
 rum vsus, vt etiam Plinius putauit, fateri necesse esset, quando & apud Platonẽ
 in Timæo, quod & Iustinus philosophus & martyr, vt alios mittam, recenser,
 20 multorum millium annorum apud Aegyptios literarum vsus fuisse proditum
 est. Simplicius quoq; diligentissimus philosophus in commentarijs quos in li-
 bros Aristotelis de Cœlo accuratissimè scripsit, ita scriptum reliquit: Audiui &
 ego, inquit, Aegyptios nò pauciores LXIII. myriadibus annorum perscriptas
 habuisse syderum obseruationes. Babylonios verò C. & XLIII. myriadibus.
 Hæc ille. Scire vero vos puto, myriada decem millium numerum complecti. A-
 lia aliorum eiuscemodi incredibilia monstra potius quàm historias in præsen-
 tia mittimus, illa copiosius tractaturi in libro de annis & mensibus. Illud quoq;
 vt mihi annotatione dignum visum est, ita vobis significandum duco, quod si-
 cuti imagines suas Astrologi in cœlo describunt, sic Hebræorum magistri suum
 30 in stellis alphabetum, vel, vt Picus senior ait nouo à se conficto vocabulo, alpha-
 betarium, hoc est, suæ linguæ notas & elementa inueniri contendunt: pro stel-
 lis enim ipsi literas notare consueuere. Miracula ista quidem sunt, inquit Piso, &
 paradoxa, quod aiunt, quæ attulisti. Sunt, inquam, vt ais, sed notiora quæ statim
 subiungam. Sunt inter autores, qui Phœniceas & Hebræas easdem penè fuisse
 tradant, atq; ab Hebræis Phœnicas accepisse, non ab Aegyptijs, vt Corn. Tacit-
 us credidisse videtur. Nam quum Græci à Phœnicibus literas accepisse prodã-
 tur, & ea etiam ratione Eusebius græcas cum hebræis conferat, atq; easdem pe-
 nè esse demonstrat (vt enim Aleph hebraica lingua disciplinam innuit, ita græ-
 cè alpha, quæ est inquisitio, exprimitur, & ita aperto ore pronunciat, vt etiam
 40 apud Latinos. & cætera quæ idem Eusebius hac de re pluribus est executus)
 quis rogo non videat Phœniceas & Hebræas easdem penè fuisse. Hic Piso: Re-
 ctè tu quidem, vt mihi videtur, colligis. Cui ego: Sed nolo, inquam, nunc ista cu-
 riosius subtiliusq; rimari, cum à Philone & Iosepho Hebræorum vernaculis, &
 ab Eupolemo, & Eusebio, & Hieronymo prodantur: vt qui nostris diebus in
 Hebræis multa cum laude, & docendo & scribendo versantur, vobis in presen-
 tia mittam. Si nihil est quod nobis, inquit Piso, amplius de inuentoribus afferas,
 versiculos ego quosdam non sanè inconditos legere me, nescio cuius memini,
 quibus septem linguarum, quæ magis celebres haberentur, literarum inuentio
 traderetur, quos, si libet, recitabo. Sunt autem hi:

- 50 *Moses hebræas primus exarauit literas.*
Mente Phœnices sagaci condiderunt Atticas.
Quas Latini scriptitamus ædidi Nicostrata.
Abram Syras, & idem repperit Chaldaicas.

*Isis arte non minore protulit Aegyptias,
Guphila prompsit Getarum quas videmus Vltimas.*

Quos versus cum recitasset Piso, Istorum, inquam, ego memini, & à quo didiceris. Sed vos de literis, si vultis, reliqua ex me attendite. Circunfertur Archilochi particula de temporibus, in qua legitur Homerum Mæonium, de quo in Homeri imagine agemus, Olympiade xxiij. floruisse, qui literas emendauit, & earum formas & nomina: tum etiam linguam græcā, quæ etiam tum barbara erat & ruditate plena, correxit, quam Cadmus Samothrax sub excidiū Troianum in Græciam attulerat. Subdit idē paulò pōst: Sunt ergo nunc characteres ab Homero forma elegantiore: nam primi barbariem quandam vetustam & non Phœnicæā ferebant, quia nihil Phœnicum habent, vt cernimus, sed Galatarū & Mæonū figuras retinēt. Xenophon quoq; in libello qui de æquiuocis dicitur, sex Cadmi nomine cōmemorat: de quinto sic ait: Quintus, inquit, Cadmus ante ruinas Troiæ harmonia Samothracia inclytus, qui à Prisca vxore ob harmoniā certamen passus, rediens à Phœnicia detulit in Græciam primus xvi. numero literas rudes, non Phœnicæas, sed Galatarum & Mæonum persimiles characteribus: residuas retulerunt paulò pōst Palamedes & Simonides Melicus. Fuit & vltimus Cadmus, qui scribere docuit oratione soluta, cum ante literas aduectas atq; pōst, vernaculo solum carmine vterentur. Hactenus Xenophō. Sed & Suidas duos Cadmi nomine Milesios recenset, alterum Pandionis filiū, qui solutæ orationis primus fuisse fertur inuentor, paulò Orpheo iunior, & qui, vt idē scribit Suidas, in Græciam literas à Phœnicibus inuentas primus intulisse dictus est: alterum Archelai filium iuniorem. Plures certè rem hanc in Cadmum Agenoris Phœnicæ retulere, vt paulò mox ostendam. Nunc reliquum eius afferamus quod scribit Archilochus. Idem, inquit, Homerus literarum formas & figuras reformauit, & grāmaticæ præcepta primus dedit, quum antea quisq; sermone scriberet simul & loqueret vernaculo, quæ profectò etiam Italia, quæ & magna Græcia dicta est, suscepit. Hactenus ille. Quæ verba eò libentius vobis retuli, vt videatis quanta sit huiusce rei varietas. Sanè hoc loco missa facio quæ super hos autores Annius ille Vetulonijs commentus est multa & curiosa ad fastidium vsq; Gallorū enim & Hispanorum literas græcis vetustiores asserere non dubitauit, quin & ab illis Græcos accepisse: vt minus is insanire videatur, qui se monstrasse scriptis credidit, græcam linguam latina non esse antiquiorem. Sed ijs missis nostra prosequar. Herodotus Phœnicibus, vt paulò antè dicebam, literas attribuere videtur, quem & Lucanus sequitur dum canit:

*Phœnices primi (sana si credimus) ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.*

Idem scribit Pomponius Mela his verbis: Phœnicem illustrare Phœnices solers hominū genus, & ad belli pacisq; munia eximiū, literas & literarum operas commenti. Phœnices, in quā, Cadmo duce in Græciā literas attulere, sed tempore rē currículo cum sono figuras quoq; sensim amifere. Eis autem primi Iones vsi sunt, quapropter ait Herodotus, Phœnicæq; literæ appellatæ sunt à Phœnicibus. Timō quoq; Sillographus, vt est apud Sextum Pyrrhonium, *φαινικὰ σήματα καὶ δὲ μὲν* ideo suo carmine nuncupauit. Zopyrion & Phornutus, item Suidas, Phœnicæa grammata, hoc est, *φαινικῆα*. Meminit & Cicero in libris de nat. deorum. Alij Phœnicæas literas sic appellatas autumāt à Phœnicæ Agenoris filio, à quo nonnulli eas repertas primum volunt, quod & Theophilus confirmat. Sunt qui, q̄ in palmarum folijs, quæ græcè *φαινίξ* vocantur, scribere antiqui consueuerint, Phœnicæas dictas existiment. Scamon lib. 2. de inuentis, eas sic vocatas prodit à Phœnicæ Actæonis filia. Actæon enim marem nullum, foeminas quatuor filias habuit, Aglaurum, Hersen, Pædrosum, & Phœnica, quæ quoniā virgo diē obiit, pater Actæon in illius memoriā Phœnicæas literas nominauit. Scribit certè Herodotus, se, quæ à Cadmo in Græciā delatæ sunt, literas vidisse Thebis in templo Apollinis

Apollinis Iſmenij, Ionicis literis valde ſimiles, atq; ea de re in teſtimonium tria affert græca epigrammata. Sed nec illud vos lateat velim, plerofq; eſſe, qui literis apices & accentus addendos, cum in græcis & latinis, tum etiã in Hebræis exiſtiment. In latinis quidẽ penẽ obliteratũ, cum nonnihil eis mediã ætas uſa eſſet. Ab Hebræis verò tum demum accentus additos ſunt qui putant, cum Eſdras vir doctiſſimus poſt ſacræ vrbis halofin & excidium, literas & ſacros libros reformauit. Sunt qui multò poſt id factum ſcribant, idq; his argumentis ostendere conantur, quod de ijs nulla fiat mentio in Thalmud, cum eius rei in eo vt fieret, ſæpius occurreret. Tum & illud afferũt, quod eorum nec Origenes, nec Eufe-
10 bius, nec noſter Hieronymus vſp̄iam verbum fecerint. Auen quoq; Eſdras hac de re his propẽ verbis: Vidi, inquit, in libro qui dicitur Zachoſ, conſuetudinẽ & morem fuiſſe ſapientum Tiberiadis, qui radix ſunt & præcipui Hebræorum, quòd ab eis extiterunt hi, qui punctuationes ſeu notationes Meſoreth repererunt, & nos accepimus ab eis omnem punctandi rationem. Haçtenus ille. Sanẽ
Sapientes Tiberiades.
 ſapientes Tiberiadis, ne id vos lateat, apud Hebræos doctores præcipui poſterioribus temporibus fuere, quorum & Hieronymus meminĩt, ſeq; ex eis præceptorem vnum habuiſſe aſſerit. Sed de hac eadem re mentio eſt in libro qui Bilãces inſcribitur, id eſt, Moſnaĩ, his verbis: Poſt, inquit, autores Thalmud extiterunt ſcriptores in legẽ, & hi qui Meſoreth condiderunt, & poſt eos grammati-
20 ci. Patẽre igitur aiunt, eam punctandi rationem ſerò excogitatam fuiſſe, & Meſoreth nuncupatam. Sedenim & Græcos vetuſtiſſimos accentibus non vſos eſſe manifeſtis rationibus compertum habemus. accentus, inquam, longo poſt tẽpore à Græcis ſuperadditi fuerunt. quĩ & hoc ipſo tempore vetuſtiſſima marmora cum Romæ plurima, tum aliubi gentium etiam pleraq; ipſe ego ſine accentibus literis græcis inſcripta & vidi & legi. Nonnullos inſuper antiquiſſimos codices Dorica lingua perſcriptos, inter quos eſt Archimedis codex peruetuſtus hic apud Albertũ noſtrũ Carpeñ. principem. Sunt & talia græca Sibyllina carmina de ludis ſecularib. quæ in medium profert Zoſimus græcus hiftoricus. Eſt & Callimachi elegia, quã etiam Politianus agnouit. vt magis ridiculũ id ſit,
30 quod quidam de ſerpentis Cadmi dentibus, & fabuloſis ſpartis terrigenis commiſcuntur: idq; ideo, vt accentus oſtendãt antiquis in vſu fuiſſe. at vos, vt ipſe retuli, ſic rem hanc habete. Nunc id quoq; attendite, vt quibus vocibus nuncupentur ab autoribus accentus, ſcire queatis. Quòd igitur dictionibus accinãt, à noſtris accentus dicuntur. Eadem fermẽ ratione à Græcis *ὑποωδία* appellãntur: & Gellio, & Martiano, & Diomede teſtibus, tum vocum moderamenta & faſtigia, & vocis animæ ac ſeminaria, tum etiam voculationes, & accentiuicula, & tenores, & ſoni, interdum & cacumina dicuntur, quòd rationem pronun-
Accentus cur dicti.
 ciandæ orationis oſtendant: vt mirum id mecum vobis videri poſſit, quod à viro doctiſſimo, cum diſciplinis omnibus liberalibus, tum trium linguarũ cogni-
40 tione, hebræa, græca, & latina, proditũ eſt, qui cenſebat dictiones pronun-
 das eſſe ex ſyllabæ quantitate longa vel breui, non ex accentus ratione, idq; pluribus argumentis aſtruere nixus, paucis perſuaſit. Verũ nos reliquum proſequamur de literis, vt totum, quod pollicitus ſum, vobis exoluã. Scribit Plinius, Primus omniũ gentiũ conſenſus tacitus conſpirauit, vt Ionum literis vterẽtur. Sed & veteres eaſdem penẽ literas fuiſſe quæ nunc latinæ, Prifcianus grammaticus, & Plinius quoq; prodidit, qui, Indicio eſt, inquit, Delphica tabula antiqui æris, quæ eſt in palatio, dono principũ Mineruæ dicata in bibliotheca, cum inſcriptione tali: ΝΑΥΣΙΚΡΑ ΤΗΣ ΤΙΣΑΜΕΝΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ. cuius quidẽ tabulæ & Palæmon & Papyrianus grammatici meminẽrunt. vt hi eò
50 magis ridendi ſint, qui apud Plinium ſuperadiectum id totum exiſtimant, quod eſt de Nauſicratis inſcriptione. Hac certẽ forma antiquiores Græcorũ literas fuiſſe cũ manifeſtẽ colligit vtraq; lingua eruditus Ioannes Laſcaris, in ea epiſtola quã Petro medici rei publicæ Florẽtinę principi, in græcorũ epigrammatũ editio-
 ne dedit.

ne dedit: tum etiam apud Athenæum videmus ubi gryphorum mentio agitur, ut alios mittam. Iam verò ad Latinos redeo, qui Hetruscorum literis primum uti solebant: Hetruscorum inquam, quarum literarum adhuc extant characteres à Latinis diuersissimi, ut memini me vobis aliàs ostēdere, & simul inscriptiones ex ijs vetustas collectas à Collenuccio & Annio, & post etiam ab alijs vulgaras. Ex autem Hetruscorum literæ à Lydis Tyrrenis eò delatæ creduntur. Posteaquam verò Hetruscorum res debilitari cœpere, Latini sese Græcis penitus addixere, id quod palàm cognoscimus ex ijs quæ in manibus habentur originū Catonis Portij fragmentis. Sed Roma, inquit, tum rudis erat, cum relictis literis & disciplinis Hetruscis, mirabunda græcis fabulis rerum & disciplinarum erroribus ligaretur, quas ipsi Hetrusci semper horruerunt, neq; ob id vnquā latinas literas voluerunt suscipere vsq; ad Cæcinnam Volturrhenum magistrum quadrigarum & augurum principem, patrem Menippi, & auum Menedori, quas ante illum pater eius Volturrhenus, auusq; Titus, & proauus Turrhenus semper Romanis principibus charissimus, renuerunt, cum ad eas recipiendas vrgerentur. Nam & ipse Turrhenus, patre Elbio Volturrheno, & rege Hetruscorum ultimo ad lacum Vadimonis cæso, & quidem ad reddendam urbem anno secundo Olympiadis cxxiiij, alluci potuit, sed ad recipiendas latinas literas nunquam persuaderi potuit. & hæc quidem Cato, ut circumfertur. Cæterum latinis literis sic ex multo tempore constitutis & ordinatis, ab vsq; Claudij Cæsaris temporibus eadem constitere, & id quod nec Longobardi, nec Gothi, nec Hunni, & v vandali, ceteraq; barbaræ nationes, quæ in Italiam toties cum armis irruerūt, & ferro & igni toties vastarunt, facere potuerunt, vnus nunc demum aut alter, viri sanè docti in vernaculis exprimendis Hetruscorum, ut aiunt, vocibus, nouas literas nouasq; formas meditantur, idq; non minore studio quàm labore, & scriptis etiam proderere satagunt: quod illis bene vertat. Nam quæ tam rudis & barbaræ natio, tam asperi & duri, ne anhelantis dicam, sermonis, quæ non latinis literis vtatur: suosq; per illas nō exprimat animi conceptus, vel excibat verba etiam plerunq; stridentia? Sed nunquid ideo minus compta & elegantes fuisse Fran. Petrarca, Io. Boccacius, Danthes, & alij, quia ignorauere istas tanta arte nuper excogitatas literas? Absit, quin hi ipsi nouarum literarum inuectores facilem satis scribendi viam, difficillimam, ijs qui eam pergere volunt, efficere videntur. Hic Piso, dum ego hæc dixissem: Poterant hi sanè, inquit, moneri, suum hoc inuentum nouarum literarum non diutius in hominum memoria duraturum, quàm excogitata Claudij Cæsaris literæ, quæ vix in vsu tandiu perstitere, quandiu ille vixit: horum auguror nec tandiu superfuturas, ipsis enim adhuc viuentibus & spirantibus interibunt. Quibus ego: Rectè inquam tu Piso: nam & legimus apud maiores Dionysium quendam Lincium syllabarum omnium singulas formas aptissimas fecisse, & ob id statua suo tempore honoratum fuisse, nunc verò non modò syllabarum ipsas formas extare, sed vix nomē audimus, verum de his præclaris nouarum literarum inuentoribus hæctenus. S. verò literarum virtutes & potestates cupitis, si deniq; quo pacto pronunciarī, quo sono, quo spiritu, & oris gestu, & forma quæue eius parte, omnia hæc ab Halicarnasæo, Terentiano & Capella alijs, quæ, quos iam tu fortè Piso legisti, & post hæc cū Pico puero hoc nostro legere poteris. Nam de hebraicis ipsi statim in rudimentorum exordio docent, quæ gutture, palato, lingua, quæ dentibus seu labijs enūciandæ sint. Quo fit, ut mecum iure ridere queatis, si verum est quod dudum intelligo, Germanum hominem ad tantam arrogāciam, si non potius vecordiam, peruenisse, ut Græcos & Italos, e iam Romanos ipsos se docturum putet, & palàm in coronis iacet, quomodo rectè pronuncian dum sit atq; legendum, quin illum etiam hac de re libros meditari, quos edat in vulgus. Hoc cum dixissem, subridens inquit Piso: O rem ridiculam quam narras, inquit, Lili, Germanum ne hominem nunc demum Romanam græcāq; linguam, Græcos & Romanos hō-

- nos homines profiteri se velle docere, easque, si diis placet, pronunciare: is saltem, si non tot suis scriptis, Anacharsidis dicto moneri poterat. Sed ista, inquam, amici risu deuoranda, nosque nostrum institutum potius terminemus, & de literis tandem concludamus, illud afferentes, tam Græcos quam Latinos, numeros apud antiquos per literas expressisse, id quod & hodie ex parte seruant Græci & Hebræi. Sed subinde superioribus ætatibus notæ atque figuræ mutatæ sunt. Sanè apud Græcos is character qui sex significat, hoc est ε, Epifemi character vocatur, ut est apud Theophrastum. Et ab his certè numerorū literis Pythagoras, & eum secuti Pythagoræi, si non potius ille ab Aegyptiis edoctus, secretam il-
- 10 lam & arcanā, ne superstitionisam verius dicam, numerorum rationem commenti sunt, qua quid euenturum esset ratumve foret pronunciabant: qua de re alibi. Ab hac quoque, ut videtur, superstitione Pythagorica Aegyptiacæ, Marcus & Colarbasus suæ hæreseos originem traxere, de qua, quoniam res parū nota est, vobiscum ex Tertulliano agam. Ita enim ipse in libro de hæresibus: Non desuerunt, inquit, post hos Marcus quidam & Colarbasus, nouam hæresim ex Græcorum alphabeto componentes. Negant enim veritatem sine istis posse literis inueniri, imò rotam plenitudinem & perfectionem veritatis in istis literis esse dispositam: propter enim hanc causam Christum dixisse, Ego sum α & ω. Ω mega denique in Iesum Christum descendisse, id est, columbam in Iesum venisse,
- 20 quæ Græco nomine cum μεσσηρα pronunciatur, habere secundum numerum δ c c c i. Percurrunt isti ω ρ χ φ υ, totum vsque ad Alphabetum, & computant odoadas & decadas. Hactenus obscure ille quidem: longe verò plura de eiusmodi Colarbasii & Marci ineptiis ac deliramentis, Irenæus libro primo aduersus Valentini & similium hæreses tradidit. Sed de eisdem agit & Philastrius Brixinensis antistes, in eo libro qui de hæresibus inscribitur, quo tamen loco non ille Colarbasum, sed C. Bassum vocare videtur. Sed rideatis licet horū ineptias antiquorum, & utinam non & hodie essent huiusmodi leues ac superstitionis homines, qui & amorum & negociorum inde euentus colligere anxie studerent. His sic à me dictis, Et ridere, inquit Piso, nobis libet, & audiuisse iuuat, neque enim ista aliàs audiuimus. Sed iam, inquam ego, tempus est ut ad tabulam redeam. Animalium igitur (ut vnde digressus fueram in viam redeam) ceterarumque rerum figuræ, quæ in tabella depicta fuerant, Aegyptiorum & Aethiopum sacrae sunt literæ, quas ideo Græci hieroglyphicas & hieraticas nuncupant, quibus literis sacros suos libros & indigitamenta conscripta Aegyptios habuisse legimus. Cum enim inter cætera numina magnæ deæ Isis sacra & vota nuncuparent, veterem, ut scribit Lucius Apuleius, librum proferebant, in quo versus depicti eiusmodi literis erant. Tunc puer Pice: Extant ne, ait, aliquæ istarum notæ literarum, seu istas ipsas qui doceat liber? Vtrunque, inquam, extat mihi Pice. Nam cum in quamplurimis monumentis marmoreisque obeliscis
- 40 atque columnis, hodie quoque literæ hæc spectentur passim, tum de nonnullis etiam Porphyrius, Diodorus, Plutarchus, Herodotus, Eusebius, Tacitus, Ammianus, Ruffinus, & alij plerique meminerunt. quin & Chæremon philosophus hieroglyphica scripsisse dictus est: & Horus Apollo Aegyptius sua lingua idem factitauit, cuius pars nunc quoque in Græcū tralata sermonem, mendosa licet & manca, legit. Sed de his literis satis. Nam Pierius Valerianus virtum probitate, tum literarum studio mihi charissimus, de his iam pridem ingens volumen parturit: quare de his satis. Poetica igitur imago picta in tabula, altera manu sphaeram seu globum continebat, qui totius mundi formam habere videbatur. subucula vero et interiore tunica succincta, sed superiore veste ampla ac laciniosa discincta,
- 50 quæ polymitaris & plumaris opere confecta fuerat, dextrum nuda pedem, sinistram ridenti Sicyonio induta. Eius ante pedes sparsæ iacebant coronæ ex lauru, hedera, myrto, aliisque frondibus, foliis decussatim intertextæ, quæ nisi emeritis, & multo quibusdā sudore profusis dabantur. Aderant tamē, ut videbatur,

Hieroglyphicæ & hieraticæ literæ.

Redit ad poeticam imaginem.

nonnulli temerarij ac impudentes, vt est hodie & semper fuit hominũ quorundam genus, qui improbe eas rapiebant, clamq; sibi inconcinnas quasdam ac male compositas coronas consuebant. Integras verò ac inuiolatas eas nulli assequi poterant, ni quæ eo loci tripudia choreasq; subsultim ducebant in numerum nouem puellæ cum intonso ac imberbi adolescentulo, exhibuissent. Propter has & Pitho dea sedebat, quæ haustum liquidissimum quendam liquorem ex Orchomenio Gratiarum fonte nonnullis canentibus propinabat. Tunc in me intuens Piso, mira mehercule ait pictura. sed quid ista præ se ferant, ex te audire non minus hic puer Picus, quam ego, auemus. neque nos sermonem interrompere dixeris, nam cupidus, si non magis curiosi sumus, & qui si non cuncta, certè plurima scire concupiscimus. At ego illis subridens inquã, curiosi quoq; vterq; Lucius. Mitte quæso nũc Lili iocos, Piso ait, & quod auemus nãximè, rem omnem nobis explana. Sit, inquã, hoc quidem ioco dictũ, meminertis tamẽ sedulo illius Cleobuli sententiæ seu cuiusvis alterius, omnibus in rebus optimũ esse tempus. nec hoc tantũ vobis in præsentia dictũ, sed semper dictum putate. quare iam attendite, cur sinistra spherã præferat Poetica. Ratio hæc est, quod nihil vsquam gentium est in toto mundi ambitu, seu quæ supra lunã perpetua atque æterna, seu quæ citima sunt mortalia atq; caduca, quæ nõ fuerint versibus decantata, id quod planè me pluribus vobis ostensurum existimo, ex imaginũ poetarum fermè omnium narratione. Quod verò interiores succinctas gestare vestes videatur, id in causa putauerim, quod qui seria & naturę secreta scripserunt, succincto & expedito vsi sunt sermone: at qui bella, amores, lusus, & id genus cætera, ornato, cõpto atq; diffuso, qui per superiorem amplam & laciniolam vestem significat. Nec id præterea mirũ vobis videatur, quod altero sit pede nuda: nam & in versibus pangendisq; carminibus quidam quoq; nudi sunt pedes, & nullo fermè lepore conditi, vt spondei, iambi, & qui à Græcis musicis ἀλυσί dicuntur, quidam illecebris omnibus omniq; venere & gratia præditi, quales dactyli, & anapæsti, & trochei. Nouẽ aut̃ puellas cum iuvene saltantes, nouẽ cũ Apolline Musas, vel Baccho esse crediderim, quos poetici furoris præsides antiqui putauere. Sed de Musis nihil, inquã, nunc vobis amplius, quãdo sub examen nunc libellum habeo qui adolescẽti mihi è manibus exciderat, illum propediẽm à me reformatũ legetis. Nunc illud, qua ratione in numerum choreas ducere Musæ ipsæ videant̃ exponã. Memini me, inquã, apud autores legere, suas saltationum species poematis & carminibus ascriptas veteres habuisse. nã Lyricæ poeseos pyrrhicha, gymnopedice & hyporchematica esse dicũt. Gymnopedice quidem nomen in memoriã mihi revocauit illud, vt & vobis recenserem moris fuisse in Dionysijs, vt nudi choreas pueri agitent, cuius rei modum describit Athenæus in xiiij. dipnosoph. Qua ex re illud vobis magis liquere debet, quod est apud M. Tulliũ in oratione pro rege Deiotaro, cui obiectũ à Philippo & Castore fuerat, quod nudus & senex saltasset: de cuius saltationis modo, ne quidẽ verbum est factũ ab interpretibus. Verum ad institutũ redeo. Fuere itẽ saltationum scenicarũ species tres, tragica, comica, satyrica. à quibusdã & tyrbasia dithyramborum, cordax comædiarũ, vnde ὀρχήστριον verbũ obscœnũ apud Græcos, quod est saltando lãbos agito. hinc & cordacismus saltationis species turpis & indecens, cuius in Philippicis meminit Demosthenes, quod vocabulũ Vlpianus & Harpocratiõ interpretant̃. Verumenimvero Artianus Cordacẽ satyricum saltationis genus esse scripsit, in Indiãq; à Baccho ait institutum fuisse. Sicinnis satyris conuenire existimatur: vnde & Sicinnistæ Satyri dicunt̃. Nonnulli barbarum quempiam Sicinnon, alij Cretensem & inuenisse & nomen dedisse prodidere. Sunt qui Thersippum Sicinnin primũ saltasse scribant, & deduci à verbo σείω, hoc est, à quatiendo concutiendõve. Alij Sicinnin magis quidem comicam scribunt, eãmq; Phrygas primos saltasse in Sabazij Dionysij celebritate. Sic verò nuncupata ex Arriani sententiã, ab vna Cybelis nympharum: cui id no;

Sicinnis.

id nomen erat. Alij aliter. Fuit verò Emmeleia Tragœdiarū saltatio, in qua Ba-
 thyllum Alexandrinum excelluisse legimus. Fuerunt & qui Sicinnia Tragœ-
 diarum fuisse prodiderunt. Alij Emmeletam militarem: de quibus omnibus Lu-
 lius Pollux, & Dionysius Halicarnass. & Ammonius, & Suidas, & omnibus his
 copiosius Athenæus, vt alios mittam. Sed & Pylades Cilix histrio præclare hac
 de re apud Græcos scripsisse traditur. Saltandi verò artē, & illius inuentionem
 Arcadibus acceptam scriptores referunt. Non sum ignarus aliquos esse, qui ab
 ipso mundi exordio saltandi rationem excogitatam prodidere, exemplo desum-
 pto ab ipsa cœli & syderum vertigine. Restat ille etiā nobis, ait Piso, scrupulus,
 10 quid coronæ, quid dea Pitho significet. Hæc vos, inquam, minimè latere arbi-
 trabar. quæ etenim ex lauru corona fit, victoribus & heroicis conuenit Poetis,
 vt est apud Horatium & Papinnium, cum prius tātum ducibus Imperatoribus-
 que daretur, quòd scilicet fulmine non ictur. Quæ ex hedera, quæ si Dioscori-
 di credim⁹, ideo poetica vocat⁹, Lyricis Poetis, vt aliquibus placet, dicata. Sanè
 nō ex omni hedera poetica coronæ, sed ex ea nigra specie, cui flos sit croceus,
 foliis nō adeò tamen pullis, quam & Nysiam & Bacchicam & Dionysia voca-
 tam legimus, ingentibus corymbis. Quæ ex myrto corona fuit, dabatur Eroti-
 cis poetis, hoc est, amatoria scribentibus. Quæ verò ex iis omnibus vel diuersis
 20 ex frondibus constat, quam ab antiquis pancarpia vocatā video, illis attribui
 posse videtur, qui in omni carminum genere gloriose & cum laude scripsissent:
 tametsi hæc variè confusèq; à poetis & scriptoribus referunt. Quòd clam verò
 ac impudenter à nōnullis diripiant, nō nostra, vt præuidetis, hoc indiget inter-
 pretatione. Præter enim valde paucos, hac tempestate, meritas capitū coronas
 & Musarum ferta imponere sibi videmus. quin (prò pudor) pro lauro & hede-
 ra, vtriusq; ac brassicis nostri nō poetæ, sed linguaces nebulones coronan-
 tur, et verbosa petunt principū priuilegia: qui tamen coronandi mos, si non abu-
 sus, quo sibi magnā & dignitatis & honoris accessionē hi fieri arbitrant, qui vel
 à Ro. pontifice, vel à Cæsare cæterisq; principibus & regibus seu ab his legatis
 & facultatē habentibus insigniuntur coronanturve, ipsorumq; honorant, vel cer-
 30 tē onerant, diplomatis scriptisq; tabellis, nō antiquus ille quidē fuit, nec mul-
 tis antè seculis institut⁹, vnde mirū est, cur tātoperè à quàm plurimis vmbatilis
 hæc dignitas ambiat, experaturq; cū poetā fieri non principū priuilegiis, nō di-
 plomatibus, nō etiā tabellionū publico testimonio, manifestè & apertè scia-
 mus, sed eleganti potius eius facultatis cōpositione, quantū diligētī & accurata
 lectione, & studio honorum vatū, tum & natura ipsa, tum maximè vtroq; asse-
 quimur. Hic ad me cōuersus Piso: Verum ne istud, inquit, quod ais Lili, q̄ non,
 vt nunc moris est, poetæ apud veteres per priuilegia & diplomata institueren-
 tur: Verissimum, inquam, id quod etiam patrum nostrorū ætate poeta quidam
 ridens tot suorum temporum laurigeros poetas nō insulse, ita canens ostendit:

40 *Temporibus prisca cum secula docta fuere,
 Qui gereret laurum vertice rarus erat.
 Nunc indocta rudes homines cum secula gignant,
 Laurigeros vates angulus omnis habet.
 Nil igitur mirum tot cingi tempora lauro,
 Quod regum est munus, iudicis antè fuit.*

Videtis non apud antiquos multos fuisse laurigeros. Nam etsi aliqua extāt in-
 scriptiones in poetarum commendationē, vt Cl. Claudiani, & L. Pudentis alio-
 rumq; vt in imaginibus eorum vobis ostendam, itémq; poetæ ipsi plerurq; sibi
 coronas inter canendum petant, vt cū Verg. ait, Atq; hanc sine tempora circum
 50 Inter vicitrices hederā tibi serpere lauros, & cū Melpomenē Horat. Flaccus co-
 mam sibi Delphica lauru cingere flagitat, nō hæc ipsa tamen coronadi antiquū
 arguunt fuisse institutū. Non enim multò ante Petrarchā, quod equidem cōpe-
 terim, ad cōtundendam hominū arrogantiam Poetica facultate abutentiū, vt alia

pleraq; Pontifices ac Cæsares id sibi vsurpauere, quò scilicet sibi homines addi-
ctos magis facerent, quem tamen coronandi morem, si ritè per censores et equos
& peritos nò ignaros iudices prestare, haud equidem damnarini. Vnde verò,
inquit Piso, mos potuit sumpsisse principum: vix enim temere cæpisse credide-
rim. Tunc ego: Ne quicquã vobis quod ex me quæratís negẽ, qua hac in re con-
iectura ducar, vobis exponã. Scribit in v. symposiacõn Plutarch. verustissimum
fuisse institutum Poetices certamen, repetitq; ab Homeri Hesiodiq; vsq; tempo-
ribus, cum simul ambo hi Poetæ certarunt in funere Melyci Thessali: quã histo-
riam in Hesiodi imagine copiosius recitabo. quare vos scire oportet, à Græcis,
vt aliarũ multarum rerũ, sic quoq; literarum & carminũ ludos ac certamina insti-
tuta fuisse, vt earum rerũ studiosi exercerent, & simul populi oblectarentur. au-
diuistis enim poetarũ sæpe certamina & victorias, electosq; ad id iudices, qui-
bus iudicandi munus mandabat, vt Ptolemæũ apud antiquos fecisse videmus,
qui iudices in suis ludis statuit, quod pluribus describit Victruuius, vt etiã pla-
nius in multis recensendis poetis vobis palàm faciam. Quin & ab ipsis Græcis,
Nerõnem Cæsarem apud Latinos idem instituisse accepimus, & post eũ Fl. Do-
mitianus, aliq; deinceps nonnulli. Cum itaq; paulatim literarum studia obsole-
scerent, iamq; ferè essent desita, eius tum demũ facultatis & disciplinæ (vt facile
credi potest) cupido quædam ambitiosa, & desiderium hominibus iniectum
est, vnde emanauit hæc coronandi consuetudo, si non potius abusus, vt etiam
creandi artium & disciplinarum magistros & doctores. Tametsi vetustum fuis-
se morem legimus capiendorum insignium, quorum ita in Basilij monodia in
hunc propè modum Nazianzenus: Omnia, inquit, iam Basilij affecutus, quæ
& philosopho, & oratori, & sacerdoti opus erant: cum in his honoris ac profes-
sionis de more insignia posset accipere, facile despexit, & superuacua putauit, vt
qui non phaleras, sed veram ex his doctrinæ utilitatem susciperet. hæc ille. Sed
vnde coronarum vsus, à quibusue incœperit, quòtque earum genera, & nomi-
na, quibusve personarũ generibus, rebûsq; conuenirent, multa Septimius Ter-
tullianus in libro de corona militis, & nonnulla Plinius in: nat. hist. & Gellius.
Theophrastus quoque de coronis scripsit, item Callimachus & Mnestheus me-
dici: tum multò plura Cl. Saturninus, qui de iis librum scripsit, in quo ita earum
differuit & origines et causas, species insuper & solennitates, vt, Septimij verbis
vtar, nulla floris gratia, nulla frondis lætitia, nullus cespes aut palmes inuenia-
tur, qui non sit alicuius capiti consecratus. Scripsit & his diebus libellum vir do-
ctus & eruditus de coronis, ex quo cum libuerit plura legetis. Nunc hac de re
satis, ne quæ parum ad tabulam faciunt afferre videamur, atque idcirco ad deam
ipsam Pitho, de qua ex me modò quærebatis, me ipse conuertam. Ea quidem
persuadendi quædam dea est, vt interpretatur Fabius: ab aliis modò lepos, mo-
dò suada, interdum suadela nuncupatur. quæ ideo gratiarum liquorem ali-
quorum labiis infundere dicitur, quoniam efficacius animis hominum inhæ-
rent quæ per carmina traduntur: eadem quoque causa facilius memoriæ man-
dantur, quod tamen in numeros refert Aristoteles, quòd iis mensurentur. Sed
enim cur sensus magis carminibus afficiantur, eam causam Cleanthem dicere
solutum accepimus, quod sicut spiritus noster clariorem sonum reddit cum il-
lum tuba per longi canalis angustias tractum patenti ore nouissimè effundit,
sic sensus nostros carminis arcta necessitas clariores efficit: negligentiusq; vt il-
le ait, nos percutiunt, quæ soluta oratione dicuntur, quàm quæ astrictis certis pe-
dibus & numeris, quasi euibrato lacerto in nos torquentur. Atque ideo Vi-
ctruuius egregius architecturæ scriptor agrè fert, se haudquaquam posse car-
mine sua præcepta tradere: nam carminum, inquit, & pedum, & verborum ele-
ganis dispositio, sensus prolectando legentium, eos ad summa perducit. Non si-
ne igitur gratia poetæ videntur posse placere, atque ob id flexanima ipsa Pitho
propinare fingitur suauem quendam gratiarum liquorem: ea inquam Pitho
qua e

Coronandi
poetas mos
vnde coepe-
rit.

Pitho dea.

quam in Periclis labris infedisse veteris Comœdiæ Poetæ fabulati sunt. Ennius verò M. Cethegum, vt scribit Cicero, eius medullam nuncupauit. Cuius deæ simulachrum Thebis in templo Veneris fuisse Pausanias perhibet, Praxitelis opus. At quoniam paulò antè dicebam, carmina magis afficere quàm solutã orationem, nunc, si libet, expressius causas afferã, cur non modò homines, sed omnes etiam feræ rationis expertes animantes, cantu & musica afficiantur. Et Piso, Vt pro Pico etiam meo iure respondeam, certè, inquit, nobis erit gratissimũ. Tunc sic ego: Musica, inquam, siue in voce tantummodo est, vt Socrates credit, siue, vt Aristoxenus, in voce & corporis motu, siue in iis & præterea in animi motu, vt putat Theophrastus, certè multum obtinet diuinitatis, & in animis permouendis plurimum valet, nostrãq; mentes ipsæ, quamvis Epicuro reclamante, diuinæ, suam naturã per cantus agnoscunt. Nam vt Platoniorum & Pythagoreorum est sententiã, omnes animæ cœlestis illius Musicæ memoria, cuius pridem in cœlo consciã fuerant, ea suauitate afficiuntur, adeò vt nec tam asperum vllum sit, atq; immane pectus, quod nõ eius dulcedine mulceatur: seu id ea causa fiat, quod anima ipsa harmonia sit, vt putauit Herophilus, & eũ secuti pleriq;. Alij diuinæ cuidam occultæ virtuti, quæ in animis nostris inesse credit, hoc attribuunt: Poeticam enim aiunt donum esse quoddã dei, & diuinum quendam cœlestemq; furorem: verissimũq; præterea esse, in simile quod simile est facilimè agere vimq; habere. Hinc idcirco fieri, vt eam nobis partem mulceat, & trahat Poetica: simulq; quod in nobis cœleste lumen inest, vis ea cœlestis excitat & cõmouet. Sed hæc nimis fortasse altè repetita, naturæ hoc potius argumentis, & exemplorũ vi ostendamus licet. Nullus est profecto mortalium, modò non communi sensu & ratione sit priuatus, qui non vim maximam habere harmoniæ suauitatem fateatur, cantũq; ipsum adeò sensus mulcere, vt plerunque vel bonos mores ipse, vel malos nobis insinuet, & labantes etiam sæpe homines et perditos dirigat, in meliũq; reformet, ita & è contrario bonos probosq; emolliat atque corrumpat. Quo fit vt apud antiquos scriptores legamus, varia fuisse cantuum & carminum genera, id quod planius alio vobis loco ostendam: alij enim casti sunt & temperati, alij amatorij, alij etiam bellici, alij pacifici, alij mœsti & lugubres, alij denique robur & audaciã, alij timorem & hebetudinem quandam mentis audientibus afferunt: quin, vt tradit Censorinus, morbos animi quos appellant $\pi\alpha\theta\eta$, musica lenire & sanare consueuit. Hinc Pythagoras, vt scribit Euthymius, adolescentis immodicè amantis, mutatis tibiæ modis, amorem simul immutasse fertur, & alium gladio insipientem pari modo compescuisse. Hinc quoque inter pocula in conuiuio Alexandrum Macedonem ad arma Timotheus conciuit Orthio, vel Dorio, vt alij scribunt, carmine, eoque mutato pacauit. Hinc & Asclepiades delirantes & mentes morbo turbatas sæpe per symphoniam suæ naturæ reddidit. Idem & surdos tuba curauit. Damon & Pythagoras ebrios resipere docuere. Ismenias Thebanus ischiadicis & febrientes pristinæ restituit valetudini. Nec minus Cretensis Thaletas citharæ suauitate morbos ac pestilentiam fugauit. Empedocles furentem gladio iuuenẽ carmine repressit, & lymphaticum Xenocrates modulis liberauit, & Hebræum regem David rex futurus. Hinc Terpander atq; Arion Lesbios atq; Iones è grauißimis morbis eripuerunt. Quid igitur mirum si sani adeò carminibus afficiamur, alijs alio plus minus, pro naturæ habitu seu studio? Nõne videmus & nos in bello musicis modulis inflammari, nunc quidem tubis, & tympanis, ac cymbalis, vt olim Cretenses lyra, Lacones tibiis, Amazones calamis, Sibaritæ tibiis, Lydi fistulis & tibiis? Sed & barbarorum pleriq; citharis ac tibiis legationes & præconia sua faciunt, vt Getæ. Num idem etiam in funeribus & sepulturis? qua de re plura in nostro de se pulchralibus. Sed si huiusmodi cuncta complectar longior sim. Nõne, vt ad cœlestes transeam, & nouem ipsos angelorum choros, nos & credimus, & perinde colimus, qui assidue ad maie-

Cur feræ, & quæ atq; homines, musica afficiantur.

Musica mihi & vis.

statis eius solium concentus auribus mortalium inauditos edunt: Vt hic vobis mittam gentilium philosophorum cœlestes quas vocant musas, & agentes cœli sphaeras & globos, Sirenas, abiunctasq; quas vocant à materia substantias, ceteraq; id genus. Nonne & cantu nos saepe mortales, Dei immortalis iram auertimus? Hinc etiã tot hymni, tot cantica, tot supplicationes & preces, hinc Delia cithara apud Delphos, tibia in tot sacris: hinc sistra & tympana, crotala apud Maryandinos, & Aones calami instantur in laudes cœlestium, pandura ab Aegyptiis habetur, à nostris verò organa, & nolæ, & quæ campanæ dicuntur, ac id genus cætera. Quid igitur mirum si humana natura in tantum carmine & musica delectatur? quod, vt clarius etiã liquidiusq; cognoscatis, id in primis¹⁰ ex paruis & vagientibus infantibus liquidò intelligere potestis, qui carminibus canticisq; consopiantur, & quodammodo sine lege regi & duci videntur. Hinc tot nutricum, si non & vatum tot excogitata & cantata vniã, & inuenta crepundia, & tinnientes bullæ. Sed agè tu mi Pice, qui me hæc dicentẽ tam attentè audis, agè inquam, cum quippiam tibi est memoriæ mandadum, vel id antiquis, vel nostrorum temporum scriptoribus, an soluta oratione compositũ, an carmine conditum facilius memoria complecteris? Quis nescit, illicò puer respondit, longè facilius, ac etiã citius carmina memoriæ imprimi? Cui ego: Et quanam, inquam, id ratione fieri arbitraris? nullã ne, an aliqua? an verò natura ipsa sic sensus disponente ac moderante? Num sentis ideo libentius etiã²⁰ memoriã arripere, suauiusque haurire, ac quasi thesauro quodam recondere, quæ carmine tibi proponuntur? Sic est Lili, Picus inquit, vt ais. Quid tu Pifo, inquam, an & ipse hoc fateris? Et quĩ, inquit Pifo, istuc negem? Sed cum ita sit, attendite inquam, alia naturæ via incedam, eiusq; vobis exempla afferam. Num vos vidistis vnquam viatores de medio fatigatos die, itineris lassitudinem cantu & carmine solantes? Num quoq; audistis operarios, ac artifices in laboribus suis saepe canentes? Num, vt poeta canit,

Interea longum cantu solata laborem,

Arguto coniunx percurrit pectine telas?

Sileo nunc vobis nautas, agricolas, messorum, quorum etiã propria sunt & peculiaria carmina, vt vobis aliàs exponam. Natura igitur ipsa sponte sua solatia laboribus qualicunq; modulamine subministrat hominibus. Sed nunquid, rogo, rationis expertes animantes minus ideo musica & cantu afficiuntur? Minimè minus inquam: nam & videtis equos ipsos tuba ad brauij cursum incitari, & ad prælia inflammari: oues fistulam & pastoritia carmina sequi, & eadem fistula ceruos capi, nonnullasq; feras cãtu in laqueos plagasque deduci. Ipse quidem Delphin musico cantu & delectatur & salit. Scribit Aelianus, luporum impetum repressum fuisse cum Pythocharis tibicen magna contentione ad tibiã incitatos numeros cecinisset. Nonne idem autor Libycas equas tradit tibiã cantu mulceri, adeò vt canentem sequantur? Nonne & apud Mysos cum equinum⁴⁰ genus ineunt, pastores veluti hymenæum canentes præcinnunt, atq; ita demulcæ equæ concipiunt? quin & inde musicum nomen Hippothoron apud Græcos legimus. Nonne et Sybaritani equi ad tibiã sonitum saltare didicerunt? Elephantes verò Indici organica voce detinentur. Pisces quoq; in stagno Alexandria, vt Martianus ait, musico crepitu sistuntur. Cygni Hyperborei citharæ modulatu adducuntur: ac monoceros, hoc est, vnicornis ipse, vt ait Euthymius, pulchritudine & carmine superatur. His igitur omnibus facilè cognoscitis carminum & harmoniæ quanta sit vis: nec adeò mirum si homines afficiat suapte proprietate, cum rationis expertia ita demulceat. Sed si attendatis, alio quoque modo videbitis, animum animique nostri partes, concentui & rationi⁵⁰ musicæ congruere, eique referrí. Est enim symphonia, quam consonantiam nos vocamus, harmoniã rerum quidem differentium per se, in vnãque conuenientium melodiam: idque in primis videre licet, cum symphoniarum rationes

rationes interioribus animæ partibus congruunt, & aliud quidē in primo sit ordine, & tantūmodo imperet, nūquam seruiat, hæc verò rationalis animæ pars: aliud autem, hoc est, irascibilis pars, medium locum habeat, & regatur à primo, ipsum verò posteriori imperet. at quod extremum teneat locum, pars sit concupiscibilis, quæ tantum pareat, nunquam imperet. Tunc siquidem animæ symphonia & consonantia inueniri poterit, rationalis dico partis ad irascibilem, ut eius chordæ quæ hypate dicitur ad mesen: hanc enim supremam & grauissimam vocem appellant, quæ seruat symphoniam, quæ diatessaron appellatur. similiter & irascibilis ad concupiscibilem, ut mesæ chordæ ad eam, quæ vocatur Nete: hanc autem altissimam, & acutissimam vocem nominant, quæ est diapente. eodem modo & irascibilis ad concupiscibilem, ut chordæ illius quam hypaten diximus ad Neten: hanc siquidem vocem, quæ de grauissima acutissimaque conficitur, diapason appellant. quod si par est, non loca aut nomina attendere, sed vim potius ipsam sequi, & rerum efficaciam ait Euthymius. Rationalis sanè pars potius Mese appellanda est, eò quod ad irascibilem quasi ad chordam Neten (hæc enim acutissima animæ pars) eam rationem consonantiæ habeat, quæ est diapente: & ad concupiscibilem, ut ad hypaten (hec enim laxior est & mollior) rationem eam seruant, quæ est diatessaron, intentionemque filius & huius remissionem coaptat atque concinnat, qua mixtione optimam harmoniam perficit. Atque hæc quidem omnia vobis ex reconditis & exquisitis autoribus allata sint: quæ verò breuiter subiungam, vos ipsi in vobis percipietis. Ex cordis & arteriarum pulsibus, num quandam sentitis harmoniam? qui si dissulent, minusque proportioni respondeant, malarum signa sunt affectionum & morborum. quos utique pulsus Herophilum musicis quibusdam rhythmis excogitasse est literis proditum, & longè post eum se perfectè sensisse gloriatur Cl. Galenus. Nil igitur mirum, ut aliquando finiam, si animi mulicam sequuntur, & nos carminibus quam prosa magis oratione afficiamur. Id quod cum fateri etiam cogentur oratores, & qui soluta oratione vsi sunt scriptores antiqui, ut facilius eorum oratio in audientium animos illaberetur, numerosam & ipsi orationem excogitauere, seu Chalcedonensis ille Thrasymachus, seu Gorgias Leontinus fuerit, ut putat Cicero, quæ numeris conclusa oratio proximè carminibus accederet. Quare cum tantæ & virtutis & gratiæ sit Poetica, eò magis mirum mihi videtur, quod *ἀυροοι*, atque *αἰόροι* (ut sic dicam) Iurisperiti, ne Cæsares dicam, qui nullo immunis genere poetas & musicos donauere, cum tamen & Homeri aliquando & aliorum poetarum autoritate sententias suas comprobarint, imò & eorum nonnullos anxie Poeticam excoluisse videmus. Sed hucusq; hac de re, plura fortassis aliàs. nunc utiq; puero consulendum fuit, cui difficiliora hæc potius fastidium ac fatietatem, quam voluptatem afferre possent: qua re, ut dixi, hucusque

40 fatis. Et satis quoq; ait Piso. At ego ad puerū conuersus: Pice, inquam, si tibi hæc fortasse altius & longè repetita visa sunt, nunc molliori sermone pensabo: poetarum enim appellationes varias, & nomina referre proposui, quando & hoc à re proposita nō alienum fuerit. Et istud valde gratum nobis, vterq; ait. Tūc ego sic cœpi. Dicuntur in primis poetæ Græca voce, nec minus nota Latinis, à fingendis & fabulis, & versibus: cuius nominis tam patens & ampla est significatio, ut Deo etiā ipsi omnium creatori attribuatur. A Latinis verò, à vi mentis & furore vates vocantur, & quod iis scribere liceret, Scribæ interdum nuncupati sunt: à pangendis carminibus Epopœi, quo vocabulo quidā versificatores, quiglam Epici, hoc est, heroici carminis conditores potius intelligunt: epos enim

50 heroicum carmen dicitur. Poetæ quoq; interdum Sophistæ dicti sunt, ut Diogenes norat & Pindari expositores: vnde in Archilochi fabula Cratinus Homerum Hesiodumque admirās sophistas appellat. Idem ex Aeschyli autoritate confirmat Athenæus. Atqui, ait tunc Piso, sophistas potius oratores dici pu-

tabam, qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur, quod scribit Cice-
 ro, & Alcinous, & ante hos Plato. Licet, inquam, antiqui scriptores non solum
 excellentes rhetoras & illustres sophistas dixerunt, sed etiam philosophorū in-
 terpretes cum quadam ὑποία, ut ait Philostratus: nihilominus quoniam primi
 poetæ philosophi & theologi fuerunt, sophistæ & ipsi dicti sunt. quin & dithy-
 rambici, vel comici, vel etiam tragici vocati sunt Didascalii, quod videlicet ferè
 totius vitæ magistri videantur, ut Valer. Harpocratio & alij obseruant, idque
 Antiphonis autoritate probat, qui Pentaclea Poetam didascalum appellat, ait-
 que Aristotelem philosophum id in didascaliiis manifestè ostendere. Sed & hu-
 iusce rei crebra est priscae comœdiæ scriptoribus mentio. Idem quoque Aristo- 10
 teles, & ab eo Sophronius philosophus, Philippum poetam quempiã Comœ-
 diodidascalon vocant: vnde & cycliodidascalus, ut mox dicam, qui & Dithy-
 rambopœus vocatur. Inuenimus & tragicos poetas tragœdioididascalos nũcu-
 patos. Vocantur & δραματικοὶ scenicarum fabularum poetæ. Ac eodem quoq;
 Græci frequentissimè poetam nuncupant, & Melopœon & Odopœon, a can-
 tibus scilicet & odis concinnandis appellant. Iiẽ & Stichædon, quo inter alios
 Michaelius Græcus poeta vsus est, de cuius nominis origine ita legi: Menæch-
 mus scriptum reliquit σίχες virgas significare, vnde stichædi & stichodi, qui &
 rhapsodi dicti sunt: vnde nunc nos quoq; vulgo stichū virgulam festucamve vo-
 camus. alij tamen à versu πῆξ ἢ σέχθ, vnde etiã distichon et hexastichon, & alia 20
 quæ sunt in frequenti vsu scribentiū epigrāmata. Rhapsodorum verò nomẽ ab
 Homero deductū quidã opinãtur. Cum enim illi antea Homeridæ vocarentur
 qui ab Homero essent, fidelique quadã successione eius versus custodirẽt, postea
 factū est, ut & eodem nomine nuncuparentur qui non eo essent genere procrea-
 ti. Floruerunt autẽ hi præcipuè LX. Olympiad. quo etiam tempore Cæcilius
 Chius, de quo alio loco vobis cõmodius ex Hippostrato sum d. cturus. Diony-
 sius Argiuis Rhapsodos & Arnodos eosdẽ existimat, ea causa, quod allatis in
 mediū particulis poematum, & proposito certamine victori agnus dareẽt præ-
 mium. Sed de Rhapsodis, qui & Rhabdodi dicuntur, & Arnodis, quorū illi à vir-
 ga, hi ab agno, quo donabantur premio (ut diximus) cū nos alia, tū Pindari quo- 30
 que expolitores multa scripserunt. Sunt tamẽ qui Rhapsodos ideo vocatos au-
 tument, quod scilicet cum hi canerent ex lauru virgam tenerent, quæ symbol-
 um quoddam esse dicitur poetarum sapientiæ & diuinitatis. Quæ alia hoc lo-
 co dicuntur à nostris, ut leuia vobis missa facio. Rhabdouchum etiam appellaue-
 re quidam Comœdiæ poetam, quanquam apud Græcos eo vocabulo multa si-
 gnificantur. Dicuntur & Musopœi poetæ interdum: vnde de Hipponacte poe-
 ta illud epigrammatarij Theocriti legitur: ἄμωσσοῖος γινάδει' ἰππώναξ κῆτη. hoc est,
 hoc musopœus in loco Hipponax iacet. Item illud quod supra Pindari domum
 cum diriperẽtur Thebæ, ab Alexandro scriptum traditur, τῶνδ' ἄρα τῶν μωσσοῖδων τῶν
 σέγαυ μὴ καίηται. Pindari poetæ tectum ne vrte. Vocantur & poetæ Musoparagi, 40
 vel Musopatacti, ut paulò antè memorauimus. Sunt & apud Pollucem libro
 quarto aliqua poetarū nomina, sicuti Cantor, Entheus, & inspiratus Musarum
 numine, metrorum quoq; fictor ac compositor, aliãq; multa, quæ consu'to præ-
 tereo, ne vos fastiditis Græcorum tralatis vocibus diutius detineã. Verum post
 poetarum vocabula rectè. Illud etiam vobis afferam, poetas videlicet cum suis
 nominibus apud antiquos sacra facerent, proprias & peculiare quasdam ha-
 buisse victimas, id quod ex ipsis facillè colligitur. Nam Lyricos iuuenam im-
 molasse perhibent, quod & Horatium innuere volunt, cum ita cecinit:

Pascitur in vestrum reditum votiuu iuuenca.

Vitulam verò bucolicos, idq; illo Vergiliano astruunt:

Pierides vnulam lectori pascite vestro.

At de tauro Epici, de hirco Tragici, de agno Arnodii, ut pleriq; tradunt rem sacra
 faciebant: tamen si plures præmia hæc certantium poetarum & victorum fuisse
 scribant.

scribant. Quæ cum dixissem, Nunc tempus, ait Piso, in viam redire: à proposito rabulæ ordine deerrasse videmur: à diuerticulo, quod aiunt, repetatur fabula.

Quinimò, ego inquam, vbi in hos sermones incidimus, & hora suppetit, antequam imagines recenseamus, nonnulla quæ ad huiusce diuinæ facultatis defensionem pertinent, vobis hoc loco afferre constitui, quæ aduersus illius vituperatores, cum acciderit, contorquere possitis. Et istud quidem, inquit Piso, libenter audiemus. Quibus ego: Sed vt omnis, inquam, Poeticæ sylua illustretur, non nihil prius de eius vetustate primâq; illius origine repetere non ab re fuerit, eisi in variis poetarum imaginibus, hoc ipsum mihi perstringendum erit. Igitur de

10 Poeticæ, seu vt sic loquar, metricæ orationis antiquitate illiusq; primordio variè à scriptoribus traditur. Nam vt hoc loco mittam quod Tatianus Syrus, vir quidem doctissimus, sed parum in dei pietate stabilis, scribit in eo, quo ostendit artes & disciplinas Græcos à barbaris inuentas accepisse, Poeticam quoq; barbarorum inuentum esse: illud certè ego vobis affirmare non dubito, longè antequam solutam orationem Poeticam extitisse, excukamq; fuisse. Eius rei euidentissimum illud est argumentum, quod qui primi solutam orationem inuenere, Cadmus scilicet Milesius, & Argiuis Acusilaus, non multò ante tēpora floruerunt, quibus in Græciam Xerxes descendisse fertur, vt est apud Iosephum & Eusebium. Idem in Homerum scribit Eustathius, qui Cadmum ait, Pherecyden, & Hecataum, solutæ orationis inuentores: ante quos omnes longè Orpheus, Musæus,

20 Homerus, alij claruerant. Idem affirmat in hunc propè modum Strabo contra Eratosthenem differens. Poeticam enim ait ante alia omnia in medium processisse, ante etiam ipsam artem oratoriam, quam & à Poetica deriuatam ostendit, in qua primos insignes fuisse ait Cadmum, Pherecyden, & Hecataum, atque ab his ceteros: quinimò & canere, id est, *ἄδην*, pro eloqui apud Græcos antiquos, hac ratione dictum asseuerat. Subiungit & alia idem Strabo, vt rem magis comprobet. Scribit & Ilidorus, seius vt verba recitem: Præterea, inquit, tam apud Græcos, quam apud Latinos longè antiquiorem curam fuisse carminū quam prosæ: omnia enim prius versibus condebantur. Prosæ autem studium serò viguit.

30 Primus apud Græcos Pherecydes Syrus soluta oratione scripsit. Apud Romanos Appius Cæcus aduersus Pyrrhum solutam orationem primus exercuit. Hæc ita Ilidorus. Quæ cum ita sint, videtis Poeticæ ipsius antiquitatem ante prosam & solutam orationem: tametsi vtriusque apud Hebræos eadem ferè exordia colligamus. Apud gentes quoque, vt Firmianus libro quinto docet, poetæ multò antè priores fuere, quam philosophiæ nomen: imò poetas ipsos ait pro sapientibus habitos. Sed quam quæso alia facultate & Orpheus & Amphion dicti sunt apud antiquos feras & saxa mullisse traxisseq; nisi quod hi diuinis suis carminibus rudes & agrestes homines à fera agrestique vita ad humanum ciuilemque cultum pellexerunt, morésque ac leges constitutis ciuitatibus dederunt: quare nihil vtilius meliusq; esse videmus. Verum nunc quoq; quæ de Poeticæ initio à Græcis prodantur attendite. Sunt qui, vt ab hoc exordiar, eius originem in Apollinem fabulose referant, cum serpentem pythona sagittis confecisset, vt alibi vobis planius referam. quidam in oraculum eius ipsius Delphicū, alij in Bacchum, qui ante Apollinem oracula reddiderit: nonnulli in Apollinis filiam Phemenoen, quæ Delphis vaticinata sit: alij in Olena, qui hymnos & oracula scripsit, de quibus plura aliàs. alij Thracas Poeticæ inuentores fuisse volūt, argumento ducto à locis eius regionis Musis consecratis, Pimpla, Olympo, Libethra, quòdque ex his locis originem duxerunt Orpheus, Musæus, Thamyris, alique poetarum primi: tum quod instrumentorum musicorum pleraque nomina barbara sunt, Sambyca, Nablía, Barbitos, Magadas, alia. Alij quidem ante tempora Troiana Poeticam inuentam volunt, id quod clarissimè patebit ex iis quæ in imaginibus dicemus. Aristoteles alique nonnulli Poeticam rudè atque imperito & spontaneo quodam principio (sic enim interpretari liceat,

De poetices
antiquitate
& primordio.

ceat, quod apud ipsum est Aristotelem ἐκ τῆς ἀρχαίας μετρικῆς) initium sumpsisse
 volunt. quod ipsum & Fabius Quintilianus affirmat: Poema, inquit, nemo du-
 bitavit imperito quodam inttlo, fufum, & aurum mensura, et similiter decurren-
 tium spaciorum obseruatione esse generatum, mox in eo repertos esse pedes.
 Quin & Eustathius, quos supra cōmemorauī, Cadmum, Pherecyden, & Heca-
 tæum, scribit primos carmina & metra soluisse in solutam & pedestrem oratio-
 nem. Alij carminum exordium in Mosen Hebræorū ducem referunt, quod qui-
 busdam verò propius videtur. Sed quis non ipsam Poeticam potius dicat cum
 ipso mundi principio incæpisse, vel id velit philosophorum placitis intellige-
 re, vel eo quem asserit Christiana religio modo. Nam quo alio pacto cœlestes
 illæ immortalium animorum legiones & chori inter se modulatibus cōcinunt,
 sempiternosq; cœli orbis temperāt quàm hac ipsa (vt ita dixerim): cœlesti poe-
 tica & harmonia? Deus certe deus fuit, qui primum mortalibus diuinam hanc
 facultatem ab ipso mundi primordio, cum cæteris tot tantisq; bonis elargitus
 est. Hanc ideo tantī veteres & superiorum ætatum sapientes ser per fecere, vt
 deorum laudes apud gentes & nationes omnes hoc potius sermonis genere,
 quàm alio componerent. Et ne ex Græcis, Orphei, Homeri, Hesiodi, Callima-
 chi, reliquorum hymnos commemorem, quorum etiā nomina in tabula refe-
 remus, ad eam sacra Hebræorum volumina, quæ longè ante hos ædita fuere,
 videbimus Deo ipsi opt. max. nominatim ac peculiariter dicata, vt Mosis, Ma-
 riæ, Dauidis & aliorum, qui vates & Græco vocabulo Prophetæ nuncupantur,
 numerosis versibus modulata fuisse. Ex quo illud facile & duci potest, carmina
 ipsa primum in Deum, vel gentium deos, eorūq; laudes & ceremonias fuisse
 composita. Quin & ipsi Romani, apud quos tardius fertur Poetica fuisse rece-
 pta, vt vobis commodiore loco referam, idem fecisse vident: versus enim quos-
 dam ante Ennium & Andronicum in deorū sacris habuisse inuenimus, in quo-
 rum genere Saltarij erāt, Saturnij, Mineruij, Iunoni, atq; huiuscemodi alij. quin
 & alio vix modo sine Poetica, sacra rectè & diuina mysteria exprimi possunt:
 vnde Magnus Dionysius diuinam ait theologiam poeticis plurimū figmentis
 vti solitam, ad diuinos cœlestesq; spiritus describendos: nō enim nisi diuina ser-
 monis facultate, diuina ipsa nomina & spiritus describi queūt. Ex his omnibus
 patet diuinam hanc potius esse facultatem quàm humanam, atq; ideo à paucis po-
 tius quàm à multis censerī potest: longè enim à vulgari genere orationis atq; à
 consuetudine communis sensus abhorret, quocirca minimè populari approba-
 tione gaudet, nec mediocres esse poetas dei, vt ait Horatius, concessere. Hic tū
 Piso verba excepit: Quomodo istuc, inquit, ais ô Lili, Poeticā scilicet à paucis
 potius quàm à multis censerī? secus ego existimabā. nam veluti orator multitu-
 dine probatur, & vulgi assensu, ita ego poetam. Cui ipse: Non sic, inquam: an il-
 lud non meministi, quod in Musis nostris retulimus? quod secessus & montes
 ideo Musis ascribuntur, quoniam à vulgo & multitudine maximè remoti sunt
 poetæ, nec ventosæ plebis, nisi vrbici quidam & circumforanei nebulones, suf-
 fragia venantur: boni enim bonorum & intelligentium iudicio contenti sunt.
 Succurrat illud vobis, quod est in Bruto à M. Tullio scriptum. Nam cū Atticus,
 existimaret oratorem doctorū & intelligentium tantū iudicio probari, id con-
 trarium pluribus ostendit. Poema enim, inquit, reconditum paucorum appro-
 batione, oratio popularis ad sensum vulgi debet moueri: idq; ex ep̄lo Antima-
 chi poetæ comprobatur, qui conuocatis auditoribus, cum legeret magnum illud
 suum volumen, vt puro Thibaidos, & eum legentem omnes præter Platonem
 reliquisti, legam, inquit, nihilominus. Plato enim mihi vnus est intar omniū.
 Et Anagenidas doctus tibi cen discipulo sanè frigenti ad populum, mihi, ait, ca-
 ne & Musis: innuens multitudinis iudicium & popularem assensorem. bonos
 poetas negligere, nimirum quia (vt diximus) res est diuina Poetica, nec illo-
 tis (vt aiunt) manibus atrectari fas est, hoc est, à rudi populo & multitudine.

ne. Quin, opinor, ideo antiquitus musica signa deorum statuis appendi solita, quasi quod dei ipsi Poetica & Musicis carminibus placarentur. Quocirca id vobis minus mirum videri debet, si vulgares quidam pessimè de se in primis, tum de omni humano genere meriti, diuinum hoc poetarum genus odio habere dicuntur, vt fuit ille, qui, vt à maioribus narratur, offensus Vergilij gloria, statuam eius quæ à Mantuanis in summo honore habebatur, deiici à militibus suis mandauit, atq; in flumen abiici. Audiui & non multos ante hos annos à nescio quo ex incuruicervicum genere concionatore, Sulmone apud Pelignos idem facere tentasse de P. Ouidij statua. Sed & hodie quidam (quorū nomini parco, quia mihi olim amicissimi fuere) hanc diuinam facultatem vatesq; ipsos impudenter incessunt, & vernaculo suo sapore, ne fœtore dicam, poetas obruere tentant: parum illud considerātes, quod si propter vnus Homeri calumniam, cuius statuam flagris verberare tentauerat, vt est apud Cl. Galenum, Zoilus dignus est habitus vt à rege sapientissimo supplicio afficeretur, quo tandem illi supplicio digni, qui poetas omnes, & Poeticam ipsam maledictis & calumniis lacerant? Certè, inquit Piso, quocunq; atrocissimo. Sed perge ipse tu quæso, ab obrectatoribus & maledicis Poeticam vendica. Tunc ego: Postquam vos, inquam, video tam me libenter audientes, dicam quo scilicet modo refelli posse putē quæ diuinę huic facultati à profanis obiectari solēt. Certè si villo modo est criminanda Poetica, vel propter pedum & syllabarum modulos, vel propter subiectam rem & materiam est criminanda. Sed propter numeros & syllabarū moras nullatenus. Superest igitur, vt si damnanda sit, ob subiectam tantum materiam damnetur. Atqui impia atq; obscœna tam soluta oratione & scribunt & leguntur, quàm carmine: reliquum ergo est fateri non magis damnandam esse Poeticam, quàm profam orationem & solutam, quatenus tam in hac ipsa, quàm in illa, obscœna & impia & scribuntur & scripta sunt, quo sit vt rectè colligere possimus, damnandos tantummodo obscœnos impiōsq; et turpiū rerum scriptores, cuiuscunq; illi sint professionis ac facultatis, non ipsos autem poetas solum. Porro nisi cognitum comprehensumq; iam pridem animo haberemus, Poeticam facultatem diuinum & naturæ opus esse, non tam stabilis eius opinio permansisset, nec tanta esset temporis diuturnitate cōfirmata, nec vnà cum tot hominum ætatibus tēporūmq; curriculis inueterare, ac perseuerare potuisset. Etenim videmus ceteras ferè doctrinas, præter Poeticam & admodum paucas, diuturnitate extabuissē, vel penitus esse immutatas: hęc verò in linguas atq; hominū sermones cunctos tranlisse. Notissima enim atque verissima est illa sententiā, opinionum commenta diem delere, naturæ iudicia confirmare. Itaq; non antiquorum modò, et recentī vernaculōq; sermone gentium ferè omnium & nationum etiam barbararum, non pauci insignem gloriam sibi ex Poetica facultate pepere, sed & nostris his diebus, qui id cum laude præstant multū reperiuntur. Sed audite quæso etiam quæ ex Strabone Amasæo philosopho contra Eratosthenem disputante vobis breuiter afferam, quæque ad huius facultatis commendationē valde pertinent. Cum enim Eratosthenes fortè scripsisset, Poetam non docendū, sed delectandū gratia omnia coniectari: contrarium, inquit Strabo, ostendunt antiqui: nam primam quidem Poeticam quandam esse philosophiam, perhibent, quæ nos ab infantia ad vitam inducat, & mores doceat, vitæq; actiones & affectiones cum voluptate quadam. Nostri verò, ait, solum poetā esse sapientem dicunt, & propterea Græcorum ciuitates à pueritia statim in Poetica puetos erudiunt, non tenuis delectationis, sed castæ moderationis gratia. Tum paulò post, Musicos ait morum magistros esse & correctores, idq; tū Pythagoricorum, tum Aristoxeni sententia confirmat, & Homerum ait vocasse Sophronistas, hoc est, moderatores. & cum hoc planius ostendisset, subintulit, poetam ad eruditionē & doctrinam quædam, quædam ad oblectationem proferre, vt idem fermè quod poeta noster Horatius dicere videatur:

*Et prodesse volunt, & delectare poeta,
Aut simul & iucunda, & idonea dicere vita.*

Mox cum ostendisset Strabo, poetam rerum prudentiā & bonarum artium cognitionem habere, concludit, bonum non esse posse poetam, quin prius vir bonus existat: cumq; hoc pluribus demonstrasset, tum illud etiam subintulit, ante alia omnia in medium processisse Poeticam, id quod & paulo ante vobis dicebam, ipsamq; Poeticam longē ante artem oratoriam extitisse, quinimō & ab ea derivatam asseuerat. atq; hæc quidem ex Strabone, qui & eo loci plura subiungit. Omittam verò quæ multa Plutarchus cum sparsim in suis opusculis, tum in libro de Musica, & in eo qui inscribitur, Quomodo à iunioribus audiendi sint poeta, vbi inter reliqua Poeticam ostendit omnis fuisse disciplinæ initiū. Omittam & quæ ab Heraclide Pontico in eo afferuntur, quo Homerum à calumniis asserere nititur. Mittam & quæ cum ab aliis, tum præcipuè à clarissimis rhetoribus Hermogene & Aphthonio argumenta ducuntur in commendationē Poeticæ, ne quod dici solet, factum faciam: alter enim Homerum & poësim ipsam supra id quod est, oratores omnes, & quos Græci vocat logographos, celebrat, vbi de ciuili agit oratione: alter verò prophanos, atq; impios illos etiam nominat, qui Poeticam poetarūq; audent incessere. Extat Max. Tyrj philosophi Platonici oratio pulcherrima, qua Poeticæ maiestatem adeò celebrat, vt eam philosophiæ præstare vetustate, eandē re esse, nomine diuersam licet, asseueret: quam cum vacabit legetis. Nec illud hoc loco dixerim, scitu tamen dignissimum, Iulium Cæsarem fortē aliquando in poetarum collegium ascitum, in illo ordine infra multos sedisse, cū extra eum locum super omnes longē primus esset, ostendens quanti faciendæ sit Poetica. Mittam & Senatum P. Q. Romanum Vergilio in theatro assurrexisse, sicut Cæsari. Nonne & illud fuit grande commendationis argumentum, cum Aug. Cæsar sapientiæ & doctrinæ singulare penè exemplū, frangi potius voluerit legum potestatem venerandā, quam Vergilianum carmen aboleri: Eius quæ extant legistis carmina, Ergo ne supremis, &c. Nec vobis hi persuadeant, qui conficta esse prodiderunt. Non in præsentia vobis referam Phalarin tyrannum immanissimum licet, templum tamē Stesichoro ædificandum curasse, diuinōsq; illi suasisse habendos esse honores, oblitum similtates & inimicitias cum eo viuente habitas. Mitto & quos Macedo Alexander vel Pindaro, vel Homero mortuis honores habuerit. Nec illud vobis in præsentia adducam, quod & ab aliis est ante me allatū, nostram qua viuimus animam à summis celebratūq; philosophis concentum harmoniāq; existimatā, quod omnia videlicet musica quadā ratione constent: quod et corpori attribuit quodam loco Ambrosius: Et resoluta, inquit, compage & harmonia viscerum, iam silentem & veterem concentum spiritus viuificās animauerit. Quin & cœlum ipsum sempiterniq; stellarum orbes non alia ratione agitari produit. Sed longē plura in huius facultatis commendationem Petrarcha & Boccacius, qui & fabularum species, & Poeticæ originem & virtutes ac vtilitatē executi sunt, quantum ea scilicet ætas licet inculta, non rudis tamen omnino tulit. Hoc verò tēpore nonne Guill. Budæus ille Iureconsultorū peritissimus, Homerū et poetas à calumniis probè vendicauit, in eos inuectus qui eos vituperabant: Num alij cōplures, & in primis Iouianus Pontanus, qui eandē suis literarū monumentis vindicauit: vt iam nullus reliquus esse videat maledicis incessendi locus. Quis tantam ergo amplius facultatē, talēq; vituperare audebit: quis in eius contumeliā hisceret: Atqui ait Piso, poetas esse auios quam plurimos detestandōsq;, & pessimis moribus. Quid ni: inquam, sed num ideo detestanda eiiciendāve Poeticæ: Nō enim inficias iuerim, & nunc permultos esse, et antea etis temporibus fuisse, qui foedissimis suis moribus diuinam hanc facultatē contaminauerint, foedauerint, inquinarint, quos nedum Platonis vrbe, quæ nusquam est gentium, sed toto etiam orbe pellendos censeo. Sed num, quia hi mali sunt vel fue-

vel fuerunt, ideo Poetica & poeta omnes criminandi atq; expellendi? Minime, ut puto. Nunquid sacerdotium & sacerdotes ipsi execrandi, quod inter eos aliqui mali sunt? Nam nec ideo picturam & pictores execramur & detestamur, quod pictorum nonnulli pictura abusi sunt, atq; scedarunt, quod Dei immortalis & diuorum diuarumq; effigies ex dilectorum puerorum puellarumque aspectibus effinxerunt. Nec ea ratione quoque studia sapientiae contemnenda sunt, quod inter philosophos Aristippus, Protagoras, Epicurus, aliiq; non pauci philosophia abusi sunt. At si qui praeterea sunt, qui Poeticam vituperent, hi se barbaris immaniores atq; ab humanitate prorsus alienos ostendunt. quippe cum neq;

10 Germani ipsi, ut Tacitus scribit, carminibus abstinerint, neq; Britanni, ut eorū historiae facile declarant: quin & hac tempestate non pauci apud virosque in omni bonarum literarum genere bene audiunt. Neque Persa Poeticam spreuerit, apud quos Magi patria carmina (ut ait Curtius) canunt, & Strabo oden eorum commemorat, in qua CCC. & LX. palmae utilitates connumerantur. Neq; Iudaei, apud quos omne genus carminis inuenitur, neque Hyperborei, neque Scythae, neque Medii, neque Indi, neque Phryges, neque Aegyptij, neque mulieres Amazones: sed neque Galli, apud quos maxime laudati, & summo in precio habiti hi, qui Bardae dicebantur, qui, ut Diodorus & Strabo testantur, tum Gallorum laudes, tum vituperationes musicis quibusdam instrumentis & versibus canebant, adeoq; existimati, ut non modo Galli ipsi, sed & hostes eorum praesentia & cantu arma deponerent: atque idcirco Bardum, ut Pompeius tradit, Gallorum lingua cantorem significat, quod virorum fortium laudes Bardae canerent. quare ineptè puto Graeci quidam *βαρδοι* scribunt *αὶ οἱ δὲ πρὸ τοῖς γαλάταις*, cum *οἱ αὐτοὶ* vel *αὐτοὶ* legendum sit, hoc est, cantores. Scribit tamen Berosus, apud Celras antiquiss. regem fuisse, qui inuentione carminis & musicae apud illos fuerit inclitus. Sedenim Bardorum meminit & Ammianus Marcellinus, cuius ex lib. hist. xv. libentius vobis verba recito, quod in peruulgatis exemplarib. mendosissime leguntur. Post hoc, inquit de Gallis loquens, hominib. paulatim excultis ingruere studia laudabilium doctrinarū, inchoata per Bardos, Batties & Druidas: & Bardae quidem fortia illustrium virorum facta heroicis compositis versibus cum dulcibus lyrae modulis cantitarunt. Batties verò scrutantes secreta & sublimia naturae pandere conabantur. Inter hos Druidae ingenijs celsiores. & quidem ille haec enus. Eadem ferme & Strabo. Sed & Bardos Lucanus Anneus in catalogo his versibus commemorat:

*Vos quoque qui fortes animas belloq; peremptas
Laudibus in longum vates demittitis aenum,
Plurima securi iudistis carmina Bardae.*

De iisdem meminit & Athenæus, & Possidonius Apameus. Quisnā igitur demū amplius Poeticā incuset? quis tam efferus damnet? quis tam excors & à ratione auisus explodat? cum haec Dei sit inuentum, cum hac eius iras auertimus, nobisq; propitiū reddimus, cū haec religionem pietatēq; nos prima docuerit, feros hominum mores animosq; ad ciuilem cultum pellexerit, cum urbium seditiones patientur, cum in bellis victoriam saepius ipsa pepererit, cum ad immortalitatem & sempiternam gloriam virtutes extollat, vitia deprimat, cum hac feras ad nostra obsequia & salutem traducimus, cum ventos & turbines listimus, cum morbos & fata remoramur, & vincamus. Audite nunc quaeso, qua Aetium olim memini, cum Neapoli essem, de Poetica cum Pontano & alijs perorare. Quibus, inquit, verbis aut quonā ore gestūq; assurgemus Poeticae: quae princeps & de Deo differuit, & eius laudes cecinit, instituitq; sacra, vnde primi poetae & theologi &

50 sacerdotes vocati, verbisque conceptis suis eum placauit & cantibus, docuitque habere rerum humanarum curam, benignēq; cum probis agere, exandescerit cum improbis. Haec prima excitauit ad virtutē homines, dum animae immortalitatem profitetur. Haec ē terris piorum animos in caelum deuexit, impiorum de-

trusit in tartara. hæc bonis tandem præmia retribuit, malos pœnis, postremis-
 que infecuta cruciatibus. Salve igitur doctrinarum omnium mater fecundissi-
 ma, salve iterum. Tu enim mortalitati occurris inuentorum ac scriptorum tuo-
 rum perpetuitate. Tu è syluis homines erulisti, atque è speluncis. Per te nolci-
 mus, per te præterita ante oculos cernimus, per te Deum sapimus, religionem-
 que retinemus ac pietatem, deoque ipsi accepti supernam etiam in sedem ab eo
 euocamur, arasque cum ipso meremur & templa, atque hæctenus quidem ille.
 Hæc cum dixissem, paululum ipse conticui. Tum non multò post sic ad me
 conuersus Piso ait: Omnia quidem quæ abs te nobis dicta in Poeticæ faculta-
 tis commendationem, mirum dictu est quam nos delectarunt. Vnum tamen
 illud abs te nobis in præsentia cupimus absolui, ad quod istiusce rei accusato-
 res tanquam ad arcem quandam & præsidium munitissimum, cum vrgentur,
 confugere solent: Platonem scilicet videri à sua illa republica suisque legibus
 poetas eiecisse atque eliminasse, hique eius philosophi, qui diuinum nomen
 meruit, autoritate in Poeticam & poetas insurgunt. Cui ego aliquantulum
 commotus ita respondi: Usque adeo Piso apud me semper Platonis valuit au-
 toritas, vt ab eius sententia in ijs quæ ad doctrinam sunt recedere nefas & pia-
 culum duxerim. Verum eius scripta à nonnullis interdum in medium afferri
 video, qui vel ea parum perceperunt, vel in eorum non sunt diuinius lectione
 versati, eaque minus diligenter & curiose perpenderunt, vel ab alijs plerunque
 accepta retulerunt. Nam si modò quæ alibi de poetis ipse scripserat, legissent,
 vel memoriæ mandassent, seu qualem ille tum rempublic. constituerei scire vo-
 luissent, aut si maiore vel studio vel diligentè examine prius omnia eius scripta
 expendissent, non modò pro se Platonem, sed contra se acerrimè stare liquidò
 cognouissent: præter id quod sua ipsius studia nullus vnquam vituperare con-
 suevit, sibi que contradicere (fuit enim & Plato ipse poeta, poemataque omne
 genus & carmina scripsit, vt alio vobis loco clarius ostendam.) Verum ne quis
 id (vt mihi aliquando) vobis forè obijciat, Platonem admodum iuuenem ea
 carmina scripsisse, quæ matura mox ætate igne aboleuerit, dicens, Hic ò Vul-
 cane tua ope Plato indiget: illud contra vos afferte, eam ipsum facultatem tan-
 ti omni suæ vitæ tempore fecisse, vt moriens sub puluino poetæ Sophronis poe-
 mata contineret: quod certè non fecisset, nisi valde Poeticam probasset. Pri-
 uatim quoque ac peculiariter facultatem ipsam celebrat cum in Phadro & Ly-
 side alijsque sparsim dialogis, tum in lone præcipue, in quo Poeticam deorum
 immortalium munere datam hominibus contendit: alibi quoque parentem &
 ducem totius philosophiæ esse ait. Verum etiam & in illa sua republica quam
 suo sibi arbitrato ipse, & legentibus non imperantibus scripsisse videri potest,
 libro secundo, poetas vocat deorum filios: & alibi in deos quoque suos laudes
 & hymnos carmine conscriptos, & item in optimos viros laudes cani decer-
 nit. Vnde quamuis mendacia, & de deis mentientes, ab ea tanquam profa-
 nos expellit, bonos tamen & pios in eam libenter & admittit & suscipit, ne-
 dum eijcit. Septimo etiam de legibus volumine, non modò non expellit poe-
 tas, sed eis etiam lege promulgata præcipit, deis ipsis preces laudesque
 componere, quæ censorum iudicio reticentur, quod & ipsum ex eodem scri-
 bit Eusebius. Alio tamen modo Max. Tyrius, quare Homerum eijciat Pla-
 to, interpretatus est: suam enim, ait ille, rempublicam & ciuitatem constitu-
 se, quæ ratione potius videri possit absoluta, quam vt alicui vsui mortalius
 futura sit: Homerum verò ita egisse, vt simul prodesse & delectare posset. Lon-
 ga est hac de re Maximi narratio, Iustinus quoque philosophus & martyr alio
 modo defendit: Ignarus, inquit, Plato, in quibus Homero succenset ipse met
 redarguendus offendit, & cætera multa quæ hac de re profert vir & sanctissi-
 mus, & doctissimus. Franc. tamen Petrarca in libris inuectiuarum, putauit à
 Platone scenicos tantum poetas eijci, non reliquos: quam rectè, ille viderit,

eius enim tempestate parum Platonis opera in luce fuisse facile crediderim. Sed vos audiatís rogo, quæ super hoc ipsi Platonis interpretes dicant: Non omnes aiunt, Plato poetas è republica exterminat, sed illos qui vel turpia de deis confingunt, vel perturbatos animos acrius imitantur & referunt. neque poetas, aiunt, vnde quaque expellit, sed ex vrbe, id est, ex turba, & iuuenum & ignorantium multitudine, qui in perturbationes admodum sunt procliuēs, nec arcanos poetarum sensus penetrant: id etenim proprium esse poetarum munus affirmant, vt affectus moueant & impellant. Possem & vobis alia referre, quæ sunt ab alijs obseruata, sed pro tempore hæc satis sunt. Non eorum, inquit Piso, vt video, tutum est confugium, qui vt Poeticam incusent, ad Platonis sententiam se recipere solent. Vides tu inquam, quantum illis præsidij Academiâ afferat: nam & qui in ea Platonem secuti sunt, Poeticam summis laudibus celebrarunt. Sed & illud nihil calumniatoribus suffragatur, quod cum adhuc, aiunt, rudis & agrestis esset Romanus populus, aliquando poetas grassatoris nomine appellarit, atque eo nomine Poeticam vituperant. Cur hi non potius illud obseruarunt, Numam Pompiliū illum religiosissimum Romanorum regem, versibus à se de deis deorumque cultu compositis, ijsq; in sacris publicis ac ludis ritè decantatis, ferocissimam gentem, cum id assiduus egisset, ad mores humaniores deorumque cultum transtulisset? Cur non tot alia Romanorum carmina: de quibus agemus cum ad Latinorum poetarum imagines sermo noster peruenit. Tardius quidem scenica & theatralis musa urbem est ingressa. Secundo enim bello Punico, pennato, vt ille cecinit, gressu accedentem, in gentem suam bellicosam Roma admisit. Nec id quicquam apud vos momenti habeat, quod à rabulis quibusdam potius quàm iureconsultis astrui solet, nullam de poetis vsquam in legibus mentionem haberi, nec ipso etiam capite de professoribus. Nam cum vbique commendatione dignissimos poetas leges ostendant, in primis que Homerum, à quo & persæpe autoritatem petunt, non opus fuit de re cuius nulla esset controuersia mentionem facere, cum ea ipsa facultas supra cæteras sit disciplinas, ipsamque supra philosophiam, vt quæ munere potius dei humano generi tributa sit, quàm quod doctrina aliqua discatur: neque enim in scholis, vt cæteri professores, poetæ fiunt, sed nascuntur. Et si qui perseverent maledicendo legulei, non ijs alios opponam quam iurisconsultos Modestinum, qui apud antiquos versus scripsit: & hoc tempore Budæum, Alciatumq; acres bonarum omnium causarum, cultarumq; legum illustratores, antiquorum verò iurisconsultorum imitatores & æmuli, quibus cum rem agēt nebulones isti. Quare iam quæso facestant huiusce facultatis vituperatores, nec ea ratione quod ab aliquib. aliquando poetæ dånati sunt, vel quod inter illos scelerosi quidam & impudentes inuenti sunt, cum longè plures in reliquo hominum genere flagitiosi ac facinorosi, nefarii etiam, siue mihi philosophos, siue iurisperitos, siue sacrorum & templorum æditimos afferatis, reperti sunt. Multa tu quidem, ait Piso, breuiter & tuo more succinctè retulisti, nunquid quod nobis amplius dicas restat? Nonnulla, inquam, & illud in primis quod adhuc est à poetis etiam obseruatum, Non omnes scilicet qui versus pangunt poetas esse: neque enim, ait Horatius, concludere versum dixeris esse satis, nec rursus omnes qui versus non scripsere vel scribere voluere, indignos esse poetæ nomine, quandoquidem Aristotelis est sententia, poetam ex fabulis potius esse, quàm ex carminibus. Tum vetus illa quoque Platonis sententia est, eos etiam poetico agi furore, qui poetarum carmina interpretantur, atque ideo quoque vates dici queunt: nam & Panætius philosophus Aristarchū ea ratione *μαρτυρῶν*, hoc est, vate appellabat: quod etiam scribit Athenæus. Sed & poemata soluta oratione & scripta esse, & nunc ab aliquibus scribi audiuius. nec alius mihi videtur aureus vterque asinus, quàm poetis quædam oratione soluta. Nec etiam desunt inter

eruditos, qui alterum quendam Aristophanem esse Lucianum existiment, sed soluta oratione. Illud quoque quod Greci scriptores tradunt, Solitheum poetam, & Terpandrum Rhodium soluta oratione poemata scripsisse (sic enim κατὰ λογὸν interpretamur) hoc manifestè ostendit. Aesopum quoque fabularum scriptorem, apud Philostratum Apollonius & Menippus poetam fuisse censent. Sed & M. Tullius & Ruffinus cum de oratorum pedibus & numeris differunt, in hunc propè modum loquuntur: Rhythmus numerus vocatur inter Grecos & Latinos, itaque video visum esse nonnullis. Platonis & Democriti locutionem etsi absit à versu, tamen quòd incitatus feratur, & clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum, quam comicorum poetarum, apud quos, nisi quòd versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. Sed & Vergilium Maronem soluta oratione suam Aeneida scripsisse sunt qui tradunt. Hæc ego cum dixissem, statim excepit Piso: Postquam, inquit, intelleximus, non omnibus qui versus faciunt poetæ nomen convenire, rem nobis profectò gratam periurandamque feceris, si quos tu poetæ nomine dignos censeas, quod eorum officium, quem licentiæ modum, nos docueris. Ad arduas, inquam, & res perdifficiles dicendas me vocatis: sed cum tot ante me, & in primis Strabo, Lactantius & Horatius hoc idem dixerint, si paucis illorum sententiam inter tot, qui se poetas hoc ipso tempore arbitrantur, dixerò, nullis puto iniuria fiet. Illum vos igitur poetam & poetæ nomine dignum existimatote, cui egregium insit ingenium, & mens diuina, atque ore magna sonet. Hinc rectè quidam, ut modò dicebam, dubitauere, an Comœdia poema esset, quòd nihil dissimile à quotidiano sermone habeat: nam nec satis est, ut ait Horatius, puris versus perscribere verbis. Quamobrem non malè fortasse is dixerit, qui poetam ita definiert, hominem esse, qui spiritu afflatus magna egregiè appositiueque cum admiratione loquatur. à qua sententia nec Pontanum abhorreere ab Actio audiui. cui definitioni si par carmen addatur, omnia planè comprehensa videbuntur. Placet verò tanquam auctarium addere, quod Lactantius Firmianus de poetæ officio scribit: Poetæ, inquit ille, officium in eo est, ut ea quidem quæ vere gesta fuere, in alias species obliquis figurationibus cum decoro alio conuersa traducat, & obliquo velaminis figmento obscuret, sic ut veritas inuoluta obtegi videatur: totum enim quod referat fingere ineptum est, & mendacis potius & nebulonis, quàm poetæ. Sed vide Piso, quàm nos huiusce facultatis suauitas atque dulcedo longius à tabulis traxerit, dum aliam rem ex alia conferimus. Nos verò te libenter, inquit Piso, ad istarum rerum digressionem conuersum audiui: & nisi molestum sit petimus, ut antequam poetarum imagines nobis recenseas, eam rem nobis edisseras, quæ nec à proposito aliena fuerit, ut scilicet poetarum poematumque species nobis enumeres. Qui possum, inquam, vobis tam pudenter ac modestè, magna licet ac perdifficilia petentibus, non gratificari? præcipuè cum nec à tabularum materia res seuincta esse videatur. Et simul ita sum exorsus: Qui Diomedem secuti sunt, quòd is sex carminum qualitates esse statuit, sex poetarum species esse voluerunt, heroicis, tragicis, comicis, melicis, satyricis, & choriambicis. At qui Cælium Bassum, in octo species distinxerunt: in epicos siue dactylicos primo, dein in epigrammaticos, tertio in iambicos, quarto in Lyricos, quinto in tragicos, sexto in satyricos, septimo in comicos, octauo demum in mimos. Sed mea quidem sententia longè melius Iſaacius Zetzes Lycophronis interpres, qui undecim poetarum species esse voluit: & primo quidem loco heroicis, inter quos primores ille quinque Græcos posuit, Homerum, Hesiodum, Panyasin, Antimachum, & Pisandrum: cuius nos quoque exemplo Latinos quinque numerabimus, Vergilium Maronem, Statium,

Poeta quis.

Poetarum & poematum quot species.

tium, Lucanum, Syllium, & Val. Flaccum. Secundo deinde loco lyricos ponit, in quibus decem, Stesichorum, Bacchyliden, Ibycum, Anacreonta, Pindarum, Simonidem, Alcmanam, Alcaum, Sappho, & Ecyrrinam, nisi forte græco codice perperam pro Corinna Ecyrrina legatur. quibus quos Latinos conferam non habeo, præter Horatium Flaccum, & fortasse Bassum, & paucos alios: & nostro tempore fortasse Io. Aurelium Arimneum & Phil. Beroaldum iuniorem Bononiæ. Tertio loco dithyrambicos statuit, qui sacra Baccho carmina canebant, a quo poeta ipsi nomen habere creduntur: quippe Bacchus Dithyrambus ideo dictus, quod bis sit natus, & duabus, ut aiunt, ianuis egressus: vel quod in antro sit nutritus *διθυραμβος*, hoc est, quod duo haberet ostia. Sunt qui tradant, quod ebrj ac vino-lenti minime secreta conferuent, atq; ex pectoris penetralibus credita sibi arca-na proferre soliti sint. Vinum enim, ut ait Pharnutus, *διθύραμβος τὸ πῦμα* facit: atq; ideo quod huiuscemodi poeta Baccho afflati furerent, in proverbium verliculus ille cessit, *διθυραμβὸς ποιοῦν τοῦ ἔχου ἐλαττοῖα*, hoc est, mētis minus Dithyrābopceis possides, ut apud Aristophanem notant grammatici. Alij dithyrambum dictū quasi Ithyrambon existimant, quod cum Iupiter Bacchum femori suo assuisset, ille exiturus clamaret, *λίθι ῥ' ἄμμα, λίθι ῥ' ἄμμα*, hoc est, solve futuram, solve futuram. Sunt præterea dithyrambici vocati Amphitanectes, quod hi poeta dithyrambos ita exordirentur, *ἀμφι μοιῶναξ*. In hoc genere Philoxenum Cytheritum insignem commemorat Isacius. Typus verò premium dari ijs poetis solitus fuit qui concinne dithyrambicum cecinissent. Primus verò Pericleus Lesbicus dictionem dithyrambicam concinuisse proditur. Sed & Melanippides Melesius plures dithyramborum libros scriptos reliquit, ut alios mittam, de quibus agemus sequentium dierum sermonibus. Legimus & dithyrambicos etiam inter dū vocatos Cycliodidascalos, ut paulò mox ostēdam. Vsi quidem hi poeta fuerunt tumidis verbis & compositis multiplicibus, si modò rectè hac voce effingimus, quod Græci dicunt *πολυπλόκοις*. quocirca dithyrambicam dictionem ijdē pro obscura ac tumida minuscq; intellecta dicere cōsuevere. Vnde poeta nosse Horat.

Seu per audaces noua dithyrambos

30 *Verba deuoluit.*

quod nō tātum de Pindaro est intelligendum, quàm de dithyramborum natura, *διθυραμβὸς δὲ* quoq; Philostratus, pro eo quod est grāditer dicere, & tumidè ac vehementer, nec semel in in Sophistis posuit. Porro Isacius in quarto loco Iambographos reponit, quos in tragicos, satyricos, comicosq; distinguit. In quinto Elegos commemorat, & hos præcipuè Callimachum, Mnimerum, & Philetā: nos Tibullum, Propertium, Ouidium. Sexto ordine epigrammatographos nominat, & in his Simonidem antiquum, Palladan, & Agathian: nos Catullum & Martialem, & nostro tempore Marullum, & qui nisi ex scriptis cognosci vult C. Septimo verò loco collocat anathematicos qui in templis & deorū delubris anathemata, hoc est, donaria munerumq; inscriptiones, & huiusmodi cætera apponebant, affigebantque, in quibus Homerum collocat, qui eius generis versus in phialam quæ à filijs Medj Delphis in templo Apollinis dicata fuit condidisse fertur. Sunt inter græca epigrammata huius generis plura, & apud Athenæum & Pausaniam. Octauum locū hymnographis attribuit, qui in deos hymnos cecinerunt. In horum verò numero antiquiorem illum Orpheum, Homerum, Hesiodum, & Aselepiadem reponit, nos autem Liuium Andronicum, & qui nostra ætate Deo opt. max. diuisque multis, inter quos Io. Fr. Picus, tuus Pice pater, item Bemus & Vida, alij. Nonus poetarum locus datur Asmatographis, qui laudes & carmina, tuba, cithara, barbitōve, seu musico alio instrumento cantare soliti essent: atque inter hos præcipuos Automeden, Demodocum, & Laren Corcyreos, & Phemium Ithacensem, idem Zezes reponit. Decimo loco epithalamographos memorat, qui nuptialia carmina & connubiorum celebritates descriperūt, qualis fuit Agamestorus Pharsalius, quem alij Agametora

nuncupant: item Hesiodus, qui Pelei & Thetidis nuptias celebravit, cuius poematis tale fuit principium:

O quater Accide felix, o terq; beate

In Megaris sacrum licuit cui scandere lectum.

Epithalamio
rum lex.

Scriptit item apud Græcos Stesichorus Helenæ primus epithalamium, ut Theocriti scribunt interpretes, quem Stesichorum secutus & imitatus est Theocritus. Apud nos verò in hoc genere carminis laudatur in primis Catullus, Statius & Claudianus, & nostro tempore Altilius & Cælius noster. Ea verò est epithalamiorum lex, ut eorum quedam vesperi canantur cum sponsi cubitum eunt, unde & græcè *κατακομιτικὰ* vocantur, eaque ad mediam ferè noctem concini consuevere: quedam verò in diluculo, cum ferè tempus est surgendi, unde & *ὄθια* dicta, vel *ἡγῆμα*. Canebantur quidem apud antiquos epithalamia à virginibus & pueris pro thalami foribus, ne videlicet vox & clamor violata à viro virginis exaudiretur. Ultimo loco monodos poetas Zezes statuit, qui uniformi & simplici materia versus edidit, vel qui sub vna tantum persona rem suam explicant, ut, inquit, in Alexandria fecit Lycophron. Monodia tamen pro lugubri & flebili cantu interdum sumitur, vel cum vnus è scena tantum canticum profert, non chorus omnis. Atque hæc quidem hæcenus Isaacii distributio: quanquam in ea recensenda nonnulla de industria vel addidit vel prætermisit. Tua ista ex Isaacio distributio, seu poetarum diuisio certè nobis, inquit Piso, valde placuit. Num verò illa tibi placet, quæ est ab Alexandro cum patre facta apud Dionem, ubi de regno disputatur? Non omnis, inquit, pater regi convenit poësis, sicuti nec omnis amictus: nam poemata alia, inquit, ad amores pertinent, alia ad conuiuia, & comestationes, alia ad pugilum vel equorum laudes & victorias, alia ad nãnias & defunctorum lachrymas. Nonnulla sunt risus & ioci gratia celebrata, alia his etiam sunt magis communia, ut quæ cuiusque ordinis homines admoneant, sicuti ea sunt quæ à Phocylide & Theognide descripta sunt. At verò Homérica sola generosa est & magnifica, atque ob id maximè regibus convenit. Pulchra ista, inquam, o Piso, & Alexandro digna sententia, verum est ad versuum potius materiam, & rem subiectam, quam ut ad poetas ipsos, & poematum nomina congruat. Sic est, inquit Piso, ut ais: & ad me conuersus, non ab re certè feceris, idèq; nobis gratissimum, si (quando dies hora suppetit) poematum quoque nomenclaturas, & si non omnes, eorum saltem quæ tibi genera succurrerint adieceris. Sic faciam, inquam, ut potero, vobisque libenter morem geram, eorum præcipue quæ in mentem venerint, (sunt enim ferè innumerabilia.) Est igitur in primis Epos, quod & heroicum carmen dicimus, & Deliacum, quod eo in Delo, ut putatur, oracula darentur, quanquam & genus hymni hoc nomine apud Pindarum inuenimus. Est elegum, cuius etiam incerta videtur esse origo, teste Flacco, qui tamen eius inuectores tradantur, in Callini imagine referemus: quidam enim Callinum ipsum, alij Theoclen, alij Midam prodidere. Carmen est certè miserabile, unde & illi nomen: *ἰλιέν* quippe est misereri, alij ab hac particula, *κίλι*. Didymus verò *ἀπό τῆς ἐ*, quod qui ad tibias concinunt lugere videantur, vel quod ad ipsa defunctorum nãniæ concinantur. Eadem & Suidas. Alij ab *ἰλυέρον*, quod insanire significat, quod commotæ mentis Theocles esset, cum primum hoc carmen edidit: unde & ex hoc *ἡρωλεγόν* à Græcis celebratū. Sunt & iambi, & iãbea siue iambica: quæ ita differre existimantur, quod illa ex iambis continuis, & maledictis armantur: iãbea verò siue iambica metro magis, quã ratione sunt iambo similia, licet plerunq; confundantur. Porro iambicorum carminū multæ sunt species, monomerrum, quod duob. simplicib. pedib. cõstat, dimetrum quod quatuor, trimetrum quod sex, qui & versus senarius dicitur & senariolus: tetrametrū quod octo pedibus, qui & quadratus & octonarius appellatur. Sed & inter iambica trimetra frequentius, quod & ipsum duplex est, rectum perfectumve dictum, nempe

τελέθ.

τελευτή, quum eius scilicet penultima breuis est, hoc est, iambus vel pyrrhichius: & claudus, qui οκαλλεας, vel χαλλεας, vel χαλλιαμβος cum penultima longa est, hoc est, extremus pes spondeus vel trochaus est. Vtrunq; lepide poeta Naso describit:

*Liber in aduersos hostes stringatur iambus,
seu celer extremum, seu trahat ille pedem.*

Iambicis item versibus à Pindari expositioribus adduntur iambelega, hoc est, ex iambico & elego composita: tamen in ijs perperam iamβιλεγα interdum legitur. Sunt etiam qui iambum inter versus primum extitisse putent, ut Aristot. quae de re alibi. Vocatur verò iambus vel πῖα ἢ ἰάτω, vel πῖα ἢ ἰαμβίζω, quae verba maledicere & calumniari significant, & ut ait Hephæstion, plena amaritudinis verba dicere. Hinc ἰαμβουλιασ hominem conuiciatorem ac maledicum à Grecis vocari, testes sunt Hesychius & Suidas. Iambum alij ab lambe vetula, de qua in Hipponactis vita agemus. Nonnulli ab lambe Meganira & Celei ancilla, vel ut est apud Nicandrum, Hippothoontis, quae Cererem de raptu filiae sollicitam male tractauit, quidam à Thriambo, hoc est Baccho triumphatore. Sunt qui à Marte, quod scilicet in praelijs tela faciantur, πῖα ἢ ἰοβ. λέγ. Hephæstion quidem addit, & puellam quamprimum lambem vocitatam, quae turpi admodum calumnia affecta suspendio vitam finierit, ut etiam Lycambides ex Archilochi carminibus: atq; ideo aiunt iambum compositum ex breui & longa, propterea quod ex breui causa calumnia oriatur, tum in magnū malum delinit, ut sapientis, testis est Homerus. Sed haec locupletius à grammaticis. Qui autem primi iambos scripserint variè quoq; traditur: quidam Simniam Rhodiū, alij Anium vel Anamiam, alij Simonidem, nonnulli Archilochum, alij alios tradidere, de quibus in imaginibus agemus. Inter poemata sunt & praenes, quorum duas species facit Suidas, alteram deo Marti ante praelium, alteram Apollini post praelium. Sane Homerus post sacrificij missionem praena canit inquit, cum cecinit, καλλεας ἀπὸ οὐρανὸν ποιήσας. Alij in pestilentiae missione praena concini solitum voluere, ὅτι πάλιν τὸν λοιμὸν, quod scilicet sedet pestilentiam, alij à feriendo, hoc est, ποιήσας, ut alio loco sum dicitur, dictum tradiderunt. Porro, ut videtis, Homerus praena vocat, quem alij praena, alij praena: unde est videre apud autores his tribus modis hoc nomen enunciari. Nec minus est hoc vobis loco illud significandum, apud antiquos species quinque fuisse odaeum cantilenarumve heroicarum: quarum prima sopheronistice dicta est, quae in moderatione quadam & modestia consistebat, qualis Clytemnestrae concinuit cantor. Altera encomiastice, qua virorum illustrium praemia canebantur, unde & illi nomen est factum. Tertia threnetice est, quam lugubrem nos dicere possumus, tum quarta est orchematice, hoc est saluatoria, quinta est praenice, quali usus est Homerus, ut à grammaticis est obseruatum in primo Iliad. Fuit adhuc Nomus seu melos harmoniū quod à discumbentibus concini solitum accepimus, in Harmodij & Aristogitonis laudē. Fuerunt & olchophorica, i. ramifera, quae dicta putantur, quod in olchophorinis celebritate canerentur, ut Pollux inquit: vel ut asserit Theophilus, πῖα ἢ ὀλχη, quae vitem pampinumve significat. Sunt Praena de bacchantium ac potantium cantica. Sunt qui triumphantis ascribuntur triambi: licet & Festus dicat triambos cum terni in proscenio loquuntur. Sunt & quae in pestilentiae missione concinuntur Epilœmia, quae Deus faxit nos propediem pro patria concinamus. Sunt & quae ad torcularia & in vindemijs Epilenia, quae in victorijs epinicia, quae in nuptijs Epithalamia & Hymenaei. Sunt quae rusticis & pastoribus canuntur Bucolica, & Bucolismi, à Diomo Siculo inuenta. Item carmen Nomion ab Eriphanide decantatum dum venantem Menalcam per sylvas sectaretur, cuius historiam Clearchus pluribus explicuit. Sunt & carmina quae à pedibus quibus constant, denominata sunt, ut dactylica, spondaica, chorica, anapestica, & cetera quae nota vobis, ut etiam sunt scolica, et ipsa à pede nuncupata scolio, hoc est, amphibrachy, qui pes à scolio & cithara dicitur est, unde & prouerbiū, Scolia

Iambus unde dicitur.

Heroicarum odaeum quinque species.

Melitti. Sunt & qui à tibiærum specie, vel ab obliquo in conuiujs canendi ordine dicta scolia putent, quæ conuiuiorum sunt cantica. Alij scolia appellata putant *κατὰ τὴν φωνήν*, quod minus obliqua essent, id quod hi reprehendunt, qui in Aristophanem scolia collegerunt. Legimus quoq; Tyrannionem celeberrimum tunc grammaticum, Cæsaris rogatu de scolio metro commentarium scripsisse. Scribit Dicearchus in libro de musicis certaminibus, tres fuisse apud antiquos canticorum species: quas inter, secundam ait à peritissimis quibusque canit solitam, non alternis & seruato ordine, sed præterito semper altero, atque ab obliquo eo ordine scolion nuncupatam. Eadem ferè Aristoxenus & Pbyllis prodidere, sed in nuptijs cani solere à discumbentibus, myrteum vel laureum ramum manu tenentibus, cuiusmodi Timocreon Rhodius, cuius inter scænicos imaginem referemus, scripsit. Legitur & vnus adhuc principium Admeti celebratum Athenis, quod Alcæo aliqui ascribunt, alij Sappho: sunt qui Praxilla Sicyonia illud fuisse affirmant. Tale verò est, vt meis verbis vobis exponam: Admeti orationem ô amice discens, probos ama, à timidis abstine, sciens quod timidorum parua est gratia. Est & rhythmus, quo antiquiores vsi, alio longe modo quàm quo nunc vulgò vti consueuimus, qua de re multa scriptores: latine numerus appellat & modus, teste Censorino, quo autore à Rhythmonio rhythmus denominatur, qui Orphei filius fuit, & Idmonia nympha Marica, vt Niceratus scribit in libro quem composuit de Musico fratre Rhythmonij: siquidem ait Periclemen, ex eo & Chloride filia Tirasia natum, qui primus cecinit res gestas parentum musicis cantibus. Sed de rhythmo plura Dionysius in lib. similitudinum de Pythagoricorum sententia, vt nunc mittam quæ nostri musici scribunt. Sunt & carmina quæ à pedum numero denominantur, vt dimetra, trimetra, tetrametra, vt iam diximus. Itam sunt pentametra, hexametra, & eiusmodi reliqua. Sunt & quæ à versuum numero dicuntur, vt disticha, tetrasticha, hexasticha, hecatonsticha, alia. Sunt & quæ à literis, quæ in principio vel fine versuum ad aliquid significandum ponuntur, appellantur, vt acrosticha, acrostichides, teliostichides, parastichides, de quibus planius in Sibyllarum imaginib. agemus. Sunt & quæ ab inuentoribus, vt Linus carminis genus, qui & Clinus, & Oetolinus dictus est. Nelinus etiam cantionis genus, sicuti & Elinos: quidam eiulatum & Lessum interpretantur, vt Hermolaus existimauit. Herodotus Linum carmẽ ab Aegyptijs Maneron vocari prodidit. Sed de Manero & Lino plura Athenæus, & nos alias. Reponitur & Helianus ab Apollodoro & Theocriti commentarijs inter eos versus qui flebiles sunt & miserabiles, qui threni à Græcis vocantur. Fuit verò hic Calliopes, vt quidam tradunt filius, vt alij Cluus, vt nos in Musis nostris docuimus. ab hoc prouerbiũ est, *Ηιάλεμο frigidior: & ἰαλιμῶ* verbum eiulo & fleo, & *ἰαλιμῶδης*. Sunt itidem ab inuentorib. & frequentius vsis nuncupata, Polymnestia, terpandria, sapphica, asclepiadea, alcmantica, euripidia, pherecratia, & huiusmodi penè infinita. Sunt & qui nomi, hoc est, leges & modi & moduli appellantur, quoniam quasi lege prescriptum sit, ne fidium vocumq; intentiones mutarẽtur. Aristoteles tamen dubitare videtur an ideo nomi vocẽtur, quod ante literarum vsu leges passim canerentur, ea scilicet ratione, vt tenacius memoria mandarentur, & inde legum nomen canticis mansisse. Nomos verò exco-
 • gitatos à Terpandro legimus, vt in eius imagine referemus. malunt alij à Philamone. Nomorũ autem seu modorum rationẽ circumscribunt Lucianus & Apuleius, hic ita in Floridis: Tibicen, inquit, quidam fuit Antigenidas, omnis vocaliæ melleus modulator, & idem omnis modi peritus modificator, seu tu velles Aelton simplex, seu lasium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum. Ille verò, id est Lucianus, in Harmonide, Vniuersi-
 • cuiusq; ait, harmonia est suum proprium, hoc est, Phrygia Eniheum, Lydia
 • Bacchicum, Doria castum, Ionica iucundum. Hæc illi. Nomorum porro apud
 Plutarchum in musica species multe, Apotherus, elegus, comarchios, schœ-
 nion,

nion, cepion, díos, trimeles, tum post hos Bæotius, Aeolius, Oxys, Tetradius, Orthius Palladis nomus argumentum bellicum habens, vt Timotheus Alexandro ascendit. Sunt & qui Dianæ attribuant, deamq; ipsam Orthiam, alij Orthiã, nomon ipsum Orthrium, & pedem quoque nuncupent. Sed reuera non nihil differunt: hic enim, id est, Orthius, matutinus est, vt & dictio, & vox manifestat. Sunt & nomi alij plures, de quibus alibi. Sunt & carmina quæ in deos canuntur, hymni, & horum species variæ, Bacchi, Dithyrambi, Parthenia. Iuli matri deum cãtica, licet Simus Delius Cereri attribuat, ea ratione, quod vlos & iulos manipuli multi hordei colligati sic vocentur: vnde & Dimitriuli & Calliuli hymni: et si, vt ait Athenæus, lanificij esse cantica vlon & iulon existimãt aliqui: alij & Proserpinæ hymnos asserunt. Sed quod iulos sit vermís multorum pedum, & prima lanugo, notius per grammaticos est, quam vt hoc vobis loco opus sit referre. Sunt & vspingi, qui & hypingi, qui, vt ego quidem opinor, non fortassis malè vspingi dicentur: sunt enim cantica, quæ Dianæ dicata fuerant: sic verò dicti vspingi, si coniectura duci fas sit, ab Vbi ipsius Dianæ patre, cuius de deorum natura meminit Cicero: vnde & Diana ipsa & Vpis & Opis interdum dicitur, prima syllaba producta. Hæc tamen nomina cum apud Pollucem & Athenæum, tum in Apollonij Rhodij commentarijs inuersa leguntur. Præter hæc hymnorum genera sunt & alia, quæ Menander rhetor exequitur, quæ sanè hoc loco vobis afferam. Is igitur Menander cum ageret de hymnis qui ad deos canuntur, ita græcè scribit: Hymnorum, inquit, alij κλητικοί, alij ἀρωματικοί, alij φυσικοί, alij μυστικοί, alij γυναικαγωγικοί, alij πεπλοισμικοί, & alij δυνάμεικοί, & alij ἀπὸ δυνάμεικοί, demum alij mixti, vel ex his duorum generum, vel trium, vel omnium simul. Clerici quidem, hoc est, inuocatiui, vt sic dicam, cuiusmodi pleriq; Sapphus & Anacreontis, & aliorum poetarum multorum, deorum inuocationem continent. Apopemptici, quasi eos dicere possitis remissiui, & comitatiui, vt migrationis alicuius, atque abitionis comitatum habentes, cuiusmodi quidam Bacchylidis fuisse traduntur. quidam tamen hos apodempticos vocare potius videntur. Physici verò, hoc est, naturales, vt quidam fuerunt apud Empedoclem, in quibus quæ sit Apollinis, vel Iouis, vel alterius dei natura, exponitur: cuiusmodi Orphei multi leguntur. Mythici sunt qui mythos, hoc est, fabulas continent cum quadam allegoria procedentes, vt muros construentem vel Admeto seruientem Apollinem, vel si quid tale inducamus. At verò genealogici hymni eorum sunt, qui poetarum theogonias sectantes, Apollinem Latonæ, Musas Mnemosynes filias vocant. At peplasmici, hoc est, ficti, hi dicuntur, quoties deis corpora affingimus, vel deorum aut dæmonum progenies narramus, quemadmodum Simonides ἀνείμας dæmonem vocauit, & alij δειμας, alij que aliud quippiam. Demum Euctici, hoc est, precatoriij, seu votiui sunt, qui tenuem quandam orationem seu deprecationem continent absque alijs partibus orationis: sicuti Epeuctici dicuntur cum contraria precamur. Erhaetenus serè Menander meis incõptioribus quidem verbis. Sunt & qui addant ἀσπληκτοὶ sive ἀσπλοπληκτοὶ, hoc est, dubitatiois: vt si dubitemus, sitne amor Chaus & Veneris filius. Sunt præterea prosectici, qui & Euctici, vt diximus, quales adhuc leguntur apud nostrum Horatium. Sed ad alia iam transeamus. Fuit & Castorion carminis genus hyporchematicon, rhythmo Aeolico conditum, cuius & Pindarus meminit. Inuentum traditur à Castoribus, hoc est, Castore & Polluce, qui & ipsi Orchesticæ operam dederunt. Epicharmus quidem Mineruam scribit armatam hoc genus carminis præcinuisse, atque ex illo Lacones in bello tibis vsos esse, Castorionque concinuisse. Verum de Enoplia musica & saltatione, & Græcè plura, & ex ijs alibi nos. Ad hæc sunt & poematum & carminum species threni, & naxiæ lugubres, qui que Olophyrmus dicitur, & quæ in funeribus & sepulchris canunt, epicedia & epitaphia, elegia. Sũt & Silli, qui poematis species sunt, conuicij & maledicentiæ pleni, quibus supra licentiã poetæ cauillantur: quippe

quippe τῶς οἰμῶς dicacitates, & sales mordaces Græci vocant, qualia Timon poemata scripsit & Xenophanes, qui ea de causa sillographi dicti sunt. Ammianus quoq; Marcellinus, Didymum ait imitatum sillographos, libros Ciceronem scripsisse. Iulius Pollux οἰμαίνωσ ait significare, cum irrisione quadam commouere τῶς οἰμῶς, id est, oculos, & ab eo poema irriforium Sillos dictum esse. Idem & Suidas. Alij quidam Græcorum grammatici τῶς οἰμῶς, quod est cauillor & irideo, vt est apud Anacreontem, cognatæ literæ mutatione τ in σ. Aelius Dionysius οἰμοῖσ verbum esse ait, quod in contemnendo & cauillando oculos in aliam partem flectere significet. Sunt qui hoc poematis genus originem traxisse velint ex Homericæ poesi, ea parte qua Therfites in Græci exercitus principes conuicia iactabat. Quæ hoc loco vobis libētius retuli, ne vos quoq; cum ijs errore duceremini, qui vel à Psyllis populis, vel à οφθαλμο hoc genus carminis deductum malè existimarunt. Sunt & quæ pægnia dicuntur, poematis ludicri genus, quale scripsisse Homerum, in eius imagine recensenda referemus. Mnaseas quoq; Locrus, seu Colophonius, vt est apud Athenæum, qui à familiaribus dictus est Salpe, à quodam piscis genere vario (nam & huiusmodi poemata varium habent argumētum) hoc genus carminis scripsit, Nymphodorus verò Syracusanus Salpen Lesbiam facit pægniorum autorem. Alcimus Botthryn Salpen cognominatam pægniorum inuentricem tradit. Salpen citat Plin. in xxviij. libri indice. Hermolaus hac in re scribenda parum fidelis videtur. Legimus præterea Gnelippum pægniographum, & Aratum, vt alios mittam. Hinc sunt dicta Erotopægnia poemata amoris ludicra, quæ perperam quidam Crotopægnia nuncupant apud Gellium & Aufonium. Huiusmodi poemata Lelium antiquissimum poetam, & Calphurnium Pisonem scripsisse accepimus, vt alibi ostendemus. Est & Technopægnion apud Aufonium Gallum ludicrum quidè poema, verum multa arte compositum: etli Technopechion à nonnullis parum scitè legitur. Est & quod Cyclon vocant, cuius & Themistius meminit. Multa verò talia carmina cecinerunt, inter quos & Homerus. Cyclica quoq; carmina vocari scribit Isidorus, quæ cuiusq; materiæ simplici forma facta sunt, quæ & à Græcis cyclia dicuntur, quorum cum apud alios frequens mentio, tū in primis apud Aristophanem & Suidam. Hanc carminis speciem intellexisse Horatius videri potest, cum ita ait.

Nec circa vilem patulumq; moraberis orbem.

quod & ex dimidiatis in eum commentarijs Acronem cognouisse crediderim. Proclus Platonius librum scripsit de cyclo epico, in quo de propria poetarum virtute loquitur, & Homeri præcipue: cuius cūm emerit Aristoteles, & eum secutus Themistius, mirū est quod adeò ab ipsius Aristotelis interpretibus exponatur. Multa quidem Philoponus, vt est copiosus scriptor & eruditus, sed huius certè cycli ratam parum videtur habuisse notitiam. Sunt etiam qui encyclicium poematis genus nuncupent: & encyclopædiam vocari tradit idem Proclus poesi ipsam heroicam. Sed de encyclo & encyclopædia aliàs plura: scientiarum enim & disciplinarum orbem, quo ea simul connectuntur & copulantur, significare plures existimauere. Sanè cycliodidascalon Græci vocant, pro eo qui & dithyrambopœus dicitur ab Aristophane & alijs. Porro & cyclica videtur grammatica dici à Nazianzeno Gregorio: nam de Basilio agens ait: Sed in primis, inquit, grammaticam edoctus, quæ cyclica dicitur scientia, quod circa eadem voluitur, ac vertitur. Est quoq; cento poematis genus, cuius hanc esse legem, ita ad Paulinum scribit Aufonius: Cento, inquit, quid sit absoluam, varijs de locis, sensibusque diuersis quædam carminis structura solidatur in vnum versum vt coeant, aut cæsi duo, aut vnus, & sequens cum medio: nā duos iunctim locare ineptum est, & tres vna serie meræ nugæ. Diffunditur autem per cæsuras omnes, quas recipit versus heroicus, conuenire vt possit aut pentimeris

meris cum reliquo anapaesto, aut trochaica cum superiore segmento, aut septem
 semipedes cum anapaesto chorico, aut post dactylum atq; semipedem quicquid
 restat hexametro, simile ut dicas ludicro, quod Graeci ostomachion vocauerunt.
 factenus ille. Composuere vero hoc genere carminis Eudocia, Proba, & Pom-
 ponius, qui ex carmine Vergiliano, inter caetera sui ingenij monumenta Tity-
 rum in Christi laudem composuit. Extant in hoc genere centonis apud Irenaeum
 de Hercule eiusmodi versus: legitur & Ausonii epithalamium. Valentinianus
 quoq; Imperator huiusmodi versibus aliquando lusisse scribitur. Sunt qui a
 Christianis genus hoc conficiendi centonis inventum velint: ego quid hac de re
 10 statuam certi nihil habeo. Deducum quidem videri potest id nomen a vili & ru-
 sticana veste, varijs & versicoloribus segmentis filisve consuta, cuius in primis
 ab autoribus rei rusticae & rei militaris fit mentio, ut scriptores alios praeteriam.
 Tertullianus certe vir eruditissimus idem innuit in libro de praescriptionibus
 aduersus haeret. Homeri, inquit, centonas etiam vocare solent, qui de carminibus.
 Homeri propria opera more centonario, ex multis hinc inde compositis in unum
 sarcunt corpus. at vero alij quidam $\pi\alpha\kappa\epsilon\tau\acute{\iota}\sigma\iota$, quod est inserere, deriuari vo-
 lunt. alij quidam $\pi\alpha\kappa\epsilon\tau\acute{\iota}\omega$, quippe ferunt centones ita compositos, ut liber ex
 quo cento conficiendus est & coagmentandus, totus prius perlegatur, punctio-
 que si qua pro materia proposita reperiuntur, annotentur, quae mox collecta in
 20 poematis corpus redigantur coagmententurve: atque ab ea, ut sic dixerim, pun-
 ctuatione ex nostris quidam nominari centonem voluere: nam pridem est ex-
 plosa eorum opinio, qui a numero centenario centonem dici credidere. Non de-
 sunt qui centonas putent legendum esse, quando & Suidas inter caetera $\kappa\alpha\tau\epsilon\gamma\alpha\upsilon\sigma$
 significata, eas ait orationes significare, quae in diuersum & varium sensum simul
 commutari & conuerti possunt, ad unumque finem, & ut Graeci dicunt, scopon:
 talia sunt, inquit, homerocentra. Apud Latinos tamen iam vsu receptum est a
 primis vsque temporibus, ut centonem tam pro veste & stragula, quam pro poe-
 mate dicamus. Viuit & amicus meus hodie vnus & alter qui centonas conficit.
 Sed de centone puto iam satis, non nihil enim & in imaginibus Probae & Eudo-
 30 ciae meminerimus. Confines sunt centonibus parodiae, de quibus in Hegemo-
 nis imagine non nihil agemus. Item quae per adiectionem versus versui confi-
 ciuntur, quo pacto ex Homero fecit Pigres Carius, de quo in eius imagine: vel
 qui ex alienis versibus aliam materiam componunt, qua de re Tertullianus
 Septimius in libro paulo ante citato. Cum enim de Marcione & Valentino
 haereticis, qui diuerso modo sacras literas interpolauerunt, ageret, sic subinfert: Et
 ideo, inquit, habent vim & excogitandis instruendisque erroribus facilitatem,
 non adeo mirandam quasi difficilem & inexplicabilem, cum de secularibus
 quoque scripturis exemplum praestitum sit eiusmodi facilitatis, quo ius hodie ex
 Vergilio fabulam, totam aliam componi, materia secundum versus, versibus se-
 40 cundum materiam concinnatis. Denique, inquit, Ouidius citra Medeam, tragoe-
 diam ex Vergilio plenissime expressit. Meus quidam propinquus ex eodem
 poeta, inter caetera styli sua ocia pinacem Ceбетis explicuit. Et haec quidem toti-
 dem verbis Tertullianus: Fuerunt praeterea apud antiquos carmina quae axa-
 menta dicebantur, quae & salaria a Salijs sacerdotibus in viuersos, ut Festus ait,
 homines componebantur: dicta, ut puto, quod axare antiquis nominare signifi-
 cabat. Versus vero qui in deos singulos canebantur, ab eorum nominibus appel-
 labantur, ut Iunonij, Minervij, Ianuarij, & eiusmodi. Sunt & Fescennini versus
 apud Latinos, qui in nuptijs cani solebant, ab vrbe eius nominis dicti, ut Pom-
 peius & Seruius notant: siue quod fascinum arcere credebantur. Huiusmodi ver-
 50 sus Fescenninos Aug. Caesarem scripsisse testis est Macrobius. Talem describit
 T. Liuius Fescenninum, qualis est Glyconius Catulli: ut facile ego in eam senten-
 tiam vadam. Glyconium ipsum Catullianum in hoc genere fescenninorum repo-
 nendum esse, Catullo ipso etiam id significante eodem carmine:

Nec diu taceat procax Fescennina locutio.

Est verò apud scriptores frequens huius versus mentio, improprie licet interdum vsurpentur, vt apud Hieronymum. Sunt & carmina seu poemata quæ pariter tra dicuntur, à varia & multiplici versuum materia, vel differentia, qualia se scripsisse Diogenes Laertius testatur. Sunt & quæ rhapsodiæ vocantur, quæ vel à censoria virga, vel quod consuta connexaque sint ita appellantur, quales libri Homeri sunt, aliorumque multorum. Nicocles quidem Hesiodum primum fecisse rhapsodias scriptum reliquit, à quo & Hesiodi ipsius versus hac de re asferuntur, quibus ostendit se & Homerum eiusmodi versus in Delo primum concinuisse:

Εν δὲ λατὸν περὶ δὲ καὶ ὄμοιοι ἀοιδῶν
Μελαπομέων, ἢ νεοροῖς ὕμνους ἢ ἀφ᾽ αὐτῶν ἀοιδῶν.

Hoc est:

*In Delo tum primum ego, Mæonidesq; poeta
Lusimus, inq; nouis carmen cantauimus hymnis.*

At hi qui à virga nomen deducunt, Callimacho poeta nstuntur, qui dixerit, ἄδιε ἢ δὲ ἀφ᾽ αὐτῶν ὄμοιοι ἀοιδῶν, id est, fabulam in virga contextam. Laurinam verò virgam eam Græci scribunt, vnde sunt quos rhapsodos & rhabdodos vocatos diximus. Sanè Pindari expositores Iliada Homeri magis rhapsodiam esse volūt, quàm Odysseam, quod scilicet hæc vnus laudatio, illa verò multorum sit. Est & quod tum procomion, tum epicomion vocitatur à Pindaro, quod quidē carminis genus Pindari interpretes in comestationib. petulantibusq; tripudijs cani solitum tradidere. Est & quod vocat apostolicon, cum de alio ad alium scribimus, qualis est secundus, ni fallor, Isthmionicorum hymnus. Est & bucolicon carmē, quod à genere vehiculi astrabicon nominatur, vt ait Probus, & nos antè meminimus. Est & Lityerses genus hymni messorij, sic cognominati, vt quidā scribūt, à Lityersa Midæ filio, qui apud Celænas aduenientes in cōuiuium vocans compellebat mox secum metere, quib. cum capita præsecuisset reliquum corpus abscondēbat. Sunt qui scribant loris eos cedere solitum quos vicisset dum meteret, verum cū nactus esset se valētiorē, ab eo malè mulctatū. Sunt qui ab Hercule victū tradant, & in Mæandrū fluuium deiectum, quod in Theocritum scribunt interpretes: hic immanis adeò thericum hymnum, id est, messorium instituit, qui à suo nomine Lityerses dictus est. Meminit Theocritus edyllio x. & Apollodorus in hunc fermè modum scribens: Quemadmodum, inquit, in threnis hialemus, & & inter hymnos iulos, à quibus odæ dictæ sunt, sic & messorum cātus Lityersas. hæc ille. Ab hoc vero prouerbium factum est in eos qui inuiti & nō ex animo canunt, Cantū lityersen canis. Historiæ meminit & Pollux aliq; grammatici. Sunt & Ithyphallica, quæ, vt cum honoris præfatione loquar, fascino, id est, priapo erecto canebantur, qua de re in Mœcenatis imagine agemus. Sunt & daphnephorica, & tripodephorica, quæ à lauro & tripode in Apollinis sacris delatis nuncupata canebantur, qualia oschophorica diximus. Reponuntur & hæc à Polluce & Athenæo, embateria, parodos, emmeleia, proaulia, pronomia, himerus & himadus: tametsi ab alijs hæc, Imæus, epimyrius, vel epimylus, imalisque vocētur. Sunt & quæ parœmiaca vocantur carmina, quæ à prouerbijis quibus præcipue scribuntur, vt ait Hephæstion, appellata sunt, cuius & normam præscribit. Hoc verò genere in primis vsi sunt Cratinus & Archilochus. Sunt & alia genera, quæ quanquam græca, nostris tamen notissima, eclogæ, soteriæ, edyllia, protreptica, propemptica, parenetica, erotica, pragmatica, hypothetica, prosphonetica, euctica, apeuctica, proseuctica, schedia, atque huius generis similia. Sed iam abundè me vobis hac in parte satisfecisse existimo. Et quidem vt dixisti, ait Piso, abundè: non enim multa superesse in isto poematum genere crediderim, nisi vulgatiora et protrita grammaticis sectari velimus, quod nos per nos facile facere possumus. Sed tamen aliud ego, & vt puto, Picus abs te

vel

vel expectamus, si non fessus, vel expetimus, si non grauaris. Et quid tandem, inquit, est quod à me hodie amplius expectetis, praesertim cum iam diei serum nisi forte veterum poetarum imagines, qui ante Homerum cecinerer. Sedenim hoc in sequentis diei sermonem differemus. Non istuc, inquit Piso, sed versuum affectiones quas vocant, & proprietates, quæ cum parum diligenter & concise traduntur ab alijs, tum ab alijs adeo corrupte, vt mirum sit quam id libenter abs te audire cupiamus. Sic faciam, inquam, & clarius breuiusque quam potero. Illud verò vos in primis monitos velim, me affectiones versuum non modò eas intelligere, quæ tu fortè, & quæ proprie Græci *πάθη τῶν σίχων*, & *τρόποις*, seu *τὰ ἔπη χαλά* vocant, sed & differentias, ac, vt dixisti, proprietates. Nam veluti in hominibus affectiones non solum bonas, sed & malas, hoc est, virtutes & vitia, vnde & tales affectos homines tali vel virtute vel vitio dicimus, sic & nunc ego in carminibus statuo. Sunt autem hæ carminum affectiones re quidem sexdecim, nomine verò plures. Sex quidem proprie *πάθη*, quas tamen quinque tantum commemorat Diomedes, decem verò cæteræ sunt, id est, proprietates. Sex igitur quas priores diximus, tres sunt quæ versui aliquid addunt, tres demunt. Addunt procephalus, procelius, & dolichuros. Demunt acephalus, lagarus, & miurus: & earum duæ quidem in principio versus, procephalus & acephalus: duæ in medio, procelius & lagarus: duæ in fine, dolichuros, qui & *μακροσκελής* dicitur, & miurus. Procephalus versus vocatur, cum in principio tempus vel syllaba abundat. Latini huic nomen non dedere, quod adhuc legerim, quando neque hunc Diomedes ascripserit, nisi fortè nos præcipitem vocemus. Tale est Homericum illud:

ἢ ἐπέμηναι δ' μὲν ἴστω ὀδυσῆο θεοιο.

Potest & illud tale esse nostrum:

O gratum, quippe meis succedes sedibus hospes.

Procelius versus dicitur, cum in medio vel syllaba, vel tempus superat, quæ nos ventriosum, vel ventre prominulum dicere possumus. eadem causa ἐγκύλιος quidam vocarunt. eiusmodi est Homeri illud:

Δόρυκας ἢ ἕλκας δ' ὕϊας ἀμφὶ σίθιασις.

I enim in medio superest. Item Vergilij illud:

Aut ouium factus, aut vrentes culta capelle. vel illud:

Necte Amarylli nodos, Veneris dic vincula necto.

Quamuis anapaestico resolui potest, qui Cupidini consecratus esse dicitur. Dolichurus versus vocatur qui longiorem habet caudam, hoc est, finem: qui & longioris cruris, hoc est, *μακροσκελής* appellatur, & hypermeter, & hypercatalecticus quoties in fine syllaba superabundat, quale est Græcum Homeri:

λεπίας κὰὶ χροίας ποδὶ ζώνω βαλετ' ἴξι.

ubi i superat. Nostri poeta verò:

Quin Protinus omnia Perlegerent. Et illud:

Et spumas miscent argenti vincta sulphura.

Acephalum carmen vocant Græci, Latini mutilum vel truncum, quod principio careat, vel literam vel syllabam, vt ait Diomedes, amittat, vel cum à breui syllaba incipiat. Homerus:

Ἐπεδὴ νῆας τε καὶ ἐλλήποιστολς ἰκοῖτο.

deest enim in primo pede tempus. Vergilius: Fluviorum rex Eridanus. Item, Arietat in portas. Et, Parietibus textum cæcis iter. Alij proceleusmaticum vocant. Sunt & aliorum versuum acephali quidam, quorum Maurus Terentianus exempla commemorat. Lagarus, qui à nostris exilis & hiuleus vocatur, *λάραρ* quippe vacuum & inane significat. Idem *σφηκώδης*, vel *σφηκωδής*, vel *σφηκας*, à vespis quæ sunt ex genere insectorum, appellatur, versus est qui in medio exilis est, & tempore vel syllaba deficit. Homerus:

Αἰψα δ' ἄρ' αἰνέων ἵδρι λελαν ἀγχισίου. Item:
 Βῆδεις αἰόλα καὶ τὰ δῶμαίσα.

In utroque enim tempus deest in medio, sicuti in Vergiliano:

Concilium ipse pater, & magna incepta Latinus. Item:

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Est & miurus versus, qui non à muris cauda, ut hactenus plerique credidere, dictus est, quasi μὴ οὐρα, sed ἦρ ἅ τ' ἢ μετ' ἔμμι, quod scilicet in fine minuatur, id quod & Galenus medicus in primo de pulsum differentia docet. Nempe & miurus pulsus species est, à versus similitudine, in fine propè deficiens, quod etiam post Galenum Paulus Aegineta prodit. Sunt ex grammaticis qui latine scripserunt, qui ἦρ ἅ τ' ἢ μῆτον ἢ ἔρατ' dici autumant: de his Diomedes ita: Ἄστ qui in vltima conclusione portiuuncula vel syllaba fraudantur, vel tempore deficiunt, græcè miuri & scizontes vocantur, quale illud est Homeri:

Τρωῶν δ' ἐρηγίλασσα ὄπασ' ἵδρι αἰόλαν ἕπαια.

Quod Terentianus ita transfudit:

Attoniti Troes viso serpente pavitant.

Miuri sic etiam meminit in centimetro Seruius ad Albinum: Miurum, inquit, carmen constat ita ut heroicum, sed pyrrhichio clauditur, ut:

Mortem contemnant laudato vulnere Getæ.

Sunt & huius generis Coluri appellati, sicut iambicus ille, qui colurus à Diomedis dictus,

Trahuntque siccas machine carinas.

vbi syllaba deest, quæ catalecta vocatur, de qua paulò mox. His expositis proprietates etiam commemorabo, quas enumerat hoc modo Diomedes, licet ea parte eius codex sit mēdolosissimus: ἀπικλύσεις, ἀζύγοι, ἰσχυμοὶ, πρυταμοὶ, ἰσομέτρεις, ἰσομήτροι, σπενγυώδεις, ἰστέλες vel ἰσοκλιπεῖ, κικλοῦλῆς, ὑχίλας, & φωναστικοὶ. Latine idem sic nuncupat, Illibatos, iniuges, æquiformes, quinquipartes, paripedes, fistulares, æquididici, teretes, sonori, vocales. Igitur illibati, seu inculpati sunt, qui non aucta vel imminuta aut amputata syllaba vitiantur, sed integræ & plenissima dictione formantur, ut illud:

Depressa incipiat iam tum mihi taurus aratro.

Iniuges sunt qui à nulla coniunctionis syllaba copulantur, quos etiam Græci ἀνωδέτρεις nuncupant, sicut est:

Tectum augustum, ingens, centum sublimè columnis.

Æquiformes sunt, qui non composita vel simplici figura ostentantur, ut:

Urbe fuit mediæ Laurentis regiæ Pici.

Nusquam enim hic duæ partes orationis necesse sunt. Quinquipartes sunt, qui quinque partes signant, ut illud:

Miscet flumina candida sanguine sparso.

Paripedes, qui græcè ἰσόμετροι dicuntur, ἰσόχρονοι ab Hephæstione, versus sunt qui eandem syllabarum quantitatem, eosdemque pedes habent à primo ad vltimum, ut græcum illud:

ἐν μέσσην ταῖς εὐμβλῆτιον ἀμύλασσιν.

Et Ennianus ille:

Olli respondet rex Albai-longai.

hos spondaizontas Attilius Donatianus appellat. Tales etiam ex dactylis fiunt, ut Vergilianus ille notissimus:

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Fistulares sunt qui paulatim accrescente partis orationis numero, ab vltima syllaba plures ad usque dicuntur: hos euripalicos vocat Seruius, ut ille est:

Rem tibi confeci doctissime dulcisonorata.

Vel: Te semper precibus venerabor cunctipotentem.

Æqui-

Aequidici sunt qui singulis præpositionibus antithetas apparant dictiones, vt:

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Albis enim nigra opposuit, ligustris aut vaccinia tribuit, & cadentibus legenda assignauit. Teretes versus sunt qui volubilem & coherentem continuant dictionem, vt Neronianum illud seu Persianum:

Torna Mimalloneis inflatur tibia bombis.

Sonori sunt qui crepitant & prononciationem faciunt fragosam, & exultantem informant dictionem, vt:

At tuba terribili sonitu procul ære sonoro.

10 Et Ennianum illud:

At tuba terribili sonitu taratantara dixit.

Et illud:

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Est & illud nostrum:

Cava tum tinnitus turribus altis æra cient.

Vocales sunt qui per alta producta locutione sonantibus literis vniuersam dictionem illustrant, vt est illud Pacuuij:

Fulua Paratonio vaga Cynthia proruit astro.

Nunc etiam vobis species sex versus, quas in Enchiridio Hephæstion constituit, cōnumerabo. Et primo quidem ἰσόχρον^{ος} est, de quo iam egimus: & apertif-
20 menos, qui integram sententiam habet in se. Hic idem est qui a Diomede ἀωνληγής nuncupatus est, hoc est, illibatus & inculpatus, vt paulò antè diximus. nescio an & hic sit qui κερθαρός alibi ab Hephæstione vocatur. Tum τραχίς, quem Diomedes interpretatus est fragosus, qui illeuigato & aspero sono inconditòq; variatur, vt illud:

τελευτε καὶ περὶ τῆς ἀφροῦ ἐκπεσε χερθός.

Malacoides versus appellatur, qui audientium auribus molliter incidit, ac quodammodo labi & currere videtur. Huic non dissimilis qui teres dicitur, hoc est, κικλοτελής, de quo iam locuti sumus, vt illud est:

αἰμάλι δ' ἰόνό κέμαι χερειτεσιν ὁμοίαι.

30 Cacophonus versus est, cui multæ vocales insunt, vt græcum hoc:

Φῆι ἀθηρὴ λογιῶν ἔχει ἀνά φαιδίμω ἄμω.

Postremò λογοδιδῶ commemorat, qui est, cū pedestri & soluta oratione currere versus videtur, vt est:

Ἰππὸς τε ξανθὰς ἐκατὸν κῆ πρηνίσι τῶ.

His adiungit Hephæstion septem differentias heroici carminis. catenoploëon, cum duos habet dactylos sequente spondeo, vt nostrum ex græco:

Sic ait illachrymans, cui rettulit optima mater.

Periodicon est cum spondeus dactylum sequitur, vt Homericum illud:

Ἐλευθέρι μιν εἰ μιν εἰ ἀχαιῶν ἀλγεῖ ἔθηκεν.

40 Bucolicon, cum post tres pedes partem explet orationis: alij verò in quarto pede id fieri aiūt, vnde & tetrapodia bucolica dicitur, vt res est notissima, alijs græcis & nostris scriptoribus, qua in re in primis commendatur Theocritus: noster non sic Vergilius, vt Terentianus alijsq; notant. Sapphicon ait Hephæstion heroicum esse, cum à spondeo incipit, & in spondeum desinit, vt græcum hoc:

Ἄλλοι μὲν γὰρ θεοὶ τε Σαίφιδος ἰσσοκρεῖσαι.

Hyporhythmion est quod singulis pedibus singulas orationis partes habet, vt illud:

Ὀβελθ' εἶνεκα τῆς δεσίδ' ἰγλοπίδιο δ' ἡμῶν.

50 Τέλειον, vt etiā nomen sonat, est quod habet omnes partes orationis, vt est hoc:

πρὸς ἐμὲ τὸν δὲ δῖον ἐπὶ φονίοντ' ἐλάειρα.

Politicon vltimo connumerat: est autem carmen quod sine affectione vlla est, vel figura, quod etiam logoides dicitur, vt illud est:

Ἰππὸς τε ξανθὰς ἐκατὸν κῆ πρηνίσι τῶ.

vt modò dixi, nam pedestri fermè ratione currere videntur, vt & illud est Ennianum:

Vnus qui nobis cunctando restituit rem.

Hephæstion verò λογισμὰ nuncupari ait dactylīca quædam, quæ in regionib. quidem alijs dactylos habeant, postremam aut̄ syzygiam trochaicam, quorum & veterum poetarū exempla ascribit. Dionysius tamen Halicarnassæus in rhetoricis, λογισμὸν vitium in poematib. dicere videtur, non simile modò solutæ orationi, verum & nugax & nullius propè momenti. Colobi versus hi videntur esse, qui fluxi à Diomede dicuntur, quos & ait solito modo & vulgari metro quati. Fuit cum putarem eosdem, qui mutili & acephali dicuntur. Sunt etiam quas 10 Græci versus εἰς ἑξῆς vocant. Latine Attilius Donatianus dispositiones, quæ, Diomede teste, quatuor sunt, acatalecta, catalecta, hypercatalecta, & brachycatalecta. Acatalecta est integer versus singulorum metrorum. Catalecta est versus minus habens metricæ constitutionis. Hypercatalecta est super principium versus syllabam plus habens. Brachycatalecta pedē plus habet quam poscit pedum dispositio. Verum Marius Seruius in centimetro ita has describit: Catalecticū, inquit, versum dicimus, cui vna syllaba deest. Brachycatalecticū, cui duæ. Hypercatalecticū, cui vna syllaba superest. Acatalecticū ubi nihil plus minusue est in versu, qui legitimo fine claudit. Hephæstion quoq; in Enchiridio, Acatalecta, inquit, metra dicuntur, quæ cunq; vltimum pedem integrum habēt, 20 vt est in hoc versu dactylīco:

Musa agè filia Calliope Tonis.

μῦσ' ἀγέ κ' ἐκ Καλλιόπης θυγατὸρ Τόνος.

Catalectica verò, quæ diminutum habent vltimū pedem, vt est hoc iambicum:

χείροισι νύμφα χερσὶ τῷ δ' ὀ γαμβρῶς.

Quo loco βραχὺς syllaba pro toto pede ponitur. Huiusmodi est illud Horatianum:

Mea remidet in domo lacunar.

Βραχυκλιτὰ κλιτὰ vocantur, quæ in fine per dipodiam integro pede deficiunt minuunturq; quale est hoc iambicum:

ἄγ' αὐτ' ὅς οἱ κενὴν κλεισίπρω.

Quo quidem loco, σιπρω pro integra iambica dipodia ponitur, id est, pro duob. iambis pedibus. Hypercatalectici verò nuncupantur hi, qui supra modum pedis partem suscipiunt, vt hoc est iambicum dimetrum:

εἰς μ' ὄσ' τ' ἀπ' ἀσπίλω λυήσαι.

Et nostrum tale:

Adducis umbram ad apparatus.

Et hæc quidem sunt quæ à Græcis vocantur εἰρησῆς. Sanè & hoc, postquam ad dicendum me reuocatis, non prætermittam: versus ideo à nostris vocari, quod verso quodam ordine componunt, quo pacto & à Græcis μέτρα, à quadam dimensione: quippe vt Hephæstion ait, tempus syllabam facit, syllaba pedem, pes verò coniugationē (sic enim interpretor quod ille συζυγίαν dicit) cōiugatio verò 40 versus, versus verò poema perficit: itaq; ait, decenter metrū vocatur. Sedenim Probus grammaticus hunc ipsum ordinem ita constituit: Ex litera, inquit, syllaba nascitur, ex syllaba pes, ex pede comma, ex commate versus, ex versu colon, ex colo periodus. Hæc ille. Sed de colo & commate plura dicere non vacat, id enim cū alibi vos, tū planè ex ipso Probo & Diomede discere potestis. Sed nec hoc vos fugiat postrema, prototypa carmina & archegona à Græcis δῆμι, quæ originalia & principalia ab Attilio vocantur. Diomedes catactica, & diffinita vel principalia interpretatur. Paragoga verò quæ ab originalib. deducta sunt, quæ Diomedes deriuatiua appellare placuit. Idem & addit his synthetica, quæ composita: & asyntheta, quæ incomposita: tum etiam synchymena, quæ confusa: 50 zeugmena, quæ cōiuncta, interpretatus est. Sūt demum & versus qui tibicines vocantur, & in primis à Seruio, in quib. dictio aliqua est superuacua ad carminis fulcimentum, cuiusmodi ille Vergilianos nonnullos adducit. dictos hos gram-

matici

matici arbitrantur à tibicine, id est, columella, quo tecta fulciuntur. Sunt & qui Vergilium tradant sua sic vocasse hemistichia. Porro & spurios versus vocamus, qui non sunt alicuius poetæ legitimi, sed adulterini, quales nonnullos censoria virga in Homericæ poesi notauere critici, hoc genus appellant *νοββόμενους*, sicuti legitimos *γνηστος*. Quibus omnibus sic à me raptim expositis, Vos, inquam, me hæc tenus hæc congerere voluistis: si fastidiose & anxie retuli, vobis quam mihi potius imputetis: si placere, amplum laboris fructum accepi: & hoc simul dicto, in oppidum petreximus.

10 AD ILLVSTREM D. ANNAM PARTHENIAM PONTIS DOMINAM APVD

SANTONES, LILII GREGORII GYRAL-
di in secundum de Poetarum historia dialo-
gum proœmum.

20 **G**entem nullam esse video, illustriss. Anna Parthenia Pontia, neque tam feris moribus, neque ab humanitate tam prorsus aliena, quæ Poeticæ facultatem, & Musarum studia aliquo saltem modo, pro suæ naturæ & regionis instituto, non adamarit. Atque ut ab vltimis auctoritatem repetam, Britanni, tamen penitus, ut ait poeta, nostro orbe diuisi, poetas semper amauerunt, atque inter eos Plemmydius, Oronius, & Gildas celebrati fuerunt. Eandem Poeticam ferocissimam olim gentem Germanos non penitus fugisse videmus: quippe si Tacito Cornelio credimus, carminibus gesta patria celebrabant, atque in annali loco & memoria seruabant iturque in præliis istis carminibus pugnantium animos accendebant, id quod & Thracas fecit idem autor est Cornelius. Fuerunt & apud præcos vestros, Gallos dico, in summo precio Bardes, de quibus multa pridem dialogo diximus. Fuerunt & apud Persas sapientes qui Magi vocabantur. Medi quoque oraculis

30 ab Hytaspæ versibus vsi sunt, & vna Zoroastræ vate & magum coluere: ut ludæos, Indos, Phrygas, Scythas, Hyperboreos, alias barbaras nationes hoc loco mittam, quæ carminibus delectata sunt. quo fit, ut illud minus mirum videri debeat, si apud eas gentes vsque adeo poetæ florere, quæ cæteris in omni humanitate & cultu excelluerunt, Græcos dico & Latinos: qua in re vtri vtrius præstiterint, non facile iudicemus. Varijs enim multiplicibusque vtrinque rationibus disceptatum est, atque ita res in ancipiti versata est, ut à quibus staret victoria nondum sit plane discussum. Quare cum primum de hac facultate sermonem, in quo quantum pro tempore nobis conuenire visum fuit, de eius origine disseruimus, deque eius excellentia, cæterisque virtutibus illustriss. Regine & Principis nostræ D. RENATÆ dicauerim, iure meritoque secun-

40 dus hic tibi debet, in quo primos vates ad Homerum vsque collegimus, quibus & Sibyllas ex varia lectione pro virili nostra descriptas addidimus, quas honestius nulli decentiusque quam tibi dicere potuimus, quæ Sibyllas tua prudentia æquas. Debet tibi, inquam, Parthenia hic secundus dialogus, quod apud inclytam diamque RENATAM primum merito locum obtines. Nam præter generis nobilitatem, morumque et vite sanctitatem, quibus rebus omnium commendaris testimonio, quis te in studijs disciplinarum eminentissimam, in hac ætate non admiretur? quæ non modo in latinis literis, quibus ab ipsis incunabulis nauiter operam dedisti, sed in græcis quoque ita profecisti, ut græcos autores intrepidè euoluas, vsque adeo, ut de te ea prædicari intelligam, quæ stuporem hominibus afferant & miraculum esse videantur, quod scilicet supra sexus conditionem ardua & difficilia moliaris. Nam quid nunc memorem qualis sis in dignoscendis & modulandis carminibus. quali venustate canas & gratia: quantum denique in omni Musica profeceris, id eius disciplinæ periti prædicant. Sed hæc tibi leuiora sunt, & animi tantum gratia, quæ tamen vel in principi-

pe digna ab antiquis existimabant, qui Musices ignarū etiam vituperabant, vt Themistocli cōtigit. Quid verò hoc loco cōmemorem quam sis in sacrarū literarum lectione & versata & erudita, cum in vera illa & germana theologia, theologos ipsos & sacros concionatores quotidiano propè sermone prouoces? Quid porrò dicam, qua charitate & amore, ac potius pietate psequaris illustrē virū tuum, iure tuū, vt qui eisdem quib. tu studijs & virtutib. post militares artes sit ornatissimus? Nec dubium quin liberos tuos etiam sic educatura sis quam primum disciplinæ capaces erunt, vt tali te matre & illo patre dignissimi futuri sint. Maçta igitur tantis virtutibus & animi & fortunæ bonis Pontia, de cuius laudibus cum superioribus mensibus doctissimorum quorundam virorum carminibus, aures mihi passim personarent, ipse quoq; æger, vt sum animo & corpore, vtcunq; hoc epigrammate lusi:

*Quòd veteres æquas virtutibus heroinas
Pontia, & exiguo corpore tanta nites,
Hoc deses non vita facit, madidiq; trientes,
Nec quas delicias plurima turba colit,
Sed quòd Palladijs teneros das artibus annos,
Thespiadumq; sacris fontibus ora lauis,
Et quòd Socraticas audes euoluere chartas,
Miraq; diuini pandere sensa viri.
Et maiora facis, veteris mysteria legis,
Atq; arcana noua pectore & ore tenes.
Hæ tibi sunt artes, quibus vnà heroidas æquas,
Et super alta tibi sydera sternis iter.*

Accipe nunc igitur nostrum hunc secundum de poetarum historia dialogum, in quo de primis omnium poetis agimus. Et quanquā vetera illa quidem & à recēti semota memoria (quæ Aristoteli parum iucunda vident) nō nihil tamen delectationis & voluptatis, saltē ex varietate afferre poterunt, præsertim cū tot ante Homerum poetas floruisse videbis, quem poetarum primum & antiquissimū, omnium scriptorum penè consensus hæctenus existimauit. Sed eo etiam longē antiquiores Hebræorum vates, & ex Sibyllis nonnullas facillimè cognosces. Leges ergo Parthenia nostra hæc, si quando ab alijs grauiorum autorum lectionibus, vel à regijs negocijs declinare contigerit. Spero nostra hæc qualiacunq; non ingrata tibi fore, ea in primis causa, quod varia est, vt dixi, historia, & ab eo est composita, qui te tuasq; virtutes plurimi facit & veneratur.

Sed iam ad dialogum ipsum me conuerto. Nam cum priore die cum Pifone & Pico puero multa, quæ ad Poeticam eiusq; commendationem pertinebant, dixissemus, eiusq; vituperatores, quantum in me fuisset refel'issem, & poetarum poematumq; species & affectiones, id est, præterea addidissem, postero die cum conuenissemus in eisdem Carpeñ. Principis hortis, non multis post confectis spacij confedimus, & prior inquit Pifo:

Tanta fuit hesterni sermonis, si non vbertas, at certè rerum copia, vt quàm maxime cupiamus abs te reliqua audire: atq; eò in primis, quod ad primos iam poetas noster erat sermo deductus. Sic est, inquā ego, & simul cœpi. Erant igitur due in prima eius tabulæ regione ante alias imagines, quarum quidem alterius ob radiantis vultus splendorē cornutum caput habere videbatur, barba & capillo promisso. Altera verò virgo erat, quæ admodum læta canere, & puellarū chorū in numerū agere videbatur. Quorum nam istæ imagines, ait Pifo: Cui ego: Ex sacris Hebræorum historijs horū effigies ductas arbitror, apud quos legimus, Mosē (quē græcorum quidam Musæum appellauere, vt ex Artabano obserua- uit Eusebius, vt verò Manethon, prius Orsaphas vocatus est, mox mutato nomine ab aqua se Mosē appellauit) hunc, inquā, Mosē & ipsius Mosis sorbrē Mariam primos hexametru carmē, quod nos heroicū dicimus, modulatos esse.

Tum

Tum ad me conuersus Pifo: Qui istuc, inquit, fieri potest: cum ex ijs doctissimis qui nunc inter nos viuunt, Hebræis audiuerim, nullos se habere versus, præter inconditos quosdam numeros, nulla syllabarum pedumq; lege cõpositos, quos ab Arabibus se mutuatos esse fatentur. Non istuc, inquam, mirum vobis esse Pifo videatur: nam cum toties Iudæi propter impia scelera, diuino destituti præsidio, regnum amiserint, propriæ quoq; linguæ & sermonis elegantiam magna ex parte amisere, nedum carmen cõdere, & carminum leges obseruare: atq; idcirco opinor factum, vt apud eos versus formulæ deprauatæ, ac penè sint deperditæ, id quod fermè Latinis & Græcis contigerat, ex quo varijs barbararũ nationũ bellis penè desolati fuerant. Nunc demum tamen, Dei opt. max. clementia & benignitate, altius non nihil literæ caput exerere cõeperunt, adeò, vt non latina modò & græca, sed & Aramæa, & Chaldæa, & cum his Hebræa lingua floreat, nõ nullòsq; in his ita profecisse etiam in Hebræis video, vt Hebraicorũ carminũ leges ac regulas reformarint, & manifestis rationib. cõprobarint. Sed hæc aliàs: nunc ad Mosis & Mariæ ἁσματᾶ reuertamur, quæ nos cantica appellamus, quæ tum hexametro, tum sunt elego carmine condita. Autores nobis, ait Pifo, afferrì cupimus, istarũ quas dicis rerũ testes, idq; cū nostra causa, tum præcipuè, si quãdo nos isthæc alijs ipsi referemus, ne falsa & cõmentitia dixisse videamur. Ad quos ego cõuersus: Sit licet, inquã, hic citandi mos auctores parũ eruditis obseruatus, nisi cū vel ardua res, vel nodus aliquis insolubilis incidit: tamen quòd iuuenũ studium eos ipsos qui citantur auctores legendi accendit, vobis morem geram. Hoc igitur in primis, quod de Mose & Maria ipsi diximus, ab Hebræis proditum est, Iosepho & Philone, à Græcis Origene & Eusebio, à Latinis Hieronymo, Isidoro, Beda, & alijs. Tum Pifo: Ergo, inquit, hexametri versus origo ab Hebræis, & non à Græcis defluxit, quod tamen aliàs ipse legi, & abs te didici. Quod cum Pifo dixisset, memetipsum me, ne mendax, vanusq; viderer, collegi: & simul, Locus, inquã, exposcere videt, vt hac de re, quam possim vobis pauciorib. multorũ sententiàs exponam. Sũt enim, vt modò dicebam, qui Mosis ipsi hanc inuentionẽ carminis attribuãt, ea videlicet ratione, quod is græcos omnes scriptores longè vetustate superauit: quod vt planius vobis constet, audite obsecro quæ scribit Tatianus Assyrius, & Tatiano posterior Eusebius, diligentissimè ambo scriptores, quæ meis verbis recitabo. Non Homero modò, inquiunt, Moses est antiquior, verum etiam omnibus qui ante eum apud Græcos aliquid literarum monumentis mandauere, Lino scilicet, Philammone, Thamyride, Amphione, Orpheo, Musæo, Demodoco, Phemio, Sibylla, Epimenide Creteni q; Spartam adiuit, Aristæo Præconesio qui Arimaspiã scripsit, Asbolo Centauro, & Isatide, & Drymone, & Eueclo Cypriõ, & Horo Samio, & Prosmantida, vel vt est apud Eusebium, Protænida Atheniensis. atq; hætenus illi. Moses ergo primus huius carminis auctor. Apud Græcos verò & nostros, quidam Phemenoen,

de qua mox agemus, alijs Thalem Mileesium, alijs Pherecyden Syrum dixerunt, alijs columbas Dodonæas, seu aues illas, vt pleriq;, seu magis, quod reor ipse, mulieres & Sibyllas, ante Phemenoen oracula carmine heroico cecinisse prodiderunt. Ipsarum hoc Græci carmen tradunt:

Ζεύς ἰὼ, Ζεύς ἔστιν, Ζεύς ἐστὶ Δ, ὃ μέγα λυ Ζεῦ,
ὃ καὶ πῶτος ἀνίει, διὸ κληΐτε μητρὸς γαῖαν.

Hoc est:

Iuppiter est, erit, atq; fuit, tu Iuppiter ingens,
Qui bene fers fructus, ideo matrem dicite terram.

Sed pleriq; aliam fabulam sequuntur. Cum enim, vt inquit Terentianus, adhuc infans esset Apollo, & Pythona serpentẽ sagittis premeret, Delphici accolæ p̄territi bellantis a nimum dei suis acuebant vocibus, vnde est ex sex spondeis factum carmen hexametrum: identidem enim puero acclamabãt, ἦ παιᾶν, ἦ παιᾶν, ἦ παιᾶν, hoc est, Cæde pæan. Cum verò iam Apollo serpentem confodisset, præiactitia ijdẽ canere cõeperũt, ἰὼ παιᾶν, ἰὼ παιᾶν, ἰὼ παιᾶν. At verò Solẽsis Clearchus

nulli inter Aristotelis discipulos secundus, ut Athenæus scribit, non Delphicos
 accolas puerum animasse, sed Latonam ait, quæ ita filium prouocabat ad serpentis
 cædem, *ἰν ποῦ, ἰν ποῦ, ἰν ποῦ*, hoc est, cæde fili, cum ipsa supra saxum confugisset, quæ
 ad suam usque ætatem Latonæ statuæ suppositum. idem ex Clearcho prodit Athe-
 næus. Sedenim Ponticus Heraclides id in libationibus seruatum ait, atque ex hoc
 trimetrum iambicum factum esse, quod postea Hipponaction vocatum est. Aureli-
 us verò Macrobius scribit, Vestales virgines ita Apollini indigitare solitas, *ἰν
 ποῦ, ἰν ποῦ, ἰν ποῦ*. Sed qui in Pindarum commentaria scripsere, ante serpentis
 necem iambum decantatum fuisse volunt, denominatumque esse à serpentis calu-
 nia: ut hinc quoque facile credere possimus, quod est ab Aristotele proditum, iam-
 bum inter versus primum fuisse. quoniam & Strabo, & quos modò citavi Pindari ex-
 positores, in ritu Pythico iambum ante dactylum locatum tradunt: tametsi non da-
 ctylum Iulius Pollux, sed spondeum connumerat. Dactylus autem à Dionysio
 inuentus creditur, qui ante Apollinem apud Delphos responsa dedisse fertur.
 Sunt & qui Themida, & qui Telluriam tradant. Sed de his iam satis. Ad tabulæ no-
 stræ ordinem redeo. Erat autem in ea regis imago qui deuictò gigantè Nabliam pul-
 sare, & lyricos versus canere videbatur. Audiendi cupidus, qui inquam, inquit Pi-
 cus, rex iste? Cui ego: Non est, inquam, cur quid dubitetis: rex erat hic Dauid, qui
 formosissimus adolescens Goliath gigantem Palestinum funda confecit, & ante
 puer urfos atque leones, ut merito aliter Hercules videri possit. quin, ut puto, ab
 ea leonum vi, Leouius rex ab Iosepho est cognominatus. Fuit verò hic cætor
 & verè poeta diuinus & entheus, sacro afflatus numine. Nam Deo immortalis
 laudes & carmina cecinit, qui *ψαλμοὶ* græca voce ab omnibus vocantur. Aique
 psalmos, inquit istos Piso, ego versus esse nunquam existimaui, etsi quidem po-
 eticam in his locutionem agnoscam. Cui ego: Næ inquam Piso, tota, quod dicis,
 via aberras: si quidem græca hæc & latina reliquisque linguis versus non sunt: sua
 certè, hoc est, Hebræa, vnde tralati, diuersis cõpositi sunt generibus versuum. Etsi
 nescio qui ex his, qui theologi nunc vocari volunt (bone Deus, quantum sibi qu-
 dam hoc nomine arrogant), negant à diuinis vatibus carmina hæc fuisse compo-
 sita, ut scilicet faciliorem ansam habeant poetis & Poeticæ deprehendi: contra
 quos stat manifesta ipsa veritas, & bonorum omnium & eruditorum consensus. nã
 tametsi interpretum quidam psalmos omnes non ab vno Dauide compositos
 tradunt, quos noster sequi videtur Hieronymus ad Sophronium, & idem psal-
 morum tituli ac inscriptiones significare videntur: & Euthymus apud græcos
 interpres, vnum Dauidem pluribus ostendit psalmorum omnium autorem, quã
 sententiam inter nostros Augustinus, & ab eo Cassiodorus alijque plerique vel an-
 tiquorum vel recentium libentius amplectuntur, nullus tamen antehac eos ne-
 gavit esse versus. Nolim ista, ait Piso, subtilius nunc tractemus, sed suis scriptori-
 bus ea relinquamus. Num tu quoque vis Piso, inquam, inter eos numerari, qui su-
 pina hæc, ut dicitur, & auersa aure audire solent: fabulisque potius & inanibus
 gentium nugis student, omnemque tempus impendunt, cum hæc ipsa Christianum
 hominem nescire, dedecori potius, quam laudi, illa scire, sit ascribendum. Tibi
 verò Pice ad hæc pernoscenda & inuestiganda domestica suppetunt exempla
 parentis tui, & magni patris. Atque his dictis ita sum prosequutus: Patrem seque-
 batur in tabula filius Solomon, qui & regum sapientissimus habitus est non eo
 tantum modo, quo vulgus, sed ut eruditi quoque solent appellare. Is in hortis En-
 gaddæ amoenissimis canticum in morem dramaticis cecinit, quo nihil esse suauis-
 us in Hebræorum lingua iam omnibus ferè persuasum video, in quo & græcè et
 latinè tralato, etsi numeri & carminis ratio non est seruata, nescio quid tamẽ
 eius suauitatis & dulcedinis sublycet. Idẽ & parẽntias cõcludit alphabeto quod
 tetrametro iambico cõstat, ab eo loco ubi ait: Mulierẽ fortẽ quis inueniet? ut admi-
 randa hoc loco sileam, quæ de Solomone scribit Iosephus & historia sacra. Erat
 verò post hunc in tabula, senex lugenti ac lachrymanu similis, hic quidẽ Hicere-
 mas,

mias, qui ante Simonidem Threnos & Næcias conscripsit, quas Christiani tantum facimus, ut quotannis eas, dum piam & salutarem memoriã cædis CHRISTI colimus, publicè in templis flebili ac querulo concentu canamus. Sane hoc Hieremias carmen quatuor integros continet literarum ordines, è quibus duo, primus & secundus, quasi sapphico metro scripti sunt, quia tres versiculos qui tibi connexi sunt, & ab vna tantum litera incipiunt, heroici comma concludit. Tertius verò ordo trimetro scriptus est, & alternis literis, sed eisdem trini versus incipiunt. Quartus ordo primo similis est & secundo. Post hunc & alius tenax videbatur, qui Oden numerofo carmine cõcinnatam manu tenebat, propter quẽ

¹⁰ & alij eodem ferme habitu amicti cernebantur. Istorum, inquit Piso, varum quo pacto nomina cognoscere poteras? Cui ego, Facillimè, inquam: nam milto & pulvere sinopico titulos subscriptos cuiusque imago continebat. Erat itaque inter hos primus Esaias, qui, ut in Hebræa legitur historia, sacros versus condidit, quibus nihil iucundius esse locupletissimus testis est Hieronymus. Esaiam verò ipsum ferra dissectum ab iniquo rege accepimus, quod audentius illi veritatem prædicaret, ut in eius vita ostendit Epiphanius. Post erat Ieremias, & tres pueri, qui apud regem Babylonium captivi, ne patrias leges præuaticarentur in succensam fornacem coniecti, pro Dei omnipotentis fidem, illesi canticum modulatissimum concinentes & perstitērunt & exiuerunt. Nec ab his tribus pueris longè Iobus

²⁰ in tabula aberat, qui ætate tamen longè antiquior: in cuius quidẽ frontis equore ita erat scriptum, VITAE EXEMPLAR. Vir autem hic fuit, ut Chrysostomi verbis utar, ex Vltide terra, quam Vs sacra nuncupat historia. Librum hic de utraque sua fortuna elegantissimum perscripsit, in quo ubi ex persona sua sermonem exorsus est, ad usque libri calcem carmine hexametro dactylico cuncta complexus est. Mirum est quàm sit in sententijs grauis, & creber in varijs mouendis affectibus, qui tametsi à plerisque ficta persona existimatus est (nam & quidam eius libri autorem Mosem tradidere, alij alios) doctorum tamen & bonorum cõsensu, vera & certa persona, & certus autor habetur. Quæ cum dixissem, paululùm moratus suscepit Piso: Si nihil est amplius, inquit, quod de poetis Hebræis nobis sis dicturus, iam quæso ad eam quam dixisti innumerabilem Græcorum poetarum turbam te conferas. Cui ego: Credibile est, inquam, Pise, & plures, & alios penè innumerabiles fuisse apud Hebræos poetas, sed ex sacra & probata historia hi tantummodo fuere in tabula: ex alijs verò historijs, & Talmudicis & Cabalisticis, nihil hic ego, ipsi licet per successiones & progenies alios multos commemorent, ut sunt vel diligentissimi vel superstitionissimi. Sed his missis, iam ad quos vos, & tabulæ me vocant descendo. Attendite, multa enim quæ penè ex hominum memoriã exciderant, ex huius tabulæ pictura cognoscetis. Istud est, inquit Pise, quod vehementer scire desideramus, ut sapius etiam pro Pico respondeam. Et rectè iurèque facis, ait Pico, nam idem ego eram rogaturus. Qui

⁴⁰ bus ego: Erat, inquam, inter hos prima fatidica quædam fœmina Phemenoe nuncupata, cuius & paulò antè meminimus, Apollinis, ut ait Plinius, filia, quæ apud Græcos prima hexametrum carmen commenta dicitur. Hanc scribit Eusebius, annis quinque & xx, ante Linum & Orpheum, Acrisio oracula cecinisse. de eadem meminit Tatianus & Strabo, nec semel Pausanias & Synesius, apud nostros Lucanus & Statius. Sed & Vergilij interpretes Seruius, qui ita scribit: Phemenoe virgo dicta est, nam Sibylla appellatiuum nomen est, adeò ut Varro quot Sibyllæ fuerint scripserit, & reliqua. Isidorus Samiam Sibyllam hoc nomine fuisse existimauit. Phemenoes & in Poetica Horatij meminit Porphyriò sup illud:

Et dicta per carmina sortes Quare quod Plin. scribit nos carmen heroicum

⁵⁰ oraculo Delphico debere, sunt qui de Phemenoe dictum interpretentur, quæ, ut modò dicebam, Acrisio hoc carmine prima dedit oraculum. Eiusdem præterea meminit Donatianus in Poetica: Hexametrum, inquit, carmen, quod Ennius longum vocat, Græci deliacon, quia hoc genere Phemenoe Apollinis vates

vates vaticinata est. Sunt qui eidem & illam sententiam ascribant, qua nosmet-
 ipsos cognoscere iubemur, hoc est, γινώθι σ' αὐτόν. quam tamen alij alijs, vt aliàs
 diximus, attribuunt. Post verò hanc fatidicam Phemenoen vatum agmen erat
 iam penè desitum, & casum, vt ait Ennius, qui omnes ante Homerum carmina
 scripsere. Primusq; inter hos Linus Chalcidensis erat, vel vt plures volunt The-
 banus, Apollinis & Terpsichoræ filius: alij Amphimari & Vranies, quod scribit
 Pausanias: nonnulli Mercurij, quod Laertius existimat: hic primus ex Phœnicia
 ad Græcos literas attulisse fertur, quod Suidas ait. Primus quoq; lyricos modos
 concinuit & Doricos. Lichanon etiã mediã citharæ chordam nuncupauit,
 quam citharæ additam à Musis ferunt. Censorinus tamen ab Apolline patre in-
 tentionem Linum accepisse ait, quam ille animaduertisset cum resonantia sua-
 uitatis ex arcu sororis, Dianæ scilicet, & Linum nymphæ Paramesæ Christheni-
 di reliquisse. & reliqua quæ ille exequitur. Huius Lini tres præcipuè discipulos
 Diodorus enumerat, Thamyram, Orpheum, & Herculem: qui vtique Hercules
 cum in ediscendo tardior esset, & propterea vapularet, iratus Linum magistrum
 lyra peremisse fertur, id quod & in Herculis vita scripsimus. Linum verò pelaf-
 gis literis vsum fuisse accepimus iisdem quibus Orpheus & Pronopides. A Li-
 no etiã hymni species quædam nuncupatur Linus, tametsi inconstans hac de
 re apud autores opinio: perperam enim quidam credidere ideo sic vocari, quod
 è lino chordæ fierent Pausanias verò ita scriptum reliquit: Morienti, inquit, Li-
 no ipsius nomen ad usq; exteras & barbaras nationes peruenit: nam canticum
 quod Aegyptij Maneros vocant sua voce, Linus est à Græcis dictus: quod & fa-
 retur Herodotus. Vnde Homerus in Achillis scuto Vulcanum multa effinxisse,
 & puerum citharædum canentem Linum inducit his versibus:

His autem in medijs puer est qui pectine dulci

Personat atq; Linon demulcens cantat honestum.

Sed video vos expectare versus græcos, hi sunt:

τοῖσι δ' ὅν μείωσι παῖς φόρμυγι λιγέη

ἡμρόρον κίθαρι, Λίνον δ' ἔπει κελὸν ἄλδον.

Pampho quoq; qui hymnos antiquissimos Atheniensibus eposuit, hunc Oe-
 tolinon vocauit: quem secuta Sappho, simul Oetolinon & Adonin cecinit. In-
 ter ea verò quæ scripsit Linus, est mundi generatio, hoc est, Cosmogonia, vt Di-
 ogenes ait. Solis item ac lunæ cursus. Fructuum præterea atq; animalium natu-
 ra. Aristobolus & Eusebius hos Lini versus probant, quibus de septenario agē-
 tis, eius diuinum ingenium possitis agnoscere. ita enim ait:

ἑβδωάτη δὴ ὡς τελεσιμονία πάντα τέτυκτο,

ἑβδωμὴ εἰς ἀγαθοῖς, ἢ ἑβδωμὴ ὄσι γενέθλη,

ἑβδωμὴ γὰρ πρῶτοισι, καὶ ἑβδωμὴ ὄσι τελείη.

ἔπει δ' ὅς πάντα τέτυκτο οὐδ' ἔρανος ἀσδρόγυλι,

γὰρ κύκλοισι φαίνοντ' ὡς τελεσιμονίαις οἰωνοῖς.

Hoc est:

40

Septima tunc fuit omnia cū perfecta creata.

Inq; bonis est septima, & ipsa est septima origo.

In primis est septima, septima & ipsa suprema.

Omnia sunt septem stellanti condita caelo,

In cyclis manifesta suis nascentibus annis.

Leguntur & alia ipsius carmina apud græcos scriptores, quæ breuitatis & fasti-
 dij causa mihi facio. Perijt verò Linus vel ab Hercule percussus, vt modò dice-
 bamus. vel vt alij tradunt, in Eubœa, ab Apolline sagitta confossus, quod se, vt
 inquit Pausanias, illi exæquare studebat. In eius tumulo hoc inscriptum fuisse
 eulogium prodium est:

ἦδε Λίνου θεοῦ καὶ ἰδὲ αὐτοῦ καὶ θάουτα

μῦθος ἔρανος ἦν ἐν τε φάνος.

Vet, si

Vel, si & hoc mauultis à me latinum factum:

Thebanum ista Linum suscepit terra cadentem.

Vrania natum, quæ bene ferta gerit.

Thebani tamen Linum apud se tumulatum fatentur, vt scribit Pausanias, & Philippum Amyntæ, re male gesta à Græcis in Cheronea, in somnis monitum Lini ossa in Macedoniam exportasse: verum cum rursus fuisset per alia somnia monitus, eadem Lini ossa Thebas misisse. Idem Thebani & alterum Linum posteriorem fuisse perhibent, qui Ismenij vocatus sit: atq; hunc ipsum esse quem adhuc puer Hercules interemit. Carmina quoq; quæ Lini leguntur, nec huius, nec alterius esse. atq; hæc quidem de Lino illi. Tertium etiam Linum fuisse legimus Crotopi ex Psamathe nepotem, cuius alibi idem Pausanias & grammaticus Lactantius seu Lutatius meminere: sed iste nihil ad tabulam nostram. Sequebatur verò Linum Pierus, quem Charax græcæ historiæ scriptor, Lini filium prodidit. Fuit autem nec ignobilis nec obscurus poeta, qui primus de Musis poemata scripsit, à quo & Pierias & Pieridas quidam Musas cognominatas volunt, vt in nostris Musis retulimus. Hunc Pierum quidam Macedonem fuisse volunt, qui cum Thespias profectus esset, nouem ibi Musas constituerit, montemq; Pierium vocauerit, qui Helicon antè diceretur. Id alij interpretantur, quòd sapientius senserit: alij quòd oraculo monitus fuerit, aliquo uè Thrace. Sunt qui Musas eius fuisse filias scribant. Ouidius certè fabulam in 5. metamorph. enarrans, Pieri filias cum veris Musis ausas certare cecinit, & victas in picas esse conuersas. notissima est fabula. Commendatur & Pierius inter Christianos scriptores ab Hieron. & Sophronio, verum hic minimè inter poetas. Erat verò post Pierum Palæphatus Atheniensis, qui Actæi & Biûs filius fuisse dicitur, ab alijs Ioclei & Metaniræ, ab alijs Hermi. Tantæ autem antiquitatis fuisse legimus, vt multò ante Phemenoen ab aliquibus commemoretur, alij tamen post eam. Scripsit verò creationem mundi, hoc est, *κρονογονίαν*, carminib. quinquies mille. Apollinis & Dianæ natiuitatem tribus millibus versuum. Mineruæ & Neptuni contentionem mille. Scripsisse etiam dicitur Latonæ crines. atq; de hoc Palæphato propter vetustatem pauca admodum alij tradunt. Fuere & alij hoc nomine, & in primis Parius Palæphatus, vel vt quidam malunt Prieneus, qui Artaxerxis temporib. *ἀπίστωας*, hoc est, incredibiliū historiā contexuit, quam dimidiatā laceramq; habemus etiā à Vergilio quodā de Cyri poematio citatā. Fuit & alius Abydenus & ipse historicus, Alexandro & Aristoteli charus. Sed hi nihil ad nostras tabulas. Erat quidam in hac parte Asbolus ex Centaurorū genere poeta, qui & ipse ante Homerum versus fecisse proditur, vt Tatianus & Eusebius scribunt, de quo & apud Philostratum in imagine Neoptolemi traditur, quod eius corpus ab Hercule est crucifixum, appposito hoc epigrammate:

Asbolus haud vocem metuens hominumq; deūmq;

49 *Froniosa picea suspensus in arbore pinguis.*

Magna fero pendens longæuis pabula coruis.

Eupolemi verò sententia Asbolus is est, quem Chum Phœnices vocant, vt est in nono apud Eusebium. Fuit & Eueclus Cyprius hac parte, qui & ipse multò ante Homerum versus cecinisse fertur, quod idem Tatianus in eo libro ostēdit, quo omnia Græcos à barbaris didicisse argumentis clarissimis palam facit. Euecli & Eusebius in decimo *πεπρωσκυβίης* ineminit, tametsi in latinis factis codicibus pro Eueclo sit Euculus perperam repositum: est & perperam in græco Tatiani, nam pro *εὐκλον*, *δὲ μίκλον* & legitur & scribitur. Euecli verò eiusdem meminit & Pausanias in Phocæicis: Eucleon tamen passim scriptum est. Et ab hoc Cypria quæ dicta sunt carmina condita fuisse existimo, quæ ab aliquibus Homero attributa sunt, id quod aperte negat Herodotus. Extat & apud Græcos Euecli oraculum, quo nasciturum magnum poetam ex Themisto Cypria vaticinatur. Hoc ipsum est, vt nos exposuimus:

In Cypro

Palæphatus

Asbolus

Eueclus

*In Cypro tam magnus erit per littora Vates,
 Quem pariet campos inter generosa Themisto,
 Insignem laude absq; opibus diti Salamina.
 Deseret hic Cyprum, medijsq; ex fluctibus actus,
 Primus damna canens Vrius tua Gracia pandet.
 Immortalis erit, senij nec tempora norit.*

Hactenus Eueclus: quod si græcè legere malueritis, legitote Pausaniam in vltimo. Idem quoq; Tatianus & Eusebius in eis quos antè citauimus libris, commemorant qui ante Homerum carmina scripserunt, Istida, Drymona, Horum Samium, & Atheniensem Protænidem, vel vt legit Tatianus, Prosmantiden, in **10**
Philammon. G. verò Trapezontij Eusebio, Pronetiden. Fuit & cum his Philammonis imago, quem patrem fuisse comperi Thamyridis Thracij ex Brinchis Edonum ciuitate, ex Philonide Deionis filia & Apolline natus, vt in Homeri Odyssea scribit Eustathius. Primus Philammon virginum choros instituit, & Apollinis & Dianæ generationem versu edidit, vt in musica tradit Plutarchus. Pherecydes verò Philammonem ait cum Argonautis ad aureum vellus accipiendum profectum esse. Sunt qui eundem primum instituisse velint leges lyricas, quas Græci *vóμος* vocant, alij Terpandrum, qua de re alibi. Ex Philammonem, vt modò dicebam, natus est Thamyras, qui & Thamyris dictus est, ex Arsiione, quam Pausanias in Messenicis Argiopen vocat. Poeta verò Thamyris fuit, ex Edonum vrbe Brinchis, vt dixi, ante Homerū octauus, vel, vt ab alijs traditur, quintus. Sunt **20**
Thamyras. & qui dicunt ab Odrysse. Sedenim ipse Odryssius dictus est, quod cum illius mater Arsiione vel Argiope adhuc prægnans esset, ad Odryssios confugit, quoniã illam in domum non admittebat Philammon. Quo in loco cum filium peperisset, cognomētum est illi inditum Odryssij, vt ait Pausanias. *βαλύρας* item dictus, seu vt nostri quidam, Baluras, quod in huius nominis flumine Iyam proiecerit, *πρὸ τῆς βαλῆ τῶν λύρας*. Huius Thamyræ theologiã extitisse ait Suidas, tribus millibus versuum conscriptam. Sed de Thamyra, inquit Piso, non multò antè in **2**
 Homeri rhapsodia satis multa legimus, quo videlicet pacto à Musis sit oculis priuatus. Rectè tu quidem, inquam, atq; ideo ad alta transeamus. Scribit Pausanias **30**
 Thamyrin ex morbo, non à Musis excæcatum, id quod & postea Homero quoq; contigit. Prodicus verò Phocæus (si quidem eius sunt versus) in Minyada, Thamyrin ait ob superbiam eas pœnas apud inferos tulisse. Primus autem Thamyras masculam Venerem induxisse dictus est: nam cum Hymenæum Calliopes & Magnētis filium deperiret, id flagitij primus inuexit. honestos tamen puerorum amores, quibus ad virtutes capessendas prouocantur, ab excellentissimis Græcorum philosophis non inconcessos fuisse videmus, vt Socrati in primis & Platoni placuisse videmus. Et in alijs rebus seuerus & penè tetricus, in hoc indulgentior mihi visus est Plutarchus, vt nunc mittam Cretenses & Lacedæmonios, quibus id per leges licebat. Verùm ista fortè Græcis licuerint, nobis **40**
 qui semper seuerioribus sanctioribusq; legibus paruimus, nefas & flagitiosum fuit à primis vsq; temporibus. Sed & Plato ipse in legibus hanc Venerem naturali quadam seminum ratione detestatur. Quin & Laiam legem non abrogasse, pluribus contra Trapezontium Bessarion ostendit. Fuit verò apud Græcos lex Laia, vt apud Romanos Scatinia, contra marium concubitores. Nostri quoque Christiani scriptores Græci *παυδερασάς* agrestes vocant, vnde & eorum quidam Pana ideo his amoribus obnoxium tradiderunt, eaq; ratione illum pudendis arrectis effingunt, & *ἀγροίος θεός*, id est agrestem deum cognominant. Legitur in eo, qui *ἐρωτες* inscribitur, dialogo, apud Lucianum Chariclis oratio, quam contra Callicratidan inconcessis his amoribus insanientem, habuit: ipso licet pronun- **50**
 ciante Luciano, viro philosopho id licere, nimirum se prodente. Rectè, inquit Piso, & verè quod ais. Sed tamen istos quos ais arsenocoetas. Ouidius & Hyginus non istius flagitij inuectores tradidere, nam in Oipheum Thracium reu-
 lerunt.

lerunt. Cui ego: Id scilicet quod dixisti, uterque prodidit. Sed postquam in eiusmodi sermonem incidimus, & nos ter hic puer Picus paululum secessit ad legendos flores, quæ hac de re legisse recordor, obiter hoc tibi loco, nec sine rubore recensebo, & capite, ut olim Socrates, obtecto. Dicam verò paucissimis. Hic Piso: Imò ego libenter audiam. Tunc ipse sic cepi. Euripidis græcus interpret, quem quidam Moschopulum putant, ut ab hoc incipiam, in Laium, quem & Lainū quidam vocant, hoc scelus refert, qui Chrylippum Pelopis filium perditè amauit. Idem scribit Athenæus dipnosophistôn lib. xiiij. Idem & Suidas. A quo Laio, ut puto, dicta lex Laia. Ibycus verò Rhegynus poeta lyricus Talū Cretensem, quæ,

10 ut reor, perperam Græci quidam grammatice Talona nuncupant, istius Veneris autorem facit, quod ab eo sit ardentissimè Rhadamanthus amatus. Diotimus autem Herculem ait Eurystheum amauisse, atque ideo ei tot certamina sudasse. Alij utique louem rei istius autorem prodiderunt, quod est vero similius, qui Ganymedem & amauit & rapuit: vnde de Aquila conficta notissima fabula. Echemenes tamen non ab loue raptum Ganymedem scribit, sed à Minoe, quem etiã tradit Theætum amauisse, eiusque gratia ex nece Androgei filij inimicitias cū Atheniensibus deposuisse. Sede nim Praxilla poetria Sicyonia, Chrylippum, non Ganymedem ab loue raptum ait. Non desunt etiam qui louem primum inter deos, Laium vero inter homines dicant id sceleris excogitasse, ut scribit Magister in Euripidem. Herodotus Persas à Græcis hos puerorum amores edidicisse

20 prodit. Sunt qui ab Agamemnone Argynnum puerum adamatum ferant, qui cum eum natantem & fato functum apud Cephisum sepulchro condidisset, Veneri Argynnidos templum constituit. Alcymnius verò Chius dithyramborum poeta, in suis poematis Hymenæū amatum ab Argynno scriptū reliquit. Fuere & Græci scriptores, inter quos Athenæus & Suidas, quibus ego hac in re parū crediderim, qui id flagitij in Italos referrent, quibus, quod belli tempore per leges in castris foeminas habere prohiberentur, pueris abuti eo videlicet tempore liceret. Id quod & Gallos facitasse, testis est Aristoteles, & Athenæus, qui miratur, cur Galli libentius pueris utantur, cum passim apud eos sint formosæ mulieres. Clemens quoque Romanus Anagnoseon viij. Apud Gallos, inquit, lex prisca constituit nuptū tradi publicè pueros, nec probrum ex hoc aliquod duci &c. Verumenim verò mirū dictu est, istiusmodi hominum genus qui diutius in castris militiæ versantur, quàm in vtraque Venerem præcipites ferantur, ut certè ad hoc respexisse videri possit, quisquis ille fuit, qui primus Martem cum Venere coniunxit. Sed de his iam plus satis. Tum Piso, Tempestiuè, inquit: iam enim & Picus redit à legendis floribus. Rectè, inquam, ad Thamyram, postquam Piceades, vnde recessit nostra redibit oratio. Thamyras ergo poeta cū esset Theologus, inter primos habitus est, à quo scriptores Théologiam tribus versuum

30 millib. scriptam prodidit. Item Titanum aduersus deos pugna. Thamyrae quoque hymnos Plato cū Orphicis celebrat. Sed & ab eo, quod Musas prouocauerit ad certamē, ut puto, prouerbiū factum est, *Θάμυρα μουνοῖται*, hoc est, insanit Thamyris, de ijs qui cum intellectu & prudentia aliquid præter rationē facere videntur. Non tamen vos eundem cum Thymito Thamyra, ut alij plerique, existimate: fuit enim Thymitus Laomedontis filius, qui vnà cum Orpheo claruit, estque apud diuersas orbis regiones peregrè profectus: demum cum Nysam, vbi Bacchus nutritus fuerat peruenisset, ibi est tandiu moratus ut ab incolis Dionysij sacra planè didicerit, poemaque quod Phrygium à patria regione nuncupauit, lingua & literis antiquis conscripsit. Hactenus de Thamyra & Thymito: cum quibus fuit Argiui Melampodis imago vatis, qui Amythaonis & Aglaia, vel ut alij,

40 dotheæ Abantis filia filius fuit. Eum verò vaticinandi artem assecutum Græci scribunt, cum forte ministrum sacrificantem à diacone percussum sepultura tradidisset, & eius percussi filij Melampodis aures circumlinxissent, vaticinium illi inspirarunt, vnde & Iphicli ruituras ædes prædixit. Longa est fabula, quæ Dio-

Prouerb.

Thymitus.

Melampus.

dorus, & in primo Argonauticorum Apolloniū interpretes, & ab ijs Fauorinus explicat, ex ijs carminibus, quæ græcè *μεγάλοι νόμοι* dicuntur, quas Hesiodo adscriptas ab Eunapio græcæ historiæ scriptore, & Pausania inuenimus, qui nonnunquam eas citat, vt in Bœoticis, vbi & ex ijs versus affert: item in Argolicis, & in Atticis, quo loco Domitius eas magnos codices latinè vertit, quod an rectè fecerit viderint alij. Scholia quoq; in Isthmijs Pindari eas aduocant, quo loco Herculem scribunt à Telamone hospitio susceptum fuisse. Vnde patet eos decipi, qui magnorum Eyiorum historiā vocant. Porro *νόμοι* quidem apud Homerum, vt Grammatici obseruant, primæ diei horæ dicuntur, & matutinū tempus ad nonam vel decimam vsque horam: vt ijs significare possimus, si modò sit coniecturæ locus, lucubrationes quæ matutino tempore fiunt, vt illi vesperæ, & alteri noctes Atticæ, quales propemodum fuisse Aristotelicæ deambulationes dum discipulos doceret, legimus: hanc enim, hoc est, matutinam, *ἑωτινὸς ἀδείπια τοις*, illam scilicet quæ vesperi fieret *δείλιον ἀδείπιατον* vocabat, vt scribit Gellius. Sed hæc vobiscum, quæ locupletius in annotationibus attigi. De Melampode nunc sequimur, qui vt Derachides ait, sic vocatus fuit, quod nigris fuerit pedibus. cum enim eum mater peperisset, in loco arboribus denso exposuit, in quo cum minus pedes obtegerentur, sole sunt nigri facti, vnde illi nomen. Idem & Theocriti interpretes in tertio Edyllio tradunt. Sed fabulosa hæc mitto. Fuit reuera Melampus inter vates & poetas ante Homerum vetustissimos connumeratus, nam multis versuum millibus de Saturno, de raptu Proserpinæ, de Cereris luctu eiusq; mysterijs perscripsisse traditur, & cum his etiam de Titanum pugna aduersus Iouē, & de Aegyptiorum sacris: quinetiam, vt quidam existimant, ab ipsis Aegyptijs Dionysij sacra ad græcos aduexit: quædam quoq; de obseruatione dierum ab ipso Melampode tradita in commentarijs Theonis in Hesiodū legimus. Artemidorus Melampodis quoq; libros commemorat in 4. Onirocriticōn, *πρὸ τῶν τετρατῶν καὶ σημεῖων, καὶ πρὸ μύθων*, hoc est, de monstris & signis & de muribus. Cæterum & ipsum in re medica excelluisse etiam poeta Vergilius in georgicis innuit, cum de pestilentia agit. puto vos carmen tenere,

Cessere, inquit, magistri,

Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus.

Proetidas enim à furore sanauit, vnde & *καθαρισ* à Græcis ideo dictus est. Sorores hæc quatuor fuisse dicuntur Proeti filia, Mœra, Euryale, Lysippe, & Iphianassa. alij tres tantum dicunt, vt Lutatius & Apollodorus, qui & eas sic nominat, Iphinoen, Lysippen, & Iphianassam. Pherecydes duas tantum prodidit, Lysippē scilicet & Iphianassam. Alij, vt Aelianus, nomina mutant, Elegen scilicet & Cælanen, easq; caprino lacte sanatas. Hæ igitur cum fortè Iunonis templum ingressæ essent, temerè sese Iunoni sunt ausæ conferre, seu, vt Acusilaus ait, deę simulachrum contempserunt, qua re in eam insaniam ab Iunone actæ sunt, vt se vaccas esse arbitrantur, ijsq; rebus pauere cœperunt quibus ea solent animalia. Sunt qui non ab Iunone, sed à Venere in furorem actas scribant, vt noster Ouid. quidam à Baccho, vt Hesiodus & Diodorus. Eam verò mentis ægritudinem tandiu passæ sunt, quousq; ab earum patre Proeto præmiū est propositum, qui illas sanaret, earum se vnam illi vxorē cum regni parte daturū: quod vbi Melampus intellexit, vt erat herbarum peritissimus, & idcirco ab eo herba melampodion nuncupata, elleboro eas purgasse dicitur, id quod etiam scribit Cl. Galenus, & sic propositum est præmiū affectus. Non constat inter scriptores, eas fuisse herba liberatas: nam Pherecydes iam decennium furorē passas, precibus & sacrificijs sanatas ait, placata deę ira à Melampode. Apollodorus entheis choreis & clamoribus quibusdam Melampoda ait secum accitis validissimis iuuenib. eas Sicyonem vsq; compulisse, Iphinoenq; interea natu maximam extinctam. Alij Clitorij fontis aqua, quæ bibentes abstemios reddat, id factum esse contendunt, inter quos Ouidius lib. Metam. xv. & Victruuius Pollio, qui & in rei testimoniū græcum

cum adducit & adscribit epigramma. Victuū hęc sunt verba: In Arcadia, inquit, ciuitas est non ignota Clitori, in cuius agris est spelunca profluens aqua, quam qui biberint, fiunt abstemi. Ad eum autem fontem epigramma est in lapide inscriptum huius sententię versib. gręcis, eam non esse idoneam ad laudandum, sed etiam inimicam vitibus, quod apud eum fontem Melampus sacrificijs purgauisset rabię Proeti filiarum, restituisetq; earū virginū mentes in pristinam sanitatē. hucusq; ille. Pausanias verò in Arcadicis: Super, inquit, Nonacrin montes sunt nuncupati Aroanij, & specus in ipsis est vbi Proetides furentes confluxerunt, quas sacris quibusdam arcanis & purgaminib. Melampus deduxit in regionē quę Lussi dicitur, vbi Clitorius est. & cętera. Idem ferē scribit Stephanus in dictione λωυ, & in Azania etiam: ex quo videtur legendum apud Pausaniā Azanij montes potius, quā, vt passim legitur, Aroanij: est enim Azania pars Arcadię, & Lussi ciuitas, eodē Stephano autore. Sedenim has non Proeti filias, sed Anaxagorę Megapentis Argiuorum regis scribit Diodorus Siculus, a quo duabus regni partibus donatus sit. Eustathius eum cum fratre Biante donatum imperij partē scribit. Apollodorus duabus partibus ait, & superstites duas filias Melampodi & Bianti nupsisse, Proetumq; post hoc filium Megapentihē genuisse. At verò Herodotus historiam ipse in hunc propē modum recenset: Cum, inquit, Melampus ab Argiuis ē Pylo mercede conducere, vt Argiuarum mulierū furorē compesceret, regni dimidiū pro mercede poposcit. negantibus se id facturos Argiuis, plurēsq; interea eorū mulieres insanirent, quotidie ad Melampodē redeuntēs, se id quod poscebat duros sponderunt. tum ille eo etiā plura optauit, nec se quicquā eorum quę vellēt facturū ait, nisi fratri Bianti tertiam regni partem darent. Tum Argiui necessitate adacti, quicquid Melampus petebat concessere. atq; hęc quidē ferē Herodotus. Cęterum Sextus Pyrrhonius q. & Empiricus vocatus est, & Polyanthus Cyrenęus, Proetidas ab Aesculapio libera: as tradunt, non a Melampode. Sed ne quid vobis omittam quod succurrat, ex Melampode & Iphianassa Proeti filia nati sunt filij Antiphates & Manto, quę an ea sit quę Mantuanę vrb. nomen dederit, illud subuereri facit, quod ea 30 Tiresiā, non Melampodis filia, a scriptoribus dicitur. Fratrem, vt iam diximus, Melampus Biantē habuit, cuius & Apollonius Rhodius meminuit in primo, & quem Theocritus & Diodorus scribunt a fratre tanta charitate dilectum, vt cū is Però Nelei filiam depēret, Melampus vt fratri rem grātam faceret, Iphicli boues abegit, ea videlicet ratione quod Neleus ei filiam daturum promiserat, qui boues ipsas abstulisset: quam rem tamen frustra tentauit, vt supra meminimus. Hinc Melampus ab Iphiclo captus, & in vincula coniectus est. Sed vbi imminētē ruinam tecti Iphiclo pręnunciasset, ab eo non modò est liberatus, sed & cū bobus ipse abire permixsus. Addunt Theocriti interpretes, Iphiclum a Melampode edoctum, quoniam modo esset filios suscepturus, cum a Phylaco patre ea 40 vi priuatus fuisset. Igitur Melampus cum ad Neleum boues adduxisset, facillē Però vxorem fratri impetrauit. Et hęc quidem ex varis Gręcorum commentarijs. Illud verò mirandum maximē quod de eo est proditum, Melampodem videlicet ipsum, auium linguas & voces calluisse, eāsque interpretari solitū: quam rem non poetę tantum tradidere, sed nec defuere philosophi, qui multo id studio atque diligentia, quam id ratione fieri possit, perscrutati sint. Verum & hoc ipsum alijs multis contigisse scriptores, tradunt, vt Apollonio Tyaneo, Vergiliano Anio, alijs. Est & apud Suidam symbolum, seu vos prouerbium dicere ma- uultis, Melampode aut Pollete opus, de ijs rebus quę obscurę dubiæ uē fuerint. Prolles enim & ipse vates fuit, cuius & Gręci grāmatici meminere. Alius quoq; 50 Polles fuit Aegęus philosophus, cuius & Suidas idem vitam prodidit. Sed iam de Melampode satis. Alium Plinius & Dioscorides pastorē Melampoda nominant, vbi ellebori naturam explicant. Eadē fermē atate clauit Amphion Thebanus, tametsi apud Pausaniam in secundo Eliacorum, Aegyptius quidam Am-

Prouerb.

Amphion.

phionem Aegyptium & magicum fuisse narret vnà cum Orpheo. Sed nos in praesentia Graecorum de Amphione sententiam sequimur, qui eum & Zetum Iouis & Antiopes filios prodiderunt: licet alij non Iouis, sed Mercurij filium scripserint, à quo & lyram primus acceperit. Myron Byzantius poeta qui Ἰλυσία & carmina scripsit, Amphionem prodidit aram primū statuisse Mercurio, atque ea causa ab eo lyra donatum. Antimenidas verò non à Mercurio, sed à Musis lyram accepisse scriptū reliquit, cui & Pherecydes non repugnat. Dioscorides tamen ab Apolline Amphioni dono datam putat. Hic mitto quæ de lyra in secūdo multa scribit Hyginus, & latinus enarrator Arati: id tantum vobis quæ in imaginib. in hunc propè modum Philostratus prodit afferam. Lyra, inquit, primum à Mercurio ex duobus cornibus capræ, quæ Izali fuerat, & iugo aridæq; testudine cō-
 10 pacta fuit, qui eam post Apollinē & Musas Amphioni Thebano dedit, qua mox ille Thebas Bœotias condidit. Hæc quidem ab illo sic scripta. Pausanias verò lyram à Mercurio, citharam verò ab Apolline inuentam prodidit. Theon tamen apud Aratum, non Amphioni datam lyram ait, sed Orpheo. Idem scribit Eratosthenes. Eam verò Orpheus noui chordē primus instituit, cum antea septichordis fuisset à Mercurio constituta. Post mortem Musæo Orpheus tradidit: sed cū indignus is esset, ab Ioue inter sydera est tralata. Hic verò Piso: De lyra satis est, inquit. Nunquid tu Amphionem existimas sic vt poetæ canunt, saxa & lapides
 20 lyræ cantu traxisse? Audite, inquam ego, quid hac de re sentiat in primis Victruuius. Neq; enim, ait, par est id ita gestum videri, sed quod affatus furauitate homines rupium incolas, & incultis moribus rudes, ad obsequij ciuilibus pellexerit disciplinam. Idem ferè scribit Palæphatus, & Macrobius, idem & poeta Horatius, vt alios mittam. Plinius verò Amphionem inuentorem Musices facit, & modorum Lydiorum, cum quo tamen ex Clementis autoritate non conuenit Eusebius, qui id Olympo Mysio ascribit. Parabates, vt puto, Iulianus in epistola, vt est apud Suidam, antiquæ musicæ inuentorem Amphionem prodidit. Primus utiq; Amphion dicitur cū cantu cithara cecinisse: nam sine voce Thamyras prior cecinisset. Sedenim Amphionis nomine non vnum reperio, sed plures. Is enim qui cum Argonautis nauigauit, vt planè ex Orphei & Apollonij catalogis col-
 30 ligimus, fratrem habuit Asterium, quem Deucaliona vocat Flaccus. Hic filius fuit Hyperasij & Hypso. Alius quoq; Iasij filius fuit, qui & Argus ab aliquibus cognominatus est. Cætera quæ multa de Amphione scribuntur, quia fabulosa sunt, relinquimus. Ouidius quidem post filiorum necem sibi manus intulisse cecinit: ait enim,

*Nam pater Amphion, ferro per pectus adactō,
 Finierat moriens pariter cum luce dolorem.*

Orpheum.

Verum ad ipsum Orpheum me conuerto, qui in tabula non eo depictus erat habitu, quo illum Philostratus & Callistratus effingunt: hi enim illum in opaco Heliconis nemore propter Olmei fluenta constituere: sed humerò tenus exta-
 40 bat, vt reliquorum imagines poetarum. Eius autē caput, erat tiara aureis intexta notis ornatum. Non putamus, inquit Piso, hoc te loco multa de Orpheo dicturum, quod scilicet is est ab omnibus cantatus. Ego verò, inquam, Piso, quæ ad tabulam ipsam cum pertinere, tum vobis placitura arbitrabor, non relinquā. Fuere etenim in ea quinque hoc nomine poetæ, alij licet septem faciant, & duos tantum Herodorus, alterum poetam, & alterum ex Argonautis vnum: quē Herodorum ideo Pherecydes incusat, non enim Orpheum, sed Philammona in Colchos ad vellus aureum nauigasse prodidit. At verò Aristoteles, & eum sequutus M. Cicero, nullum fuisse Orpheum putauerunt. Aelianus quoq; falsa omnia & fabulosa esse quæ de Orpheo traduntur censuit: Bisaltas enim Thraciæ
 50 gentes literas ignorasse, eiusque nationis id esse proprium asserit. Sed his omis-
 sis, poetæ ipsos hoc nomine celebratos commemoremus. Igitur primus Orpheus ex Libethris Thraciæ poeta fuit, ciuitate sita sub Pieria. Plinius tamen & Martia-

Martianus Sithonem Orphei patriam fuisse contendunt, & ipsa in Thracia. Fuit verò Orpheus Apollinis & Calliopes filius, id quod Asclepiades cōprobat: alij verò Polyhymniæ dixerunt. Orpheus quidem Crotoniata, cuius Argonautica extant, primus Orphei in suo poemate personam induisse videtur: is se Oeagri fluminis & Calliopes filium cecinit: quem, vt opinor, alij plerique poetæ fecuti sunt. Hunc ipsum Lini discipulum multi prodidere, qua tempestate apud Hebræos Iudices rerum summam gerebant, & vt scribit Suidas, cum Atheniensium regnum dissolutum est. Sunt qui ante Troianorum tempora eum claruisse velint vndecima generatione, ipsumquē XI, vel vt alij malunt, IX. generationes vixisse. Generationem verò hoc loco interpretari placuit, quam Græci γενεάς vocant, Latini tum ætatem, tum seculum verterunt. Septem autem annorum spacium geneam significare autores tradunt: vnde & medici ante duas geneas incidi non oportere puerorum venas præcipiunt, atq; fortassis de Orpheo ita intelligendum: nam si aliter velimus intelligere, hoc est, spacium vitæ humanæ, quæ fieri poterit vt Orpheus tandiu vixerit: tametsi frequenter, quum apud alios, tum præcipuè in Hebræorum historijs vsurpetur. Plutarchus & Heraclitus, & cum his Suidas & grammatici quidam, spacium XXX. annorum geneam existimauere, quo pacto Homerus, & ab eo nostri Latini, Nestorem tradunt tres geneas, & tria secula, & tres ætates vixisse. Censorinus quidem, Qui annos, ait, 2 XXX seculum putauerunt, multum videntur errasse, hoc enim tempus geneam vocari quidam sunt autores, quia orbis ætatis in eo sit spacio. Orbem autem vocant ætatis, dum natura humana ad se mentem reuertitur. Hoc quidem geneas tēpus alij aliter definiere. Heraclitus annos V. & XX. scribit dici geneam, Zenon XXX. Quibus Censorini verbis videtur error inesse: nam Plutarchus in eo dialogo, quo cur oracula defecerint causas inquirat, super Hesiodi versibus qui de ætatibus apud eum leguntur, & quorum Plinius in viij. meminit, geneam ex Heracliti sententia XXX esse annorum ait, vbi & alia pleraq; recitat, inter quæ & illud, aliquos centum & octo annorum geneam constituisse, vitæq; humanæ dimidium quatuor & quinquaginta annos esse. reliqua subtilius disputata à Cleombroto & Demetrio Tarsense mitto: & item mitto quæ multa Artemidorus in secundo Onirocriticōn scribit, quo loco de vitæ temporibus agit & numeris. Aurel. Augustinus in cuiusdam psalmi commētario, geneam exist. mauiit quintumdecimum annum non excedere. Alia præterea multa genea significat, quæ Theophilus, & alij Græcorum Grammatici enumerant. Ad Orpheum iam redeo, qui nouem geneas, illas dico septennes, vixit, qui numerus scalarem, hoc est, climactericum conficit, hoc est LXIII. omnibus fatalem, vt putant Mathematici, & præcipuè viris præstantibus, vt Aristoteli contigit & M. Tullio. Poetæ quidem Orpheum à Ciconum mulieribus discerptum laniatumq; fuisse fabulantur: quo fit, vt (inquit Plutarchus) nunc vsque Thraces suas pullent vxores, vt Orpheum vlciscentur. Causa necis varia à scriptoribus traditur. alij quidem ferunt, quod pueriles amores amissa Eurydice vxore excogitauerit. Alij, quod cum viros à mulieribus abduceret, ab his vino correptis laniatus fuerit. Alij, vt Pausanias tradit, quod mortua Eurydice, in Thesprotidis locum Aornon cum venisset, vbi necyomantion fuerat, hoc est, ad euocandas mortuorum vmbas locus, vmbamq; ibi Eurydices euocasset, & euanescente illa potiri non valisset, sibi ipse manum intulit: ad cuius sepulchrum Iusciniæ nidos & pullos habere traduntur, & nusquam suauius canere dicuntur: & hoc quidem, ait Pausanias, Thraces affirmant. Alij sunt qui scribant ideo discerptum, quod cum Deos omnes laudauisset, Dionysium ab eo prætermisum, qui in eum Bacchas immisit: quod parum mihi constat, nam & pleriq; Orphei in Bacchum hymni adhuc leguntur. Alij quod ipsius dei arcana publicasset, mysteriaq; vulgasset. Alij à venere ipsas tradunt fuisse immisas mulieres, quod ipsius Orphei mater Calliope, inter Venerem & Proserpinam parum iuste de Adoni puero iudicauisset. Plu-

Genea quid.

res Orpheum fulmine ictum fuisse prodiderunt, quod scribit Pausanias, & Diogenes, qui id etiam carmine comprobat, quod in ipsius funere à Musis positum asserit:

Ἐπίτῳα χρυσοῦν τῆ δ' ἄρφα μῦθα ἔτασαν,
ὅν κτείνον ὑμείων θύσ' ἰοδόντε βέλῳ.

Orpheus hic positus cithara spectabilis aurea

A Musis, trifido qui Iouis igne perit.

Extat & alterum, quo illum & Herculis magistrum, literarumq; & sapientiae inventorem fuisse docemur, quod nostro nunc vobis potius quam graeco sermone recitabo:

Orphea Musarum famulum hic Thraces posuere,

Qui cecidit rapido fulminis igne Iouis.

Filius Oeagri, Alcidaeq; magister, & idem

Scribendiq; notas repperit, & sophiam.

Antipater verò Sidonius, & versum heroico pedi iunxisse scribit: ita enim carmen ex ipsius elegia expressi:

Quiq; sacros ritus, atq; Orgia mystica Bacchi

Repperit, heroæ & carmina iuncta pedi.

Sedenim & ab eo Thracia mysteria sacra dicta sunt, quod videlicet Thracius ipse teletas & religiones in Græciam induxerit, quod cum alibi, tum nuper in eo libello legi, qui τῆν φώτην ἰσοεία inscribitur: vnde & Orpheotelestæ nuncupati sunt, qui in eiusmodi sacris initiandi autores erant, & felicitatem certissimam post obitum promittebant, quorū Græcis, Plutarcho præcipuè, mentio, qui & dictionem Leontychidæ affert. Orpheum præterea in Græciam astrologiam & magicas artes adduxisse scribit Lucianus in eo libello, quo astrologiam laudat, ubi & eius lyrā celebrat. Quod autē cantu in syluis arbores & feras traxerit, præter ea quæ paulò antè in Amphione retulimus, attēdite quæ de eo Palæphatus scribat: Cū aliquandiu, inquit, Bacchæ in montibus secessissent cū pecoribus cæterisque quæ ad victū sunt necessaria, tū ciues Orpheum misisse ferunt, qui suadendo eas inde abduceret: at illæ ferulas manibus tenentes Orpheum lyra canentē secutæ sunt, atq; inde fabulæ locus datus est. varia verò Thraces de Orpheo, & Macedones itēq; Larissæi tradunt, quæ Pausanias commemorat in Bœoticis. Tanti verò Orpheum omnis Græcia fecit, vt diuinitatem illi attribueret: sed & caput eius in Lesbo oracula dedisse testatum reliquit vterq; Philostratus, vnde est illud de Cyro, τὸ ἐμὲ δ' κῦρε σὲ, illi enim eandem, quæ sibi fuit, sortem vaticinatur. Nam quum is Cyrus ad Istrum cōtra Massagetæ & Essedonas profectus esset, à foemina quæ illis populis imperabat occisus est, & caput ei est à ceruice reuulsum. Lucianus in oratione quæ est ad indoctum, qui multos emptitabat libros, de lyra Orpheï & capite fabulam recitat, quæ quoniam mihi semper placuit, eam nunc vobis quantum fidelius potero meis verbis exponam. Non intemptiuum, inquit, fuerit, si antiquam Lesbiam tibi fabulam narrauero. Quando Thressæ mulieres Orphea discerpserunt, ferunt caput auulsum simul cum lyra ab Hebro exceptum in mare delatum vnà natasse, & cecinisse, hoc quidem lamentationem, tanquam ipsi Orpheo funebrem orationem, lyram verò responsasse ventis chordas impellentibus. atq; ita cum cantu ad Lesbum aduectum, quod susceptum Lesbij sepelire, ita vt nunc est Bacchion apud ipsos, hoc est, Bacchi oraculum. Lyram autē in Apollinis templo suspenderunt, quo modo multo tēpore est custodita. Postea verò cum Neanthus Pittaci tyranni filius lyrā ipsam cōperisset arbores & feras traxisse, in eius venit habendæ desiderium, dūmq; sacerdotem multis clam oblati pecunijs corrupisset, eius lyræ similē alterā in templo affixit. Verū cum interdū se in ciuitate parū tutò esse Neanthus existimaret, sinu lyrā recondens noctu in suburbium proficiscebatur, illamq; manu sumēs pulsabat, sed vt erat rudis ac ineruditus adolescens, chordas confundebat, confusēq; ac inconditè tractabat, quum bellus ipse sibi placens diuina quædam can

tūca ipsa lyra se cantaturum putaret, quibus omnes mulcerent, seque inde beatum fore Orpheam scilicet heredem musicae. Quae dum agit, vicini canes eo sonitu excitati, coeuntes Neanthum infelicem citharcedum discerperunt. Haec ferè quidem ille. Sed ego hac fabella illos illudere soleo, qui cum è Vergilio, aliòve poeta carmen sustulere, tum demum læti & gloriosi se poetas esse arbitrantur, atque, ut Neanthus, omne se punctum tulisse, omnemque poeticam adeptos putant, ac veluti Aescopianus graculus, & Horatii cornicula, alienis induti plumis, bellas se aves arbitrantur, ita se poetas illi. Istuc tu quidem, ait Piso, pulchrè dixisti, sed quod pace tua dixerim, ipsum te quoque eludis. At ego, Nunquam, inquã, Piso ipsum me

10 poetam credidi, nec tantum nomen ambiui, nedum illud mihi arrogavi, ut qui probe teneam, me primoribus quod aiunt, labris poeticae fontes gustasse: nam qualis ea & quanta sit facultas, satis (ut puto) hesterno sermone monstrauimus. Si quos tamen, ut sit, interdum ego quoque versiculos feci, ingenuè vobiscum fatebor, non ut poeta, sed ut poetae alicuius simiolus feci, & perinde eos supprimo. Verum de Orpheo reliqua, quam ista, rectius dicemus. Ut placet, inquit Piso: de me enim loquens iamdudum stomachabar. Et simul ego: Nunquid, inquã, audistis, quae de maritimis Lyncei saxi vocalibus à Graecis scriptoribus traduntur. Sunt verò talia facta cum illuc Orphei lyra delata fuisset, quod scriptum reliquit Philostratus. Vel nos fugit quae de Orphei columna produnt Macedones?

20 ea quidem ex Dio venientibus offerebatur, super qua hydria, id est, vas lapideum, in quo Orphei reliquiae asservabantur. Quo loco fluere dicitur fluuius Helicon qui per xxx. stadia occultatur, ea videlicet causa, quod cum mulieres Orpheum interemissent, & se ablucere vellent, fluuius se abdidit, ne impiae mulieres elueret: quod pluribus est executus Pausanias, qui & à Larissæis alium se audiuisse sermonem scribit. quod Libethra vrbs sit in Olympo Macedoniae monte sita, à qua non longè Orphei monumentum sit positum, datumque à Dionysio Libethris oraculum, tum demum funditus à Sue (nomen id torrentis) Libethras interituras cum Orphei ossa sol videret. Cui cum minus Libethrii fidem haberent, contigit tamen longo post tempore, cum videlicet pastor meridiano tempore se Orphei

30 sepulchro acclinasset & obdormisset, in somnis Orphei versus suauiter cantu referret. Caeteri non longè pastores positi acurrentes, seque inuicem impellentes, ac rixantes, ut quisque canenti propius esset, ipsum monumentum conditoriumque subuerterunt, adeo ut euolutis reliquijs Orphei eas sol videret. Tum insequenti nocte imber adeo ingens factus est, ut Sus fluuius alueum excedens totam regionem influeret, & Libethrae moenia dirueret, aedesque euerteret. Verum & apud eosdem Libethrios Orphei simulacrum ex cupresso confectum fuit, teste Plutarcho, quod Alexandri Macedonis tempore sudasse perhibetur: interpretatum id scribit Arrianus ab Aristandro Telmisseo, bene ac fauste Alexandro portendere, fore ut poetae sudarent in praclaris ipsius Alexandri gestis describendis. Fuere & alia eiusmodi Orphei oracula, & falsa (ut verius dicam) miracula, quae temporis causa mittemus. Quin illud potius, quod vos libenter audituros arbitror, nunc afferam, quodque ab Iustino philosopho & martyre proditum est: ait enim Orpheum cum in Aegyptum diuertisset religionis & sapientiae adipiscendae causa, vnius veri Dei pietatem ac cultum ab Hebraeis, ut putatur, didicisse, & perinde recantasse de ijs quae ad deorum multorum superstitionem, hoc est, ut ille graece vno verbo ait, πολυθεϊστικα, antea cecinisset, eiusque ea de re plerisque versus in medium adducit ad Musaeum scriptos, quos quidem & Aristobolus Iudaeus philosophus peripateticus in eo quem ad Ptolemaeum regem scripsit, & Cyrillus Alexandrinus in primo contra Iulianum Caesarem nostram pietatem calumniantem,

50 commemorat. Hos verò tu Pice versus apud Iustinum legito, quem ex graeco Ioannes Franciscus pater tuus non multo ante hos annos in latinum conuertit. Sed & quod apud Suidam legi, hoc loco par est ut vobis afferam. Is igitur scribit Orpheum virum optimum fuisse & sapientem, quo tempore apud Iudaeos

Iudices erant, ipsumque mysteria & sacra multa edoctum, librosque illius extare de
 Dei cognitione ex quibus hæc esse ait: In principio æthera primum apparuisse
 à Deo creatum, & hinc illinc eius chaos fuisse & noctem, terribilia omnia & hor-
 renda continentem, omniaque celantem, quæ sub ipso æthere fuerant: id videlicet
 significantem, noctem ipsam priorem fuisse: dixisse quoque incomprehensibilem
 quendam & omnium supremum ac natu maiorem omniumque opificem, hunc supre-
 mum æthera, & terram inuisibilem vocasse, lucemque æthera rupisse, & terram illu-
 minasse omnemque creaturam, & etiam dixisse ipsam lucem supremam omnium,
 inaccessibilem, omnia continentem, & eam vocasse *βελω, φως, ζωω*, id est consi-
 lium, lucem, vitam, & insuper tria hæc nomina virtutem unam esse & potestatem un-
 nam dei ipsius omnium opificis, qui omnia ex eo quod non est, producit in id ¹⁰
 quod est, visibilia & inuisibilia, ut nobis ab eo quoquo modo quædam *ἀγία πείρα*
 exprimi videatur. Subdit idem scriptor, ipsum eundem Orpheum de hominum
 genere ita statuisse, illud videlicet ab eodem opifice creatum, si minus græcè pla-
 cet plasmatum, rationalemque animam accepisse: Moïen secutum, miserum dicentem
 genus humanum, multisque subiectum animæ & corporis affectionibus, honorumque
 & malorum operum capax, necnon in his quæ ad vitam pertinent miserè dispositum.
 Et hæc quidem ferè ex Suida. Iam verò ad Orphei carmina, quæ ferè dubia
 sunt omnia & incerta, deueniam, atque à triasmis exordiar, seu triagmis, ut quidam
 malunt, de quibus alibi, hoc est, in Ionis imagine, & quid sint planè agemus. Cō-
 positi hi quidem ut à plerisque est proditum ab Orpheo, ab alijs tamen ab Ione tra-
 gico poeta creditum. Sunt & Orphei sacri sermones in xxiii. rhapsodias distin-
 cti, in Theognetum Thessalum poetam relati, siue in Cercopem Pythagoricum,
 cum quo controuersiam Hesiodus exercuisse traditur. Oracula & teletæ Ono-
 macrito ascribuntur, qui teste Pausania, Herculem unum ex Idæis Dactylis suo
 carmine fuisse tradidit. In his quoque de lapidum sculptura agitur, quæ Octogin-
 ta lapides inscribitur, hoc est, *ὀγδοηκοντάλιθῶν*. Exiit quidem & in manus habetur
 opusculum Orphei nomine inscriptum de lapidibus, quod an legitimum, mul-
 ta subuereri faciunt, quæ mihi nunc prætereunda. Orphei insuper Soteria &
 Crateres poemata esse feruntur, sed illa Timocleo Syracusio, vel Pergino Mile-
 sio, hi Zopyro ascribuntur. Thronismi verò, metroi & Bacchica, Nicæ & Eleatæ:
 descensus ad inferos, Herodico Perinthio: Peplon & rete, quæ Zopyro Hera-
 cleotæ, siue Brontino: atque hæc quidem versibus c c. & mille, quæ onomastica
 carmina vocantur. Astronomia, Amacopia, Thyepolicon, & ex ovo auspicia sa-
 crificiaque, hoc est, *ὠδοντικά & ὠτοκοπικά*, cataxosticon, hymni, corybanticon, &
 physica, quæ Brontino attribuuntur. Scripsit præterea Orpheus, ut Plinius pro-
 dit, de herbis: Primus omnium, inquit, quos memoria nouit, Orpheus de ijs her-
 bis curiosius aliqua prodidit. Sed & Galenus de antidotis lib. 2. eundem de eo-
 rum compositionibus scripsisse tradit, cuius ideo verba afferam, quod & Poeti-
 cæ materiæ nostræ non nihil conueniunt. De compositis, inquit, dicitur antido-
 tis, verum horum apparatus exponere perdifficile mihi videtur, cum plerique ho-
 rum conscriptiones aggressi sint, inter quos est Orpheus, is qui cognominatus
 est Theologus, & Horus Mendesius iunior, & Heliodorus Atheniensis tragœ-
 diarum poeta, & Aratus, & alij quidam, qui eiuscemodi scripserunt. Atque hæc quidem
 Galenus. Pausanias etiã eius morborum remedia commemorat, & purgationes im-
 piorum operum, & diuinæ iræ auersiones, hoc est, *καθαρμὸς ἔργων ἀνοσίων, ἢ τροπὰς μω-
 μάτων βίωων*. Sed cum Orphei opera parum antea digesta essent, Pherecydæ ferunt Athe-
 niensē, Pherecyde Syro antiquiorē, ea collegisse. Et hucusque de antiquore Orpheo
 dixisse sufficiat. Nunc de reliquis eius nominis agendum. Secundus Orpheus Arcadius
 fuisse perhibetur, vel, ut alij tradunt, Ciconeus ex Bisaltia Thraciæ, & ante Homerum ⁵⁰
 altera generatione, & reb. Troianis antiquor creditus est: hic fabularum figmenta,
 quæ *μυθοποιίαν* vocant, composuit, & epigrammata: hymnos quoque, qui nunc, ut opinor,
 vulgò leguntur, licet prioris Orphei nonnulli existimant. Inter hos tamē hymnos
 qui no-

qui nouissimi sunt, non Orphei, sed Procli Lycij philosophi esse constans est opinio, vt alio loco dicemus. Tertius Orpheus Odrysius fuit, in quem poemata quædam referuntur: tametsi vnquam fuisse negat Dionysius, vt est apud Suidã. Quartus Orpheus Crotoniata fuit, qui Pisistrati temporibus claruit, vt Asclepiades in sexto grammaticorum libro scriptum reliquit. Scripsit verò Decennalia, hoc est, *δεκαετηρία*, & argonautica, quæ leguntur, & alia quæ Orphica dicuntur, quæ tamen, vt ait M. Cicero in 1. de natura deor. Cercopi Pythagoreo, cuius supra meminimus, nonnulli ascribunt, non Cerconi, neq; Cerdoni, vt est in peruulgatis codicib. Vltimus verò inter istos Orpheus fuit Camarinæus versificator egregius, cuius esse à plerisq; proditur, descensus ad inferos. Quæ cum dixissem, ad me conuersus Piso, & cui nam Orpheo ait, poema quod est de terræ motibus inscriptum, attribuis: nam Orphei quidem titulo & legi & circumferri video, & eius phralis vetusta admodum videtur, nec tu tamen commemorasti. Nî mis, inquam, vrges me Piso: quid me ista censere iubes: nunquid ego Crates, aut Aristarchus, vel Aristarchi ipsius magister Aristophanes: græcos ista roga. Sût tamen qui illud ipsum de terræ motibus poema, non Orpheo, sed Hermeti Trismegisto potius ascribant, quos inter Zenobius noster Acciaiolus, qui & illud, vt ipse mihi dixit, latinè vertit, & ego vtrunque aliquando legi. Ergo, inquit Piso, & poetam Trismegistum habemus. Habemus, inquam ego, vel saltè à poetica nihil abhorrentem, si quæ Zenobius asserit, recipimus, & si Græcis quibusdam stamus, quos inter Suidas, qui Trismegisti versus quosdam adducit, de voce & verbo Dei, ijs valde similes qui à Iustino philosopho & martyre, & à Clemente de eodem Dei verbo Orpheo ascribuntur: quos Trismegisti versus ea causa vobis, non recito, quòd parum castigati apud Suidam leguntur. Scripsit verò in primis dialogos quos habemus. At quæ parũ nota, inter alia ea sunt quæ Salmehiniaca vocantur, quibus breuissimè Hermica comprehenduntur. Quæ autem in adytis sunt inuēta, Hieroglyphicis perscripta literis ad Soim vel Sain deã Aegyptiorum, ea Bitys propheta regi Ammonii interpretatus est, vt in eo libro reperi, qui Abamonis magistri Aegyptij nomine apud Græcos circumfertur, quem librum Proclus Iamblichi esse credidit, vt in commentarijs in Plotinũ scribit. Verũ de Hermete satis in præsentia, scitis enim qualia & quanta de illo à scriptoribus traduntur. Illud vnum dũtaxat vos non latere velim, eum ideo *Ἡρμῆς ἑρμῆος*, hoc est, ter maximum nuncupatum, quod maximus philosophus, maximus sacerdos, & maximus rex extiterit. Nã, vt Plato scribit, mos erat Aegyptijs, ex philosophis sacerdotes, & ex sacerdotibus reges eligere. Alij ea ratione sic vocatũ putant, quod de sanctissima trinitate protulerit, primusq; in ea vnã esse diuinitatẽ, hoc est, *ὁ τελευδὶ μίαν εἶναι θεότητην*. Quæ vbi dixissem, inquit Piso, si non poeta est Trismegistus, non saltem poetarum hostis. Sed iam tabulæ nobis ordinem continua. Post hos, inquam, erat Musæi effigies, qui nescio quæ fuerit pictoris elegãtia, ita pictus fuerat, vt Orpheum quasi venerari videret, nã eius discipulũ fuisse Diodorus & Eusebius tradũt. quin & super illud Vergilianum, Musæum ante alios, ita Ser. Honoratus: Theologus, inquit, fuit Musæus post Orpheum, de quo variæ sunt opinioniones. Nam eum alij Linii filium, alij Orphei volunt, cuius constat fuisse discipulum, ad ipsum enim primum carmen scripsit, quod Cratera appellauit. Iustinus tamen Christianus scriptor, philosophus & martyr, in paranæsi contra gentes, Orphei filium prodidit: cui pariter & idem Orpheus iusiurandum inscripsit, sic enim poema inscribitur, id quod modò mihi excidit, cum cætera Orphei carmina enumerarem. Ex eo poemate hi sunt versus, quos ego sic latinè verti:

50 *Te cœlum sapientis opus magniq; tonantis,
Vocem & iuro patris, quam primum protulit ipse.*

Scribit maternus Firmicus, qd' Orpheus cū ignotis hominib. sacrorũ ceremonias aperiret, nihil aliud ab ijs quos inuasiabat in primo vestibulo, nisi iusiurandi ne-

Hermes erit
Trismegistus
dictus.

Musæi

di necessitatem, & cum terribili quadam autoritate religionis exegit, ne profanis auribus inuentæ ac compositæ religionis secreta proderent. Huius quidem iusiurandi meminit Theon Smyrneus philosophus Platonicus, cum de octonario numero agit, quosdã etiam versus ex eo afferens. Meminit & Cyrillus Alexandrinus, & Eusebius Paphili. Ad hæc & Orphicorũ hymnorum principium Musæo dicatum videmus, item Argonautica. At verò Diogenes Laertius, non Lini neq; Orphæi filium Musæum, sed Eumolpi, his verbis ait: Musæo, inquit, illustres Athenæ. quin & Athenienses ipsum Eumolpi filiũ putauere. Hic Theogoniam primus scripsisse tradit, & spherã inuenisse. Eundẽ ait Diogenes opinatũ esse, omnia ex vno cõstare, atq; in idẽ omnia etiã resolui, quẽ est ex parte Parmenides secutus. Perijt verò apud Phaleros, ibidẽq; cõditus hoc epigrammate: 10

Eumolpi charum tenet ora Phalerica natum

Musæum, functum corpore in hoc tumulo. Hoc est:

si illud græcè maũultis,

Ἐυμόλιον ἔλεον ἵόν ἐχει τὸ φαληρικὸν οἶδος

Μυσαίου, φθίμενον σῶμα ἔσθ' ἔτι τῶδε τί φω.

Ab huius quidem Musæi patre Eumolpidarum apud Athenienses diutius cognomentum & genus durauit. Scribit apud Aratum interpres, Orphæi lyram Musæo contigisse post illius mortem. Celebrat Herodot. Musæi sortes, hoc est, ex Musæi carminib. ductas, vt puto, quas ab Onomacrito per Lasum Hermionẽ vitiatas ait, vt in eius imagine dicemus. Fuere tñ & hoc nomine alij, quorũ 20 vnus Eleusinius fuisse perhibet Antiphemi & Hellenes filius, qui genus in Cercyonẽ à Theseo deuictũ hoc modo referebat: Antiphemi em̃ pater Euphemus, Euphemi Ecphãthus, Ecphanthi Cercyon, hic Orphæi discipulus & ipse tradit, quidam eundem cum priore faciunt, quidam aliquanto seniorẽ. Scripsit Eumolpo filio hypothecas quatuor millibus versus, alia item plura, inter quæ à Pausania proditam poelin, quæ apud Græcos Eumolpia nuncupatur, vt mox referemus. Illud verò de Musæo traditur, quod Boreæ beneficio aliquando volauit, vt de Abari etiam dicemus, quæ fabulosa videntur. Sequebatur hunc Thebanus Musæus Thamyrae filius, qui inter Melicos est poeta connumeratus. floruit multò ante Troianorum tempora. cantica & mela scripsit. Horum vltimus fuit 30 Musæus Ephesius epici carminis scriptor, qui decem voluminibus Perseida opus conscripsit: item ad Eumènem & Attalum reges. Fuit hic inter Pergamēnos cyclos, sic ait Suidas, connumeratus. Huius quidem Isthmia citantur ab ijs grammaticis, qui in Apollonium Rhodium commentaria scripsere. Quosdam Musæi versus ex oraculis aduocat iunior Philostratus. nisi ea fortè oracula sint Musæi Atheniensis. Et cum his fuit Eumolpus Eleusinius, siue Atheniensis, qui Musæi, vt ait Suidas, filius fuit: alij tamen patrem, vt vobis paulò antè retuli, scripserunt. Pausanias Neptuni & Chiones filium existimauit, quod & poeta Ouidius sensisse videtur. Operam quidẽ ille Orpheo dedit, atq; ab eo institutus: unde est illud ab ipso Ouidio in Põnto, 40

At non Chionides Eumolpus in Orphea talis.

Claruit verò Eumolpus in Poetica inter illos qui ante Homerum poemata scripserunt. & victor in Pythicis certaminib. fuit: eã enim erat antiquis consuetudo, vt ad lyram poetæ certarent, cuius & alibi meminimus. Scripsit autem Cereris mysteria & sacra & filiabus suis factam initiationem consecrationemve, & hæc tribus versus millibus. Scripsit & quæ per manus sit speculatio, hoc est, quæ græcè dicuntur χειροσκηπικὰ, item quæ Bacchica vocantur, quod opus & Diodorus, & Eusebius Pamphili aduocant. Eumolpia præterea poesis ab Eumolpo dicta est, à Musæo tamen Antiphemi, vt diximus, condita, cuius mentio facta est ab antiquis scriptoribus. In hac vtique traditur, oraculum Delphicum Telluris primum fuisse, cuius promantis, hoc est, vates Daphnis indigena nympa fuerit: mox commune fuisse Telluris & Neptuni, Perconemq; Neptu-

Eumolpus.

Eumolpia
poesis.

Neptunū ministrū ad vaticinia edenda: post hæc à Tellure Themidem diuinationē accepisse, tum demum à Themide Phœbum. Ex hac quidem Eumolpia in primis Pausanias carmina citat. Nec defuere qui ab hoc Eumolpo, Eumolpidas cognominatos existimarint, quorum ex Laertio antè meminimus: tamen alij à Thrace dictos velint, qui *μύστας*, hoc est, initiationem, quam vocant Græci, adiuuenit. Sed de his iam satis, ad aliorum imagines transeamus. In hac parte fuit Zoroastris imago, qui peregrino ac vario quodam habitu indutus erat, hoc est, persomede: nam & ipse Persomedes cognominatus est. Fuit hic quidem sapientissimus habitus inter Persas & Medos, cuius & adhuc quædam leguntur tum carmine tum soluta oratione, ea certè extant, quæ à Pfeilo exposita & interpretata sunt. Atqui, inquit Piso, te de Zoroastre loquentem libenter audiemus, quando inter doctos non conuenire sentimus. Cui ego: Attendite, inquam, eu opinor vobis me narraturum, quæ doctos plerosq; alioqui, nedum semitarios & triuiales literatores præteriere. Tres primum ego reperio Zoroastres fuisse, quorum primus Persa, vel vt putauit Theophilus, Argyrius fuit: secundus Bactrianorū rex: tertius Proconnesius. Ex qua re factum est, vt quæ trium gesta fuerāt, ea sub vnus persona celebrata, atq; eorum sint inuenta confusa. Is igitur de quo nunc loquimur Zoroastres, vt in libris *αἰχωνώσεως*, id est, recognitionum Clementis Romani legitur, Mesraimi Chami filius fuit, qui magicæ artis tradidit disciplinam: hunc gentes Zoroastrem appellauerunt, admirata eius artis autorem, cuius etiam nomine libri habentur. Hic ergo astris multum ac frequenter intentus cupiens apud homines deus haberi, velut scintillas quasdam ex stellis producere, & hominibus ostentare cœpit, quò rudes in miraculi stuporem traherentur: desideransq; augere hanc de se opinionem, sæpius ista moliebatur, vsq; eò, donec ab ipso dæmone, quem importunius frequentabat, succensus igni cremaretur. Sed homines stulti, qui quam de eo conceperant, abijcere debuissent opinionem, quippe quæ mortis pœna confutata esset, in maius extulerunt: extructo enim sepulchro ad honorem eius, tanquam amicū Dei ac fulminis ad cœlum vehiculo subleuatum adorare cœperunt, & quasi astrum viuens colere, hoc est, *ζῶον ἀστρον*, atq; ob eam rem demum qui fulmine interijssent, sepulchris honorant, quasi amicos Dei. Et quidem hæc ex Clemente, à cuius interpretatione nominis Dion in quinto historiarum dissentit, quippe qui Zoroastrem dictum affirmet quasi *ἀστροβύτλου*, hoc est, aliorum sacerdotem: cum quo conuenit Hermodorus. In eis verò quæ Beroso Chaldaeo fragmenta ascribuntur, ita de Zoroastre legitur: Noa, inquit, filium habuit Chē, qui magicæ professioni & veneficij semper studuit, vnde & Zoroastres nomen assecutus est. Cum autē à parente parum amaretur, eum fortè aliquando vino madentē elusit, clamq; illi magico carmine ita imposturam fecit, vt ad Venerē sit impotēs factus, vnde, inquit Berosus, deinceps Noa puellam non cognouit: quod nescio quo pacto congruat sacrę hystoria. Græci verò historici illum quidē deos precatum ferunt, vt cœlesti igne occumberet, Assyriisq; imperasse vt suos conditos asseruarent cineres, futurum enim, si ita facerēt, vt eorum nunquam ignū deficeret: atq; ita factum esse. Idem scribit & Theophilus, repetit & Suidas. Sedenim Agathias, quē Agathium Græci quidam vocant, historicus & poeta, vt alibi dicemus, in secundo historiarum suarum de Zoroastre in hunc propè modum inquit: Sed huius tēpestatis Persæ vetustos mores mutauere, alienisq; legibus vtuntur ex Zoroastris Oromasdei disciplinis. Hic, inquam, Zoroastres siue Zarades, duplici enim vocitatus est cognomine, quo tempore princeps fuerit, legēsve tulerit, non satis est compertū. Nam Persæ ipsi nostri temporis, Hystaspis tēporibus eum floruisse tradunt: quā ob causam res planè ambigua est, nec facile dignosci potest, an Darij pater, an alius quispiā hic fuerit Hystalpes, vtcunq; hic Persarū magister & magicæ inuentor. Hæc ferme Agathias. Quæ verò à Zoroastre composita sint volumina, ista feruntur: Libri de natura quatuor, de lapidibus preciosis vnus, apotelesmata, astero-

Zoroastres.

asteroscopia libri quinque. Extant quidem oracula seu symbola Chaldaica, quæ Platonici interpretes admirantur, & M. Psellus, ut antè dixi, exposuit. Eusebius inter eius scripta librum qui Sacer inscribitur celebrat, in quo res Persicas collegit. Longè plura enumerauit Hermippus. Plin. eius etiam sententiam affert de fementis tempore. Constantinus quoque in libris de re rustica, pleraque ex Zoroastre affert, ut quæ ex tonitru significant, de signifero & domibus, itemque de prænoscentis feminibus fertilibus &c. Magorum verò nomē à populis illis usque adeo celebratū est à Zoroastre inductum, ut diutius vigerit. testis est Plato, & Laertius. Hermodorus Platonicus in libro de disciplinis, & Suidas, à Zoroastre usque ad excidium Troiæ annos quinque millia computant. Plutarchus quoque in lib. de Iside & Osiri, quo etiam loco non parum multa de Zoroastris & magorum theologia pertractat. Xanthus Lydius à Zoroastre usque ad Xerxis descensum sexcentos tantum annos enumerat. tam varia est de Zoroastris tempore scriptorum opinio, sed cur non vobis Pliniū hoc loco commemoro, qui hac ipsa de re l. b. xxx. nat. hist. in hunc propè modū loquitur: sine dubio, inquit de re magica differens, illic orta in Perside à Zoroastre, ut inter autores conuenit. sed vtrum vnus hic tantum fuerit, an postea & alius, non satis constat. Eudoxus, qui inter sapientiæ sectas clarissimam vtilissimamque eam intelligi voluit, Zoroastrem hūc sex millibus annorū ante Platonis mortē fuisse prodidit. sic & Aristoteles. Hermippus, qui de tota ea arte diligentissimè scribit, & vicies centum millia versuū à Zoroastre condita, indicibus quoque voluminum eius positis explanauit. Etiam præceptorem à quo institutum diceret, tradidit Agonacem. Ipsum verò quinque millibus annorum ante Troianum bellum fuisse. Atque hæcenus Plinius. Cæterum & Apuleius non nihil de Zoroastre, & Laertius in primo, ubi instituta magorum exequitur: quibus. quanquam olera, & panis cibarius ac caseus cibus esset, nihilominus Zoroastrem scribit Plinius in desertis vixisse annis xx. cum nihil nisi caseo vesceretur, ita ut nec vetustatem sentiret. Eidem quoque puero cerebrū ita palpitasse proditum est, ut impositam manum repelleret, futuræ præfagio scientiæ. Et ipsum eadem hora risisse qua natus est, sunt Plinius & Solinus autores: tametsi præcox huiusmodi risus haberi prodigio soleat, nec ante XL. diem dari. Alter ab hoc Zoroastre fuisse putatur is qui Bactrianorum rex fuit, qui & à Babylonio rege Nino semiramidis marito prælio victus est, vitæque priuatus, de quo ex Trogo Iustinus: Primus, inquit, Zoroastres dicitur artes magicas inuenisse, & mundi principia, siderumque motus diligentissimè spectasse. Eadem ferè Augustinus, & Orosius. Hi verò mihi decepti esse videntur nominis similitudine. si quidem Diodorus & Eusebius, qui huius victoriæ meminere, nullam omnino de magicæ artis inuentione mentionem fecere. Tertius verò, cuius mentionem habui, Zoroastres Proconnesius fuit, quem in arte magica & ipsum clarissime monumentis literarum proditum est, circa Xerxis tempora, paulò antè quam Osthanes, non ignobilis eiusdem artis autor, floreret, id quod diligentissimè Plinius obseruat. Apuleius quidem Floridorum lib. 2. Pythagoram scribit inter cæbylæ captiuos in Aegyptum ductum doctores habuisse Persarū magos, ac præcipuè Zoroastrem, omnis, ut ait, diuini arcani antistitem. Sedenim & Clemens in Stromatis, & Cyrillus in libris aduersus Iulianum, scribunt Pythagoram philosophum Zoroastrem imitatum sectam suam instituisse. At verò iam de Zoroastre satis: ad poetas traieciamus, quorum imagines hac parte in tabula fuerant.

Demodocus
& Phemius.

Inter hos verò primi Demodocus & Phemius. Hic Piso: Ista, inquit, mihi musicorum nomina apud Homerum esse videntur, qui apud reges in conuiujs canere soliti essent. Cui ego: Rectè tu quidem, inquam, Piso loqueris: nam in Ithaca alterum, apud Phæacas alterum canentes Homerus inducit: tametsi quidam se Homerum putant significare voluisse, cuius sententiæ est Max. Tyrius, id quod & ipsius poetæ versibus astruit, ut cum cecinit:

Carminè nam dulcem dedit esse, at lumine cassum.

Item

Item cum ait sub ipsius Demodoci persona:

ipse mihi doctor, tribuerunt numina vocem.

Alij verò propius esse autumant, vt ambo poetæ fuerint, qui ante Homerũ carmina scripserint, cuius opinionis est M. Cicero. sed & Plutarchus, & Tatianus, & Eusebius, viri in perscrutandis historijs diligentissimi, idem prodiderũt. Fuit verò ex Corcyra Demodocus, non ignobilis apud antiquos musicus & poeta, qui, vt Heraclydes Ponticus scribit, de Ilij excidio, deq; Veneris & Martis concubitu poemata cecinit, qua parte illũ est imitatus Homerus. Alterũ etiam fuisse Demodocum, facile ex Aristot. cognoscimus, qui in Milesios ira lusit: Nõ sunt, inquit, insipientes Milesij, ea nihilominus quæ insipientes, agũt. Extant & eius quædam carmina. At verò Phemium, quem modò Ithacensem, modò Smyrnegum fuisse legimus, Homerus in Procorum conuiuio canentem inducit, cum potius, vt est à scriptoribus & Plutarcho in primis in Musica proditũ, eos ipse verbis complexus sit, qui cum Agamemnone imperatore post direptam Troiam reuersi sunt in Græciam. Cicero in epistolis ad Atticum nec semel meminit, vt cum ait, κίρας Phemio demandatum. Item, Phemio quaeritur κίρας. Est autem κίρας, hoc est, cornu, musicum, vt puto, instrumentum: vnde & corniculum, & cornicines. De Phemio & poeta Naso:

Quid iunet ad surdas si cantet Phemius aures?

20 Herodotus Phemium scribit magistrum quempiam fuisse, qui pueros Smyrnæ publicè literas doceret, ad quem mater Homerum filium institutũ adduxerit. Ephorus tamen Cumæus, Phemio ipsi Homeri matrem nupsisse prodidit: matris nomẽ Critheis. Huius vtriusq; meminit post alios & Eusebius in euang. præpar. Post hos erat & Pamphus Atheniensis poeta antiquissimus, qui & ipse ante Homerum carmina condidit, celebrat Pausanias huius poema, in quo Cererẽ deam in anilem mutatam formam, cecidisse in puteum cecinit, cui puteo postea Floridĩ nomen factum est: idq; deæ contigisse cum Prosepiam filiam ablatam quaereret. Eundem & de Gratijs ante Homerum scripsisse ferũt, vt alibi ipsi meminimus. Eius etiam poetæ hymnum in Iouem Philostratus in Protefilao commemorat: quædam adhuc huius carmina ipse legi. Variè apud Græcos huius nomen enũtiatur, ab aliquibus enim Pamphus, ab alijs Pampho. Sequebatur hũc Epimenides, cuius erat imago dormiẽti similis. Fuit quidem Epimenides Gnosius, vel vt Strabo & Plutarchus aiunt, Phæstius: Phæstos enim Cretæ vrbs notissima. Parentes habuit, vt quidam tradunt, Agiasarchum, vel vt alij, Dosiaden, vt alij, Phæstum, quod scribit Suidas & Laertius: matrem verò, si Suidæ ipsi stamus, Blastam: si Plutarcho, Baltham nympham, vel Baptam, vt alij legunt. Nouus per sua tempora Curetas appellatus est, quo certè argumento eiusdem nominis duos existimatos tradit vtriusq; eruditionis Hermolaus. quin & Laertius tres huius nominis colligit. Ea autem causa dormienti similis fuit, quod cũ

30 missus esset à patre vt ouem rure deduceret, æstu meridiano diuertit in specum, vbi captus somno LXXVII. annos, vel vt Pausanias XL. vel vt Eudemus XL. & VII, vel vt alij sex, dormiuisse dictus est: experrectus verò, ratus se parũ dormisse ouem quærebat, qua non inuenta reuersus, & omnia immutata conspicatus, attonitus ac stupido similis domum paternam est ingressus. Interrogatus quis esset, vix tandem agnitus est ab iuniore fratre, qui iam senior factus erat, & ab illo rem omnem didicit: quæ res cum per omnem Græciam vulgata esset, vt deorũ amicus & charus in precio esse coepit. Verumenimvero quod modo de Iõgo hoc Epimenidĩs somno diximus, id in memoriam reuocat, quod nostri de septem Ephesijs martyribus, quos à re Dormientes vocamus, tradunt: hi enim necem fugientes, quam Decius Cæsar Christianis intentabat, diutius, hoc est,

50 propè ducentos annos dormiuisse dicti sunt. Historia quidem, imò miraculum, ex nostris annalibus nota est. Quin simul animum subit quod ab Aristotele in

4. Physicæ auscult. proditum est, & à Themistio repetitum, de ijs qui in insula

Sardinia apud heroas diutius dormiuisse traditum est: quam rē Latini quidem interpretes ineptè attingunt, sed non explanant: at Simplicius gręcus philosophi expositor, pluribus ille quidem & diligēter, vt cętera: nos paucis ex eo. Nouem, inquit, Herculis filij ex filiabus Thestij, Thespij filij dicuntur, qui cum in Sardinia interijissent, adusq; Aristotelis tempora, & fortè Alexandri quoq; ipsius philosophi expositoris, dormire dicebantur, cum eorum corpora incorrupta & integra permanerent: & hi quidem in Sardo heroes. & cętera quę subiungit idem Simplicius. Addit, vt hoc astruat ex Eudemi sententia, de quibusdam qui in Apaturiorum celebritate ebrij cum facti essent, per omnes eius celebritatis dies, qui quatuor diuersis nominibus erant, dormiuisse dicuntur. Ridiculum in hoc Aristotelis loco scribit Auerroes ex Alcorano, Mahometen fortasse de his intellexisse, qui ab Aristotele annis plus mille abfuit. Est & in historia (vt vocamus) Longobardorum, quę Pauli Diaconi esse existimatur, in eius statim initio, quinq; vt ait putari, Romanorum miraculum, qui in extrema Germanię parte, in oceanı littore, in antro sub eminenti rupe excavato, longo sopiti somno dormire dicuntur, illęsi non corporibus solum, sed etiam vestimentis: quibus cum audax quidam exuere tentasset, mox ei, vt dicitur, brachia aruerunt. Idem & Methodius. M. quoq; Damascenus scribit, suo tempore in Germania defessū rusticum sub fœni tumulto per totum autumnum sequentemq; hyemem continuè dormiuisse, donec fœno depasto experrectus est tanquam semimortuus, totusq; extra se positus inuentus est. Putat idem Damascenus, idq; etiam multis rationibus comprobare nititur, quod cum pluribus animantibus datum sit à natura, vt pluribus mensibus sine cibo & potu, & alijs naturę necessarijs dormiāt, idem etiam contingere posse homini. quem Germanus Cor. Agrippa sequitur. Huius rei fides sit penes autores. Sed iam prestat nostram nos in viam redire. Ego hæc cum dixissem, dixit P. so: Memini me apud Hieronymum legere, diuum Paulum apostolum in epistolis, ab huius Epimenidis poetę versiculis non abhoruisse. Sic est, inquam: nam & Gręci ea de re copiosius, Chrysostomus, Theophylactus, alij. At ista notiora: quin potius nos disquiramus quę Epimenides scripserit. In primis enim fertur, quę ad expiationes, religionesq; sacras pertinent multa perscripisse. Item Argonautica sex millibus & quingentis versibus. De deorum & Corybantum generatione ad fermè quinq; millia versuum. Telchiniacam quoq; historiam ab aliquibus Epimenidi attributam scribit Athenęus, ab aliquibus verò Telechidi, quem Comicum poetā fuisse suo loco referemus. At verò multi hunc ipsum Epimenidem inter septem sapientes Gręcię numerant Periandri loco, vt scribit Plutarchus. Fuit & inter longęuos connumeratus, nam c. & LVII. annos vixisse dictus est: alij plus minus. Cretenses c. c. & XCIX. vixisse prodiderunt. Xenophantus Colophonius centum & LIII. scribit. Proditum est à Pausania in Corinthiacis, Lacedæmonios cum Gnosijs beligerantes Epimenidem cepisse. quibus cum non secunda vaticinatus esset, ab ijs interemptum esse. quibus verbis existimo Plutarchum intelligendū in principio libri, Cur defecerint oracula. Cum enim Epimenides de Pythio, orbis vmbilico ab aquilis seu cygnis emenso, vt est in fabulis, oraculum elusisset, deū Pythium eum vltum esse: innuens, vt puto, hunc ipsum à Pausania traditum Epimenidis interitum. Fuit verò & poeta & vates Epimenides, tamen si eum vatem de præteritis occultis tantum Aristoteles faciat. Veruntamen Plato, cuius apud me maior est autoritas, primo de legibus lib. futurorum quoq; ei vaticinium his Clinię verbis ascribit: Epimenidę, inquit, diuinum quidem hominem forte fortuna audiuiti. qui meus fuit popularis, quiq; à deis monitus decēniū ante bellum Persicum ad vos venit, deorumq; immortalū oraculo Athenis sacra quędam instituit, quo tēpore viri Athenienses mirū in modum Persarū classem formidabatis, prædixitq; non ante decenniū ad vos Persas classe peruenturos. atq; hæc quidē Plato. At verò quod expiaret, audite Max. Tyrium philosophum, qui hac de

hac de re ita sermone 22. scribit: Cretensis, inquit, Athenas comuevit Epime-
 nides: hic cum præceptores nullos posset ostendere, diuinæ rei aptissimus in pri-
 mis fuit, qui Atheniensium ciuitatem tunc temporis peste seditionibusq; per-
 cussam, haud alia potius re, quam sacrificiorum expiationibus liberaret. Idem
 repetit & alio sermone, hoc est 28. vbi & de eius somno rationem exponit. Sed
 de hac Athenarum liberatione plura audite ex Diogene. Cum peste, inquit, ali-
 quando Athenienses laborarent, à Pythia responsum acceperunt, urbem expi-
 ari oportere, Niciamq; Nicerati ea causa in Cretam misere, vt Epimenidem ac-
 cereret, idq; factum Olympiade 27. vel rectius 44. vt scribit Suidas: qui vbi ve-
 10^o nisset, urbem lustrauit, atq; hoc modo pestilentiam repressit: oues sumi præcepit
 nigro & candido vellere, quas in Ariopagum egit, & inde quò vellent abire p-
 milit, ijsq; qui eas sequerentur mandauit, vt vbiq; accubuissent, Deo propi-
 tio maestarent, quo facto, illic pestilentia sedata est: quare per longum tempus
 in pagis Athenarum ara sine nomine, ait Diogenes, inueniebantur. Alij pestis
 causam Cylonium scelus fuisse perhibent, quo Cratinus & Lylinus adolescen-
 tes perierant. Sed de hoc Cylonis facinore seu piaculo Plutarchum in Solone
 legite, rem etenim hic strictim attigimus ex Laertio & Suida. Athenienses post
 liberationem munera Epimenidi & nauem dedere, in Cretamque remisere. Il-
 lud quoq; miraculosum de Epimenidis anima à scriptoribus proditur, eam ali-
 20^o quoties ex eius corpore euolare, rursusq; remigrare consueuisse, vt de Aristæ
 anima statim etiam narrabimus. Sed & Epimenidis pellem ex longo tempore
 quo diem obierat repertam fuisse legi, nois ac literis quibusdam inscriptam: à
 qua re proverbium potius factum esse reor, de sepositis & miraculi loco abditis
 rebus, Epimenidia pellis, hoc est, *ἔπι μὲν ἰδὲ δὸν δόμα*. quam quod scribit de somno
 Prouerbiorum autor: quid enim cum somno pelli? Sed de Epimenide iam plus
 satis, nam & eius vitam copiose Laertius est executus: quare ad Aristeam ser-
 monem vertamus, qui vt Suidas scribit, Democharidis seu Caustrobij, vel Cha-
 ristobij filius fuit, vt testatur Herodotus: cuius, vt Epimenidis, animam pleriq;
 errare solitam tradidere, & rursus cum libere, in corpus redire, vt de Heimoti-
 30^o mo quoq; relatum est. Strabo Aristeam facundia & blanditijs vehementem fu-
 isse prodidit. Composuit verò Aristæas opus tribus libris distinctum. quod Ari-
 maspia nuncupauit, ex quibus cum alij, tum Plinius pleraq; excerptit. Scripsit i-
 tem de deorum generatione, ad mille versus, & alia soluto sermone. Tempori-
 bus autem Croesi & Cyri floruit L. Olympiade, vt Græci scriptores tradunt. quo
 fit vt mirum id mihi videatur, quòd Aristeam aliqui Homeri magistrum prodid-
 erunt. Par est vt hoc loco commemorem, quod pluribus ab Herodoto & Ori-
 gene scribitur de Aristæa. Cum enim, aiunt, is esset in patria Proconneso, fullo-
 niamq; tabernam esset ingressus, decessisse visus est: quod fullo videns, taberna
 occlusa, id Aristææ propinquis nunciauit: qui dum simul, vt fit, ea de re loquerē-
 40^o tur, e Cyzico aduenit hospes, qui se Cyzici paulò antè Aristeam vidisse affirma-
 bat. Interea nihilominus illi quæ funeri essent necessaria apparant, nec hospitis
 verbis fidem habent, rectaq; ad fulloniam tendunt, vt Aristeam efferrent: at cum
 fulloniam essent ingressi, minimè cadaver reperere. tum post septimum annum
 iterum in eodem loco est visus Aristæas, & tū primùm opus id, quod vobis di-
 xī Arimaspia condidisse fertur, ac rursus euauisse. tum multò post apud Meta-
 pontum Italiæ iterum comparuisse dicitur, & eius vrbis hominibus imperauit,
 vt Apollinis, & Aristææ Proconnesij statuamq; simul erigerent: tum demum
 cum se coruum esse dixisset, ab eorum aspectu ablatum est. hanc ob rem Meta-
 pontini Delphos scitatum oraculum mittunt, quidnam hac de re facturi essent
 50^o Pythia melius illis futurum retulit, si dicto parerent: vnde inquit Herodotus,
 sua ætate in foro eam statuam sterisse lauris vndiq; circumuidentibus. Ad hæc
 subridens Piso, Ista, inquit, mihi fabulosa potius & ridicula videntur, quam vt hi
 storiæ fide digna videantur. Tunc ego: Herodotum, inquam, huiusce rei habe-

Prouerb.

Aristæas

mus autorem, quē Plutarchus hac parte secutus est, & Celsus philosophus, quē cū Herodoto ac Pindaro hac parte ridet Origenes. Maximus verò Tyrius hanc fabulam sic narrat & interpretatur 22. sermone. Proconnesus, inquit, philosophū habuit Aristeam nomine: hic cum ab initio nullam apud Proconnesios sapientiae opinionem haberet, idcirco quòd in ea comparanda nullis magistris usus videretur, ad incredulitatem illorum summouendam huiusmodi sermonem inuenit: animum videlicet suum aiebat relicto corpore sublatum confestim in aera, vniuersam tam græcam quàm barbaram terram peragrassè, insulas præterea cunctas amnes, montes, neq; alicubi peregrinationem antè cohibitam, quàm Hyperboreos fines adijisset. Interea vbiq; gentium leges, & politicos mores inspe- 10 xisse, naturas tridem cunctas regionum, mutationes aeris, alluiones maris, fluminum emissiones, quinetiam & cœlum suspexisse, cuius spectâculum propter sublimitatem volatus clarius longè, quàm qui spectant è terra, consequi posset, atque hæc quidem Maximus. Sed iam de Epimenide & Aristeia fatis, quorum virtusq; imagines alia parte tabulæ fuerant depictæ, sed hoc mihi loco commodius sunt recitata. Nam inter eos qui ante Homerum floruerunt, fuit Olympus

Olympus.

In Phrygia nec satyrum talis Olympus erat.

Composuisse verò Olympus dicitur elegias, & cœtica, in eaq; Musicæ parte quæ chromatice, seu potius chromatice nuncupatur, princeps fuisse traditur. Idem & inuenisse fertur *κύλιτικὸς νόμος*, & *θρηνητικὸς*, hoc est, tibicines leges & lugubres. Tibiæ vero usum Hyagnin primum volunt, aut, vt prodit Apuleius, primus in ca- 20 endo manus, vt eius vtar vocabulo, discapedinauit, primusq; duas tibias vno spiritu animauit, & primus dextris & læuis foraminib. acuto tinnitu & graui hōbo concentū musicū miscuit. Sunt & qui Olympum Mysicæ montem ab hoc Olympo dictū veliat. Aristoteles de Olympo meminit, item & Aristophanes i. Equitib. & Plato in Minoe. Sed & eius imaginē Philostratus in imaginib. ef- 30 fixit. Nec illud vobis reticebo quod scripsit in primo Aristoxenus, Olympum ipsum in Pythonis funere tibias inflasse, & funebre carmen, modosque Lydios concinuisse. Idē scribit Plutarchus in Musica, quo libro & alia pleraq; de Olympo leguntur. Huius quoq; discipulum ac familiarem fuisse Hieracem ait in Onomastico Pollux, atq; ab eo Hieracium modulum & inuentū & nūcupatum. meminit & Plutarchus in Musica. Præter hunc Olympum & alij fuere eius nominis, vnus quidem nomorum ac lyricarum legum scriptor simul & doctor: alter eo iunior Phrygius tibicen, qui Midæ Gordij filij temporibus floruit. Fuit & alius ex Cilicia, qui Alexandriā profectus est, proceritate & forma insignis, & sacris illis addictus, qui à Græcis celebratur. sed hic nihil ad tabulam. Erat verò cū 40 poetis his Anthes Anhedonius, qui apud Græcos primus lamentabile carmē, hoc est, *θολωδὸς* condidisse dicitur, id quod Plutarchus in Musica prodidit. Scriptores tamē Hebræi, vt antè diximus, hoc Hieremiæ inuentum attribuunt. Post Anthen Thaletæ imago suberat, qui, vt traditur, Cretensis fuit, alij licet Illyricū faciāt hic ante Homerū Lyricos versus scripsit. Fuit & alter Thaletas Gnosius, vt creditur, rhapsodus, qui poemata multa perscripsit. Polymnestus tamen Colophonius & Pausanias Gortiniū fuisse volunt. Illud certè est à Plutarcho traditū, quòd cum in Cretam Lycurgus legislator nauigasset, admiratus Thaletæ in- 50 geum eum Spartam misisse, vt ad leges suscipiēdas Lacedæmoniorū animos accenderet, idq; ab eo factū. In dubio versari ait Plutarchus an pæanib. Thaletas vsus sit Boetius Seuerinus à Spartanis accitū scribit, vt puerorum animos Musicæ disciplina imbueret Glaucus scriptor Thaletam hunc ipsum post Archilochum floruisse prodidit, quin & illum imitatum esse ait. Ad hæc Thaletas

Anthes.

Thaletas.

nume-

numeros primus inuexit, quos mamarona & creticum Musici nuncupant, quibus nec Orpheus, nec Terpander, nec Archilochus vli sunt. Illud præterea est maximè de Thaleta mirandum, quod est à Martiano literarum monumentis mādatum, eam fuisse cantus & citharæ suauitatem ipsius Thaletæ, vt morbos & pestilentias sanaret, fugaretq;. Idem ferè scribit Pausanias, tametsi perperam Thales in Attica scribatur. Plutarchus quoq; ex Pratinæ autoritate idem prodidit, & quodam Pythiæ oraculo accitum ait. Propter hos quos memorauimus poetas, fuit & Syagrius, qui antequam Homerus scriberet, Iliada composuit, ipsiq; Homero valde fuit infensus. Erat & cū Syagrío Corinnus, qui & Corinæus dictus est, Iliensis, qui adhuc feruente Troiano bello scripsisse dicitur & ipse Iliada. Fuit verò, vt existimatur, Palamedis discipulus, qui Palamedes & ipse poeta & philosophus fuit illustris, vnde & à Græcis *παιδοφύλαξ* est cognominatus, id quod in quibusdam carminibus legimus, qui ipsi Palamedem inscribuntur. Sed & Suidas Palamedem ait Nauplii & Climenes Agamemnonis sororis filium, Argiuum poetam, & poemata multa scripsisse, quæ siue posterorum Agamemnonis inuidia, siue vt verius quidam arbitrantur, ipsius Homeri, perierunt. adeò ferè semper inter præclara ingenia fuit inuidia. Et poetam Palamedem ostendit Euripides, vt qui de illo quodam cantico cecinerit: Interfecistis, inquit, ô Danaï, interfecistis sapientem Musarum philomelam, nihil triste afferentem. & reliqua deinceps. tametsi de Socrate ea verba alij dicta velint, vt alio loco ostendemus. Literas quidem Palamedes, vt alibi diximus, quatuor in primis inuenisse dicitur, *α, β, γ, δ*, alij tamē *ζ, θ, φ, χ*. his additur & *Υ*, quam à gruum volatu perdidicisse, cum alij, tum Philostratus scribit. Sunt & qui ab ipso Palamede excogitatos tradant calculos siue latrunculos, item talos & tesseras, cubos insuper & mensuras, & pondera, hoc est, stathmos. Idem inuenisse dicitur, Plinio teste, in bello Troiano ordinem exercitus, signi dationem, tesseras, & vigiliās. Quæ verò à poetis fabulose, atq; in primis ab Homero finguntur, atq; à grammaticis traduntur de Palamede, vobis referre supervacanei operis esse videtur: nam & de morte ipsius longè alia referuntur à Philostrato & à Dicty vetustissimo Cretensium historico, quam ab Homero ferantur. Rectè, tum inquit Piso, facis ô Lili, qui in præsentia hæc notiora mittis, quæ nos facillimè legere possumus, & iam etiam nonnulla legimus: quare nobis cætera, quæ restant, potius edissere. Quibus ego: Audite, inquam, quæ apud Philostratum vinitor enarrat. Ante Palamedem, inquit, nec horæ, nec mensium orbis, nec annus temporis nomē erat, nec signata adhuc pecunia, nec pondera, nec mensuræ, nec numeri. sed neq; sapientiæ studium, qd scilicet nondum literæ. & cætera quæ longo progressu ille exequitur, nec non eius & Vlyssis quæ fuerint dissidij causæ. Oeacem quidem fratrem habuit, cum quo ad Troiam nauigauit, nullo vsus seruo, nulla ancilla: vnde illi aliquando Achilles dixisse traditur (eorum enim mutua fuit beneuolentia) Rudior plerisque ô Palamedes videris, quod qui tibi ministret neminem in bello adduxeris. Tum ille ambas protendens manus, quid ergo hæc ô Achilles? Tanta verò fuit continentia, vt cum ei Græci ex vectigali pecuniam offerrent, volentes eum diuitem effici, Non capiam, inquit, nam & ego vos pauperes fieri iubeo, nec tamen obsequimini. Tanta quoq; sapientia, vt ei parem fuisse neminem, proditum sit. Mortuus etiam est pro deo cultus, facellumq; illi cum simulachro apud Lapetymnū montem supra Lesbum, posium fuit, quem Græci nonnulli Lepotymnon vocant: sed videte an *λαμπεδίου* legendum sit ex Stephano, qui sepulchrum id esse in Lesbo scribit. Sed iam ad Corinæum, quem modò dicebamus, redeo, qui doctis literis à Palamede magistro inuenis, Dardani bellum cōtra Paphlagonas post Iliada scripsit, à quo pleriq; volunt Homerum argumenta cepisse, & libris suis inseruisse. Per hæc quoq; tempora Pitheus, qui Thesei maternus auus fuit, versibus sententiās aliq; huiusmodi nonnulla composuit, atq; ob id ab antiquis inter sapientes est connumeratus. Plutarchus quidem ita hunc propè modum

Syagrius.
Corinnus.

Palamedes.

Pitheus.

scribit: Pittheus, inquit, Aethræ pater urbem non satis amplam Træzeniorum incoluit. Fuit verò per ea tempora sapientia & eloquentia plurimum cognitus, eius quando sapientia talis quædam vis & forma fuit, qualem consecutus videtur Hesiodus, cum sua scripta sententijs quamplurimis referisset. Habitus quidem est sapiens Pittheus, ex eiusq; sententijs hæc esse perhibetur:

Esto satis comiti merces promissa laboris.

cuius rei Aristoteles philosophus est autor. Euripides quoq; cum Hippolytum castum ait Pitthei disciplina, hanc de Pittheo opinionem comprobat, atque hæc quidem de Pittheo. Quæ cum dixissem, Piso ait, Postquam tot connumerasti, qui ante Homerum scripsere versus, cognosco planè ad hanc diem vsque me 10 deceptum, qui existimarim nullum ante Homerum poetam fuisse, id quod & Iosephus, & Iustinus martyr, & Eusebius tradidisse videntur. Cui ego: Deceptus, inquam, planè Piso fuisti: nam & M. Cicerò id ipsum quodammodo, quod autor tabulæ, astruit, cum ait: Nec dubitari, inquit, debet, quin fuerint ante Homerum poetæ, quod ex eis carminibus intelligi potest, quæ apud illum & in Phæacum, & in Procorum epulis canuntur. hæc ille. Clarum est igitur ante Homerum alios poetas fuisse. Verum & præter eos, quos antè diximus, duos adhuc ante Homerum in tabula me vidisse recordor, Pronopidem scilicet & Creophilum, qui & Homeri magistri dicti sunt. Pronopides quidem excellenti fuit ingenio, atq; mundi principium versibus complexus est, quod *πρωτόκομος* inscripsit, 20 celebratum & citatum ab autoribus. Pelasgorum verò literis vsus est, ut Orpheus quoq; traditur. Creophilus autem Astyclei filius fuit, & quidem, ut ait Strabo, Samius, vel ut alij, Chius. Sunt qui generum, non magistrum, Homeri fuisse velint: amicum alij tantummodo. Apuleius certè hospitem, canendiq; æmulatorem. Pleriq; carmen illud quod Oechaliæ, si licet dicere, captiuitas inscribitur, ab Homero Creophilo donatum putant. at Callimachus & Strabo ipsius Creophili legitimum, non Homeri, esse autumant: id quidem Callimachus hoc epigrammate testatur:

Creophili labor, accepit qui dion Homerum

Hospitio, scæuis ignibus vro duos,

Euryton atq; Iolen, nunc scriptum dicor Homeri,

sed tamen antè fuit Creophili istud opus.

30

HOMERUS.

Quod epigramma si fortè græcè legere malueritis, inter græca epigrammata reperietis. Sextus itè Pyrrhonius in libro, quo cōtra grāmaticos disputat, illud adducit. Eminebat verò inter hos oēs, quædam cæcutienti similis imago, quæ, nescio quæ fuerat egregia pictoris ars, cæteris etiam augustior esse videbatur. Iam tu planè Homerum nobis, ait Piso, exponis. Sic est, inquam. Nam ut est apud Herodotū, tamen si cæcus non natus est Homerus, cæcus tamen postea factus pro Melisigene, est vocatus Homerus, eo quando nomine Cumæi atq; Iones cæcū nuncupant: quanquā Velleius nihil planè videre scribit, qui cæcum Homerum 40 fuisse putant. Et propterea sunt qui ideo cæcum Homerū appellatum velint, quod sui ipsius animi desideria parum vinceret suppeditaretq; quæ quidem ex oculis præcipuè animus concipere solet. Non desunt qui ea causa Homerum vocatum putent, quòd cum esset filijs orbatus, eorū desiderium orbitatemq; haud facile ferret: vnde data sit ansa scriptoribus, ut ipsum cæcum vocarent, id quod & ipse de se quodam hymno innuere videtur. Ouidius quidè apis aculeo poeticè occæcātū cecinit, alij morbo. Artemidorus de interpretatione somniorum lib. 1. scribit, quòd qui se cæcū somniauerit, si poeta sit, bonū significare, quòd multa quiete opus habeant qui poemata facere volunt: vnde, inquit, sermo inualuit, quòd & Homerus poeta cæcus fuerit. Val. Harpocratio Homeros vocari scribit, qui in 50 via comites dantur, *ὄμηρον* significare seruire, vnde Homeri vocabulū sit deductū. Sunt qui Homeros obsides nuncupent. Nam cū inter Smyrnæos & Colophonios bellum esset, Melesigenes obses datus est, vnde mox illi Homeri nomē indi-

inditū est. Num tu, inquit Pīso, vis totā hoc nobis loco Homeri vitam recensere? Minime, inquā, quāpiam tantum quā sparsa apud autores legunt colligam. Sic agas, inquit Pīso, atq; in primis quibusnam parētibus natus, qua tu illū patria, qua ætate vixisse putes, quōtve eius nomine fuisse censeas. Tūc ego: Istorū nihil, inquam, modò sim memoriæ cōpos, præteribo, sint licet variæ scriptorū opiniones. Principio quidem variè de parentibus traditur. Nam Meletis Smyrnæi fluminis & Critheidos pleriq; filiū scripsere, alij Calliopes Musæ & Apollinis: Charax verò historicus Lampfacenus, Maronis seu Mitij & Eumeridis: quidā Telemachi Vlyssis filij, & Polycastæ Nestoris filia. Iaræ Clymenen matrem eius affirmant, eiusq; & filij apud se monumenta ostendunt, vt est apud Pausaniam. Aristoteles in poetica Dæmonē Homeri patrē prodidit, alij Mæona & Ornitho, quidam Cypriam mulierem Themisto: alij, vt apud Lucianum Thersagoras poeta, Homeri patrem dicunt Meonem Lydum, vel fluuium, matrem Menalopen, seu nympham quampiam. Adeò incerta & varia feruntur, vt Antipater egregius poeta eleganti à se condito epigrammate, & eo quidem notissimo, Cœlum esse patrem acribat, matrem vero Calliopen. Sed & quo tempore claruerit, non minus quoq; variè traditur. Siquidem Herodotus post Troianum excidium centum & LXVIII. annis ipsum floruisse scribit. Crates Mallores ante descensum Heraclidarum, quem tamen quo certo tempore fuerit, apud autores non inuenio. Eratosthenes centum à Troiana captiuitate annis. Sallius in primo annalium c. & XL. Cyrillus Alexandrinus CLX. & quinto, regnante scilicet apud Lacedæmonios Laboto, apud Assyrios Laothene, apud Latinos Albæ Siluius, apud Corinthios Agefilao: quo eodem, si Iuliano Cæs. credimus, tempore Solomon apud Iudæos regnabat. Aristarchus verò post Ionicam migrationem. Philochorus eo tempore quo facta est ipsa migratio, idq; sub Archippo Atheniensium principe, & post excidium centum & LXXX. annis. Apollodorus Atheniensis grammaticus, & Euphorbus historicus, post CC. & LX. annos. Archilochus quingentesimo post Troianam ipsam euerisionem, hoc est, XXIII. Olympiade. Cornelius Nepos diligens apud nostros temporum scriptor, ante primam constitutam Olympiadem annis centum. Plutarch. & Suidas idem ferè. Verum Philostratus iunior in Euphorbo, hæc fermè totidem verbis: Homerum, inquit, nonnulli tradunt fuisse post Troica quatuor & XX. annis, quidam septē & XX. supra centum scripsisse, quo tempore in Ioniam Athenienses coloniam deduxerunt: alij centum & XL. annis post Troiam, quo tempore Homerus & Hesiodus poemata scripsere, hic quidem ad Persen fratrem de re rustica, ille de Attidis (tāetsi in exemplaribus Aiacibus legatur) deq; eorum phalagibus. Eusebius quoq; nonnullos ait existimasse eo tempore Homerum vixisse, quo in templo Apollinis ab Oreste Pyrrhus est interfectus. Eutropius & Solinus, Agrippæ Siluij Tiberini filij ætate, hoc est, CCLXXII post captum Ilium, id quod & in Chronico Eusebius. Atque hæc quidem de ætate, quæ quàm variè tradita sint videtis. Tum Pīso: Nec minus, inquit, rogamus quæ de eius poetæ patria obseruasti, nobis recenseas. Prolixum, inquam, istuc fuerit, si Græcos & Latinos audire volueritis: tot etenim ferè sententiæ, quot scriptores: eamq; ipse operam dedisse visus est, vt minus patria & parentes suorum carminum lectione noti essent. Tu tamen, inquit Pīso, summatim collige, quæ pluribus illi tradidere. Libenter, inquam, vobis morem geram, cum vos tam audiendū cupidus videam. Nam quod alijs nauseam & stomachū solet, hoc vobis video studium ac desiderium accendere. Et hoc, inquit Pīso, summis viris sæpe placuisse videmus. Neque enim non, ne morose dicam (vt tu plane nosti) hoc aliquando M. Cicero, vt alios mittam, fecit ait. Tum ego sic exorsus: Plutarchus duas in primis Homeri patrias, ab odoratissimis duabus quidem rebus denominatas, quod diuini poetæ certe fuit augurium, celebrat, Smyrnam videlicet & Ion: in illa quidem natum, in hac tumulatum: illa myrrha, ista viola interpretatur. Hinc

nostri est argutum Romani Casanouxæ epigramma. Plutarchus ergo & Pindarus, alijsque cum his plures, Homerum Smyrnæum fecerunt: quin & eius delubrū apud Smyrnæos fuisse, testes sunt Cicero & Strabo, qui & apud eosdem cudi ait solitum nomisma quod esset Homeri nomine inscriptum. Idem & à Chijs fieri scribit Iul. Pollux. Simonides poeta lyricus Homeri patriam tradit Chion, in qua insula fuit Homeridarum familia, quod & Harpocration testatur ex Acufilai & Hellanici sententia. Sed non intempestivum fuerit, inquam, ut hoc loco quid de Homeridis legerim vobis exponam. Græci quidam in Pindarum grammatici hoc nomen ab Homero deductum opinantur, quod vobis hesterno sermone retuli. cum enim prius Homeridæ vocarentur, quod essent ex genere Homeri, eiusque versus fideli quadam successione præceptos conseruarent, & canere soliti essent, mox sunt Rhapsodi vocati, non in Homerum genus referentes, quales legimus tempore Cinathi fuisse, de quo alio loco agemus. Crates tamen à Seleuco reprehenditur, quod Homeridas putauit à poeta denominari, cū sint ab obsidibus dicti, quos paulò antè ὁμηρίδας nuncupari diximus. Nam cum aliquādo Chiæ mulieres in bacchanalibus insanissent, ita ut cum viris manum confererent, tum pacati inuicem, reconciliatis animis homeros, hoc est, obsides inuicem dantes sponfos sponfasque, pacati sunt: vnde ex his postea nati, qui Homeridæ dicti sunt. Sed & rhapsodiæ cantores Homeridæ dicti sunt à Pindaro in hymnis hemionicis, si expositoribus stamus, & Straboni. Aristocles verò Rhapsodos Homeristas vocatos ait. Idem scribit Athenæus, qui & Demetrium Phalerum ait primum eos in theatra induxisse. Sedenim Chamæleon in eo quem de Stesichoro librum composuit, Homeristas ait non Homeri solum, sed & Archilochi versus & Mimnermi & Phocylidis concinere solitos. At super his iam satis vagati, ad Homeri patriam redeamus. Antimachus & Nicander Colophonium Homerum putauerunt, quod quodam epigrammate à nonnullis astruitur, quod eius sepulchro inscriptum fuisse aiunt. Bacchylides & Aristoteles Iaten, hoc est, ex insula Ios: id quod Stephanus negat, qui ipsius matrem ex Ios fuisse autumat, quod hoc etiam oraculo confirmat:

Felix, infelix, nam sorte es natus vtraque.

Tu patriam quæris? sed matris non patris extat.

Insula matris Ios patria est, quæ te morientem

Excipiet, sed tu πάλδιον ænigma caueto.

Quinetiam in hac ipsa insula Homeri sepulchrum & Clymenes, quam eius fuisse matrem Iates prodidere, ut paulò antè ex Pausania recitauimus. Cyprii quoque Homerum sibi vendicant, eiusque matrem fuisse asseuerant Themisto mulierem indigenam. Ionium verò Philostratus in Meletis imagine facit. Ephorus alijsque nonnulli Cumæum. Aristarchus & Dionysius Thrax Atheniensem, quibus & noster grammaticus Diomedes astipulatur. Meleager Gadaræus, Syrum fuisse prodidit. Sunt qui Troianum, qui Cenchræum, qui Lydium, qui Ithacensem, qui Salaminium, qui Gnosium, qui Mycenæum, qui Thessalum, qui Rhodium, qui Argium, qui Aegyptium putauerunt ex Thebis. Sed & Itali tanto ciue gloriari possunt: quippe si Suidam audiamus, & illum plerique Lucanum vel Romanum prodiderunt. Videtis ergo, quanta sit inter scriptores de Homeri patria controuersia, non modò de septem illis, quæ vulgatissimo Græcorum disticho certare dicuntur. Ridet certè Homerus ipse eos apud Lucianum, qui de sua patria certant, sed ipse Babylonium esse ait. Ridet & apud eundem in encomio Demosthenis Therfagoras poeta, difficillimumque ait esse ideo laudare Homerum, quod nihil de patria, nihil de educatione, de moribus, eiusque cæteris rebus certi habeamus. Quis igitur in tanta scriptorum varietate, certi quicquam constiturive asserere audeat? Fuit tamen cum existimarem ego, septem ea ratione vrbes de Homeri patria certasse, quod non septem modò, sed octo quoque Homeros fuisse legeram. Nam Archilochus, qui eadem Homeri ætate claruit, siquidem vel libellus ille legitur

legitimus est, vel Archilochus de se loquenti standū est, in eo quidē qui de temporibus inscribitur, in hunc propè modum scribit: Octo, inquit, Homeri nomine fuerunt, quorum primus Smyrnaeus, à Nino xxvii . paulò ante descensum Heraclicidarū in Peloponnesum, anno scilicet xx Demophoontis Athenarum regis. Secundus Chius, qui in medicina anno vndeuigesimo Melanthi regis Athenarum floruit. Tertius Cumæus fuit, qui in magicis artibus plurimum celebratus est, quarto & xx . anno Codri. Quartus ex Salamina Cypria ditissimus arte institutoria, anno octauo Agasti. Biennio post Colophonius Homerus pictura simul & callatura excelluit. Sextus Atheniensis, qui Archippi temporibus leges
¹⁰ abolitas & antiquatas reuocauit. Septimus Argiuus geometra & musicus, multū per ea tempora in precio habitus quibus Athenis regnabat Diogenetus. Octauum Homerum, inquit Archilochus, ætas hæc nostra cernit Mæonium, qui Olymp. xxiii . & à Troiano excidio quingentesimo anno, victor in poetarum certamine omnium eximius iudicatus est, & idcirco ei ius datum est emendandi characteres, & dicendi regulas: aliæq; plurima instituit, quæ sunt ab eodem Archilochus perscripta. atq; hæcenus quidem ex illo. Sed nunquid, Piso ait, præterea de Homero plura es dicturus? Multò, inquam, citius mihi verba defuerint quàm res: quæcunq; enim vobis dixerò, tanquam (quod dicitur) teruncius erit ad Cræsi diuitias. Credo equidem, ait Piso: itaq; te libenter audimus: quare iam
²⁰ reliqua non iam planè protrita subde. Porphyrius, ego inquam, Homerum ait in Chio Aresiphonem Gnotoris vxorem duxisse, ex qua filios tres sustulit, Euryphonta, & Theolaum mares: aliam fœminam, quæ Stasino Cyprio nupsit. Herodotus tamen duas tantum Homeri filias commemorat. Scribit ad Albinā Seneca, quòd Homerus solo contentus fuit seruo. Varia quoq; de ipsius morte feruntur. Illud plerisq; persuasum est, eum tum demum diem obiisse, cum piscatoribus sibi propositam quæstionem haud dissoluisset. Antiquis enim id moris fuit, vt ambigua quæstiones proponerentur, qua de re in ijs quæ tibi Pice collegi ænigmatis abunde differui. Alij sunt qui eius mortem aliter narrent. Cum ex Samo, aũt, ad Ion fortè nauigaret, morbum ex nausea & fastidio contraxit: quem
³⁰ cum ex imbecillitate haud facile ferre posset, nautas rogauit vt se enaui in regionem mari proximam deponerent: quod cum nauæ fecissent, grauiore correptus morbo diem obiit: quo ferè modo & Vergilium extinctum esse vos planè nosse haud ambigo. Sotades quidem suo carmine fame consumptum canit Homerum: inquit enim,

τὸν θεῖον ὄμηρον λιμῶς καὶ ἰσθμῶν ἀίψου.

Cuius autem tum esset ætatis Homerus, tradit Polycrates, qui eum centum & octo annos vixisse monumentis literarum mandauit. In Io verò insula, vt Herodotus & Plutarchus scribunt, hoc epitaphio tumulatus est:

ἦθάδε τῶν ἰσθμῶν καὶ φαλιῶν καὶ τῶν καὶ λυπῆται,

⁴⁰ *αἰδέων ἡρώων καὶ σμῆνας θεῖον ὄμηρον.*

Quod nos sic vt cunq; vertimus:

sacrum hîc terra caput diuinum claudit Homerum,

Heroum atq; virum cecinit qui fortia facta.

Quòd autem ibi esset sepeliendus, prædictum illi ab oraculo fuerat, ex quo hîc est versiculus:

Insula Ios patria est matris, quæ te morientem

suscipiet.

Inconstans hac in re Plinius: nam alicubi quidem in Io, alicubi in Scyro tumulatum prodit. Solinus in Chio, Martianus Capella in Naxo. Hæc cum dicerem, & me admodum attentè Pice puer audire videretur,
⁵⁰ delectatus eius attentione, Libet, inquam, vobis renarrare, quæ à me sunt aliàs in huius cœlestis poetæ commendationem dicta, idque in primis quòd est à Philostrato traditum in Achillis imagine, cum illum non modò in reliquis virtutibus, sed & in Musica excelluisse dixisset, quòd puerorum Hyacinthi,

cinthi, Narcissi, Hylæ, & Abderi fletus concinuisse & funera. Achillem quoque ait sacra Calliopæ Musæ fecisse, quæ poetices & Musices præses dea esset: vnde, inquit, Musa illi in somnis apparuit, quæ futuris temporibus futurum poetam pollicita est, quem, illa ait, Achille faciã gesta tua & laudes canat. Sed his longè plura idem Philostratus in Proteusilo de Homero scribit, eum enim cæteris poetis præfert, nec modò Hesiodo, verùm & Orpheo, quem ait in multis ad theologiam spectantibus victum fuisse: & Musæo in oraculorum carminibus, & Pampho quoque in hymnis. Sed & Isocrates Homericò poemati tantam venustatis accessionem factam ait, quia illi in somnis Helena apparuerit. At fabulosa multa huiusmodi missa factò. Illud certè memoria dignissimum, quod de Pisistrati diligentia proditum est, qui Homeri versus non legitimos modò, sed oblatos quoscunq; auro rependit, prouinciãque eos in ordinem redigendi grammaticis tum celeberrimis accitis mandauit, à quibus in eas quas nunc legimus rhapsodias distincti sunt. Sunt qui Pisistratum ad hoc faciendum à Solone animatum prodant: quin & Homericam partem catalogi ab illo adiectam. Quidam Aristarchum grammaticum id præstitisse falsò prodiderunt, qui Pisistrato longè posterior fuit, vt suo loco vobis ostendam. Lycurgum quoque Lacedæmonium legimus, cum ex Creta in Ioniam descendisset, ad mores & nouas leges perdiscendas, incidisse in Homeri carmina, quæ eo adhuc tempore dissipata & parum cõposita, apud Creophilii filios latebant, ea exscripsisse, quòd in ijs eruditionem, & ciuilia instituta reperisset. atque idcirco à Dione dictum puto, non parùm multa Lycurgum in suas leges ex Homero deriuasse. Quanti verò Homeri carmina fecerit Alexander Macedo, ij quidem declarant, qui Alexandri vitam perscripserunt. nam & Darij scrinium illud preciosissimum, ad preciosissimum Iliados Homericæ carmen custodiendum esse voluit, quam quidem Iliada ille Aristotele exponente edidicerat, & quocunq; gentium proficisceretur, suum eam vitaticum appellans, deferebat. quinetiam, vt est ab Onesicrito traditum, illam eandem cum pugione sub puluino dormiens semper habebat. Alcibiades quoque Atheniensis tanti ingenij vir, cum in ludo quodam fortè literario esset ingressus, Homeri librum sibi afferri iussit: cum nihil ibi Homeri esse, responsum fuisset, còdylo magistrum percussit, & abiit, indignum ratus esse, magistrum Homericò carere versu. Num & illud parum vobis videtur quod de Zoilo legitur, qui ab Homeri calumnia cognomen adoptauit, vt Homeromastix vocitaretur: Is, inquam, Zoilus cum Alexandriam ad Ptolemæum Philadelphum accessisset, suãque contra Iliadem & Odyseam conscripta regi recitaret, addit & Galenus, cum & Homeri statuam verberasset, Ptolemæus animaduertens poetarum parentem, omnisque philologiæ ducem tot iam seculis mortuum vexari, cuius scripta à cunctis gentibus suscepta, ab eo vno vituperari, indignatus Zoilo nullum dedit responsum. Verùm cum diutius in regno fuisset Zoilus inopia pressus, summisit ad regem, postulans vt aliquid sibi tribueretur: cui rex respondisse dicitur, Homerum, qui ante annos mille decessisset, auro perpetuo multa millia hominum pascere: itidem debere qui meliori ingenio se profiteretur, non modò vnum, sed etiam plures alere posse. Et ad summam, mors eius, vt patricidij damnati, variè memoratur. Alij eum scripserunt à Philadelpho etiam in crucem fixum esse, nõnulli in eum lapides esse coniectos, alij Smyrnæ viuum in pyram esse coniectum, alij in Olympiã ad Scironias petras impulsum, quorũ quoduis ei acciderit, merenti digna, vt ait Pollio Vitruuius, constitit pœna. Num hic vobis Zoili interitus, maxima Homeri commendatio videtur: Magna, inquit Piso. Sed quoniã, inquam in Zoili sermonem incidimus, reliquam eius historiam persequamur. Fuit ergo Zoilus Amphipolites. est autem Amphipolis Macedoniæ ciuitas, quæ prius Nouem viã, hoc est *νῦν ἐπὶ ἑπτά* dicebatur, multisque alijs nominibus que Stephanus colligit, appellata. Erat verò Zoilus rhetor & philosophus, & aduersus Homeri poësin grammatica quædam scripsit, lib. i x. Historiã à theogonia, id est,

Zoilus Homeromastix:

- id est, à deorum generatione ad usq; Philippi interitum, lib. III. De Amphipoli patria, aduersus Socratem oratorem: & alia plura, inter quæ & Homeri conuicia & vituperationem. Hunc etiam Polycratis auditorem quidam scribunt, & contra Socratem quoq; orationem perscripsisse, vnde ex maledicentia cognomen est sortitus *κύνων ῥητορικός*. Habitu à cæteris dissimili utebatur. Cum enim eius gentis consuetudo foret prolixiore vti veste, ipse vestimentis nec quidem genua attingentibus utebatur. Promissiore quoque barba vsus, caput ad cutem tōdebat. Oratione tamen accurata & compra ipsum vsus esse legimus. Odij verò ac inimicitiarum audivissimus fuit, lingua petulantissima & maledicentissima.
- 10 Cum aliquando esset à quopiam interrogatus, cur adeò in alienum nomen ac famam esset procliuus, respondisse fertur, *ὅτι ποιῶμαι κληῶς βελάμην, & δαίωμαι*. Sed iā de Zoilo satis, quoniam indignus est vt cum poetis celebretur, nedum cum Homero, quare ad reliqua de Homero me refero: in cuius nunc commendationem mitto, quæ vinitor apud Philostratum, imò quæ Philostratus ipse commemorat: mitto & quæ Hermogenes rhetor egregius, quæ Halicarnass. Dionysius, & alij Græcorum: mitto item quæ Latini nostri M. Cicero, & F. Quintilianus, de Homero, eiusq; magnificentia tum verborum tum sententiarum diuinitus scripsere. Eum certè & Naso fontem appellauit, à quo vatum Pierijs ora rigantur aq;. Palaton quoq; pictor eum ita in tabula pinxit, vt vomere videretur, atq; earum
- 20 fordium reliquias tantum cæteros poetas colligere. Appion verò ille grammaticus, mundi cymbalum appellatus, qui sub Caio Cæsare omnem ferè Græciam lustrans, in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus fuit, Homerum dicere solebat vtraque materia consumpta, Iliade scilicet & Odyssæa, vnum principium operi adiecisse, quo est Troianum bellum complexus: eiusce rei argumentum esse, quòd duas literas in primo versu posuisset ex industria, quæ librorum suorum numerum continerent, hoc est M & H, quæ numerum XLVIII. faciunt. Illud verò vos non sine stomacho vel cachinno excepturos puto, quòd Homerum aliquando Athenienses L. drachmis multarunt, quòd illum insanire, insanientes ipsi, putarent. Id autem ea ratione factum scribit Corn. Nepos,
- 30 quòd deos cum hominibus belligerantes in suis carminibus induxisset. Illud quoq; vos latere nolo, Homerum fortè aliquando cum versum quendam pronũcialisset perperam, non ob id territum fuisse, quin reliqua intrepidè prosequeretur: tanta illi de se fuit fiducia. Versum eum fuisse ait Didymus:

Μῆνιν ἀειδέε θεῶν πηλιῶν, ἰὼ ἀχιλλῆος.

- In que tres hos errores annotabat: primum heptimemerim breuem, contra naturam productam. secundum, quòd in quinto pede non seruata est ratio synalœphæ. tertium, in Achille, syllabam secundam vna litera fraudatam, vt dactylo locus esset. quam rem & Iustinus philosophus obseruauit, cum Homerum ait carmen illud ab Orpheo sumpsisse, maluisseq; à metri ratione decidere, quam eum non imitari de Cerere scribentem. Sed non mirum antiquos aliquos Homerum notas-
- 40 se, cum & (si dijs placet) aliquos & hodie esse videamus, qui audent (quod dicunt) os in cælum ponere, ipsumq; poetarum deum in ordinem nunc demum redigere, quorum alter quidam carmine scripsit, alter priorem secutus in opere, & quidam in genti quo omnia perstringit, soluta oratione. Sed hæc præteruolemus licet. Cui verò hic Piso & Picus aliquantum subrisissent, subdit Piso: Hic te iandudum expectamus, vt quæ sint ab Homero carmina descripta, nobis enarres. Cui ego: Nec hoc, inquam, præterire volebam, sed longius imprudens aberraueram. Audite igitur quæ ipse ex multis collegi. Scripsit Homerus in primis hymnos, Amazonia. paruum Iliada. Sunt & inter eius poemata νόστοι, Epí cichlides: cui poemati
- 50 id nomen ea conrigit ratione, quòd cum aliquando Homerus eos versus caneret, ferunt eum munus accepisse à pueris cichlas. auis id genus, quæ modò turdus à Latinis, modò sturnus dicitur. Eius etiā poema fertur ἰθὺς ἀκίβης, siue iāb. Ranarum muriumq; pugna, hoc est, βατραχουμαχία. Gruum itē pugna, id est, ὄρνιθομαχία. De

Palaton pictor.

aranearum certamine, hoc est, ἀραχνομαχία. Ceramis, Amphiarai descensus, Pæ-
 gnia, Siciliæ captiuitas (si sic per criticos liceat dicere) Epithalamium, Cypria,
 quod tamen Homeri opus esse negat Herodotus, vt supra in Eueclo diximus.
 Item Epigonus. Margites præterea, Homeri carmen creditur, quod in poetica
 Aristoteles instar Comœdiæ fuisse scribit: citatur verò cum ab alijs, tum etiam à
 diuo Platone. Magnus Basilius ait Homerum dicere, Margitem neq; aratorem,
 neq; fossorem fuisse, alteriusve rei cuiusq; effectorem. Scribit verò Dion Chry-
 sostomus, Zenonem magnum philosophum librum condidisse in Margitem,
 nec primi Homeri illud opus, sed secundi. Sunt etiam qui neutrius affirmant, sed
 Pigretis, de quo nonnihil aliàs agemus. Val. tamen Harpocratio legitimum ait ¹⁰
 Homeri illud esse opus, idq; propterea valde admirari solitum Callimachum: &
 Margitem fatuum ait significare hominem & stolidum, qua (inquit) ratioe De-
 mosthenes Alexandrum Margitem appellare consuevit. Meminit & Margitis
 Plutarchus alijsq;. Cætera Homeri carmina collegit Herodotus & Suidas. Sed
 inter omnes præcipue celebrata Ilias & Odyssea, in quibus totius philosophiæ,
 & artis oratoriæ, necnon poetices lumina conspiciuntur, quæ Plutarchus inter
 alios patefecit. Fuere verò præter hunc Homerum, & septem alijs eodem nomi-
 ne, vt iam supra ostendimus. Sed & alios duos Suidas alijsq; nonnulli afferunt,
 quorum is prior qui Myrûs Byzantiæ & Andromachi filius fuit, in eo poetarum
 ordine, quem Græci Pleiada vocant, cõnumeratus: de qua Pleiade alio loco ab- ²⁰
 undè vobis loquar. Claruisse verò hunc Homerum III. & XX. Olympiade, sunt
 qui tradant, quod parum mihi credibile videtur, vt planè liquebit cum de ea Ple-
 iade agemus. Septem autem & L. fabulas, vel vt alijs putant XLV. scripsisse hunc
 Homerum, proditum est in ijs, quæ in Theocritum scripta sunt commentaria.
 At verò alius Homerus Sellius est cognominatus, qui & grammaticus fuit, scri-
 psit tamen pægnia & hymnos, atq; idem de personis comicis, & Menandri fabu-
 larum argumenta. Hic hic te volebamus, inquit Piso. Nam cum vir sanè doctus
 Homerum istum eorum qui extant hymnorum autorem putarit, abs te ego sci-
 re velim, quid tu hac de re sentias. Tunc ego: Non equidem video, cur Homero
 antiquiori, hoc est, Iliados & Odysseæ conditori, hymni qui leguntur ascribi nõ ³⁰
 possint, tum dicendi filo, tum carminis maiestate. etsi nonnullis in locis mendo-
 se parumq; castigatè legantur. Sed vide Piso quam in censuram me traxeris, qua
 tamen nulli postulo præiudicatum, quò minus quid velit sentiat: video enim
 quàm temerè protulerim: quare de Homero iam fatis. A quo non longè abfuit
 senex, rusticana agrestiq; facie. Iamdudum, inquit Piso, Hesiodum nobis af-
 fers. Ipsum inquam profectò Hesiodum, quem & aliquo tempore cum Homero
 floruisse accurati quidam prodidere scriptores, alicubi licet Cicero noster Ho-
 merum longè faciat antiquiorem. Vetus certè disceptatio inter grammaticos,
 Gellio & Seneca & Pausania testibus, vter ætate præcesserit: qua de re & dialo-
 gos duos Ponticus Heraclides scripsit. & Cyrillus libro primo contra Iulianum ⁴⁰
 Cæsarem, Centesimo, inquit, LX. & quinto anno post captam Troiam Home-
 rum & Hesiodum fuisse dicunt. & reliqua. Tum paulò post subdit idem Cyril-
 lus: Tradunt autem quidam, quòd Homerus non fuerit coætaneus Hesiodi, sed
 in illis fuerit temporibus, regnantibus apud Hebræos Azaria & Ozia, apud
 Medos Arbace, apud Latinos autem Proca Siluio, ante scilicet constitutionem
 Olympiadum. Quæ cum dixissem, Nos, inquit Piso, summopere auemus de te
 audire, quæ tu assidua lectione super hac re annoraueris. Quibus ego: Libenter
 sic agam, inquam, remq; ideo altius aliquanto repetam. Porphyrius enim & ple-
 riq; alijs, Hesiodum Homero iuniorem annis centum faciunt, atq; ante primam
 Olympiadem: quam opinionem sequi videtur Solinus, qui ita scribit: Inter Ho- ⁵⁰
 merum & Hesiodum poetam, qui in auspicijs Olympiadis primæ obiit, cen-
 tum XXX anni interfuerunt. Alij eadem Homeri ætate floruisse scriptum re-
 liquere, quam opinionem & Philostratus habuisse videtur, & Velleius non da-
 mnan-

Hesiodus.

DE POET. HIST. DIAL. II.

mandus historicus (tametsi quidā insulse nullum fuisse Velleium suspicantur) & M. Varro in primo de imaginibus, ut est apud Gellium: Non est, inquit, dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint Homerus & Hesiodus, idq; ex epigrammate comprobatur, quod in tripode inscriptum fuerat, qui in Helicone Mulis positus erat. Epigramma quod apud Dionem legi, & inter græca epigrammata, tale est:

*Hesiodus posuit Musis Heliconibus istum,
Cum cantu vicit diuinum in Chalcide Homerum.*

Græcum verò si mauultis, hoc est:

10 Ἡσίοδος ἔμειπεν ἐλικωνίῳ τὸν δ' ἀέθνηκε,
ἕμνων νικησας ἐν χαλκίδι θεῖος Ὀμηροσ.

Verum ubi in hunc sermonem incidimus, hanc vobis, ut cunq; meis verbis poterō, historiam ex Plutarcho recitabo, qui eam tum in quinto Symposiacōn attingit, tum in eo, quod septem Sapientum conuiuium inscribitur, copiose explicauit. Homerus, inquit, & Hesiodus in Oelyci Thessali exequijs & Amphidamantis Chalcidenlis, carminib. certarunt, qua in re dubia atq; anceps iudicium fuit sententia; conuersi, inquit, sunt ad huiusmodi interrogationes, & proposuerunt inanes, ut aiunt, quasdam nugas (si modò rectè interpretamur, ὡς φασὶ λίσχας, non ὡς φασὶ Λέσχης, ut passim legitur: non tamē decerno, conscitus & Lesches

20 nomen esse proprium poetæ Lesbij) Homerus quidem sic:

*Musa mihi referas, quæ non vnquam antè fuere,
Nēne futuraretro.*

Tum vero ex tempore respondit Hesiodus:

*Verum cornipedes quando Iouis ante sepulchrum
Festinantes propter palmam plaustra terebant?*

Ob hoc ferunt Hesiodum maximè omnibus fuisse admirationi, atque tripodis præmium affecutum. Sed græca, inquit Piso, ipsa carmina audire cupio, durè enim admodum & inconditè ea vertisse videris. Audite ergo ea græcè, inquam: non enim eo inficias quod ais. Homerus quidem ita:

30 μῦθός μοι ἔνεπ' ἐκείνα τὰ μήτ' ἐγένοντο πρότερον,
μήτ' ἔσσι μετόπιόθις. Sic verò Hesiodus:
ἀλλ' ὄταλς ἀμφὶ δῖος Τύμβω κακὰ χίποδες ἵπποι
ἄρματα σωφροσύνας ἐπ' ἔργουλοι ποδὶ νίκης.

Porro ne & hoc vos lateat, iudicè inter Homerū & Hesiodū Panidem Chalcidis regē fuisse, res vsq; in prouerbiū deducta ostēdit, *πανίδος ἡνφθ*, Panidæ suffragium: quod in eos ferri solet, qui ineruditè minúsq; sapienter iudicāt. Pulchrè, inquit Piso, & sane simul monstrasti, eadem Homerum & Hesiodum ætate fuisse: sed nihil vetat quò minus eadem diligentia reliquā eius poetæ vitā, ab Atticis vsq; literis (quod aiunt) nobis repetas. Faciam id libenter, inquā, quando parum

40 hoc à nostris hæctenus hominibus est, quod sciam, factū. Hesiodi igitur nomen, ut ab hoc incipiam, à castè & pudicè loquendo deductum videtur, *πρὸ τὸ ἦσιν ἄδω*. Patria verò illi Cuma: quæ vrbs inter Aeolicas numeratur ante Lesbum sita. Num tu, inquit Piso, Hesiodum Aseræum fuisse negas? eo enim nomine à Græcis & Latinis vocatur. Recte tu quidem, inquam: sed si me vos audire volueritis, qua id ratione factum intelligetis. Hesiodi quidem patria Cuma fuit Aeolica, ut ab Herodoto, Strabone & Stephano traditum est. Val. quoq; Probus, non aliū quàm Hesiodum intelligere Vergiliū autumat illo carmine:

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

quòd scilicet Hesiodus Cumæus primus ætates ex metallis cōmentus est, ut li-
50 quidò videt in eo quod *ἔργα* inscribit poemate. Natus ergo Hesiodus Cumæ, patre Dio Ampelidis filio, qui ex Menalopo Ithagæo Critonis filio natus erat, matre verò Pycimede: qui utiq; parentes ære alieno oppressi, cū vnde dissoluerent nomina non haberent, in Aseram Bœotiae vicum demigrarunt, ubi est pu-

er Hesiódus educatus, atq; inde Afræus cognominatus. Plutarchus ex Ephorū Cumæi sententia refert, Attellen, Mæona & Dion Cumæos, fratres fuisse, quorū Dîus, quem nauticam exercuisse comperi, ob eam quã attulimus causam in Afram migravit, vbi (ait) Pycimeden vxorem duxit, ex qua natum ferunt Hesiódum: qui dum paterna armenta puer custodiret, à Musis amatus fuisse perhibet: quæ illi gustandum laurum dedere: eam enim lauri naturam esse scribit ipsius poetæ interpres Proclus, & Isaacius Zezes, vt qui eam mandunt, vates fiant: vnde & Lycophron poeta ea causa δαφνηφόρος vatem nominat. Idem & in Cassandra Sophocles, & noster Tibullus agens de Sibylla:

Vera cano, sic vsq; sacras innoxia laurus

Vescar, & æternum sit mihi virginitas.

10

Aphthonius quoq; rhetor, laurum vaticinij symbolum esse prodidit: quare & laurum ipsam veteres μαρτυρικὸν φυτόν appellauerè, hoc est, vaticinam plantam. Et Claudianus ait:

Venturi præscia laurus.

Eadem ratione Apollini sacra dicitur, qui vaticinij deus à gentibus est creditus. Quin & ex huius arboris foliorum crepitu, dum cremantur, antiqui futura (vatinam non & hoc nostro tempore) prædicabant: quod & philosophus Porphyrius credidit. Si enim magno strepitu in igne crepuissent, felicitatem significabant: si siluissent, vnde & tacita laurus est dicta, infelicitatem. Et perinde de illa idem Tibullus:

Laurus vbi bona signa dedit gaudete coloni.

Et Propertius:

Et tacet extincto laurus adusta focò.

Lauri insuper folia si noctu puluino subiecta fuerint, somniorum veritatem conciliare produntur. Dictam autem Daphnē prodit Eustathius, à δα particula intentiua, & φωνίω verbo, quod voco & cano significat, quòd laurus in igne posita crepet & sonet: vnde fortasse & ipsi nos Latini Laurum deduximus, à λα, vt δα particula intentiua, & vro, vt si non voce, at significatu conueniat. Si plura verò de lauro discere cupitis, præter ea quæ à nostris traduntur, legite Parthenij librum ἐρωτικόν, & Constantini librum x i. de re rustica, quo loco plura leguntur parum Latinis nota. Sed iam à Lauro ad Hesiódum reuertar, qui lauro gustata, haustaq; Hippocrenes vnda, repente poeta produit: id cum alij, tum ipse de se in Theogonia cecinit. Quam rem ita Maximus Tyrius interpretatur, vt Hesiódus putet voluisse, quæ sui ingenij & artis esset cœtura in deas referre, vt se Musis gratum testaretur: vt si quis ærariam calleat, Vulcano tamen sua assignet opera. Sed hac de re plura apud ipsum Maximum legetis. Delectatum quidem peregrinationibus Hesiódum legimus, sicuti & Homerum: quam rem tamen in somnium quidam retulere. alij, quòd qui peregrè proficiscuntur facilius prudentiam cæterasq; virtutes comparare existimantur, quòd mores scilicet hominum multorum videant. Vxorem quoq; duxisse proditum est Ctemenen Physigei filiam, & ex ea Stesichorum poetam natum. Alij non vxorem fuisse, & ob hanc ipsum Hesiódum occisum: nam cum de se scitatum oraculum Delphos iuisset, eiq; responsum foret, vt Nemeæi Iouis templum vitaret, quòd ibi esset vitæ finem habiturus, cumq; ea causa Nemeam Peloponnesi fugeret, fortè in Oeneonem Locridis peruenit, vbi Nemeæi Iouis templum fuerat, vt scribit Thucydides, quo in loco incautus ab Amphiphane & Ganetore Physigei liberis interemptus est, quòd ab eo vitiatam sororem Ctemenen crederent. Cadaver ab ijs in pelagus proiectum est, id quod cum occultè fecissent, ab Hesiódi cane facinus est proditum, vt scribit Plutarchus. Alicubi tamè non Physigei filij, sed Ganyctoris Naucleij dicti sunt, vt in illo est cui titulus, Quænam animalia prudētiora, terrestriane an aquatilia. Pausanias quoq; in Bœoticis Hesiódi interitum ita recitat: Filij, inquit, Ganyctoris Ctimenus & Antiphus in Molycrian ex Naupacto fugerunt ob hec di

30

40

50

Hesiodi necem, vbi in Neptunum impij existimati sunt, de illisq; est facta quaestio. & caetera quae ille prosequitur. Mortis Hesiodi causam Plutarchus sic in Dioclis conuiuio explicat. Cum Milesio, inquit, comite & Troilo puero Hesiodus apud quendam hospitatus est: noctu Milesius hospitis filiam vitiauit: rei consciunt Hesiodum rati puellae fratres, illum inter pascua cum puero occiderunt, & cadauer in mare proiecerunt, pueri vero corpus in littore reliquerunt, a quo & loco nomen inditum. Ferunt, inquit, Deorum voluntate a Delphinis cadauer ad litus delatum, vbi tum forte Neptunalia celebrabantur. Id scelus vbi incolae intellexerunt, intersectorum domos diruerunt, viuos ipsos, qui facinus admiserant, aquis suffocarunt. Alij post diem tertium a Delphine in litus cadauer deuectum tradunt. Re cognita, occisores nauigatione sibi consulere volentes, vi coortae tempestatis ad vnum omnes deprehensi, naufragio perisse dicuntur. Post haec Hesiodi corpus in Nemea Locridis sepultum perhibetur, qua de re extat Alcæi poetae carmen. Dein vero oraculo monente eius ossa exportata ab Orchomenijs, & in medio foro, hoc addito elogio, tumulata:

ἄσκηρην μὲν πατρὶς πολὺ λήϊον, δὴ δὲ θανάτῳ
 ὄσέα πολλῆς ἰππῶν γῆς μινυῶν καὶ τέλει
 ἠϊόδου, τῷ πολλῆς οὐκ ἀνθρώποις κλέϊον ὄσιν
 αἰδέσθων κρηνομένων οὐ βασιλῆος ἑσθλῆς.

20 Tum Picus puer: Cur non & hos latine, vt alios versus nobis exprimis? Vt, inquam, noster Piso hos ipse conuertat, & ego interea ad memoriam caetera reuocem. Et Piso: Faciam equidem, inquit, vtcunque poterò: & non diu cunctatus, sic coepit:

Fertilis Ascræ quidem patria est. Verum morientis
 Pugnaces Minyæ condita membra tenent
 Hesiodi, cuius supra omnes plurima laus est,
 Spectatosq; viros iudicio sophiæ.

Quos cum Piso recitasset, mirum est quanto sit rubore suffusus. quod animaduertens ego, causamq; intelligens, statim subdidi: Legimus & graecum alterum

30 Pindari, quod ita noster Coelius latine vertit:

Salve cui pubes, tumulusq; bis obrigit vnus,
 Tu sapias Hesiode, quantum homini sapere est.

Sed & Aldus ita prius:

Hesiode ante alios sophia praestantior omnes,
 Salve bis quondam qui puer atq; senex.

Graecum Pindari si vultis, sic habet:

χαῖρε δὲς ἠθροῖς, καὶ δὲς τῶν ἀνθρώπων
 ἠϊόδου, ἀνθρώποις μέτρον ἔχων ἑσθλῆς.

40 Verum iam tempus est, inquam, vt quae ab Hesiodo scripta sint commemoremus, si tamen prius illud vnum, quod in graecis commentarijs repperi, attulero, super ea in graecis verba, μήτ' ἐμὸς υἱός. Filius, aiunt, Hesiodi Mnaseas est. Philochorus vero Stesichorum dixit ex Clymene: ego tamen legendum puto Cremenem, vt iam ostendi. alij tamen ex Archiepe: quo fit vt eos mirer qui scribunt, Hesiodum praeter Stesichorum & filiam habuisse Mnasean nomine, quam Archiepen vocant alij. Porro sexdecim Hesiodi legitima ferunt volumina: in primisq; Theogonia a philosopho Zenone inter alios interpretata. deinde ἔργα καὶ ἡμέραι, id est, opera & dies, in quo opere de re rustica praecipua tradit ad Perfen fratrem, quae & ipsum poetam aliqui scribunt. Sunt & qui putent ἠοίαι μεγάλας, sic vocata carmina, Hesiodi esse, vt Ennapius Graecus historicus, & in Bæoticis Pausanias;

50 quo loco & alia Hesiodi opera commemorat, de quibus iam ante plane meminimus. Post haec Astronomica scripsit, tum Hypothecas, quas tamen Fab. Quintilianus ex Aristophanis grammatici sententia Hesiodi esse negauit: at vero Aristoteles & grammatici nonnulli, vt Hesiodi legitimum opus in medium afferunt.

Scriptit item Heroum & heroidum genealogias: ad hæc & de mulierib. quo in opere heroidas multas induxit virorū fortium nuptias, ut ait Seruius, optasse. Dion verò Chrysoftomus ex Alexandri Macedonis sententia Hesiodū ea causa de mulierib. scripsisse dixit, quòd Homero cōcederet, qui de heroib. antè scripserat. & quidem Lucianus ait Hesiodū mulierū virtutes concinuisse. Tradit Pausanias Hesiodū vaticinandi artē ab Acarnanib. edoctum, de ea carmina scripsisse: Scribit Nicocles, quod & in Pindarum grammatici notant, Hesiodum primum ἑσίοιοι, hoc est, per rhapsodias carmina cecinisse. At verò Hesiodus ipse, se cum Homero, in Delo, in Apollinem huiusmodi versus primum concinuisse prodidit, dum sic cecinit, ut pridie diximus: 30

*In Delo tum primum ego, Mæonidesq; poetæ
Lusimus, inq; nouis carmen cantauimus hymnis
Auricomum Phœbum, quem Latona edidit alma.*

Sed videte, rogo, quàm ille dulcitus suauisq; sua lingua:

*Εν δήλω τότε πρῶτος, ἐνὶ καὶ ὄμηρος ἀοιδὸν
Μέλπομεν, ὃν νεαροῖς ὕμνοις ἔειπεν ὅτι ἀοιδὸν
Φοῖβον ἀπόλλωνα χρυσόορον ὃν τίκα λήϊον.*

Scriptit item Hesiodus Pelei & Thetidis Epithalamium, sicuti priore sermone retulimus. Scripsit & de Dactylis Idæis. Item Epicedium in Batrachum amicū, & quod adhuc legitur poema inscriptum Herculis scutum: quod tamen Aristophanes grammaticus non Hesiodi esse suspicatus est, sed cuiuspiam alterius, qui Homericū sit imitatus. Megacles autem Atheniensis, & Apollonius Rhodius, Stesichorusq; ipsius Hesiodi legitimum carmen esse censuere. Scripsit item de medicina. qua de re Plutarchus in symposio Dioclis: Hesiodus, inquit, in medicina plurimum valuit, quod manifestè apparet cum de victus ratione, de vini temperamento, de aquarum vi, de balneis, de foeminis, de temporum connexionem, deq; infantium statu differit. & hæc quidem Cleodemus medicus apud Plutarchum. Sunt & qui Hesiodum de herbis scripsisse tradant, quod ex Plinio colligitur. Nec desunt qui Hesiodum scribant autorem eorum apologorum qui Aesopici dicuntur. Quæ ego cum dixissem, Vide, inquit Piso, quàm paucis carminibus M. Manlius in secundo astronomicōn ista ferè omnia Hesiodi opera complectatur. Nam cum Homerum laudasset, mox ita de Hesiodo subiunxit: 30

—Sed proximus illi

*Hesiodus memorat diuos diuūmq; parentes,
Et chaos enixum terras, orbemq; sub illo
Infantem, & primum titubantia sidera corpus,
Titanas iuuisse senis cunabula magni,
Et sub fratre viri nomen, sine fratre parentis,
Atq; iterum patris nascentem corpore Bacchum,
Omniaq; immenso volitantia corpora mundo.
Quin etiam ruris leges cultusq; rogauit,
Militiamq; soli, quòd colles Bacchus amaret,
Quòd fecunda Ceres campos, quòd Pallas vtrunq;
Atq; arbuta vagis essent quòd adultera pomis,
Sylvarumq; deos sacratāq; numina nymphas,
Pacis opus, magnos natura condit in usus.*

Cum recitasset hos versus Piso, Si velim, inquam ego, quæcumq; omnia de Hesiodo legi vobis in præsentia recensere, in longum nimis noster sermo procederet: quædam tamen haud indigna relatu nequaquam præteribo. Scribit in primis Dialogum Lucianus, qui Hesiodus inscribitur, in quo Hesiodum ipsum de se multa narrantem inducit, eumq; ipse, ut solet, irridet. Sunt & inter græca epigrammata, in Hesiodū multa. Extat & apud Græcos prouerbiū, de ijs qui superscunt, 50

scunt, Hesiodia senectus, de quo & Pindari distichon legitur quod antè ab Aldo & Cœlio nostro interpretatum attulimus. Pythagoram scribit philosophus Hieronymus, cum ad inferos descendisset, Hesiodi animam vidisse ad columnã æream suspensam, astrictãq; adeò, vt stridere videretur, & cū ea Homeri quoque animam serpentibus vndiq; incinctam, ea videlicet solummodo causa, q̄ de deis falsa suis carminibus confinxissent. qua re factum puto, vt Ponticus Heraclides contra Homeri calumniatores librum illum ediderit, qui est inscriptus, Allegoria in ijs quæ de deis ab Homero dicuntur, & responsiones in eius calumniatores. Videri enim, inquit, posset Homerus, Salmoneus vel Tantalus, immoderatam atque intemperatam linguam habens, si quæ de deis cecinit, sub alia significatione non intelligerentur. & hoc quidem de Homero Heraclides, quod & de alijs poetis bonis, vt hesternâ die diximus, intelligi potest. Sed tametsi excellentis ac propè diuini ingenij fuerit Hesiodus, non tamen ideo obtractatoribus illum caruisse accepimus: siquidem iniquas aduersus eum controuersias exercuisse Cercopem legimus: in tantum excellentissimus quisq; aliquo est detractore vexatus. Homerus quidem, vt Zoilum mittam, a Siagro poeta lacessitus, Pindarus ab Amphimane Coo, Simonides à Timocreonte. Nec Vergilio Horatiõq; nostris, defuere Parones, Mæuij, Bauij atq; Suffeni, aliq; de quibus in nostris his sermonibus sparsim, vt feret locus, plura dicemus. Sed & hoc Homeromastigõn genus nostro hoc tempore non minus, quàm pridem, viget. Plures quidem nunc Critici & Zoili quàm versificatores & poetæ. At de Hesiodo iam satis. Post quem in extrema huius tabulæ parte mulierum quarundam imagines sequebantur, inter quas decem excellentiore augustiorẽq; quadam specie videbantur, quæ diuinæ mentis & consilij quodammodo conscia ac plenæ fuerant. hæ diuerso tamen vestimentorum habitu indutæ, vna quidem Phrygio, altera Persico, alia Græco, alia alio. Tum Piso ad Picum conuersus, Lilius nobis, inquit, Sibyllas narrare velle videtur, quæ Varroni Laetatioque & alijs decem fuisse dicuntur. Et cum puer id maxime se cupere significasset, Rectè, ego inquam, Pico opinaris. Sibyllas vobis ex tabula sum narraturus, eoquẽ id libentius, quo

30 Picus hic noster hoc ipsum cupere & velle videtur. Nolim vos tamen decem tantum Sibyllas nuncupatas existimare, vt scriptorum ferè magna pars ad hanc diem credidit: nam quæcunque diuino afflarentur numine & futura prædicarent, hæ Sibyllæ græca voce dictæ fuere. Nam & Phemenoen Sibyllam vocatam inuenimus, duas licet Martianus ipse Sibyllas tantum existimauerit, Hierophilam scilicet & Symmachiam Hippotensis filiam: & tres solius, Delphicam, Erythræam, & Cumanam. Græci item scriptores quidam tres nominant: primam, quam propter poeticam Philetas Ephesius sororem Apollinis existimauit. secundam Erythræam, tertiam verò Sardianam. Aelianus verò in varia historia quatuor enumerat, Erythræam, samiam, Aegyptiã & sardianam. sed

40 enim verò sibyllæ nomen deductum est, vel ab vnus nomine Delphidís, vt Laetantius, vel à deorum consilijs, vt Varro & seruius putant, quippe *σιβυλλή* Aeolica lingua Deus dicitur, vnde & frequens illud Lacedæmoniorum iuramentum *ὡς τὸ σιβυλλή*, cum gemellos Castorem & Pollucem iurant. vnde etiam & sisyphi nomen deflexum, vt Græcorum grammatici norant, suidas tamen sibyllæ nomẽ latinum esse credere videtur, & vatem seu fatidicam mulierem significare. sunt qui suidam ideo reprehendant, vel eius commentarij particulam mendosam esse se putent, vt in eo scriptore pleraque alia. Quo autem modo sibyllæ vaticinarentur, variè quidem traditur: quæ tamen obiter nunc mihi succurrunt, paucis hic vobis afferam. Nihil quidem, inquit Pico, hac re nobis gratius efficere potes. Tunc ego: Ammianus, inquam, hac de re ex Phisicorum sententia ita loquitur: sol, inquit, mens mundi nostras mentes ex sese velut scintillas diffundens, cum eas vehementius incenderit, futuri conscias reddit: vnde, ait, sibyllæ crebro prædicunt ardore torrente, & vi magna flammaram multa significat. Quod

Soli hoc loco Ammianus Marcellinus attribuit, Christiani & Hebræi verius Deo immortalis ascribunt, qui per ministros & nuncios cœlestes quibus placet vaticinium inspirat. Sunt ex Platonicis qui humanum animum tradant, & præcipuè imbecillium puerorū & mulierū, quadam carminum euocatione, seu odorum suffitu, & delinimento sopiri, & ad rerum præsentium memoriam externari, & aliquandiu remota corporis memoria ad eam transire naturam, quæ immortalis est & diuina, atq; ita veluti quodam sopore detenta, quæ futura sunt plerūq; diuinat. quod & Apuleio placuisse videmus. At verò Iāblīchus, Duobus, inq; modis Sibylla apud Delphos numen concipere solita est, vel per quempiā spiritum ex ipsius specus ore prodeuntem, vel ex adyto, cum ea videlicet super tripodē residet. Alij in numinis afflatum & alienatæ mentis furorem, quem & externis quibusdam medicamentis ac suffimentis concipi volunt, referunt. Qui autem Aristotelis consecranei sunt, cum de furore qui ab atra bile fit differunt, vaticinia inde prouenire contendunt, cum videlicet atrebilaris calor fit prope intellectus locum: quæ de re subtilissimè in quæstionibus Aristoteles, qui & eius rei exemplū Sibyllas & Bacchides, & huius generis fatidicas mulieres adducit. M. Tullius in libro de diuinatione, cum duo diuinationis genera esse definisset, vnum quod particeps esset artis, alterum quod arte careret. Est enim, inquit, ars in ijs, qui nouas res coniectura persequuntur, veteres obseruatione didicerunt, quales videlicet sunt, haruspices, auspices, coniectores, cæteri eiusmodi: carent autem ijs, qui non ratione aut coniectura, obseruatis ac notatis signis, sed concitatione quadam animi, aut soluto liberōq; metu futura præsentunt: nā cum omnia completa & referta sint æterno sensu & mēte diuina, necesse est ac cognitione diuinorum animorum animos humanos cōmoueri. Hinc & poeta Vergilius in 4. Georg.

— Ire per omnes

Terrasq; tractusq; maris cœlumq; profundum.

Sed & Cratippus existimauit animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos & haustos: quam etiam sententiam secutus videtur Horatius cum cecinit.

Affigit humi diuinæ particulam auræ.

Sed quispiā illud fortè obijciat: Cur igit non omnes vaticinant? Cui illud respōdetur, nostros animos vitæ necessitatib. seruire, propterea q; disungi à societate diuina, & vinculis corporis impediri, rarūq; esse genus eorum qui se à corpore auocent, & ad diuinarū rerū cognitionem cura omnīq; studio rapiantur. Nec ideo etiā naturaliter animus hominis diuinat, nisi cum ira solutus est & vacuus, vt ei planè nihil sit cū corpore: quod Sibyllis contigisse putandum est, & vatib. & hæc fermè ex Cicerone. Porro nec ea relatu mihi indigna visa sunt, quæ à Cælio Aureliano scribuntur cum de mania agit, eōq; magis etiam quod breuissimè omnem Platonis sententiam est executus. Plato, inquit, in Phædro duplicem furorem dixit: vnum fieri mentis intentione ex corporis causa vel origine: alterū diuinū siue immissum, eiusq; Apollinem inspiratorem esse, atq; nunc vocari diuinationem, ab antiquis verò appellatum furorem: magna Græcorum vetustas *μανία* vel *μανικὸν* appellabat, quæ nunc *μαντικὴ* dicta est. Item aliū, inquit, ex Libero fieri patre, aliū ex amore, & appellauit *ἔρωτικὸς*: aliū ex Musis, quæ appellauit *ἑρωτικὸν ἢ ποικτικὸν*, q; carmē instruere videat. Item Stoici duplicē dixerunt, sed aliū, insipientiæ genus, quo omnem imprudentē insanire probant: aliū ex alienatione mentis & corporis sympathia. Itē Empedoclem sequentes aliū dicunt ex animi purgamento fieri, aliū alienatione mentis ex corporis causa siue iniquitate: de quo genere quia ad rem medicam pertinet, se scripturū affirmat Cælius. Sed cum hac de re satis superq; dixerimus, nunc ideo Sibyllarū nomina vobis explicabo. Fuit verò inter eas prima, quæ Persica vocata est, & Chaldæa, & Hebræa etiam, à quibusdā licet perperam sit Chalcidica dicta, proprio

priò autem nomine Sambethe, siue Sabbe, vtrunq; enim legimus. Patrem verò
 habuit Berosum, matrem Erymanthen. huius meminit Pausanias in Phocæicis,
 aitque à quibusdam Babylonicam vocari, ab alijs Aegyptiam. eius & Iusti-
 nus philosophus & martyr meminit, & Nicanor in his libris quos de Alexan-
 dro Magno conscripsit, quem quidem Nicanorem nouum Homerum cogno-
 minatum scribit Stephanus. Vixisse verò hæc Sibylla traditur per ea tempora
 quibus Noa, quem & Noac nonnulli, & Noe, Græci verò, vt Iosephus ait, No-
 chum appellant, vt verò Alexander Polyhistor & Abydemus in historijs scri-
 bunt, Xysuthrum, vt apud Cyrillum in primo contra Iulianum legimus. quini-
 10 mò Sibyllam istam vni filiorum ipsius Noe nupsisse legimus, arcámq; ingressam
 cū alijs, alluuiónis & magni cataclysmi tempore: atq; vt idem Iosephus & Euse-
 bius produnt, ea quæ de turri apud Hebræos feruntur, ipsa prædixit, decq; lingua-
 rum & sermonum varietate, necnon de Alexandro multa. De CHRISTO verò
 ipsiusq; natiuitate tam certa vaticinata est, quàm si tunc illa præsens oculis con-
 spexisset, & ea ipsa quæ prædixit literis mādauit. Sed quid est, inquit Piso, quòd
 quæ Sibyllarum carmina leguntur, ea sanè imperfecta, & plerunq; absque certa
 metrorum & syllabarum lege esse videntur? Cui ego: Id potest, inquam, pluri-
 bus ex causis contigisse: siue quòd actuarij earum dicta excipientes, verborum
 flumina haudquaquam subsequi scribendo poterāt: siue quòd hi indocti, & lite-
 20 rariæ disciplinæ parum essent periti: siue quòd cū numinis inspiratione ver-
 borum dictorumq; memoria sedaretur, hinc versus nonnunquam vacillant, pa-
 rumq; constant. Sunt & aliæ quæ leguntur causæ, tam apud Iustinum ipsum phi-
 losophum, quàm Suidam, quæ ad has tamen referri queunt: quo fit, vt minus vo-
 bis mirum videri debeat, si in his Sibyllæ versibus quos ego vtrunq; ex Græcis
 latinè verti, acrostichos siue acrostichides dictos, quædam offendetis durius à
 me tralata. Ne quæso nunc, inquit Piso, te pigeat nobis aperire, quoniam versus
 acrostichi & acrostichides dicantur. Libenter, inquam ego, obsequar, idq; M.
 Tullij verbis, qui in posteriore de diuinatione lib. ita loquitur: Tum verò, inquit,
 quæ acrostichis dicitur, cum deinceps ex primis versuum literis aliquid conne-
 30 ctitur, vt in quibusdam Ennianis, quos Ennius fecit, id certè magis est attentī a-
 nimī quàm furentis. Atqui in Sibyllinis ex primo versu cuiusq; sententiæ, primis
 literis illius sententiæ carmen omne prætextitur. Hæc quidem totidem verbis
 M. Tullius. Meminit & Dionysius Halicarnass. in hist. quas qui latinè vertit, ver-
 suum apices interpretatus est: Redarguuntur, inquit, ijs quæ vocantur versuum
 apices: ea autem dico, quæ Terentius Varro in theologicō tractatu narrat. Ex-
 tant & huiusmodi Plauti poetæ Comici in suarum Comædiarum argumentis,
 extant & Rhabani Alani poetæ quidem mediocris, sed artificiosi: nec defunt e-
 tiam qui his diebus hoc carminis genere luserint. Sunt certè huiusmodi Sibyllæ
 Erythrææ versus, quos Eusebius Pamphili quodam βασιλικῶ, id est, regio sermo-
 40 ne commemorat, & Aur. Augustin. in libro de Ciuitate Dei, qui quoniam sunt
 cognitione dignissimi, ideo hic vobis, vt potero, recitabo.

Versus Sibyllæ Erythrææ de Domino nostro, habentes ἀκροσιχίδα hanc:
 ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ ΣΤΑΥΡΟΣ. hoc est, IESVS
 CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR CRVCIFIXVS.

I Ἰδὲ φέροι γὰρ λθὼν, κείσεως σημεῖον ὅτι ἔσοι,
 Η ἦξει δ' ἐρανόθεν βασιλεύς, αἰῶσον ὁ μέλλωμι
 Σ Σάρκα παρῶν κείναι πᾶσι, ὃ κόσμον ἀπαΐα.
 Ο ὄψονται ἃ θεὸν μόσῳ δὲ πιστοὶ καὶ ἄπιστοι,
 50 Υ ὕψιστον, μετὰ τῆν ἀγίων, ἡδὲ τέρμα χρόνοις,
 Τ Σαρκοφόρων ψυχῶν δ' ἀδελφῶν ἡδὲ βήματα κείνῃ.
 Χ Χρότος ὅτ' αἰ' ποτε κόσμῳ ὄλθῃ κἢ ἀκένθαι γλῆσαι,
 Ρ εἴψωσι τ' ἑδωλα βροτοί, κἢ πλῆθον ἀπαΐα,

Ι Ιχθυῶν ῥήξει πύλασ εἰρητῆσ ἀίδεο,
Σ Σαρξὲ τότε πᾶσα νεκρῶν δὲ ἔλδου θέριον φασίηξί.
Τ Τοὺσ ἀγίουσ, ἀπόμοῦσ τε τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.
Ο Ὀπώσασ ἴσ πρέξασ ἔλαθον, τότε πάντᾱ λαλήσει.
Σ Σπῆδα δὲ ῥαφόντᾱ θεὸσ φασπῆσιν ἀνάξει.
Θ Θρῶσ δ' ἐκ πάντῃν ἔσασ ἢ βρυγμὸσ δόδιτῶσ
Ε Εκκλείει σέλασ ἡελίε, ἄστρον τε χορεῖᾱ
Ο Οὐρανὸν εἰλείξει, μήνεσ δὲ τεφείγγῃ ὀλέτη.
Υ Ὑψώσει δὲ φάραγγασ, ὀλεῖ δ' ὑψώματᾱ βουωῶν.
Υ Ὑψῃ δ' ἐκίπλυγρὸν γν' ἀνδρώποισι φανήται.
Ι Ἰσατ' ἔρη πεδίοισ ἔσασ, ἢ πᾶσα θάλασσᾱ
Ο Οὐκ εἰσ πῶδασ ἡξεί, γῆ γὰρ φρυχθεῖσᾱ κεραιωῶ,
Σ Σωὶ πωγαῖσ ποταμοὶ καχλάζοντεσ λείψασισ.
Σ Σάλπιγγε δ' ἔρανόθεν φωνῆμ πολὺθρηνοσ ἀφήσει,
Ω Ωρῆσασ μύσθῃ μέλλοσ, καὶ πῆματᾱ κόσμῃ.
Τ Τάρταρόν δ' ἐχάσθ' ἀείξει τότε γαῖᾱ χανῶσᾱ.
Η Ἡξείσ δ' ὑπὲρ βῆμα θεῶ βασιλῆεσ ἀπαντῶσ,
Ρ Ρεύσει δ' ἔρανόθεν ποταμὸσ πωρὸσ ἠδ' ἐγχεῖσ.
Σ Σῆμα δ' ἐστὶ τότε πᾶσι βροτοῖσ ἀριδείκτεον, οἶοσ
Τ Τόξυλον ὠπισοῖσ, τὸ κέρασ τὸ ποθέμενον ἔσασ
Α Ἀνδρῶν δυστέλιωμ ζῶν, πρόσκομμά τε κόσμῃ
Φ Φῦδασι φωτίζοσ κλητῶσ ὠ δώδεκα πηγαῖσ.
Ρ Ράβδῃ ποιμνῆσασ σιδηρέη γε κερπίσει.
Ω Ὅυτῃ δ' οὐκ προγραφῆσ ὠ ἀκροσίχοισ θεὸσ ὄσι
Σ Σωτήρ, ἀθάνατῃ βασιλεύσ, ὁ παθῶν ἐνεχ' ἡμῶν.

10

20

Quos versus cum recitarem, Piso & Picus simul enixe me rogare coeperunt, ut illos latine referrem. Quibus ego etsi aegre ac propè inuitus morem gesserim meæ conscius infantiae ac difficultatis, quæ versum versui, & verbum penè verbo reddere cogit, ut acrostichidi respōdeatur: Qua in re illud, inquam, ignoscatis oro, quòd cum nostræ non suppetere literæ, quæ Græcis planè responde-
 rent, ego pro ἦτα, e nostra litera usus sum: & pro χί, ch. pro θῆτα, th. pro ὑψιλῶ, u no-
 stra, pro vtriusq; vi & similitudine. Quare postquam sic vultis ut memetipsum
 prodam, attendite:

I udiciū fuerit cum signum, terra madebit,
E t cælo veniet princeps per secla futurus,
S cilicet ut carnem præsens, & iudicet orbem,
O mnis homo hunc fidusq; Deum infidusq; videbit,
V nà cum sanctis excelsum sine sub æui,
S ede sedens animas censebit corpora & ipsa.
C herfos erit mundus, spinas feret vndiq; tellus.
R eijcient simulachra homines, & munera Ditis.
I nquirens portas infringet carceris atri,
S ic etenim cuncta veniet lux libera carni
T unc sanctis: ignis fontes æternus aduret.
O ccultos actus omnes & quisq; loquetur,
S ed tenebrosa Deus collustrans pectora pandet.
TH venus erit cunctis, & stridor dentis adesi.
E ffugiet solis iubar, astrorumq; chorææ,
O mne poli lumen soluctur, & aurea luna,
V alles extollet, collesq; à vertice perdet.
V squam nec celsum mortalibus, aut graue quicquam
I nde æqui montes campis, hinc cæcula ponti

40

50

- O mneratis spernent onus, hiscet fulmine tellus.
 Sic fontes simul arescent, & fluminis alvei.
 S tridula tum querulum sonitum tuba fundet olympo,
 Orbis grande malum rugiens, & damna futura,
 Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens,
 Et venient omnes reges magni ante tribunal,
 Resluet & caelo tunc sulphuris amnis & ignis,
 Sic cunctorum hominum fient manifesta sepulchra,
 Tum fides lignum cornu atq; optabile fiet,
 10 Atq; piorum vita hominum nocumentaq; mundi
 Vndis lustrabit hisse in fonte vocatos.
 Rex pastoris erit nobis & ferrea virga.
 Omnipotens Deus est praescriptus versibus istis,
 S eruator nostro aeternus rex passus amore.

Sed ut acrostichis, ita & parastichis dicitur à Gellio & Suida, quia apud Trā-
 quillum Suetonium in Aurelij Opillij vita locus castigandus, cum ait: Huic co-
 gnomen in plerisque indicibus & titulis per vnam L literam scriptum animaduer-
 20 to, verum id ipse per duas effert in parastichide libelli, qui inscribitur Pinax. Sūt
 & acrostichis contrarij, qui appellantur telioftichides, cum vltimis versuum li-
 teris aliquid significatur, quorum extant exempla in eodem Rhabano. Sunt ve-
 rò & apud Homerum eiusmodi carmina, quorum acrostichide & telioftichide,
 hoc est, prima & nouissima versus syllaba, vel esculenta aliqua, vel vasa, vel si-
 milia significantur, ut pleraque sunt quae ab Athenæo colliguntur, ἀστὸς, μήλα, ὀλ-
 μος, μύλα, λύρα. Exempla vobis duorum primorum tantum afferam, ne tot grae-
 ca inculcemus:

Ἀργεῖοι παῖδες θυγάτηρ ἡλίου γέροι γῆ
 hinc ἀστὸς, id est, panis colligitur. Alterius verò,
 Μήτε σὺ παῦτα ἐκείσα δῖοιο, μήτε μύλα.

- 30 & hinc μήλα excipis, hoc est, mala. Sūt praeterea versus recurrētes, παλινοδομεῖον ἵδω
 dicti à Graecis, de quibus alibi dicemus. Hi & Sotadici vocantur. Verum de his
 fatis, nunc ad Sibyllarum imagines redeo. Secūda inter eas Libyca dicta est, cu-
 ius in Lamiae prologo meminit Euripides, ut scribit Lactantius. Tertia verò Del-
 phica, quae Delphis nata est: hanc Artemin quidam vocant, de qua multa in libro
 de diuinatione Chrysippus. Ante Troianorum tempora oracula dedisse tradit:
 quinetiam Troianum excidium praedixisse Bocchus est autor. Nec desunt qui
 Homerum tradant non pauca huius Sibyllae carmina suo operi inseruisse, id quod
 & Solinus annotauit. Quarta inter Sibyllas Cimmeria fuit, ex Cimmerijs vide-
 licet Italiae populis, ut Suidas & Isidorus scribunt, quae in Lactantij Firmiani co-
 40 dicibus perperam Cumæa vocatur: quibus decepti codicibus videntur hi qui his
 temporibus ante me de Sibyllis scripsere, quos inter mihi modò risum mouit eru-
 diti sanè cuiusdam dialogus, in quo, si dis placet, inscitiae Varronem taxabat, quod
 diuersam Cumæam à Cumana fecisset, idque ex Lactantij male castigatis verbis.
 Meminit & Cimmeriae Neuius in lib. belli Punici, & Piso in annalibus. Quinta
 Sibylla Erithraea dicta est, quam alij Lamiae filiam putauerunt, alij Aristocratis &
 Hidoles, vel Crinagore. At verò Hermippus Theodori filiam existimauit, & ex
 regione Erythris, quae Batti olim dicebatur. Tum verò inquit Piso: An ista Sibyl-
 la est cuius fabulam Maurus Seruius narrat, quod scilicet parte ab Apolline ama-
 ta, vitae longitudinem promeruit ex pugilli arenae mensura, eoque usque finem non
 50 habitura, quousque humum patriam non conspiceret, idque longo post tempore ex
 sigillo epistolae contigisse traditur. Huius fabulae meminit Papirius in Syluis,
 & ideo quoque à Vergilio longaeva sacerdos in sexto Aeneid. dicitur. Sic, ego in-
 quam, fabulantur. Quin & ipse in Manardi natalem ad hanc alludens cecini:

Hunc

*Hunc ô Phœbe diem precor Manardo
Letum atq; incolumem diu reducas,
Modum vt pulueris expleat Sibyllæ, &c.*

Varro quidem Erythræam Sibyllinorū versuum autorē credidit, quem alicubi est secutus Seruius, ea videlicet ratioe, quod Syllanis temporib. cum Capitolio Sibyllinis libris incensis, Romani ad eos rescribendos Erythras miserunt: quod falsum quidam temporū supputatione putāt. Nam hāc ipsam Erythræā Strabo cū aliubi, tum in xiiij. geogr. lib. Alexandri Macedonis temporib. claruisse scribit. Alij Sibyllā hanc Siculā, & in Sicilia eius sepulchrū fuisse prodidit Solinus: alij Sārdam, alij Gargethiā seu Rhodiam, alij Libyssam, pleriq; Lucanā scriptis prodidere: nec defuere qui Samiā appellarint, & per ea tēpora floruisse quo Troianū excidium factū est. Apollodorus, qui suā ciuē esse voluit, & cum Apollodoro Suidas tradunt, Græcis urbem Troianā petentib. eam tum vaticinatā Troiam perituram, Homērūmq; mendacia & figmenta scripturum. Dionysius Halicarnasseus Aeneæ quoq; prædixisse scribit, vt occasum versus eousq; nauigaret, quoad illuc perueniret vbi mensas ipsas ambesse cogeretur: quod est Harpyiæ oraculo à Vergilio attributum. Sed certè à Vergilio de hac Sibylla confuse multa canuntur: præstat eius versus meminisse, qui sunt in Aeneid. lib. 3. ex vatis Heleni persona:

*Huc vbi delatus Cumæam acceperis urbem,
Diunosq; lacus, & auerna sonantia syluis,
Insanam vatem aspicias, quæ rupe sub ima,
Fata canit, folijsq; notas & carmina mandat.
Quæcumq; in folijs descripsit carmina virgo,
Digerit in numerum, atq; antro seclusa relinquit.
Illā manent immota locus, neq; ab ordine cedunt,
Verū eadem verso tenuis quum à cardine ventus
Impulit, & teneras turbauit ianua frondes,
Nunquam deinde cauo volitantia prendere saxo,
Nec reuocare situs, aut iungere carmina curat.
Inconsulti abeunt, sedemq; odere Sibyllæ.*

Quibus super versibus illud annotatione dignum honoratus Seruius scribit: Sanè sciendum, ait, omnia responsa Sibyllæ plus minúsve centum non contineri sermonibus. Vnde poeta:

*Quo lati ducunt aditus centum, ostia centum,
Vnde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ.*

Quo loco idem ait inueniri Apollinis elogia & viginti & quinque, & trium sermonū. Porrò tribus modis futura prædixisse Sibyllam inuenimus, aut voce, aut scriptura, aut signis, id est, quibusdā notis, vt in obelisco Romæ: vel, vt alij dicūt, notis literarum, vt per vnā literam aliquid significent. In folijs autem palmarū Sibyllam scribere solitā Varro testis est. Sunt qui ab hac eam lyræ speciem excogitatā tradant, quā, q̄ trianguli forma esset, Trigonon vocabant. Existimat Stephanus Erythræā Sibyllam eā esse, quæ ex Marmesso Troica vrbe originē traxit: Cū enim, inquit, ipsa esset ciuitas colore rubra, Erythra cognominata est. magnū illud etiā & admirandū de Erythra prodigiū est à scriptoribus traditum, q̄ scilicet vbi primū est in lucē edita, loqui repētē cœpit de rebus grauiorib. nec protritit, sed & aliquas proprio vocabulo appellauit. Cyrillus in lib. contra Iulianum Cæsarem primo, Sibyllam hanc nona Olympiad. fuisse scribit. D. August. lib. de Ciuit. dei xviij. Romuli tempore Erythræā Sibyllā vaticinatam scribit, qui & illius librū ait se vidisse. Nā, inquit, vir clariss. Flaccianus qui etiā proconsul fuit, homo facillimæ facundiæ multaq; doctrinæ, cum de Christo colloqueremur, græcum nobis codicē protulit, carmina esse dicēs Sibyllæ Erythrææ. hac

Augustinus. Dicitur & hodie græcus codex extare, in quo confusa sint Sibyllarū carmina. Verūm hæc audita, nō visa mihi, refero. Hactenus de Erythrea. Sexta inter Sibyllas Samia vocata est, quæ proprio nomine Phytō dicta fuit, eam licet Isidorus Phemenoen vocarit. Eratoſthenes se de hac nonnulla comperisse in Samiorū annalib. scriptū reliquit. X VII. olymp. Samiā Sibyllam claruisse prodit in chronico Eusebius, & Herophilam appellat. Septima Sibylla Cumæa, seu Cumana dicit, utroq; scilicet nomine, quæ à plerisq; Amalthea, ab alijs Hierophile vel Herophile nuncupata est, hoc licet nomine Eusebius Samiā vocet, Aristoteles & Suidas Erythræam, Solinus Delphicam, Martianus Troianam & Mar-
10 messii filiam. Pausanias in Phocæicis hanc Iouis filiam ait, & Lamiaë Neptuni filiaë, quæ prima inter mulieres oracula cecinerit, & perinde à Libycis Sibyllam nuncupatam, eāq; iuniolem quæ Helenam prædixit Lacedæmone educari in Asia Europæq; perniciē. Hanc etiam interpretatā ferunt, quæ de Hecubæ infomnijs à scriptorib. traduntur. Sed cum tandem in Samo, Claro, Delo, Delphisq; fuisset, in Troade decessit, ubi in Apollinis templo tumulata, qui Smynthius cognominatus est. Aliā Sibyllam scribit Martianus Symmachiā Hipotensis filia, quæ Erythris progenita, Cumis est vaticinata. Probus grammaticus in Vergiliū ait, Cumæam seu Cumanā post quatuor secula *παλιγγυεσίαμ* futuram cecinisse. At verò alij nonnulli Cumæā Demophilē, vel Demō vocauerūt. Demō quoq;
20 & Pausanias vocat, quæ Cumis sit oriunda. Cumas verò inter Opicos Italiae populos reponit, cuius oracula Cumæi palam ostendere soliti essent. Verūm lapideam hydriam nec satis magnam in Apollinis templo ostentant, in qua eius Sibyllæ ossa condita affirmant. Demō quidem & Suidas vatis & sapientis foeminae nomen ait. Sedenim quæso videte, quā varia & diuersa de Sibyllis tradantur. Sibyllam hanc Vergilius, & Vergilium secuti grammatici, Deiphobē Glaucci filiam scripserunt, quæ oracula in palmarū folijs inscripta reddere solita fuerat. Hanc, inquam, scriptorum pleriq; Tarquinio Prisco Sibyllinos libros detulisse prodiderunt, de quorum librorum numero variè relatum est: alij quidem tres tantum, & eorū duos exustos aiunt: quidam nouem fuisse, & sex crematos:
30 nonnulli verò eos nouem, sed duos tantummodo igne consumptos: qui libri à Romanis magna religione seruabantur in Apollinis templo, cum libris Martiorum fratrum, quibus, ut ait Seruius, Sibylla prophetauerat, & cum libris etiam Begoes nymphæ, quæ apud Thuscōs artem scripserat fulguritarū. Sanè hi libri & Sibyllini, & fatales dicuntur, ut à Līuio & alijs. Suetonius in Cæsare: Proximo autē senatu percrebuit fama, L. Cottam quindecimuirum sententiam dicturum, ut quoniam libris fatalibus contineretur Parthos nisi à rege non posse vinci, Cæsar rex appellaretur. qua de re Appianus & Cicero plura lib. de diuinat. secūdo, quo loco perstringit Cæsarem regiū nomen affectasse. Seruabantur autem hi libri à quindecimuiris sacrorum, nec iniussu senatus adiri ac legi fas erat, ut ex historicis, & eodem M. Tullio & Lactantio in primo, docemur. Eligebant verò
40 quindecim viri ex patrij: & primū duo quidē electi, inde decē, postea quindecim, ut planè ex lectione T. Līuij ex diuersis locis colligimus. Perseuerauerūt verò quindecimuiri vsq; ad tempora Syllana, post creuit numerus, nam & sexaginta fuerūt, sed remāsit quindecim virorū, ut ait Seruius, vocabulū. Hæc vobis ideo pauciorib. recēsi, q; ea sæpe audiistis, & deinceps sapius legere poteritis. Porrò Sibyllinos verius priuatim haberi nō licebat, vnde Tiberiū Cæsarē ait Corn. Tacit. Caniniū Gallū quindecimuirū redarguisse, q; Sibyllę librū recepisset ante sententiā sui collegij, nō, ut assolēt, lecto p magistros, æstimatōq; carmine: & simul cōmonescit, quia multa vana sub nomine celebri vulgabantur,
50 sanxisset diuū Augustū quem intra diem ad prætorem vrbānū deferrentur, neq; habere priuatim liceret: quod à maiorib. quoq; decretū erat, post exustū socialī bello Capitoliū quæsitis Samo, Ilio, Erythris, p Africam etiam ac Siciā, & Italicas colonias carminib. Sibyllæ, vna seu plures fuere, datōq; sacerdotibus nego-
cia

cio quantum humana ope potuissent vera discernere. hæc fermè in v. hist. Tacitus. Huius utiq; Cumana Sibyllæ facellum apud Cumas Solinus recenset, ut Vergilij versus mittam, quos sæpe legistis. Sed & eius cryptam speluncamve in historijs describit Agathias, quam multo labore expugnatam à Narsete prodidit, cum Gothi Cumas tenerent. quin eius etiã nunc spectantur vestigia: ad quæ visenda subterranea crypta, ego ipse cum studiosis plerisq; comitibus aliquando non sine horrore descendi. Sed de hac eadem spelunca Aristoteles de mirabilibus in hunc propè modum est locutus: In Cuma circa oram Italiæ ferunt thalamum subterraneum Sibyllæ fatidicæ esse, eius scilicet, quæ ætate quamlibet puecta virginitatem seruasse impollutam traditur. Erythræa fuit hæc, sed ab ali-¹⁰ quibus Italiæ incolis Cumana, ab alijs verò Melachræna nuncupatur. & hæc quædam Aristoteles in eo lib. Atque hæcenus de Cumæa. Et quidem, Piso ait, satis. Nunc demum illud video, quod paulò antè dixisti, confuse de Sibyllis à Vergilio actum esse. Non, inquam, à Vergilio tantum Piso, sed & à cæteris scriptoribus: omnes enim miscuisse, nec sincerè narrasse videmus. Octava Sibylla Hellespontica nuncupata est, quæ & à pago Marpeso, non Marinesso, ut de prauata habet Firmiani scripturâ, Marpesia cognominata est, & quòd iuxta oppidum Gergithion nata est, Gergithia est vocitata, qua causa Gergithij ciues eam cum Sphinge in suis monetis effingebant, ut Phlegon in primo lib. Olympiadum, & Stephanus in lib. de vrbibus tradunt. quin & eiusdem sepulchrum in Apol-²⁰ linis Gergithij templo conditum fuisse perhibetur. Ea autem ætate floruisse auctor est Ponticus Heraclides, qua Cyrus & Solõ. Nona Sibylla Phrygia dicta est, quæ ut Lactantius & Isidorus scribunt, Ancyra, quæ vrbs fuit notissima, vaticinata est. Decima in Sibyllarum numero Albunea fuit, quæ & à patria, Tyburs & Tyburtina appellata est, non Tygurtina, ut perperam à Græcis scribitur. Hæc quidem Tiburi ut dea colebatur, iuxta Anienis ripas, cuius simulachrum, ut scribit Varro, librum manu tenens in Anienis gurgite repertum fuit. Vnde illud Albij Tibulli lib. 2. castigatè legitur:

*Quasq; Aniena sacris Tyburs per flumina sortes,
Portant sicco pertuleruntq; sinu.*

30

Albuneæ quidem Vergilius meminit, cum ait:

— *Lucosq; sub alta*

*Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro
Fonte sonat.*

Hanc verò quidam Leucotheam à nominis significatione crediderunt. meminit & Horat. & Tertull. ut nunc grammaticos mittamus. Sunt qui Albuneam & sylvæ & fontis nomen esse autument. Tum Piso: Istam, inquit, Sibyllam audiui Augusto Cæsari è cælo virginis filium ostendisse, quo loco in Capitolio cæli ara est adhuc erecta. Sunt ista, inquã, Piso quæ dixisti cõmentitia, & nulla queunt auctoritate fulciri: nã nec tempora congruunt, quibus res tanta astruatur. Me⁴⁰ tamen, inquit Piso, in libro de Sibyllis hoc legisse recordor, & nescio quos concionantes Theologos audire, qui id publicè asserebant. Sed nos, inquam, Piso istos obsecro Theologos mittamus, nosti quàm sit irritabile genus, & scis quã nos & hæc studia libenter accusent. Quòd autem de Christo multa prædixerint Sibyllæ, idoneos testes habemus Lactantium, Augustinũ, Prosperũ, ut alios mittam, ut nostrum de Sibyllis sermonem psequamur. In primisq; illud videamus, qd præter has decem, & aliæ pleriq; hoc fuere nomine in hac tabule parte: eò enim, ut supra dixi, nuncupate sunt fœminæ quæ diuino afflantur numine, deorũque quodammodo conscia sunt consilij, & futura presentunt. Hinc est Pythia Sibylla ab Iamblichò dicta: hinc & Nesi filia ab Isaacio, & ab alijs Phemenoe.⁵⁰ Fuit verò in hoc genere Mæto, quæ Mantuanæ vrbi nomẽ dedit. Daphnen quoque Diodorus Siculus vocatã scribit Sibyllam, cuius meminit & Pausanias, quæ cum scitatum oraculũ Delphos missã fuisset, ibi vaticiniũ didicisse prodit, & in dandis

dandis oraculis responsisq; deinceps excelluisse. quin & eius generis non pauca composuit, ex cuius etiamnum versibus Homerum non parum multa sustulisse Græcorum est opinio: à quibus & illud traditur, Daphnida promantín, hoc est, futurorum vatem Telluris fuisse: Telluris enim oracula edidit: Tellúsq; ipsa, id est, Γῆ, ante alios deos oracula dedisse legit, vt antè meminimus. Sibylla quoque est appellata Cassandra Troiana, quæ & Alexandra dicitur Priami regis filia, de qua, vt cætera mittamus, nobile Lycophronis extat poema. sed hæc est Græcis & Latinis decantata. Celebratur & Xenoclea, quæ Delphis oracula dedit, quò cum post Iphiti cædem Hercules iuisset, Xenoclea illi nondum à cæde
 10 expiato responsum dare noluit, quare iratus Hercules tripodem abstulit, quod cernens Xenoclea carmen illud cecinit:

ΑΜΘ ἄζ' ἠρακλῆς πρώθιθ', οὐχὶ Κανωπέως. hoc est,

Alcides alius Tirynthius, atque Canopeus.

qua de re in Herculis vita diximus. Aegyptius enim Hercules ante Tirynthium fuisse traditur. Quæ verba audiens Hercules, tripodem restituit, & quæ scire volebat, ab ipsa Xenoclea audiuit. hinc, vt Pausanias scribit, inter Herculem & Apollinem de tripode certamē fuisse quidam putauere. Fuit & in hoc genere Sibyllarum Helissa, quæ & ipsa in reddendis oraculis insignis fuit. Fuit & Colophonía, quæ cognominata est nomine proprio Lampula. Hæc ex Chalcætis genere nata perhibet, cuiusq; diuinationum scripta apud Græcos leguntur. Fuit et
 20 quæ Sarbis, seu Cassandra vel Taraxádra dicta est, cuius respōsa apud antiquos in precio fuerunt. Et cū his erat quæ Thesprotis est nominata, & quæ Phaennis, quæ, vt ait Pausanias, filia fuit nescio cuius apud Chaonas imperantis, quibus populis & responsa dedit. Vixisse verò eo tēpore traditur, quo Antiochus rex Demetrium vicit. Leguntur adhuc & eius oracula, sed illud in primis, in quo bellum significatum est, quod à Gallis est in Asia gestum, pòst vno plus sedulo ab Attalo Pergami rege deuictis. Fuerunt & apud antiquos quæ Pelia nuncupata sunt apud Dodonæos, quibus & oracula dabant. Hæ & ante Phemenoem fuisse produntur, autore Pausania: vnde & apud scriptores propter vocabuli si-
 30 militudinem figmentum de Chaoniis columbis oracula reddentibus sumptum videtur. Harum adhuc extant versus, quorum supra meminimus, Ἐὐδὸς, Ἰὺς ὄσι, & reliqua. Post Pelias erat Athenais, quæ vates Darium ab Alexandro superatum iri prædixit, ipsumq; Alexandrum ex Ioue nasciturum, aliáque nonnulla, quæ & Strabo redarguit. Fuit verò Athenais ciuis Sibyllæ Erythrææ, nec ab Alexandri ætate plurimum distans, quin & eo viuente aliquandiu claruit. Celebratur & Athenaide antiquior, in hoc genere Nicostrata Euandri mater, quæ quia carmine vaticinari solita esset, à Latinis Carmentis dicta est, id quod et poeta Naso in Fastis præclare ostendit. res notior est, quam vt pluribus vobis recenseam. Eadem prius Themis vocata, autoribus Dionysio & Plutarcho, qui de ea
 40 plura scripserunt. Sed huiusmodi mulieres vaticinæ longè plures fuere, quæ ad nostras tabulas parum conueniunt. Quare hæctenus de Sibyllis. Erant post has in altera tabula hexametrorum & heroicorum elegorumque poetarum imagines, quæ ab Homero & Hesiodo ad poetas vsque Latinos carmina scripserunt. Quæ cum dixissem, ad me conuersus Piso: Quæ de poetis, inquit, & Sibyllis nobis hodierno sermone narraſti, valde iucunda fuerunt. Quæ adhuc eo loquente, ecce Iulius Gr. superuenit, qui tum primum Ferraria veniebat: factò igitur sermonis sine, illum de patria, deq; communibus amicis percun-
 50 tari cœpimus, & colloquentes in oppidum reuerſi sumus.

ILLVSTRISS. ET EGREGIAE INDO-
LIS PVELLAE D. ANNAE ESTEN-

SI D. HERCVLIS II. F. LILIVS
Gregorius Gyraldus S. P. D.

STatu cram mecum quidem antea priores hos quinque de poetarum historia dialogos Vni D. SRENATAE excellentissimae Principi nostrae, parenti tuae nuncupare: Verum cum postea mecum altius cogitarem, visum est illos quidem reuera illi Vni dicere, sed in nomine quoque vestro & aulae ut aliquo modo apparerent, quò mihi sic affecto & imbecilli, et annis morbuque confecto, lenior interdum Fortune aura adspiraret. Quare primum quidem dialogum inclytæ ipsi paernti tuae dedi. Secundum Annae Partheniæ mulieri ornatiss. comiti illius. Tertium hunc tuo nomini inscripsi. Quartum strenuo ac magnanimo heroi Ant. Gallo Pontis Santonum domino, qui vestrae istius aulae non minimum est ornamentum. Quintum denique Io. Sinapio viro cum eloquenti & erudito, tum medico insigni, & tibi & mihi multis de causis coniunctiss. Accipe hunc tu igitur dialogum, in quo pro Virili nostra ab Homero & Sibyllis, vates Græcos & poetas heroicos & elegiographos sum complexus, qui ad ea usque tempora floruerunt, quibus Latini nostri esse coeperunt. In hoc quoque dialogo de Græcis nonnullis puellis & mulieribus egimus, quæ in hac poetices parte excelluerunt. In hoc certe plurima videbis, quæ adhuc sunt parum nota Latinis hominibus, & quæ tibi oblectamentum & voluptatem non parvam asferre poterunt, quæ supra hanc etatulam ad hæc studia & ingenuas ceteras artes es sponte tua propensa. Nam cum nondum decimum excesseris annum, ita Latina cum Græcis confers, ut spectantibus miraculum esse videatur. Quid enim nunc dicam, quæ facilitate ex vernacula Hetruscorum lingua in Latinam conuertas, et ex Latina in Hetruscam? Quid scribendi elegantes notas & characteres commemorem? Quid canendi ac modulandi multiplices cantiones? quid Musices peritiam? quid denique ceteras virtutes Principe dignas in hac tenella etate eximias, quæ in aliarum matura et adulta vix inueniantur? Macta puella illustrissimo genere procreata, tot ornata virtutibus. Deum opt. maximum enixè precabor, ut te conseruet ac tueatur, cum etate futuram ornamentum et decus ingens parentibus, patriæ, terrarum denique orbi. Interea mei & Dialogi protectionem tutelamque suscipe, & quo coepisti studio optimarum artium ac virtutum viam capeffe. Vale. Ferrariæ, Cal. Martij.

M. D. XLIIII.

LILII

LILII GREGORII GYRALDI FER-
RARIENSIS, DE POETARVM HISTO-
RIA DIALOGVS TERTIVS.

10 **P**OSTQVAM ergo tertia die in viridarium conuenissemus, & iam vltro citroq; multa de cōminibus amicis, de patriæ salute, deq; iis qui tū Ferrariæ ferebantur rumoribus ex Iulij Gr. verbis dixissemus, tū ego: Ex iis nihil mihi, inquā, Piso tristius allatum est, quā quod affirmavit Iulius Iouianū Pontanū diem obiisse: eius enim viri interitu video Poeticæ & reliquarum optimarum artium dignitatem valde imminutam. Tot enim & tanta sunt ab eo nō modò in poetica facultate scripta, sed in omni penè philosophia, vt cum quouis nostri temporis poeta vel philosopho cōferri possit. Atqui, ait Piso, & ego quoq; doleo tantī viri interitu, eum licet nisi ex iis qui nunc passim studiosorum manibus terunt libris, tuoq; & aliorum sermone cognouerim: sed cū tot & tanta, vt ais, monumenta relinquerit, & iam senio cōfectus diem obierit, minus ideo dolendum. Quare nobis potius inceptos de tabulis sermones absolue, quā eius viri mortem defleas, cuius indies nomen & fama magis magisque floreat: 20 quā potius sermonem exordire, atq; ab iis potissimū poetis quos hesternā die proposuisti. Postquā, inquā, vobis ita videtur, sic agam. Sed & eiusmodi tabulæ ordo fuit, vt inuerrere neutiquam mihi fas esse videatur. Nec quicquam tamen vos moueat, nec, vt aiunt, in digitos rogo mittatis, si poetarū ordinē & tempora aliquando immutasse videbor: quo enim ordine memoria suppeditabit, eo narrabo. Iam dudum te, inquit Piso. moramur: omnis tua nobis erit iucūda narratio, atq; hoc præsertim tempore. Tunc ego ita sum exorsus. Fuerunt inter hos igitur primī, diuini quidā oraculorū vates, & ante alios quidem, quantū recorder, Olen Dymeus ab aliquibus existimat⁹, ab aliis Hyperboreus: sed Callimachus in hymno, quē in Delū composuit, Lyciū ex Xātho fuisse his versibus ait:

30 *Ὅ, μὲν ὑπαείδειτο νόμον λυκίοιο γέροντος,
Ὀν βίαι ἀπὸ ξανθοῦ Δωπέωτος ἤγαγεν ὠλίμω.*

quos versus vtcunq; potero Latinè vobis referam:

Nanq; senis Lycij recinunt hi carmina sacra,

A Xantho quondam quæ vates vexerat Oleni.

Cui & Polyhistor in Lyciis assentitur, & Suidas, & Græca quædam in Callimachum scholia. Meminit & his propè verbis Herodotus: Olen, inquit, è Lyciā profectus, vetustos hymnos edidisse ferē, qui in Delo cantantur, dum cinis qui est supra sepulchrum Opis, quæ Hecærges est cognominata, dispergitur super innumerabilem ægotantium turbam, qui aræ assistunt. Idem ferē scribit Pausanias, qui & in Bœoticis cū de Thespiis agit, Homines, inquit, pleriq; deorū esse nouissimum Cupidinem aiunt. Lycius verò Olen, qui Græcis antiquissimos hymnos fecit, in hymno Ilithyæ, matrē Cupidinis Ilithyiam ipsam cecinit. Meminit & huius hymni in Attica. Idem tamen in Arcadicis Lycium Delium ait vetustissimos in deam Ilithyiam hymnos composuisse, quam Ἰλιθυον vocat. quibus verbis mendum subesse crediderim, & pro Delion Olena legendum, mihi sit in præsentia satis vos monuisse. Legi & Græco quodam carmine, Olena primum fuisse qui carmen hexametrum commentus est. Hoc illud est:

Olen qui fuerat primus Phœbiq; sacerdos,

Primus & antiqui versus modulamina fecit.

50 Atq; de Olene iam satis. Cæterum & Boco mulierem fuisse apud eundem Pausaniam legimus Delphorū indigenā, quæ oracula & ipsa & hymnum apud eos composuit. Fuit & in hoc genere Hystaspes, quem Medi antiquissimum suum regem fuisse affirmant, sibiq; oracula dedisse, quibus vterentur, vt Romani Pu-

Oleni.

Boco.

Hystaspes.

blij & Martij vatū. Ea verò sub pueri vaticinantis interpretatione edidisse perhibent: quæ cum apud alios citata sunt, tum maximè à Lactantio Firmiano. Hic & fluuiò nomen dedisse dicitur apud eos populos notissimo, qui mox mutata litora Hydaspes vocatus est. Fuit & in eodem genere vatū Bacis, qui & à nonnullis Bacchis, hoc est, cum μ & χ græcè perscribitur. hic à Græcis quidem ab oraculis Chresmologus cognominatus est. Huius oracula Eubæos contempisse autor est Herodotus, qui & alibi eiusdem nonnulla adducit. Sed de Bacide in orono Philippicarum multa admiranda scripsisse Theopompus fertur. Lucianus quoque pleraque eius carmina in peregrino philosopho in medium attulit. Plato & M. Cicero Bacidos non semel meminere, & cum his Aristophanes. Plutarchus etiam in libello de mulierum virtutibus Bacidis oracula Sibyllinis confert: Si Sibyllæ, inquit, oracula, cum iis quæ sunt Bacidis contulerimus, quis nos iuste reprehendat? Sed & idem Plutarchus alibi alia, & item alia Pausanias cum alibi, tum præcipuè in Bœoticis. Proditum verò est, à Bacide Lacedæmoniorum mulieres ab infania & furore purgatas, reddito iis scilicet oraculo ab Apolline, quòd eas Bacis expurgaret. Sunt qui Bacis cognomentum Pisistrati fuisse velint. Græci nonnulli grammatici tres Bacidis nomine cōmemorant, hunc videlicet seniore, de quo nūc agimus, Bœotium ex Eleone, alterū Atheniensem, tertium Arcadium ex vrbe Caphye, qui & Cydas & Aletes appellatus sit, vt ait Philetas Ephesius. Glanis quoque Bacidis fratrem & ipsum oraculorum vatem ait Suidas. In hoc insuper vatū genere & Lycus Pandionis, & Ophioneus Messenius reponuntur: quī Ophioneus, vt est apud Pausaniam, statim à natiuitate cæcus fuit, talémque diuinationem habuit, vt rogatus futura cum publicè tū priuatim omnibus prædiceret. Is postea vehementi capitis dolore visum consecutus est, tādē denuò cæcus factus præfagium, teste Pythia, futurorum fuit. Fuit & vates Lesbius Prylis seu Pryllis (vtrique enim modo apud Græcos legimus) sed Græcè utique $\pi\rho\upsilon\lambda\iota\varsigma$ peditem militem significat, vnde facile nomē deduci potuit. Huius Lycophron & eius interpretes Isaacius meminere, qui à Palemede persuasus Græcis Troiam proficiscentibus equo ligneo capiendam urbē prædixit. Hunc filium quidam Mercurij scribunt, & Isæ Nymphæ, alij Cadmi seu Cadmili. Alia quædam de Pryli Græci grammatici prodidere, meminit & Plutarchus in parœmiarum libello, si modò Plutarchi est: nam in eo ancipites sunt eruditi. Fuit & in hoc numero Theoclus vates Messenius, & Lichas, qui in terra Attica oracula dedisse dictus est. Lichas Herodotus cum eis Spartanis reponit, qui benemeriti, hoc est, Euergetæ dicti sunt, & oraculorum ait interpretem fuisse. Fuit & vates Abaris Scythi filius Scytha, cuius celebre nomen apud gentes. Scripsit verò Apollinis ad Hyperboreos iter carmine, item oracula quæ Scythica dicta sunt, itē Hebri nuptias & expiationes, hoc est, $\eta\epsilon\delta\alpha\rho\mu\acute{o}\nu\varsigma$: soluta verò oratione de deorum origine, id est, theogoniam. Extat et ad Abarim Phalaridis epistola, si modò Phalaridis, ac non potius Luciani epistolæ eæ sunt, quæ Phalaridis nomine circumferuntur. D. Gregorius magnus Græcorū theologus, in monodia quam in diuum Magnum Basilium scripsit, Ferūt, inquit, Abarim hominem genere Hyperboreū apud Scythas ab Apolline sagittam accepisse, quam iaculans simul & ipse cum ea ferebatur, itaque velocissimè populos transmeans per eam responsa dabat. hæc ille. Valerius verò Harpocratio Abarim ait legatum iuisse ad Athenienses pro Scythiis, eadēque de illius sagitta miranda refert, cuius sagittæ beneficio ad Hyperboreos vsque nil comedens euolasse tradit Herodotus: & cum Deliis Apollinis gratia amicitiam iniisse testis est Diodorus. Sedenim & huius Abaridis sagittæ meminit & Suid. & Iamblichus in libris de secta Pythagoræ, & miracula cōmemorat quæ per ipsam gesserit, ipsumque Abarim ait ad Pythagoram accessisse, ab ipsoque dogmatis & institutis Pythagoricis imbutum. Ab hoc utique Abaris volatu cognomen illi inditum $\alpha\lambda\beta\epsilon\rho\upsilon\beta\acute{\alpha}\tau\alpha\varsigma$, quòd scilicet perambularet aera. Rideatis hic licet mecum Græcorum volatus, non modò

modò fabulosum Dædali, sed & Menippi, quos Lucianus meritò ridet in suo Icaromenippo. Quo verò tēpore vixerit Abaris, variè est ab autoribus relatū. Harpocracion ex Hippostrati sententia tertiā Olympiadē claruisse memoriæ mandauit. Idem scribit & Suidas. Pindarus Cræsi Lydorum regis temporibus Olympiadē L V I, vt verò alij nonnulli, X X I. Eusebius in tēporibus L X X X I I. Quare cum tanta sit scriptorum varietas, certi aliquid statuere difficillimū est. At si Iamblichus stamus, ea vixit ætate qua Pythagoras. Sed hæcenus de Abari. Fuit & in vatū numero Euenius, ex Apollonia oriundus, ex ea inquā Apollonia. quæ est in sinu Ionico: qui cū à citibus suis fuisset oculis privatus, à deis fer-
 10 tur pro oculorum acie, mentis, hoc est, vaticinij lumine donatus, auctusq; opibus & diuitiis. Filium hic Deiphobum habuit, qui eo fuit intervates loco, quo pater, vt est ab Herodoto proditū. Post hos vates erat Arctinus Milesius non ignobilis poeta, qui per ea tempora quibus Iudæis Ioathanus imperauit, multa composuit, vt est ab Eusebio & Cyrillo annotatum. Dionysius Halicarnas. Arctinum quidem, vt poetam vetustissimum, in primo Romanæ antiquitatis celebrat. Discipulum hūc Homeri fuisse Clazomenius Artemon autor est, nona videlicet Olympiadē, & post Troianorū tempora anno trecētesimo, qua in re vobis fidem meam nō nisi in relatō, astrinxerim: nā Eusebius & Cyrillus circa primam olympiada memorant. Post Arctinum fuit Cynethon poeta Lacedæmonius, qui theogoniam carmine cōscripsit, post Hesiodū, vt autor est Pausanias in Corinthiacis. Meminit & Eusebius. Claruit circa tempora tertię olympiadis. Scripsit & de Hercule opus, quod citatū inuenietis in iis commētariis, quæ extant in Apollonij argonautica. Perperam illi quidem existimauere, opinor, qui Cynethon, & Cenæthon, eundem vnum putauerē. Cenæthus enim Chijs fuit, Cynethon verò, vt modò dicebamus, Lacedæmonius, & tertiā Olympiadē notus, hic vero L X I X. vel vt alij, L X. vt Hippostratus memoriæ mandauit, quo etiam tempore in Rhapsodias Homeri versus Syraculis concinnauit, & versus à se cōditos multos Homericæ poesi inseruit. Quinetiā tum Rhapsodi multi floruerunt, vt Pindarici commentatores retulere, id quod parum cōstare videtur, si modò verum est quod paulò post in Solonis imagine referemus. Hunc ipsum Cenæthum sunt qui tradant eius hymni autorem, qui ab Homero in honorem Apollinis scriptus est, vt eius est inscriptio. Erat & hac parte poeta Phanocles, qui apud Orosium & alios quosdam scriptores male Panocles dicit. Ganymedem hic non ab Ioue, sed à Tantalō raptum scripsit: & bellum, quod ea causa inter Troem & Tantalum ortum est. Stobæus in ea oratione in qua Venerem vituperat, Phanoclis quosdam versus adducit, inter quos duo hi, qui sunt de Orphei amore in pueros Thracum, quosq; mutuatus esse videtur Ouidius Naso in Metamorph. libro.

Primus apud Thracas puerorum inuenit amores,

40 Fæmineo quoniam tactus amore minus.

Sed quando parum, vt video, Phanoclis elegantiam sum affecutus, ideo vobis græcos etiam recitabo:

ὄμειος πρῶτον δέξεν γὰρ ἐχθροσεσ δῖωϊδω

ἄβῆνας, οὐδὲ ποθεσ λῶθεσ διλυτράλων.

Leguntur & alij versus eiusdem de Orphei & Calais Boreæ filij amore. Atq; hæc quidē de Phanocle cōperit. Cui adhærebat Eumelus poeta Corinthius, qui fuit Amphyliti filius, vt est apud Pausaniā, vnus verò ex iis fuit, qui Bacchiadē dicitur fuisse. Claruit Eumelus, vt Cyrillus contra Iulian. Cæs. scribit, Olympiadē nona, quo eodem tempore Sibylla Erythræa, quod idem prodit Eusebius. Eumeli in
 50 primis historia celebratur, quam de Corintho patria carmine complexus est, in qua Ephyren Oceani filiam ea primū loca incoluisse prodidit, in quibus postea condita est Corinthus, qua de se tum Pausanias, tum in quarto Argonauticōn Apollonij commentatores mentionem faciunt. Scripsit item Titanū pugnam,

hoc est, Titanomachiã. Eusebius verò & Bugamian & European eiusdem Eumeli opus celebrat, eo licet loci ab indoctis hæctenus pro Eumelo, facili quidẽ literæ lapsu, Cumelus lectũ sit. Eiusdem poetæ mētio fit ab Isaacio Zeze in commentariis in Lycophronem, quo quidem loco pleròsq; eius versus legimus. Ab eodem quoq; Isaacio historicus poeta vocatur, id quod & ante Isaacium Pausanias dixit. Fit & huius Eumeli mentio in Pindaricis scholiis, licet in his perperã Eumolpus Corinthius legat, cum Eumelus potius Corinthius legendũ sit, qui Græcorum reditum scripsit. quo etiam loco alterius poetæ Corinthij Aesonis mentio, cuius meminisse aiunt Simonidem. Afferuntur præterea in iisdem scho-
liis & hi Eumeli versus, quos ita inconditè, fideliter tamen transtuli: 10

*At quando Acetes & Aloeus edita proles
Solis & Antiopes, tunc diuidit & regionem
Dupliciter natus Hyperionis inclyta proles.
Quam rigat Aesonus dio præbebat Aloei,
At moderandam Ephyren Aetæ tradidit omnem.
Quam post Aetes dat Buno custodiendam,
Is donec redeat, siue alter missus ab ipso
Natus siue nepos, petit & mox Colchidã terram.*

hæctenus Eumelus. Sed hos si Græcè malueritis, cum ocium fuerit, in iisdẽ scho-
liis legetis. Porrò & à Pausania illud proditur, hymnũ profodion in Apollinem
ab hoc ipso Eumelo compositũ, cum scilicet primum Messenij sacrificiũ ac vi-
rorum chorũ religionis causa in Delum misere. Dubitat Athenæus lib. dipno-
soph. septimo, an Titanographia Eumeli sit, an Arctini, cuius iam facta mentio,
an alterius cuiuspiã: quo loco quosdam in testimoniũ versus affert. Eumeli me-
minit & Philostratus in imaginũ proœmio. Fuit & propè æqualis Eumelo Ar-
chimus, seu Arctinus, vt est apud Eusebiũ, qui Aethiopicam & Iliacam cladem
scripsit. Connumeratur & Draco inter poetas, quòd tribus versuum millibus
Hypotheas scripserit. Fuit verò vt Gellius scribit, Atheniensis, vir probus, &
multa prudentia præditus, iuriscq; diuini & humani peritus, primuscq; omnium le-
ges tulit, quibus Athenienses vterentur. Is in illis legibus furem cuiuscunq; mo-
di furti supplicio capitis puniendum esse, & alia pleraq; nimis seuerè sanxit, a-
deò vt à Plutarcho scriptum sit, quòd vna ferè omnibus mors pœna statueretur.
Nam & qui ocij damnati essent capite plectebant: quicq; holera & fructus furto
abstulissent, non secus quàm exploratoribus homicidiscq; mortis supplicium ir-
rogabatur. quamobrè illud de eo Demadis oratoris dictum celebrat, qui Dra-
conis leges non atramento, sed sanguine conscriptas dicere solitus erat. Hero-
dicus etiã, vt scribit Aristoteles in rheticis. Draconis leges non hominis, sed
draconis esse dixit. Eadem quoq; ratione dictæ sunt leges funebres, hoc est, vt
Pausanias ait, *φονισὶ νόμοι*: quapropter ait Gellius, quòd impendio acerbiores vi-
debantur, non decreto iussive, sed tacito illiteratoque Atheniensium consensu
obliteratæ fuerunt. id à Solone procuratum scribit Plutarchus. Interrogatus ali-
quãdo Draco, quam ob causam iniuriarũ plurimas capitis pœna plecti statuis-
set: respondisse fertur, se parua quidem quæ essent delicta, morte digna censere,
sed maioribus maiorem inuenire se non posse. Vixisse verò Draconem ea tem-
pestate qua septem sapientes, scriptum reperi, nona videlicet circiter & xxx.
Olympiade: alij longè antiquiorem putauere. Eusebius Pamphili in euãg. præ-
par. trigesima sexta Olympiade Atheniensibus leges tulisse prodidit. Vlpianus
in oratione, si recordor, Demosthenis, quæ est *κατὰ πρῶτον*, ait Draconem ex
Diodori sententia xl. & septem annis Solonem præcessisse, Solonẽ verò ante
Perfarum tempora floruisse. In Aegina verò insula interiisse traditur: in theatro
enim sedens, vestibus ac tunicis pluribus iniectis est oppressus, atque ibidem in
theatro sepultus. Et de Dracone satis. Fuit & Lesches poeta Lesbicus, qui, vt & est
in Euse-

Aeson.

Archimus.
Draco.

Lesches.

DE POET. HIST. DIALOG. III.

91

in Eusebii chronicis annotatū, Olympiade xxx floruit. Paruam hic Iliada cō-
 scripsit, à quo nonnulla volunt Pindarici expositores Pindarum desump-
 sisse, vt illud in Nemionico quopiam hymno, qui in Alcimedem Aeginetam inscribit,
 de Achillis hasta, quæ vndiq; *πῶλον*, hoc est, annulum aureū in extremis parti-
 bus habebat. Meminit & Pausanias, si rectè recordor. Fuit & poeta Leschides,
 qui primū sub Eumene rege stipendia fecit, mox versibus operam dedit, mul-
 tāq; cōposuit, quæ sunt à Græcis celebrata. Sequebat̃ hos Alcmaeon & Dinar-
 chus, quorum prior per ea tēpora quibus Lesches, floruit, & inter cetera de Mu-
 sis scripsit. Dinarchus verò qua ætate vixerit, incompertum quidem habeo. Bac-
 10^o chum hic in prælio dimicantē dilaniatū discerptūq; fuisse suis carminibus de-
 scripsit, vt Græci scriptores ostendūt. Et cū his fuit Solonis imago, qui & philo-
 sophus & præstantissimus poeta XLVI Olympiade claruit, Cyrillo & Eusebio
 tradētibus. Fuit verò ex Cypria Salamina oriundus. Hic Sifathian quam vocāt
 legē, manu in axone præferbat: & à nōnullis habitus Homericę poeseos autor
 potius quàm Pisistratus, in ordinem redigendæ: eius enim verbis post adeptam
 tyrannidem Pisistratus dicitur, non Aristarcho, vt falso quidā, sed præcipuis eo-
 rum temporum grammaticis eam prouinciā demandasse, propositis præmijs
 omnibus qui carmina Homericā detulissent, ab eis grammaticis examinanda,
 atq; ita cōflata Rhapsodiæ, sic dictæ vel ab eorū virga censoria, vel à cōsue-
 20^o & in vnū connectendis carminibus. Quin & pleriq; catalogi Homericī partem
 quampiā Soloni potius quàm Homero ascribi volunt, vt illud est de Salamine,
 de qua inter Athenienses & Megarenses certamen fuit, cuius rei post Plutar-
 chum meminit Pausanias, & alij. Exceptit Piso: Sed quid plura, inqt, de Solone?
 Nū Plutarch. & Laertius eius vitā copiose literarū monumētis mandarūt: Re-
 ctè tu quidē, inquā, mones: attamen quæ ad ipsius poeticā attinēt, parūq; ab illis
 obseruata, vobis afferā. Diuus in primis Plato Solonis versus adeò celebrat, vt
 eos publicè recitari à pueris in deorū celebritatibus præcipiat, Homerocq; ac He-
 siodo ipsum nihil inferiorē videri potuisse, si aliquod poema integrū, vt illi, per-
 fecisset. Illud eius certè nec semel celebrat, quo senescens ait semper se discere:

Leschides.

Alcmaeon.
Dinarchus.

Solon.

30^o *Γηράσκω ἤ ἀὲ πολλὰ διδοσκώμεθ'.*
 Aristoteles quoq; cum alibi, tum in Rhetoricis, Solonis elegias plurimum lau-
 dat. Idem Aristides in ea oratione quā de concordia Rhodiensibus composuit.
 Easdem & Pausanias ita vehementes & incitatas fuisse prodidit, vt eo carminis
 genere Athenienses aliquando sint ad bella inflammati. Extant & apud Vlpia-
 num rhetorem Solonis versus, extant & apud Plutarchum pleraq; qui & illud
 asserit, Solonē molitū esse leges perscribere, sed id non perfecisse: alij stultitiā
 simulasse aiunt, legendis & in publicum recitandis de Salamine carminibus, at-
 que ea causa ipsum ducem delectum ad eam prouinciā. Legite Iustinū, Laertiū,
 & Plutarchū. Extat verò & apud Philonem Hebræū in secundo de mundi opifi-
 40^o cio elegia de decem hominū ætatibus, quā sicut dignā existimauit doctissimus
 Hebræus vt suo libro insereret, sic ego, vt sanius intelligatis Censorinum de die
 natali, eam ipsam citantē elegiam, vobis per me Latinā factā hoc loco recitabo.
 Cum enim Philo in laudes septenarij numeri colligendas descēdisset, ita subiun-
 git: Has, ait, ætates scripsit Solon Atheniensiuū legislator, hanc faciens elegiam:

*Impubes & adhuc infans cum septa molaris
 Educit primū, septimus annus erit.
 Cumq; alios septem Deus huic perfecit annos,
 Apparent pubis mollia signa nouæ.
 Tertia mox vestit tenera lanugine malas,
 50^o Heu nimis ætatis flos citò præteriens.
 Iam iuuenem viresq; facit tibi septima quarta,
 Virtutis profert certaq; signa viri.
 Coniugis ætas maturum quinta ministrat,*

*Natorum, & quibus est posteritatis amor.
Sexta homini mentem cunctos adducit ad usus,
Qui queat ingenio rebus adesse suis.
Septima mente valet, valet & lingua, & simul isti
Octava, ambæ annis quattuor atq; decem.
Non etate etiam mage mollia dicere quibit,
Virtutem ad magnam lingua etiam & sophia.
Si quisquam ad decimæ mensuram exegerit annos,
Intempestiuam non habet ille necem.*

Præter elegias Solon & iambos scripsit, ut est apud Pollucem & Athenæum, qui & nonnullos adducit, atq; in primis ubi de *πέρων* (placentæ id genus) agit. Celebrat & eius Epodon Diog. Laertius. Sed & Solonis versus de Philocypro Tyranno commemorat Herodotus. Sunt & Solonis versus apud Pausaniam. At verò eius epitaphium M. Tullius tale fuisse scriptum reliquit:

*Mors mea ne careat lachrymis, linquamus amicos
Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu.*

Celebrat & idem Cicero alibi Solonis versus, & in Catone ait eum versibus gloriari, quod quotidie aliquid addiscens senex fieret. Atq; hæc quidem nunc de Solonis versibus, à quo in tabulis non longè aberat Dropides, cuius & frater fuisse perhibetur, à quo, ut est à Græcis autoribus traditum, maternum genus duxit diuus Plato. Fuit verò egregius poeta Dropidas, sed illius nomen ac famam fratris illustris gloria obscurauit. Nec ab his procul Chilo fuit Damageti filius, patria Lacedæmonius, inter septem Græciæ sapientes vnus habitus, cuius vitæ cum alij tum Laertius & Suidas literarum monumentis cõmentarunt. Laudat Chilonis elegia ducentorum versuum. Breue quoq; dicendi genus ab ipso Chilonium nuncupatum est: ut enim Aristagoras Milesius ait, huiusmodi figuris & tropis vsus est. Sunt & Chilonis hæc sententiæ, quæ in Apollinis oraculum referuntur, *Γινώθι σ' αὐτὸς, & ἐγγύη δὲ τῆς ἀπῆς*, quibus monemur nos ipsos nosse, & sponsioni non deesse damnum & iacturam. Thaletæ quoq; Milesiũ, Lobon Argiũ, qui de poetis scripsit, & Plutarchus, versus & poemata scripsisse tradunt, celebranturq; eius versus ad ducentos, quibus quæ maximè ad philosophiam pertinent complexus est. Eundem scripsisse Meteora versum scribit Suidas, & de æquinoctio. In huius & quorundam, quorum imagines nunc statim subiungam, recensendis vitis parcus ero, quoniam sunt copiose cum ab aliis, tum præcipuè à Diogene Laertio descriptæ, qui & ipse non indignus est, ut inter poetas connumeret eos qui epigrammatis luserunt, cuius cum pleraq; extant, tum de se ipse, cum Solonis vitam absolueret: Legitur, inquit, de illo & nostrum epigramma in Epigrammatum libro, ubi de sapientibus omnibus & doctrina præstantibus, omni genere metrorum loquor, qui Pammetros ideo vocatur. cuius libri alibi ab eodem sæpe facta est mentio, & citata carmina: & ille, ut scitis, ideo ait in Nutricia, Pammetron hic cecinit. Sed nos reliquos sequamur. Erat & in hoc sapientium genere poetarum Pittacus Mytilenæus, qui patriam Mytilenem aliquandiu rexit tyrannus, sua tamen postea sponte se ab eius tyrannide abdicauit. Scripsit elego carmine multa, inter quos sexcenti eius elegi valde probati fuerunt, quibus ciuibus suis leges dedit: & ipse à plerisque vnus est septem existimatus, ut Periander quoq; Corinthius, qui ab Athenæo *ἐλεγιογράφος*, hoc est, elegiographus vocatus est. Floruit duodequadagesima Olympiade. Hypothecas duobus versuum millibus scripsit, ut Suidas & Diogenes tradunt. Fuisse verò & alterum Periandrum didicimus, qui cum non ignobilis medicus & esset & haberetur, se poetam tamen videri malebat: nam & poemata si lepida illa quidè & parum venusta componere, quæ & passim recitabat, unde & illi Archid. Agelilai filius dicere solebat: Qui fit, ô Periander, ut malis poeta vocari non bonus, quam bonus medicus? quod sic sonat Græcè

Græcè, αὐτὴ χεῖρ ἴσθ' ἰατρῶ καὶ ποιητῆς καλῆαδ' ὠδὸν ἴσθ' ἴσθ'. Tales sunt et hodie plerique medici, qui tanto aguntur poetici pruritus desiderio, ne scabre dicā, ut nec hoc nec illud ideo assequantur. Nominarem vobis aliquos, quos nostis ipsi, sed non oportere opinor. Nō oportet, nō certē, inquit Piso: nam nec medici solūm, sed & legum periti quidā hoc simili furore agunt. Verum præstat incæptum de philosophis istis qui & poetæ fuere, sermonē prosequi. Sic agam, inquā. Multi ergo & Pythagoram inter pœtas retulere, constās licet sit opinio, cum nihil in scriptis reliquisset. Heraclides tamen Serapionis & ipsum Pythagorā versus scripsisse tradit in Socionis epitome. Ion quoq; Chius, poema ait quoddam composuisse, sed Orpheo titulo & nomine prænotasse: cui opinioni neq; Diogenes refragatur. Sed & alij nōnulli aurea quæ inscribunt carmina, Pythagoræ legitima esse crediderūt, nec ea aliter exponere videt Hierocles philosophus, licet Iamblichus rem in dubio versari scribat: quidam enim, ait, in Philolaum aureū illud poema referunt, qua de re & nostra ætate inter homines eruditos nō parua fuit disceptatio. Vxorem etiā Pythagoras habuit, quæ in poetica non parū valuit, ut alio loco narrabimus. Atq; ea ratione satis dixerim de Pythagora, quod nūc nō eius vitā, cōmentamur, quæ est à tot perscripta, atq; in primis Iamblichō & Laertio, ut Origenem mittam & Suidam. Fuit & Hipparchus inter pœtas cōnumeratus, Atheniensis Pisistrati tyranni filius, qui, ut est à Platone proditū, multa in repub. facinora præclara fecit, ita quidem ut apud Græcos ab ipso proverbiū in eos factū sit, qui magnificè ac liberaliter opus aliquod perficiunt, ἵππαρχος τείχεϊ δὲ. Is enim Academiam ingēti muro circūdedit, qua in re non modicas absumpsit opes. Sunt & qui huic ascribant gloriā in ordinē redigendæ Homericæ pœseos, quā Athenas primus inuexit, pœtasq; coegit carminū cantores, ut versus per ordinem referrent. Certē pœtas poeta ipse plurimi fecit: nā & Simonidem semper apud se habere voluit. Anacreonti verò dum Athenas nauigaret, quinquaginta remorum nauem occurrere iussit: Columnas etiā in vrbs cōpitis erexit, legibus & elegis versibus inscriptas, ut Plato in eius nominis dialogo scriptum reliquit. Ab Harmodio verò & ab Aristogitone occisus est, quibus, ut tyrannicidis, Athenienses statuas erexere, eo quo Roma reges eieci sunt anno, ut Plinius in xxiiiij. autor est. Hipparchi necis causa non ea fuisse creditur quæ vulgò traditur, sororis Harmodij Canephoræ contemptus, quam Thucydides in sexto. hist. perscribit copiose: sed cū Harmodius amatus & eruditus ab Aristogitone, quempiam nobilem deperiret adolescentem, qui prius ambos admirari solitus erat, dein contemptui eos habere cœpit, quod videlicet Hipparcho esset familiaris factus. Hi ea igitur causa Hipparchum interfecere: quos ne proderet Leæna meretrix torta, cum mordicus linguam sibi euellisset expuissetq; statuatam Leænae elinguis à populo Atheniensi meruit. Nota est historia. Post Hipparchū fuit et Mithæus Atheniensis poeta, qui xxxviii. Olympiade claruit. Post quem etiā fuit Eugamnus Cyrenæus poeta, qui eo tēpore theogoniam scripsisse traditur, quo Panathenæa ab Atheniensibus celebrari cœpta sunt. Hunc ipsum Eugamnū integrū volumen de Thesprotiis à Musæo furto sustulisse testis est Clemens libro contra gentes sexto, ut etiā obseruat Eusebius Pamphili. Sed iam ad Pisandri imaginem deuenimus, qui est inter vetustos pœtas connumeratus, quippe quem Eumolpi ætate Græci quidam vixisse prodiderunt, atque ab eo etiam amatum: alij verò Hesiodo quidem seniore: plurimi xxxiii. Olymp. claruisse tradiderunt. Vt cunque sit, Pisonis & Aristæcmiæ filius fuit. Cum verò patria Alexandrinus esset (quod procedere non posse videtur, nondum enim Alexandria condita fuerat) Rhodium se tamen maluit appellari, ut multò post eum Apollonius qui Argonautica scripsit, atque ob id Camirus seu Camiræus, ut ait Stephanus, Pisander est cognominatus. Nam ut Pindarus scribit, à tribus Rhodes & Apollinis filiis, tres insulæ Rhodi vrbes vocatæ sunt, Camira, Ialysia & Lindus, quæ et Strabo hac parte secutus est. Pisander sororem

Pythagoras.

Hipparchus.

Mithæus.

Eugamnus.

Pisander.

habuit

habuit nō ignobilem Diocliam. Scripsit verò elegāti carmine Herculis labores duobus libris, qui desiderantur. In iis primus ipse clauā Herculi attribuit, quod planius in Herculis vita ipse sum executus. De Pisandro in hūc propè modum Macrobius: Pisander, inquit, poeta inter Græcos eminet opere, quod à nuptiis Iouis & Iunonis incipiens, vniuersas historias quæ mediis omnibus seculis vsq; ad ipsius Pisandri ætatem contigerūt, in vnam seriem coactas redegit, & vnum ex diuersis temporū historiis corpus effecit: in quo opere, præter cæteras historias, interitus quoq; Troiæ relatus est, quem Maro interpretando, fabricatus est sibi Iliacæ vr̄bis ruīnam hæc ferè Macrobius. Reliqua verò quæ Pisandro ascribuntur, supposititia & adulterina iudicantur: nā tum ea Aristæus poeta, tum alij cōposuisse ferunt. Fuit autem Aristæus is qui variam carmine scripsit historiam, quam Heroicōn theogamiōn inscripsit, libris multis digestā, & præter hæc alia edidit solutā oratione. Sed de Pisandro sequamur, quem in tantum atræ bilis vāsanā correptum fuisse legimus, vt sibi continuè timeret ne suæ ipsius vmbra occurreret: anima enim se viuens destitutū existimabat. Memini certè ego, quod & tu fortè Pīso, me homīnem aliquando Ferrariæ in patria huiuscemodi vāsanā ac furore percitum videre, cui cum philosophi & medici pleriq; in primisq; Leoniceus noster, firmis rationibus & argumētis id fieri nullo modo posse ostenderent, vt quispiā sine anima viuere, necdū loqui posset (is enim non nihil in literarū studiis antea versatus fuerat) rationes illi quidem sibi alias omnes propositas probabat: cū verò argumenrationis conclusio afferebat, id totū ille pertinaciter pernegabat. Et memini, inquit Pīso, & mira res profectō: sed vt à medicis audio, eiusmodi ægritudines plerunq; ex atra bili euenire solent. Cui ego: Sic est, inquā, Pīso: nam & ab iis ipsis medicis infinitæ & penè innumerabiles eius morbi species tradunt. Nolim vos tamē ignorare, iis missis quæ nostri non sunt instituti, Pisandrū hunc ipsum quē modō timidiorē & furētē dicebamus, non ab aliquibus poetā existimatū, sed bellicū quempiam hominē & militem, statura magnū, qui lucri, non virtutis causa, militarem artem exercebat, cuius & conum & supercilia ridet Aristophanes. Hic cum virilis nec esset nec fortis, vt tamen videret, armis insignibus & exculptis vtebat, tripliciq; cono & insigni, quā *τελοφίαν* Græci vocauere: à quo est id, quod Græcis tritū est vetustate prouerbiū, Pisandro timidior. Jam satis, inquit Pīso, ne propositū mittamus. Nec vobis id, inquā ego, præter rem audiuisse fuerit, sic enim & Græcū Suidæ exemplar castigabimus, vbi legit, *πῖσονος ἀφοτόφου*, vos *πῖσονος ἀλοτόφου* legetis, & rē simul parū Latinis obseruatā vobis attulerim. Fuit verò & alter Pisander Lariens poeta, poetæ Nestoris filius, de quibus alibi agendū. Erat post hæc in hac tabulæ parte imago Eueni, qui fuit elegiarū poeta, eius Philisti magister qui secundū præcepta artis oratoriæ historias cōscripsit. Huius certè Eueni verus citat Aristoteles, cū de consuetudine agit, quam aliam quasi naturā esse existimat. Extāt in Gnidiā Venerem duo eius epigrammata, itē alia in Myronis vaccā. Duos ramē Eueni nomine fuisse reperio apud Suidam & Val. Harpocrationē, & ambos quidē elegiographos, id quod Harpocration cōprobat ex Eratosthenis in chronographiis autoritate, eosdēq; ait fuisse ex Paro insula. Meminit & eorū alterius diuus Plato, etsi in vulgatis codicibus inuersè atq; præposterè aliquādo legit. Meminit & Max. Tyrius in quodam sermone de Socrate loquens, quem ait ab Eueno poeticam comparasse. Est & apud Ausonium in quadam epistola huius poetæ nomen perperam, vt puto, scriptū: ita enim legendum existimat: Quid Euenū, quem Menander sapientem vocauit. Citatur & Euenus ab Artemidoro libro primo *ὀνδροκελικῶν*, in amatoriiis ad Eunomiū, vbi ait camelū appellari quasi *καμμηρον*, ab inflexu videlicet femorum, *καμψήσων μερῶν*. At vero hi mihi desperare vident qui Euenum poetā in amnē Lycorbam demersum fluuio nomē dedisse autumant, cum ex Eustathio & Porphyrio aliisque res aliter habeat. Est quoq; apud Dionysium Halicarnass. in primo historiarū Eueni nomen in Epistola

- num commutatum, ut quidam falsò putant, cum eo loci potius, ut vobis alio loco dicam, Simulùs legendum sit. Verùm iam Eueno misso, ad Tyrtæum cõuertamur, cuius hac in parte fuit imago. Poeta verò Atheniënsis fuit Tyrtæus, sed à Spartanis vrbe donatus, atq; ea causa puto à scriptoribus Spartanus et Lacedæmonius interdum dictus est, ab aliis nescio qua ratione Milesius. Plutarchus verò in Musica Mantineum facit: tanta est plerunq; eadem de re scriptorum varietas. Fuit in primis Tyrtæus elegiarum poeta, & tibicen, ut ex Lycurgi oratoris autoritate testatur Harpocraton. Patrem Archembrotũ habuit. Deformis ipse fuit aspectu, & claudus: eum & luscũ describit Porphyrión. Inter verò antiquiores poetas connumerat, & ætate penè par septem sapientibus, hoc est xxxv Olympiade. Scripsit elego, & heroico carmine permulta de Lacedæmoniorum repub. item hypothecas, bellicos cantus, libris sex, & Eunomiam quã vocauit, quo in opere se Lacedæmoniorum ducem fuisse ait, cum contra Messenios pugnarent: cuius quidẽ belli causa fuerat, quòd Spartanas virgines Messenij ad ædem Dianæ violauerant. Historiæ meminit Strabo, à quo & eius versus de eo vicennali bello afferuntur. Pluribus eam in Messeniacis Pausanias exequit. Iustinus ex Trogo Tyrtæum ait Lacedæmonis belli ducem ex oraculo datũ fuisse ab Atheniensibus, cum iam Lacedæmonij ipsi ter fusi fuissent. In cõtemptum verò datum ait Pausanias, erat enim ludi literarij magister Tyrtæus, & claudus,
- 10 ut modò dixi: nec insuper Atheniensium desiderium fuerat, ut Messenios Lacedæmonij vincerent. at suo Tyrtæus carmine militum animos ita inflammauit, ut ex ea pugna insignem facillè victoriam reportarit. Præter suprã citatos autores, huius etiã historiæ Aristoteles & Orof. meminere. hinc illud opinor Horatijs:
- Tyrtæusq; mares animos in martia bella
Versibus exacuit.* quod Porphyrión & Acron animaduertent: ut eorum magis sit supinus & ferula castigandus error, qui Dircaũ pro Tyrtæo in eo Horatijs versu reposuerunt. Pausanias, ut est apud Plutarchũ, cum interrogatus aliquando fuisset, quam ob causam Tyrtæũ Lacedæmonij vrbe donassent, respondisse dicit, ne externus, inquit, nobis imperaret. at verò Leonidas rogatus qualem ipse poetã Tyrtæum crederet: bonum scilicet respondit, q; iuuenũ animos ad pulchra honestaq; inflammaret. scribit hoc idem Plutar. in eo qui inscribitur,
- 20 *Quenã inter animalia prudentiora, terrestriãne an aquatilia, tametsi aliter idem in apophthegmat. Vtiq; fuisse hominem Tyrtæum egregiæ probitatis facillè ex Platone colligimus, etli eũ ut mentis impotẽ irriferunt Atheniensis, ut Heraclides & Diogenes scribunt. Sedenim vsque adeo Spartani Tyrtæi poematis afficiebant, ut cũ hoste congressuri ea identidem repeterẽt. Scribit Philochorus & repetit Athenæus, Lacedæmonios, cũ duce Tyrtæo Messenios superassent, eũ morem instituisse militarẽ, ut cũ vel conuiuia, vel ludos celebrarent, inuicem Tyrtæi pyrricham canerent, & qui victor fuisset præmiũ à Polemarcho, hoc est,*
- 30 à ludi principe, carnem acciperet. Trichoriam quoq; saltationem ab hoc poeta institutã autor est Iul. Pollux. Est autem Trichoria apud Laedæmonios tripartita quædã saltatio, qua per tres hominũ ætates, puerorũ, virorũ & senũ uti consuevere Lacones. Atq; hæc tenus vobis de Tyrtæo, nunc ad aliorũ imagines me conuerto. Fuit verò & Chersia poetæ imago, qui cũ Periandro longo tempore simultatem exercuit, tandẽ Chilone sequestre reconciliati sunt. meminit Plutar. in sympos. Pausanias verò in Beoticis Chersian ait Orchomenium fuisse, cuiusq; versus adducit de Aspledone ciuitate: nullã tamen apud se eius poetæ memoriã extare scribit, nisi quòd Calliopus eius ad Orchomẽios meminerit, et q; Orchomẽij ipsi eius versus in Hesiodi sepulchro cõmemorent. Fuit & Prodicus Phocæus vetustus apud Græcos epicus poeta, cuius si nominis minus crebra mētio, carminis certè frequens habetur. Scripsit enim Minyada opus variũ, historiisq; multis ac fabulis refertissimũ, ex quo Polygnotus picturarum nonnullarũ sumpsit argumenta, ut docet Pausanias. Inter cæteros de Charonte hi sunt versus:

ἦν δ' ἠὲ νεία μὲν νεκρὰ μάλιστα, ἡ δ' ὁ γόραιος
πορθμεὺς ἠκεχαίων, ἐκ Ἑλλάδος γ' ἰδοθῆναι ὄρμους.

Prodicus.

Polycritus.

Xenophanes.

Minyados præterea mentio vbi de Meleagri & Altheæ fabula, itē de Amphione apud inferos pœnas dante. Alius verò ab hoc fuit Prodicus Ceus inter vetustos phycos & sophistas connumeratus. Eius nota est Herculis pueri virtutis & vitij historia, qua de re in Hercule nostro. Huius quoq; Euripides discipulus fuit. Fuit & Polycritus per hæc tempora poeta, qui teste Aristotele, in lib. de admirandis in natura (quem quidem librum video à plerisq; inter Aristotelis legitima opera reponi) Siculorum gesta versibus perscripsit: atq; in iis præter alia de lacu quodã Siciliæ ita tradidit, vt se in gyrum instar clipei voluat, cuius aqua 10 haustu homines mirum in modum crescere dicuntur. Eundem Polycritum alibi idem Aristoteles diligentem & accuratū autorem vocauit. In hac tabulæ regione quosdã philosophos & poetas excellentes conspeximus, inter quos Xenophanes, cui Physico cognomen fuit. patria fuit Colophonius, vt Cicero & Strabo testantur. L. circiter Olymp. clauit, vt est apud Eusebium, qui & aliubi Eleaticæ eum sectæ inuentorē fuisse scribit. Multa verò in philosophia carmine perscripsit, inter quæ opus duūm millium versuū. Extat quod legi apud Athenæum ipsius elegidion, item carmina quamplura cum apud alios, tū apud Simplicium Aristotelis interpretem. Illud vtique Xenophanis carmen valde celebratur à Theodoretō Cyri vrbis pontifice:

ἐκ γῆς γὰρ ταῦτα πάντα καὶ εἰς γῆν πάντα κλυτὰ.

quod sic Latine vertit aliquando ex tempore Pice pater tuus:

Ex terra cuncta, atq; in terram cuncta recumbunt.

Leguntur & apud Suidam elegiaci quidam ipsius versus, de eo quod aliquandò aliud ipsum factum est, hoc est, πῶς δὲ τ' ἄλλοτε κ' ὄντων γενέσθαι. Afferuntur & eiusdem versus à Clemente Alexandrino in Stromatis, atq; item ab Eusebio de vno deo, quos ideo vobis recitabo, quòd in xiiij. de præp. euangel. Latino codice desiderantur, vt alia pleraque prætermissa ab interprete. Versus hi sunt, oppidò scitu dignissimi:

εἰς θεὸς ἦν τε θεοῖσι Σανθρώποισι μέγιστος,
οὐδὲ θεῖας διηπόισιν ὄμοιος τ' οὐδ' ἐνόημα.

Vel si Latinos vultis, accipite sic à me factos:

Inq; deos, Deus, inq; homines est maximus vnus,
Non intellectu similis nec corpore nobis.

Origenes verò in libro qui Philosophuménon inscribitur, omne Xenophanis in philosophia institutum paucis sic explicuit: Xenophanes, inquit, Colophonius Orthomeni filius, omnium rerum incomprehensibilitatem esse dixit, & solem ex paruis igniculis coaluisse, & quotidie fieri: & terram esse infinitā, & neq; ab aere neq; à cœlo contineri: infinitosq; soles & lunas ex terra fieri. Salsuginem quoq; maris fieri ex mixtione terræ existimauit, idq; ea ratione colligebat, quòd 40 in medio terræ, & in montibus, concharū testæ inueniant: & in lapicidinīs, quæ sunt prope Syracusas, inuentæ essent aliquando piscium & phocarū figuræ. In Paro quoq; insula lauri imago in profundissima marmoris vena. Hæc quidem ille: quæ quoniam Latinis nostris hominibus parum nota sunt, ea ideo hoc vobis loco vt cunq; exposui. Dicerē, tum inquit Piso, vt de cæteris philosophis itidem faceres, quos in tabula pictos esse dixisti, nisi vererer ne in longum nimis huius diei sermonem traheremus. Nihil certè, inquā, quod ad tabulam pertineat, quantum in me fuerit, prætermittam quin referam, atque in primis ea quæ ad poeticam pertinent. Sanè Diogenes, à quo Xenophanis vita describitur, eum contra Homerum & Hesiodum iambos & elegias scripsisse prodidit, vt ideo eum vix 50 dignum putem, vt inter poetas connumeretur: quo fit vt rectè putem illi Hieronem respondisse, cum ei aliquando Xenophanes dixisset, se vix famulos duos alere posse: iure quidē: at Homerus, cui tu detrahis, plures quàm decē millia etiā mortuus

mortuus alit. quod scribit Plutarchus. Multæ tamen constantiæ hominẽ ac fortitudinis fuisse accepimus, adeò vt mortuos filios fuisset ipse manibus sepultura mandarit, vt Demetrius Phalereus autor est. Præter ea quorum superius meminimus, de Sillis quoq; poemata scripsisse tradit Strabo. Quale verò carminis genus sint Silli, vobis in primis diei sermone ab undè, vt opinor, declarauimus. In hoc quidem Sillorum genere, vt Gellius & Diogenes & Stephanus tradunt, scripsit & Timon Phlasius ex Pyrrhonis secta, vt Athenæus & Suidas referunt, quod opus libris tribus digestum, *οἰλοῦντο ἵνα γόγι τῆν φιλοσόφων* inscripsit, in quos cõmentaria se edidisse ipsemet testatur Diogenes. Ex Timonis Sillis cum alijs per plures, tum Sextus Empericus, Plutarch. & Gellius carmina citant. Sed huius Timonis vitam luculenter satis in nono colligit Laertius. Floruit vero Phlasius Ptolemæi tempore, vt ex eius iambris facile nosse datur. Patitẽ quidem Timarchum habuit, inter Phlasiis hominem non satis locupletem, antequam philosophiæ operam nauaret. Tripudijs ac saltationibus est delectatus. Scripsit præter quæ diximus, Cinædos, Pythonẽ, Dalmas, tragœdias insuper & comœdias & satyras vsq; ad versuum xx millia. Ea insuper fuit pictoris industria, vt in tabulis ita depictus fuerit hic Timon, vt omnibus infensus esse videre, ea certe quando fuit natura, vt omnibus malediceret, nulli parceret, præterquam Pyrrhoni, & vt aliqui scribunt, præterquam Democrito & Xenophani, de quo modo egimus, quem in secundo & tertio libro in modum dialogi loquentem induxit. Ipsum verò Timonem hoc loco retulimus, quoniam id non ab re visum est, cum de Sillis nobis mentio incidisset. Cedò, inquit Piso, reliqua, te enim libenter audimus. Tum ego: fuit & alter, inquam, Timon, qui quòd humanum genus exosus fuerat, vulgò *μοσθιστῶν* cognominatus est, vt Lucianus & Suidas tradunt. meminit & cū alibi M. Cicero, tum in Lælio: meminit item Plinius & Pausanias: cuius quoq; nominis titulo Luciani dialogus legit. Fuit hic quidẽ Atheniensis, vt Plutarchus scribit, belli Peleponnesiaci temporibus, vt ex Aristophanis & Platonis carminibus colligitur: describit enim in eis osor & inhumanus, & hominum congressus fugiens & colloquia, præter vnus Alcibiadis, qui ea tempestate adolescens erat, & lingua maximè præptus, hũc Timon libentissimè amplectebat exosculabaturq;: interrogatusq; ab Apemãto, quid ita faceret, respondit, ideo quòd adolescentem eũ intelligeret multo iũ malorum Atheniensibus causam futurum. Consuetudinem quoq; Apemanti nonnunquã non aspernabatur, quòd is similis ei esset, & eosdem sectaretur mores. Cum vnã enim aliquando cœnarent, & simul essent, ô pulchrum, inquit, ô Timon nostrum conuiuium. Apemanto respondit Timon, scilicet si tu non adesses. Est etiã proditum Timonem semel in concionem processisse, silentioq; facto & expectatione, vt-pote quòd insolitum id esset, dixisse: Est mihi, ô viri Athenienses. post adès non multum horti, & in eo ficus coaluit, è qua iam pei multi ciues suspensio vitam finiere, in eo ego loco sum ædificium factururus: qua ex re publicè ad vos referre constitui, vt si qui sunt ex vobis, qui vitam suspensio finire velint, antè id agant, quàm arbor succidatur. Mortuus verò est Timon, & in maris littore sepultus: at mare succrescens, & sepulchrum ambedens, aditum eius remouit. Erãt in sepulchro hæc carmina inscripta, quæ quidem ipse Timon antequam è vita decederet, sibi fecisse proditum est:

γῆθ' ἄσπερ ἦξας ψυχῶν βαρυσάμωνα κέμαι,

τὸ ὄνομα δ' ἔπειθ' ἴσθαι, κακὸν ἢ κακῶς ἀπολεῖσθαι.

quæ male, vt videtur, sic Aretinus transtulit:

Hic sum post vitam miseramq; inopemq; sepultus,

50 *Nomen non quæras, dilector te malè perdant.*

Leguntur & græca in Timonẽ quædam alia epigrammata Egesippi Ptolemæi, Leonidæ & Callimachi, quæ sunt in tertio epigrammatum volumine. Memorabilis etiã huius Timonis ea est sententia. Aliquando enim interrogatus, cur

omnium esset hominum osor, respondit, τὸς ἢ ποιητὸς ἀλόγως μωδῶ, αὐτὸν δὲ λοιπὸς οὐ
 ἔμοιροι ποιητὸς. Malos, inquit, iurè odi, ceteros verò quòd nō malos oderint. Sed
 iam plus fatis: in viam redeo, nonnihil enim à proposito deerrauimus. Post Xe-
 nophanem erat Parmenides Eleates Pyretis filius, qui, vt Themistius & Laer-
 tius tradunt, eius quem modò narrauimus, Xenophanis discipulus fuit: vt verò
 Theophrastus, Anaximandri. Vniuersum hic existimauit vnum esse sempiter-
 num & ingenitum & globosum, vt scribit Origenes: ignem & terram dixit vni-
 uersi principia, terram quidem vt materiam, ignem autem vt causam, & vt effi-
 ciens. Plura hac de re apud Diogenem in eius vita legetis, nec pauca apud Sim-
 plicium cum aliubi, tum in primo Physicæ auscultat. Aristotelis. Suidas Parme-
 nidis successores Empedoclem ait & Zenonem. Diuus Plato dialogum huius
 philosophi nomine conscripsit de vno rerū omnium principio, in quo ~~enim~~
 complexus est theologiam: in eo quidem dialogo Parmenidis citantur poema-
 ta. Scribit Cælius Aurelianus in libris artis medicæ, quos Chronion inscripsit,
 Parmenidem de natura scripsisse: Euentu, inquit, conceptionis molles aliquan-
 do seu subactos homines generari, cuius, ait, quia Græcum est epigrāma, & hoc
 versibus intinabo: Latinos enim, vt potui, simili modo cōposui, ne linguarum
 ratio misceretur.

*Fœmina virq̄ simul Veneris cum germina miscent,
 Venis informans diuerso ex sanguine Virtus
 Temperiem seruans, bene condita corpora fingit.
 Nam si Virtutes permixto semine pugnent,
 Nec faciant vnā permixto semine, Diræ
 Nascentem gemino vexabunt semine sexum.*

20

Subiungit Cælius, vult enim feminum præter materies esse virtutes, quæ si se ita
 miscuerint, vt eius corporis faciant vnā, congruam sexui generent volunta-
 tem: si autem permixto semine corporeo virtutes separata permāserint, vtriusq̄
 Veneris natos appetentiā sequatur. hos Græci, vt idem Cæl. tradit, μαλακὸς vo-
 cāt, id est, vt idem interpretatur, molles & subactos. Sed hac de re fatis. Scripsit
 præterea Parmenides mundi opificium, hoc est, Cosmogoniam, vt in Erotico à
 Plutarcho traditur, quo in opere Amorem deorum omnium primum ait. Hoc
 ipsius est carmen:

πρῶτον μὲν ἔρωτα θεῶν μητιοῦτο παίτην.

Scripsit item de elementorū generatione, hoc est, ποιηταίαν, vt legimus in eo
 qui est, de audiendo, Plutarchi. Celebrat & naturales hymnos Parmenidis Me-
 nander rhetor. Sunt & apud Simplicium & Bessarionem quamplurimi Parme-
 nidis versus: sunt & alij apud Plutarchum eo loco, quo philosophiam prius ver-
 sibus descriptam asserit, quàm soluta oratione. Et cū his poetis philosophis fuit

Anacharsis. Anacharsis Scythia, patre Gnyro, matre vero græca, quod genus hominum Hy-
 brida vocantur. Fratrem habuit Caduia, qui Scytharū rex fuit. Croesi hic tem-
 poribus & Solonis floruisse traditur. Leges versibus descriptas suis Scythiæ po-
 pulis ferre voluit. Composuit & alia permulta, quæ ad humanæ vitæ cultū per-
 tinebant, versibus octingentis. Rotam figuli, & anchoram, sunt qui Anacharsin
 inuenisse tradant: quod minimè verū videtur, qua de re in Nauigiis diligentius
 obseruauit. Initiatum præterea Anacharsin sacris Græcorum accepimus, atq̄ ad
 centesimum vsq̄ annum vixisse, cum demū in patriam redisset, sagitta in vna
 tione percussus interiisse. Anacharsis vtriq̄ vocabulum deductum pleriq̄ iutu-
 mant *παρὰ τὴν αἰὰ χάρις*, quæ vox tum lætitiā tum gratiā significat. Sed de huius
 vita multa Diogenes, quædā Lucianus, Herodotus, Suidas, alijq̄. Solebat An-
 charsis irridere imprudētes, de prudentibus iudicātes, vt Tertullianus & Laer-
 tius scribunt. Adstabat propter hos & Empedoclis imago, Metonis filij, vel vt
 alij, Archinomi seu Xeneta. Fuit verò Empedocles Parmenidis discipulus, vel
 vt alij

vt alij existimant, Xenophanis, vt alij, Telaugis Pythagoræ filij, ex Agrigento Siculus, tantæ utiq; existimationis, vt ferè ab omnibus coleret, sic vt de illo canat Lucretius, cum de Sicilia multa locutus esset:

*Nil tamen hoc habuisse viro præclarus in se,
Nec sanctum magis & mirum, charumq; videtur.
Carmina quin etiam diuini pectoris eius
Vociferantur, & exponunt præclara reperta,
Vt vix humana videatur stirpe creatus.*

10 Mira etiam prodit Iamblichus de Empedocle, q̄ ventos scilicet, cæterâq; aeris
monitiones sisteret, ac propterea illi cognomen inditum ἀλεξανέμιας, quod ven-
tos depelleret. Addit & Suidas, itē Laertiū, eadem ratione κολύβοι έμιας eum vo-
citatū fuisse. Auream quoq; coronā capite gestasse accepimus, & in manibus
stemmata Delphica, in pedib; amyclas (genus id calceamenti à Græcis dici-
tur) Tanto verò diuinitatis desiderio ambitiosus estuauit, vt se noctu in crateras
Aethæ deiecerit, vt in deorum numerū repertere iratus à populis crederetur: id
quod ab igne reiecta calciamenta, frustra ab eo tentatum ostenderunt: vnde ri-
dendi præstita est Luciano occasio in Icaromenippo. Scripsit Empedocles de
rerum natura carmine libros tres, aliâq; non parum multa, quæ cum ab aliis affe-
20 runtur, tum à Pachemero philosopho in Aristotelis Ethica, & à Sophronio in iis
quæ de anima scripsit, itē in primo Physicorū Aristotelis à Simplicio, & ab a-
liis. Hymnos insuper naturales cōposuit, vt à Menandro rhetore proditum est.
Nantes verò scribit, Pythagoricōs vsq; ad Philolaū & Empedoclē ad sermonū
arcanorum communionem admitti solitos: vbi verò ipse poemata illa vulgare
cœpit, ab his latam esse legem, vt inde versificator omnis acceretur. Idem & Pla-
tonem pertulisse ferunt. Sedenim idem quoq; Neanthes & tragœdias Empedo-
clis se vidisse testatum reliquit, quas quidē tragœdias alterius Empedoclis He-
taclides Serapionis fuisse existimauit, Aristoteles tamē Empedoclis legitimas
credidit. Porro Aristoteles idem in libro de poetis, Empedoclem ait etiam Xer-
30 xis Persarum regis transitum in Græciam scripsisse, & in Apollinem proœmiū,
qua poemata postea igni tradita dicunt ab illius sorore, seu filia, id quod & Hie-
ronymus græcus scriptor asserit: & Persica quidem ab eo prudente scripta, &
imperfecta, proœmium verò ab imprudente scilicet. Pythagoræ etiā palingene-
siam credidisse Empedocles videt, id quod clarissimè ex ipsius versibus perspi-
cimus, quibus ipse se stirpē piscē, puerū, atq; virginē fuisse cecinit. Versus quos
cum alibi, tum apud Origenem in libro philosophumenon comperi, recitabo:

*χαίρειτ' ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἀμβροτῶν, ἐκ ἐλθὼν θεός,
ἦ δὴ χαίρει πάσι γὰρ γλυκύμυλον κερὶ τε, κερὸς τε,
δαίμων τ', οἰωνός τε, κ' ἴδωσ' ἀλὸς, ἐκπερὶ ἰχθυῶσ'.*

40 Sed quid verat, vt hos vobis etiam ex tempore Latine referam?

*Non ego mortalis vobis deus ipse, valete,
Ille ego qui quondam fueram virgōq; puerq;
Atq; frutex, volucerq; & venditus ex mare piscis.*

At verò cætera quæ ad Empedoclis vitam attinent, apud Laertium: cū tempus
erit legetis, nunc vrgent reliquæ poetarum imagines, quæ plurimæ restant. Fuit
tamē & alter Empedocles prioris ex filia nepos, qui quatuor & viginti tragœ-
dias docuit. Est apud Græcos prouerbium, cuius & Lysias orator meminuit, in
eos qui constanter in aliquos inimicitias continuant, Empedoclis inimicitia. vel
similitas, id est ἰχθυῶσ', quod ab horum vtro manarit, mihi utiq; incompertum. Sed
50 ad alios iam noster sermo vertatur. Fuit & Agathō Samius poeta non ignobi-
lis, cuius cum alij sententias laudant, tum Aristoteles, qui ad Nicomachum in
Ethicis eas non inuitus adducit, vt cum factum non factum esse, ait nec contin-
gere, & rectè, inquit, Agathon,

Prouerb.

Agathon.

Hoc etiam ipse Deus soloq̄ carere videtur,

Infectum ut faciat quod factum est. Idem cum alibi ostendit circa eadem ver-
fari artem & fortunam, ut præclare, inquit, Agathon:

Nanq̄, ars fortunam, fortunaq̄, diligit artem.

qui versus tamen Græcè senarius est. Huius poetæ meminît & Athenæus, & Theophilus grammaticus in Lexico. Alterum inter Tragicos Agathona enumerat Suidas, qui poeta fuit splendidus & liberalis, cuius etiam meminît Aristophanes. Platonis verò præcipuus fuit amicus: quin & in ipsius Agathonis ædibus symposium celebrasse sunt ex Platonis sectatoribus qui affirmēt. Agathon verò præter Tragœdias, & Comœdias quoque scripsisse dicitur, cuius fabula quæ *αἰθρᾶ*, hoc est, flos, inscripta fuit, ab Aristotele celebratur in Poetica, in qua quidem fabula multa recondita erāt, & tanquā fabularum inuolucra. Eiusdem & in libello eodem aliàs meminît idem Lucianus in Rhetore. Scribit verò Philostratus in Gorgiæ vita, Agathonem qui versuum elegantia plurimū æstimatus fuit, in iambicis carminibus Gorgiam ipsum imitatum fuisse, hoc est, ut ille Græcè scribit, *ἰαμβωδῶς*. Sanè in Symposio Xenophon Agathonis meminît poetæ, & à Pausania amati. Fuerat & in hac tabulæ parte Scythinus poeta egregius, qui, ut Stephanus in libro de urbibus scribit, Teius fuit, hoc est, Anacreontis conterraneus. Laudantur inter cætera eius scripta Iambi, & quæ in Scotinum Heraclētū scripsit, ut Laertius Diogenes ex Hieronymo retulit. Erat & Panyasis poetæ imago, qui à nonnullis ita laudatus est, ut eum post Homerum statim in poetarū numerum referant: alij post Hesiodum & Antimachum, quem ipsius Panyasis familiarem & discipulum pleriq̄ prodidere. Fuit ergo Panyasis Halicarnasseus non solum illustris poeta, sed & bonus prodigiōrum interpretis, hoc est, ut Græci dicunt, *ἑρμηνεύς*, id quod Artemidorus in libris *ὑπὸνῆσι* testatur, qui eius somniorū interpretamenta citat. Fuit & ut à nonnullis traditur, Herodoti historici patruelis, siquidem Herodotus Lyxō, Panyasis verò Polyarcho Lyxi fratre natus. Alij Rhæo matrem Herodoti, Panyasis sororē fuisse putant, quidam Lyxen. Duris tamen Diocleum Panyasis parentem prodidit, & patriā Samum. Vixit verò Panyasis Lygdamidis temporibus, qui tertius post Artemisiā Halicarnassi rex fuit. Pisindelis enim Artemisiæ filius, Pisindelidis verò Lygdamis, Olympiade circiter LXXVIII. tamen quidam eū antiquiorem faciunt. Ille est, inquit Pysso, Panyasis, qui de Herculis laboribus multa perscripsit, à quo, ut legi, & Græci & Latini poetæ multa decerpserunt, cuius nomen in plerisq̄ Quintiliani, & Hygini, aliorumque codicibus inuere legitur. Ille, inquam, Pysso ipse est quem dicit, & quem Eusebius eo tēpore floruisse scribit, quo apud fluuium Cremeram Fabiorū familia penè deleta est. Opus verò quod ipsais, ille Heraclæa inscripsit, & xiiij. voluminibus digessit. Scripsisse illū præterea accepimus quæ Ionica dicta sunt versu pentametro, item de Codro ac Neleo, deque Ionicis coloniis ad septem vsque millia versuum. Verum & illud de Panyasi libro Dipsosoph. secundo tradit Athenæus, quod de potandi lege dicere solebat, quod scilicet primum poculum Gratiis, Horis, & Dionysio dictum sit, secundum Veneri ac item Dionysio, tertium iniuriæ & damno. Sed de hac poculorum & conuiuij lege, & quot crateres in conuiuiō, & quia nos aliàs plura ex Pindaro, Sophocle, Eubulo, Aeschilo, Laertio, Apuleio, Gellio, Suida, alijs, in nostris obseruationibus collegimus, & simul ne, quod dici solet, aliud agamus, satis in præsentia. Sed tamen, inquit Pysso, ista digressiunculæ audientibus gratæ iucundæq̄ esse solent, quodam enim quasi diuerticulo colloquerium animi recreantur: nolim propterea tamē sermonem interpellemus, si non & interpolemus. Sic ergo, inquā, vobiscum agam, parcè tamen, cū videlicet obrepserint res quæ cōmodè orationi nostræ succedant. Et simul inquā: Igitur post Panyasim in tabula Theognidis imago videbatur, cuius quidē poetæ nostis quā ab honestis probatisq̄ scriptoribus, honestè probèq̄ fiat mentio: sed eam vnam

non

non præteribo, quæ est in Aphthonij progymnasmatibus: Non passus est, inquit, diutius poësin accusari Theognis: pro commētitijs enim fabulis admonitiones atq; paræneses excogitauit. Nam cum videret poetas vt plurimum fictas fabulas narrare, eas ipse negligens, sententijs propositaq; induxit, quo modo rectè & honestè viuere oporteat, atq; ita cum carmine gratiam seruauit, subiectæ verò rei emolumentum attulit. hæc ferme ille. Fuit ergo Theognis Megarenسيس ex Sicilia, quod scribit Plato: idem quodq; Theognis ipse in eo quod adhuc legitur poemate elego ad amicū Cynnum. Natum verò tradunt LIX. Olympiade. Val. Harpocration Megarensem facit ex Attica: nitē eo ipsius carmine, quo se profectum ait in terram Siculam:

10 *Ipsē ego cum veni Siculæ telluris ad oras.* Scripsit præter eā quā modo citauimus ad Cynnū elegiam, quæ *γνώμη*, id est, sententiæ inscribitur, de Syracusarum obliuione: item paræneses, sed eas nonnunquam obscœnis amoribus inquinauit, vnde & Athenæus ipsum inter eos connumerat qui voluptatibus micipati fuere, atq; eius quosdam versus affert, hoc idem qui comprobant. Huius poetæ carmina inter ea grammaticus Diomedes reponit, quæ Angelica dicunt. Theognidis cum alijs, tum certè Basilus, Dion, & Isocrates meminere. Fuit & alter tragicus poeta hoc nomine. Adhærebat Theognidi Phocylides Milesius, vt scribit Stephanus, floruitq; eadem ætate qua Theognis, post Troiana videlicet tempora annis plus minus DCLXVII. hoc est, Olymp. LIX. Cōposuit verò & ipse gnomas & elegias, hexametrorq; nonnullos, quorū quædā quæ à Sibyllinis depropta vident, appellauit Cephalæa. Extat quod legi Phocylidis poema, quod Nutheticon inscripsit, id Latine licet dicatis admonitoriū. Carmina Phocylidæ ad regem instituendum plurimū conducere scribit orator Isocrates. Post hos & Marachus, qui & aliquibus Malachus dicitur, poeta Syracusanus fuit, qui, vt in quæstionibus prodidit Aristoteles, eo maxime in conficiendis versibus tēpore præstabat, cum mēte alienaretur, q̄ non suo ore, sed dei cuiusdam loqui videretur: quæ res si vobis minus credenda videatur, eā apud ipsum Philosophū, cum ocium fuerit, relegemus: eam enim ipsam rem, eiusq; causam, vt est naturæ diligentissimus interpret, perscrutatur. Illud tamen mihi mirandum magis videt, quod est à Synesio proditum, per somnum posse etiā aliquem poetam fieri, idq; per sua tempora contigisse affirmat. Idem ait & Plutarchus de Socrate, quē per insomnia quædam poetica aptum iuuentum scribit. Sed & Artemidorus libro *ὀνείρων ἐκκλῶν* iij. cap. xxv. ait se nouisse quendam, qui cum somniasset se sinistra scribere, euaserit in poetā *καλῶν ἀσμάτων*, hoc est, poematū ridiculorū: quibus ego quantū hac parte credam, non facile dixerim: nisi id fortassis ipsi senserint, quod de vaticinijs quæ per somnia fiunt Abamon Aegyptius ad Porphyrium edisserit, vel id potius quod soleant in somnis aliquando poetæ versus facere: id quod ipse non abnuerim, cum sibi id accidisse vir & notæ probitatis & fidei, M. magister meus olim mihi nec semel affirmarit, cōsq; ipsos quos fecisset versus recitarit: quod postea & alijs cōtigisse & audiui & legi: vt hoc loco fabulosa Hesiodi, Enniq; somnia, à nobis suis locis exposita, mittamus, quibus illos poetas euasisse literarum monumentis est proditum: & quæ de Melesagora Eleusinio, qui Athenis nullas artes edoctus, vt à Max. Tyrio scribitur, à Nymphis inspiratus & vates & sapiens euasit. Sed huiusmodi poetarum & vatū miracula, si non potius prodigia atq; portenta, vt auditu iucunda, ita rarò contingūt, vt de Thynico quoq; Chalcidensi, cuius inter Lyricos ex Platone nonnihil meminerimus. Nunc igitur tabulæ ordinem sequar. Erat cum his poeta Phlegides, qui vt Themistius scribit, poemata quædam composuit, ita serie quadam annexa, nec vllis interpolata rebus, vt ratione ea facile quidem audirentur. Themistij verba recitabo, vt sunt ab Hermolao Barbaro Latine reddita. Vt enim, inquit, poemata Phlegidæ, quia nec personarum, nec narrationum disparilitate interpolantur, sed consequentia annexaq; sunt, & seriem quandam coibilem continent, facile

Phocylides.

Marachus.

Phlegides.

audimus, & properātes absoluimus. Haecenus Themistius, vel potius Hermolaus. Idem legimus apud Aristotelem, in eo qui est, de somno & vigilia. Et nonnulli Batalum etiam Ephesium per haec tempora poetam fuisse tradidere, lascivorum quidem carminum, & mollissimorum poematum, à cuius certè mollitie in Demosthenem factus est cavillus, vt vulgò Batalus diceretur, id est, mollis. Alij ab Aeschine obiectum, idq; dum esset iuuenis: senex verò cognominatus Argas, à serpente quopiā. Alij nō poetam Batalum fuisse aiunt, sed tibicinem, vt Aristophanes, qui in eum, quòd deformis esset distortiq; corporis, versus composuit. Sunt qui negent huiusmodi Batalum fuisse: nā quo loco de eo Libanius Sophista meminit, haec verba protulit: quempiam fuisse Batalum tibicinē Ephesium, qui primus calceis muliebribus in scena vsus est, & carminibus fractis, artēq; omnino emolliuit, ab eoque dissolutos & parum viriles homines Batalos dixerunt. Illud autem, carminibus fractis, quo modo nos vertimus, Gracè habet, μέλισσι καὶ τρυγόνισσι. quidam membris fractis, decepti vocabuli proximitate, interpretati sunt. Thomas Magistri non tibicinem Batalum scribit, sed hypocriten, hoc est, histrionem, qui calceis muliebribus vteretur, ex quo conuicium est in Demosthenem deductū. Harpocratiō verò Valerius Batalum odiosum ait significare & turpem, quod & Suidas affirmat. Eupolis autem poeta Batalum podicem significare innuit, & cinædos ac pathicos ideo Batalos vocitatos. Attici quidem pudendorum partem, quæ honestè nominari non potest, Batalum vocant, vt Plutarchus autor est. Meminit & Lucianus Batali, in eo, qui ad indoctum ementem libros inscribitur. Rhetor quoq; Hermogenes, vbi de mansuetudine, & vbi de grauitate orationis ac ironia agit, Batali mentionem facit, eūq; Pæanieum fuisse ostendit, à populo videlicet Atticæ tribus: Oenomaūq; Batalo opponit, quòd hic graue quiddam & tragicum haberet, ille molle & nihil virile. quibus verbis fuisse alterum crediderim hunc Batalum, cum priorem ex Libanio Ephesiū fecerimus. Sunt qui in Vergilianis poematis pro Bataro Batalum reponant: ego nihil statuo. Porrò & Battum poetam legimus, qui cū ineptior esset, statuas & simulachra hymnis ac versibus longioribus celebrabat, crebriusque eadem inculcabat, vnde & βαττολογία vulgò à Gracis vsurpata est, pro inepta garrulitate, vt in Lyricis pluribus dicemus. Cætera quæ de Bacelo, & Bataro à scriptoribus traduntur, huius non sunt instituti. In hoc verò ridiculorum poetarum numero Calliphanem Parabrycontis fuisse tradit Athenæus & Suidas. Fuit verò ostentator, & multa se componere iactabat tum carmine tum soluta oratione, & tribus, aut ad summū quatuor versibus compositis, eos in doctiorum hominum corona pronuntiabat, vt eruditus & multiscius esse videretur: à quo proverbium in eos factum est, qui eiusmodi ambitione aguntur, quorum similitum hac quoq; tempestate nonnullos ego & vos nouisse potestis, quorum nominibus parco, vt & vos ab eo vitio, qui adhuc estis in viridiorē aetate, caueatis. Sed nos institutū sequamur. Per ea tempora quibus floruit Socrates, hoc est, circiter Olympiadem octogesimam quintam, Hippias Eliensis sophista claruit, quem etsi duobus dialogis Plato ridet, hoc est, cum de pulchro, & mendacio disserit, nihilominus inter tabulæ imagines pictus videbatur. Cum ita dixissem, & aliquandiu respirarem, meq; ipse colligerem, sic Piso: Qua tu, inquit, ratione id factum reris, vt si sophista fuit Hippias, inter poetas sit connumeratus? Nam & Lucianus in Hippia balneo, & Philostratus, si rectè memini, eum quidem rhythmis ac Musica delectatum aiunt, non poetica. Idem M. Cicero, idem Quintilianus, Ammianus, Apulcius, Dion, alij. Cui ego cum paululum respirassem: Verum, inquam, quod ais Piso: sed si quæ de illo Socrates apud Platonem dixerit, audieris, nō ab re factū putaris, quòd inter poetas fuerit ascriptus: quare id ego, vt cūq; poterō, Socratis, vel meis potius verbis recēsebo, in quibus siquidò amicam illam (quod ait Cicero) Socrati ironiam perspicietis. Cum igitur Hippiam in arithmetica, geometria, & astrologia peritissimum Socrates dixisset,

xisset, subiunxit: Agè inquam Hippia, pèr q̄ omnes disciplinas & scientias cogita, num ita an secus, atq̄ dixi, fuerit: inter alios enim mortales pluribus artibus emines, sicuti ego temetipsum laudantem audiui, quòd scientia scilicet, quadàmq̄ amabili sapientia abundes. addidisti præterea, te aliquando Olympicum cœrtamen adiisse miro quodam ornatu habitûq̄ corporis spectandum, eaq̄ ipsa omnia ornamenta, quibus eras indutus, propriis tuis te manibus confecisse, & quidem in primis annulum quem gestabas (hinc enim exorsus fuisti) tuû fuisse opus, quasi scalpendi & eius artis peritus esses. quinetiam & sigillum quoddam tuum opus ostendebas, & strigiles, & vnguentariû vasculum, baxeas præterea, hoc est, calciamenta tuis cõsuta manibus: vestē quoq̄ & subuculam abs te contextam. quòdq̄ longè mirabilius visum fuit, & singularis tuæ artis & sapientiæ indicium, zonam aiebas eo in spectaculo ostendisse, opus perquam simile Babylonici Persicisq̄ cingulis: item poemata tua nõnulla & carmina, tragœdias, & Dithyrambos, atq̄ etiam orationes plurimas & varias pedestri stylo compositas. ad hæc periculum ante alios te fecisse dicebas in iis artibus quas paulò antè commemorabam, & in rhythmis, & in harmoniis, ac in omnium literarû studiis, cæterisq̄ id genus permultis, si modò rectè recordor. At verò prætermiserã tuæ excellentis memoriæ artificium, quo te pollere ante cæteros prædicas: atq̄ alia etiam fortassè sum oblitus. Hæc quidem Socrates in minore Hippia: sic enim dialogus Platonis inscribitur. eadem fermè & Apuleius in Floridis. Atque hæc ipsa quidem satis ad nostræ tabulæ declarationem. Sunt ea quidem vt ais, inquit Piso, satis: sublucet tamen in ea, quam dixti, in Platonis dialogo, Socratis ironia, hoc est, ridet Hippiam potius quàm laudat: quare ad alios accede. Tunc ego: Duo, inquam, velut philosophiæ lumina inter hos enitère videbantur, Plato scilicet & Aristoteles, de quibus magis silere conuenit, quàm vobis aliquid dicere: vulgò enim etiam idiotis, quanti ij fuerint cognitum est. Pauca tamen, quæ ad eorum poeticam pertinere video, vobis pertingam potius quàm memorabo. Fuit ergo diuus Plato, qui Aristocles prius, mox Plato, vel à latris humeris, vel ab eius orationis amplitudine, vel à spatiosa frontis æquore, nominatus, quidam tanquam philosophiæ Sol, hoc est, supernaturalium & cœlestiũ rerû doctor sublimis, ita vt diuini cognomen meritò omniũ cõsensu sit adeptus, adeò, vt de eo etiam illud sit proditum, quòd de virgine matre Periclyone natus sit, quæ Apollinis compressa fuerit phantasmate. Verùm vos hæc melius ex Græcis. Aristoteles verò tanquam Luna, hoc est, naturalium rerum, & eorum quæ in natura inferiora sunt, perscrutator acerrimus. Sed istud, inquit Piso, ideo nobis, quoniam duo philosophiæ lumina, dixisti, at sequere vt es pollicitus: hoc est, quæ carmina Plato scripserit & Aristoteles, nobis ostende. Cui ego: Scripsit, inquam, Plato admodum iuuenis dithyrambos, dein mela, mox & lyricos versus. Non vobis epigrammata nunc commemoro, quorum etiam nunc multa leguntur, cum in epigrammatum volumine, tum etiam apud Diogenem & Athenæum, vt illud est in Archæanassam Colophoniam puellam, quam & amauit: mitto & quæ in Astera, & Agathonem, quoniam nota. Scripsit & maturior tragœdias: quæ omnia cum recitaturus in Dionysij theatrum ingressus Socratem audiuisset, vel vt alij dicunt, ab eo monitus, igne cremasse proditur, hæc identidem verba repetens, Hic ô Vulcani Plato tua ope indiget. Ad quæ quidem verba Ausonius allusit in Epistola ad Symmachium: Quem tu, inquit, aut vt Aesculapius redintegrabis ad vitam, aut vt Plato, iuuante Vulcano, liberabis infamia: meministi & huius rei Apuleius. Composuit & Plato elegias. Sed & inseruit plerunque suis scriptis versibus, id quod & Hermogenes rhetor, vbi de orationis dulcedine præcepta tradit, obseruat, Platonemq̄ ait aliquando versus & carmina suæ orationi venuste inseruisse, vt illud in Phædro:

ὡς λύνει ἀπὸ τοῦ ὄλεθρου ὡς ποιεῖ ἀποθνήσκοντες ἐρασάει.

hoc est,

Vt lupus ipse agnos, puerum sic ardet amator.

Idem alibi frequenter. Sedenim, vt sciatis, nō vitio semper dat versus in oratione soluta, vt nostrorum pleriq; præcipiunt, quin illam sæpe venustiorē facit, id quod cum alijs, tum præcipue Dionysius Halicarnass. in arte sua rhetorica manifestè ostendit. Sed de Platone satis: de altero Platone Comico in ea tabularū parte agemus, vbi nobis sermo fiet de scenicis poetis. Monuit me modò Socrates. Socratis facta mentio, & ipsius gratissimus discipulus Plato, vt hoc vobis loco id significem, Socratem & ipsum, quamuis non satis æquum poetis, poemata & carmina composuisse, quod in Phædone Plato testatum reliquit: innuit & Plutarchus in eo qui inscribitur, Quomodo oportet iuuenes audire poemata: unde, inquit, per quædā insomnia Socrates poeticæ aptus inuentus est. quod simile ferè videtur eius, quod paulò antè in Malacho ex Synesio retulimus. Nam per quoq; legi Socratis carmen, quod in suis Cœnis Athenæus attulit:

οἷδε θεοῖς καὶ Μῖσα θεῶς τιμῶσι ἄριστοι. hoc est,

Quiq; boni diuos rectè venerantur ad aras.

Huius tamen sensus est, quod qui optimi sunt, choris pulcherrimè deos venerantur. Sic, inquam, rectè. Meminit & hymnorum Socratis Apuleius & Suidas, qui eos in primis celebrat qui in Apollinem & Dianam sunt compositi: & fabulam etiam Aesopicam commemorat idem, & Plutarchus. At quis, quæso, Socratem minus poetam putet, cum iam senex ipse, vt Fabius ait, lyra institui non erubuerit? Quæ cum dixissem, inquit Piso: Nunquid Aristotelis, quem & ipsum in tabula repositum dixisti, oblitus es? Non, inquam, sum oblitus, sed, vt dixi, Socratis facta mentio me parum deerrare fecit: iam nunc ad ipsum redeo. Fuit verò Aristoteles Stagiritis Nicomachi medici filius, qui ab Aesculapio originem traxisse creditus est: fuit, inquam, non modò omnis philosophiæ coryphæus, vt dicitur, magister, & Dialecticæ ac Rhetoricæ, verum etiam in poetica apprimè eruditus, seu artem spectetis, seu carminum compositionem. Nam duo primùm de ea facultate volumina composuit, quæ temporum, vt videmus, iniuria periere. Mox alterum volumen edidit, quod dimidiatum imperfectumque nunc in studiosorum manibus habetur. Scripsit & de Tragœdijs librum, & Homericarum ambiguitatum libros sex, & præter hæc Elegiarum librum ad Eudemum. Legitur & hodie eius elegia, in Diui Platonis commendationem, quam & Bessarion in Latinum conuertit, ex qua notissimus est ille versiculus,

Nulla ferent talem sæcla futura virum.

Scripsit & pæana in Hermiam eunuchum, quem *ἑρμιῶν* inscripsit, cuius cōcubina adamauit, & diuino honore coluit, ritu Eleusinae Cereris. Ammonius Aristotelis versus celebrat, quos in Platonis ara affixit, Porphyrius item autor est, ab Aristotele commentarium conscriptum, cui titulus Peplus, in quo ducum qui in bello Troiano fuere genealogias complexus est: sed & nauium numerum, quin & in eos ipsos duces singulos epigrammata disticha adscripsit, vno excepto Aiace. Scripsit & ad Philoxenum carmen. Reliqua autem quæ multa de Aristotelis vita à Laertio, Græcisque eius expositoribus, aliisque præterea, quoniam ad tabulam non pertinent, in præsentia relinquimus, & simul etiam quæ Trapezuntius contra Platonem, in Aristotelis commendationem, & quæ Bessarion contra Trapezuntium pro Platone, vterque multis voluminibus scripsere. Legimus & alterum fuisse Aristotelem Cyrenaicum, qui de poetica scripsit. Speusippum quoq; Platonis sororis filium quidam poetam fecere, vt Philostratus in Apollonij Tyanei vita libro primo, quo loco & illum auidum pecuniæ, hoc est, *ἐρασιχρημάτων* fuisse prodit, vt qui ad nuptias Candri regis in Macedoniam profectus sit secum, afferens à se composita poemata sanè frigida, quæ pecuniarum gratia publicè ille recitauit. Eundem & Laertius in eius vita, inter cætera ait & versus plurimos scriptitasse, sed non propterea

pterea ipsum inter poetas commemoratum memini. Aristotelem vero sequebatur Pyrrhon Eliensis, ille à quo Pyrrhonij, qui antea Sceptici philosophi dicebantur, cognominati sunt, id quod manifestè ostendit Sextus Empericus, in iis libris, in quibus Pyrrhonorum dogmata subtiliter & ingeniosè complexus est: ait enim illum poema Alexandro Macedoni obtulisse, à quo donatus sit decem aureorum millibus. Idem pater tuus Pice in iis libris quibus Aristotelis placita infirmat, tametsi non poematis ipse, sed libri mentionem facit. Sed cur de Pyrrhone plura: cum eius vitam Sextus & Laertius diligentissimè literatū monumentis mandarent. Pyrrhonis verò frequens mentio apud autores, Cicronem, Plutarchum, Gellium, Eusebium, alios. Fuit & alter Pyrrhon Lipargus historiarum scriptor, cuius Plutarchus in Romanis quæstionibus meminit, licet ¹⁰ nomen in Latinitate cōuersis desideretur. Ab his tres Antimachi sequebantur, nam & alius creditur fuisse Latinus, qui ab Horatio ut cyclicus ridetur: non enim par esse putant aliqui, ut Græcus Antimachus ab Horatio rideatur, quippe cum Græci ipsi, ut Oppiani interpres scribit, sex per excellentiam & amplitudinem quandam poetas nuncupent, quartumque inter eos locum Antimacho attribuunt. Sunt enim hi, Homerus, Eupolis, Heliodus, Antimachus, Nicæder, & Panyasis. Antimacho quoque secundas in Heroico dedit Fabius Quintilianus: ²⁰ In Antimacho, inquit, grauitas, & minimè vulgare eloquendi genus habet laudem. Sed quamuis ei secundas ferè grammaticorum consensus deferat, & affectibus & iucunditate & dispositione & omnino arte deficitur, ut planè appareat, quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum. Hac, ut Piso tenes, scribit Quintilianus tuus. Non desunt tamen qui ex his vltimis Quintilianii verbis Antimachum taxatum putent ab Horatio. Sed his missis, primus Antimachus Colophonius fuit, Hipparchi filius, grammaticus & poeta, quem à nonnullis Panyasis seruum existimatum, vobis paulò antè dixi. Stesimbroti verò auditor fuit, & Platone aliquanto senior, quod cum alijs, tū Plutarchus ipse palam ostendit in Lyfandro. Nam cum, inquit, Niceratus Heracleota, & Antimachus Colophonius Lyfandria poemata egissent, Lyfander Nicerato coronā, Antimacho nihil donauit: quare Antimachus mœstitia affectus, scripta à se carmina aboleuit. at iuuenis adhuc Plato, Antimachi admiratus ingenium, eum solari sic cepit, quòd scilicet id est ignorantium vitium, ut meliora minus intelligant, ob cæcitatem scilicet & incitiam. Proditum insuper est memoriæ, cum conuocatis auditoribus magnum suum illud opus legeret, & eum omnes præter Platonem reliquissent, Antimachum dixisse, legam nihilominus, Plato enim mihi vnus est instar omnium. Thebais eius illud ingens celebratur opus, in quo adeò ³⁰ verbosus fuisse traditur, ut antequam septem Duces circum Thebana mœnia induceret, xx & quatuor libros scripserit: atque ideo sunt qui velint à Catullo appellatum esse tumidum. Fuit cum existimarem, quam apud Pausaniā commendat Calanus Thebaida, huius fuisse poetæ, laudat enim ac si Homericū esset carmen, sed Pausanias ipse omnino dissimile iudicat. Scripsit hic item poema in funere Lydæ, quam mirandum in modum amasse ipse perhibetur, quam & barbaram vocauit Athenæus. Plutarchus eius vxorem autumauit, his fermè verbis, in consolatione ad Apollonium: Hac eadem fermè inductione vsus est poeta Antimachus: cum enim eius vxor fato functa esset, quam deperibat, Elegiam composuit Lyden nuncupatam à puellæ nomine. Simul & Clearchus in amatorijs, poema ipsum Lyde inscriptum affirmauit. Sunt inter literatores nostræ tempestatis, qui Lyden Callimachi, non Antimachi amicam, manifesto errore, nec solo in loco asseruerint, super illud in primis Ouidij:

⁵⁰ *Nectantum Clario Lyde dilecta poetæ.*

nam Clarius vocatus est Antimachus à Claro, qui mons est, atque item vrbs iuxta Colophona, vnde est, ait Isaacius, nomen Apollinis Clarij, quod & diffusius est traditum in Apollonij commentarijs, ut quoque nonnihil dicemus in imagine Nicandri

Pyrrhon.

Antimachi tres.

Lamimthius. Nicandri. Amauit & Lyden eodem nomine puellam alteram Lamimthius Milesius, poeta elegiographus, qui & ipse poema in suam Lyden composuit diuerso carminis genere, id quod ex Clearcho diligenter annotauit Athenæus: tametsi Pícus pater tuus in iis quos de amore diuino libros composuit, aliter rem prodere videatur: vnus enim melo, alter elego versu poema cōdidit. Fuit hoc eodem Antimachi tēporē Antilochus non summus ille quidem poeta, sed mediocrium poematum conditor: cui, vt Plutarchus scribit, cum de Lyfandio Lacedæmoniorū duce versus scripsisset, Lyfander eius carmine delectatus, muneris gratia pileū argento impleuit: quod liberalitatis egregiū argumentū hac nostra tempestate prorsus antiquatum est, principes enim viri se omni laude maiores existimant. Sed hac de re ad ingratum scripsi. Nunc præstat alterum Antimachum vobis referre, qui ex Solis vrbe fuit, quæ Græcè Heliopolis dicitur. Hic mundi exordium multis heroicorum millibus cecinit.

Tertius verò Antimachus fuit medicorum poematum scriptor, Psecas cognominatus, quod summis laudibus inspergeret, quibus cum versabatur, vel quod veluti sputis quibusdam eos perfunderet quibus cū loqueretur: est enim Græcis *Πεκάς*, leuis illa aspersio, qua quidpiam guttatim irrigamus: vnde & nymphæ nomen apud Ouidium, & ancillæ apud Iuuenalem legimus. Fuisse verò & quidam Olympicus perhibetur, qui eodem Psecas nomine fuerit vocitatus, quod hoc ipsum, quod modò diximus, facere soleret. Sunt qui ab hoc ipso Antimacho decretum illud velint constitutum, quo cautū fuit, nemini licere quenquam nominatim carpere: atque exinde factum, vt multi in theatrum descendere recusarent: quod decretum in Alcibiadem referunt, cuius alio loco, hoc est, inter scenicos poetas mentio fiet. Alij tradunt, quod cum poeta esset Antimachus, & choragus bonus, breuitate orationis in eiusmodi rebus utebatur. Est verò mihi incertum, an hic sit idem Antimachus, qui affectatæ nimis elegantia & impudentiæ ac molliciei (si ita liceat Latine *πυροωής* transferre) damnatus est. Atq; hæcenus de Antimacho, & eius nominis alijs poetis. Fuere & alij hoc nomine non in celebres, sed hi nihil ad nostras poetarum imagines. Post hos erat Philostratus Atheniensis, qui Epaminundæ & Pelopidæ vitas litterarum monumentis commendauit, & cum his præterea Theseida composuit, vt est apud Laertiū. Post quem fuit Demetrius epicus poeta, qui etsi multa perscripsit, eius tamen perpauca leguntur. Hoc eius est elegum carmen:

Concupit exanimum quem viuum spreuerat olim,

Dat tumulus lites & simulachra viris.

Scripsit & in inuidos versus. Fuerunt & Demetrii nomine alij inter quos vnus Tarsensis, qui satyricus poeta fuit, alius iambicus, alius comicus, & hi Græci. Fuit item & alius Latinus, quem ridet Horatius, quod aliena carmina cantaret, vel furriperet, & ideo Simius, vt puto, ab eo vocatur, cum ait:

— Simius iste

Nil præter Caluum & doctus cantare Catullum.

Fuisse vero à grammaticis perhibetur *ἰερόβασις*, hoc est, qui amatorios versus faceret. Fuit & breuioris staturæ, quali fuisse quoq; Caluus proditur. ad hæc solebat Lucilij satyras defendere, quas insestabatur Horat. us. Fuit & in hac poetarum turba Aristylus, qui inter ridiculos & deformes poetas habitus est, cuius est ab Aristophane in Pluto facta mentio: meminit & Suidas. Non desunt qui ipsum Aristophanis filium fuisse autument: mihi tamen indignum videtur, & minus veritati consonum, vt à parente filius, in fabula præsertim tali, infamiae nota perstringatur. Sit vt curq; libet, Aristyli poemata cerrè inter ridicula & turpia, hoc est, *αἰσχροῦ*, sunt reposita. Hac quoq; tabulæ parte Crantoris philosophi imago conspiciebatur. Solensis hic fuit, & permulta scripsisse poemata fert, quæ annulo obli gnata Solis in phano Mineræ condidit. Tale legimus Theeteti poetæ epigramma in Crantorem:

Tarda

Tarda senecta tulit non te vltra vivere Crantor,

Hoc gratumq; viris Pieridibus fuit.

Exanimum tu terra virum nunc accipe sacrum,

Non minus hic placidus quam modo vivus erat.

Cuius si Græcam venerem attendatis, nescio quo modo & venustior sit, & iucundior. Tale est:

ἠδ' ἀνεῖν ἀνθρώποις, ὅδ' ἐπίπλων ἠδ' ἀνεμύσους

κράτ' ἄρα, καὶ γέρας ἔλθον οὐκ ἐπέω.

γὰρ σὺ δὲ πεινῶντα τὸν ἰδρὸν αἴσο' ἔπαυδέξῃ,

ἢ δὲ ὄγ' ἢ ζῶς κείθι γ' ἀδύμει.

Extat & alterum ex Pammetro Diogenis. Ferunt verò Crantorem præter cæterorum poetarum carmina admirari maximè solitum Homeri & Euripidis versus. Laudatur in primis huius liber consolationis quem se imitatum fatetur M. Cicero, in ea quam sibi de morte filiaæ consolatione composuit, cuius deperditæ seculi iniuria eò magis mihi desiderium augetur, quòd præter ipsius Ciceronis testimonium, & nonnullæ quoq; apud Lactantium & alios leguntur sententiæ, dignæ illæ quidem omni memoria. Verùm hæc quæ non sunt in re nostra mittamus. Cum Crantore erat Archesilas, qui & eius auditor & discipulus fuit. Extant ad hanc diem nonnulla Archesilæ carmina, quibus illum facile cognoscere

Archesilas.

20 possumus in vtracq; facultate multa dignum commendatione. Fuit verò vsque adeo Homeri studiosus, vt cum iret cubitum, itémq; cum surgeret, aliquid semper ex Homero prælegeret: cùmque ad eius lectionem accederet, ad amasium se suum ire dicere solitum accepimus. Multi præterea Pindarum etiam fecit. Illud vtiq; Archesilas in philosophia placitum inuexisse proditur, quod à Græcis ἀσάτωρ, à nostris inconstans vel instabile dici consuevit, quòd videlicet certi nihil, vt omnis Academia, existimaret, quod aut sensibus aut animo percipi possit. Eximio verò vbiq; dicendi lepòre vsus. Diu quoque cum Zenone Stoico controuersiam habuit, qui Platonis sectæ parum equus erat, nouámq; hic Academiam instituisse fertur. Verùm de hoc ipso Archesila, & de quo ante illum diximus Crantore, multa Cicero, Lactantius, Eusebius, alij: sed plura qui philosophorum vitas collegit Laertius Diogenes, quæ quia ad tabulæ nostræ sermonem præsentem non pertinent, silentio præteribo. Illud vtiq; vos ignorare non decere videtur, hunc ipsum philosophum & poetam ferè à Græcis semper nuncupari ἀρχεσίλαον, à Latinis verò, nisi mendosi sint codices, Archesilam vel Arcefilam. Sed de his iam satis. Præter hūc ipsum Archesilam, & duo eiusdem nominis alij poetæ fuerunt, prior quidem elegiarum, alter verò Comœdiarū scriptor.

Post hos dein erat Chœrili poetæ imago, de cuius patria variè à scriptoribus traditur: quidam enim Samium, alij Halicarnass. quidam Iasium dixerunt: vt cunq; eo tempore quo Persæ Græciam inuasere, floruisse dicitur: à nonnullis quidem eodem quo Panyasis tempore, Olympiade circiter LXXV. & Samio cuidam aliquandiu seruisse, è Samo mox aufugisse, demùmque Herodoto historico astitisse, quidam & ab illo amatum prodiderunt: cū verò in Macedonia Archelai tempore versaretur, diem suum obiit. Tanti autem illum fecisse regem Archelaum accepimus, vt quotidie illi minas quatuor penderet, quas tamen omnes obsonando absolvebat, sic vt inter helluones potius & popinones, quam inter poetas sit connumerandus. Scripsit verò Græcorum victoriam contra Xerxem Persarum regem, cuius poematis versus & cum Homericis certare à quibusdam dicti sunt, suntq; ideo ab Atheniensibus singuli singulis aureis repens, vt etiam ab Ant. Cæs. qui aurei Oppiani dicuntur adhuc. Huius operis Chœrili

Chœrilas.

30 Eusebius Pamphili meminit, qui ait illum de Iudæis mentionem in eo fecisse, qui sub Xerxe tum stipendia fecere: quod idem ante Eusebium Iosephus contra Appionē, quo loco perperam Cyrillus legitur in omnibus Latinis exemplaribus. Scripsit & Lamiaica, aliâq; nonnulla. Tunc in me intuens Piso, ait: Nunquid iste est

Aurei Oppiani.

iste est Chœrilus, cuius in Poetica meminit Horatius Flaccus, atq; item in Epistolis, cum ita cecinit:

*Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui versibus, & malè natis
Rettulit acceptos regale nomisma Philippos.*

Cui ego: Est istuc, inquam, Piso parum mihi compertum, non enim vtriq; tempora conueniunt. Namq; iste de quo Horatius, circa Olympiadem CXXIII. cum Alexandro Macedone vixit: ille de quo ego modò loquebar, LXXV. Olympiade floruit: quare omnino duos fatius puto erit vt statuamus. Istum etenim quem dicis, in castris secutum esse Alexandrum historici prodidere, atq; ab eo Alexandri gesta per scripta ineptè, sic tamen, vt Alexandrum ipsum dixisse ferant, male se Homeri Therisiten esse, quàm Chœrili Achillem: & cum eo præterea pepigisse, vt pro singulis bonis carminibus singulos aureos acciperet, pro malis colaphos seu alapas. Verùm opere iam perfectò cum recitaret, tot mala inuenta esse dicuntur, vt alaparum multitudine enectus sit: cuius historiæ fidem à grammatiscis tantum habeatis, nihil hic vobis meam astringo: sicuti nec de Helymone malo & inepto poeta facio, qui ab Alexandro eodè rege in cauea mori coactus esse traditur, quòd minus luculenter regis ipsius res gestas scriptis prodidisset, si non potius inquinasset: adeò rex omnium maximus indignabatur ab inepto scriptore laudari. Eundem per fluuium nauigantem legimus, cum illi alter nescio qui poeta carmen obulisset, in quo ei ita assentabatur, vt elephantos interimere, turres prosternere, muros illum perfodere diceret, aliq; similia, tum ille: Apagè istæc, inquit, mendacia, quæ vera etiam si essent, possent in mendacijs suspicionem venire: & simul hæc fatus, librum in amnem profluentem abiecit. Sed redeo ad Chœrili versus. præter quos cõmemorauit Eusebium & Iosephum, Strabo quoq; in epitaphio Sardanapali adducit, itè commẽtaria in Apolloniũ. Fuit & alius Chœrilus tragicus, vt in eo poetarũ ordine referemus, à quo Chœrillium carmen, vt puto. Ponè hos in tabula fuit Aeschriõn Mitylenæus, qui eadem Alexandri tempestate, & cum eo etiam, floruit. Amatus hic in primis ab Aristotele philosopho, vt à Nicandro in iis quæ de disciplina Aristot. inscripuit, diligẽter est obseruatum. Floruit & vnà cũ Alexandro Hages, vel, vt alij rectius scribunt, Agis, qui, vt Q. Curtius scribit, pessimorũ carminum post Chœrilum conditor fuit. Meminit & Arrianus, qui Alexandri historiam Græcè prodidit. Fuit verò Hages Argiuis, diuersalq; cum Alexandro mudi regiones perlustrauit, damnatus tamen assentatoris infamia, quòd Alexandri professionem, vt inquit Curtius, honestarum artiũ, malis corruerat moribus. Fuit & Agis, vt Pausanias scribit in Corinthiacis, poeta Amphiptolemi filius, qui Antiopen cecinit post Epopœi interitum à Lamedone reuocatam Thebas rediisse, inibiq; in via peperisse. Agidis hi sunt versus quos affert Pausanias:

*Antiope Zethum peperitq; Amphiona dium,
Nata hæc Asopilabentis fluminis altè,
Et Ioue facta grauis pastorum & gentium Epopœo.*

quam historiam, quoniam nonnihil diuersa est ab ea quam Latini nostri narrare consueuerunt, totam apud Pausaniam ipsum aliàs legetis, ne nos à tabula discedamus. Hegias etiam ab eodem Pausania Træzenius poeta celebratur. Fuit & Archelaus poeta & philosophus, non is qui Socratis magister fuit, & cuius inter philosophos vitam Laertius executus est, sed alter, qui quæ naturæ propria sunt, multis versibus collegisse dicitur: non vsque adeo tamen hic cognitus, vt inter poetas celestis habeatur: Sicuti & Carneades, non ille philosophus, sed alius elegiarum scriptor. Nonnihil verò hac parte eminebat Antagoræ Rhodij imago, qui poeta fuit non incelebris, & cum Antigono Macedoniae rege versatus est, quod scribit Latinus interpres Arati: ea enim tempestate cum regibus

poetæ

poetæ versari cōsuevere, vt tradit Pausanias. Libet vobis hoc loco referre, quòd & ante Antigonì memoriã Anacreon cum Polycrate tyranno Samio familiariter vixit, & Syracusas ad Hieronem Aeschylus Simonidésq; profecti, cum Dionysio, qui postea in Sicilia tyrannidem successit: Philoxenus, Aratus Solensis, & hic de quo agimus Rhodius Antagoras, cum Antigono Macedoniae. Possim & plerosq; alios nominare, quorum partim imagines retro narrauimus, partim procedente sermone narrabimus: vt nostra tempora mittamus, quibus Leo x. si quis alijs, multos cuiusque ordinis alit. Et licet Homerus Hesiodusque, qui consuetudinem regum nacti non sunt, hi, vt creditur, vel certo consilio fecerunt: Hesiodus enim vagandi tædio, & quadam ingenij rusticitate, Homerus verò, tametsi longissime peregrinari voluit, pluris tamen fecit nominis sui apud multos existimationem, quam regum vel aurum vel auram. Idem tamen ipse Demodocum apud Alcinoũ inducit, Agamemnonemque apud vxorem poetam quẽdam relinquere facit, vt ait Pausanias. Iam ad Antagoram redeo, de quò hæc iocosa narratur historia. Coquebat Antagoras fortè congrum, idq; dum faceret, ipsum vas concutiebat: tum qui post eum stabat Antigonus dixisse fertur, Homerumne putas, Antagora, cum Agamemnonis res gestas describeret, cōgros coxisse? Cui Antagoras statim: Tune, inquit, rex putas, cum tantas res ageret Agamēnon, adeò curiosum fuisse, vt scire vellet, an in exercitu quisquã congrũ coqueret? Hæc quidem Plutarch. & Athenęus, à quò & alia afferuntur. Extat adhuc in Antagoram epigramma Crantoris philosophi. Scripsit verò Antagoras Thebaida, si latinis Arati interpretibus stamus. Huius Antagoræ imaginem imago sequebatur Arcestrati, qui egregius habitus est poeta, sed qui misera fuit inopia & egestate oppressus, sic, vt cum illum nescio quis tam male habitum vidisset, ei hæc verba diceret: Tu verò Arcestrate si cū Alexandro fuisses, tui cuiusq; carminis præmium Cyprum aut Phœnicen tulisses. quibus verbis facillè colligimus, bonum quidem illum poetam fuisse, ignobilem verò propter egestatem. hæc Plutarchus. Cæterum Athenæus Arcestraton scribit Syracusanũ vel Geloum fuisse, & terras mariãq; circuisse gulę & voluptatis ergo, atq; idcirco, quæ ad ventrem gulamq; pertinent diligentissimè suo carmine collegisse: & propterea poema illius Gastronomiã inscriptum esse prodit Chrysippus, vel vt nonnulli, γαστρολογίαν, vt Lynceus verò & Callimachus ἡδυπραγείαν, Clearchus autem δειπνολογίαν, at verò aliq; ἀποποιίαν. Hoc inquam Arcestrati poema Chrysippus dicere solitus erat quandam esse metropolim Epicureæ philosophiæ, & hi qui ventri & gulæ dediti sunt philosophi, suam quandam esse theogoniam. Terpsionã Arcestrati præceptorem fuisse ait Solensis Clearchus. Leguntur verò permulta adhuc Arcestrati carmina, quæ si ex græcis collecta commentarijs, & præsertim Athenæi, in vnum conferre velimus, iustum volumen, nedum poema, conficeremus. Lex ea ab Arcestrato traditur,

40 quæ est de conuiuarum numero: Tres, inquit, aut quatuor sunt conuiuæ, aut quinque, aut non plures: aliàs enim mercenariorum & rapto viuentium militũ conuentus erit. Post Arcestratum erat Hermodotus, qui Antigonì temporibus claruit, quod Plutarch. tum in libro de Iside & Osiri, tum in Apophthegmatis prodit. Ab Hermodoto cum Antigonus aliquando quodam carmine Solis filius esset appellatus, rex ita illi respondit, ἐπιῦπτα μοι (ὡμοιοθῆν ὁ λαοαναφῶρ), hoc est, de ijs mecum neutiquam sentit lasanophorus. est verò lasanophorus, is qui vasa stercorearia ad exonerandum ventrem, & ventris sordes & excrementa deponenda ministrat: Lasana enim, vt Pollux scribit, eius generis vasa sunt. quare qui oliferum latinè transtulit, commodius fortasse dixisset, scaphij seu matulæ ministrum. Sed hoc dictum sit puero. Cæterum post hos erant septem poetarum imagines, qui Pleiadis nomine dicti sunt. Quod nomen vt audiuit Piso, quid est, inquit, quòd stellarum nomine poetas nuncupatos ais? quàmue rogo ob causam, nobis edisseras. Cui ego: Dicam planè, hesternæ promissionis memor, quæ à

Arcestratus.

Hermodotus

Pleiades poetæ.

Grammaticis græcis accepi Lycophronis & Theocriti expositores, item plerisque alijs qui eos eadem tempestate vixisse scribunt, atque ideo hoc nomine nuncupatos. Idem & noster Bembus scribit, id quod mihi parum constare, ex ijs que infra dicam, videtur. A stellis igitur, quæ septem simul apparent, septem poetæ Pleiades dicti sunt, inter quos vnus fuit tenebrosus & obscurus, ut inter septem eas stellas vna vix apparere videtur. Sed, inquit Piso, quæ poetis istis nomina fuerunt? Tum ego: Hæc sunt, inquam, Isaacio Lycophronis interprete autore: Theocritus, Nicæder, Callimachus, Apollonius, Homerus tragicus de quo iam egimus, tum Aratus, & Lycophron, qui tenebras, & eas quidem Cimmerias habere videtur: ea est enim sententiarum & verborum plerumque obscuritate offusus, ut, etiam Zeze Isaacio insigni grammatico lumine præferente, vix conspici possit. Theocriti tamen enarratores Pleiadas quidem & ipsi commemorant, sed non eosdem poetas: quippe qui hos enumerent, Theocritum, Aratum, Apollonium, Acontidem, de quo poeta non alibi memoriam factam meminisse, nisi hic sit, quem Hephæstion Anantiadem vocat, ut paulo mox dicam: tum Philicon, & Homerum iuniorem tragicum, & Lycophronem. Fuerunt tamen & qui septem inter tragicos eodem Pleiadis nomine vocitarunt, quorum ita meminit Hephæstion in enchiridio: Tempore, inquit, Ptolemæi Philadelphi septem insignes fuere tragici, quos Pleiadum nomine vocitarunt, quod videlicet in tragœdiæ poetis essent, veluti sunt Pleiadum stellæ. Fuerunt verò hi, Homerus, non ille antiquus poeta, sed Myrtilus Byzantiæ poetriæ filius: tum Solitheus, & Lycophron, & Alexander, & Anantiades, & Soliphanes, & Philiscus. haecenus Hephæstion, de quibus sparsim cum de scenicis poetis sermo fiet agemus. Sic agas, inquit Piso, nobisque istos priores, quando & locus & tempus suppetit, enumera. Sic, inquam, faciam. Theocritus igitur, quem inter hos primum dixi, modo Chius, modo Chius existimatus est, ut Ambron in eius vita scriptum reliquit. Constans tamen reliquorum ferè sententia est ut sit Syracusanus, Praxagoræ & Philinæ filius, id quod ipse quodam epigrammate testatur, negatque se Chium fuisse. Epigramma est hoc, quod ita aliquando ludens latinum feci:

Theocritus.

*Non ego Chius qui cecini ista Theocritus, vnus
sed sum de multis ipse Syracosius,
Praxagora natus patre, præstantique Philina,
Musam produxi nunquam alienigenam.*

Idem & Artemidorus suo epigrammate ostendit. Quidam Simichide, quod ipsum alicubi innuere videtur, alij Simichiden cognomen esse volunt, quod si modo esset aspectu, quod & eius interpretes nec semel significant. Audiuit verò Philetan & Asclepiaden epigrammatum poetam. Lagi Ptolemæi temporibus, nec minus Philadelpho regnante claruit. Multa verò eius scripta feruntur, atque in primis quæ extant Edyllia bucolica Ionico & nouo Dorico sermone composita. Dorica quidem lingua in priscam & nouam discernitur: priscam asperum quiddam & rude sonat, noua verò mitior & lenior. Adscribuntur & Theocrito Prætides, Elpides, Heroïnæ, Epicedia: adduntur insuper ab alijs Charites, inter quos est Hermogenes. Hymnos quoque scripsisse à plerisque creditur, in quibus hi sunt, in Venerem, in Castores, id est, dioscuros, in Panam. Hymnos istos, inquit Piso, video à grammaticis citari ut poetæ legitimos, & præcipue ab ijs commentarijs qui sunt in Aristophanem. Sic ut ais, inquam, Piso: sed de istis commentarijs non nihil vobis aliàs, cum Aristophanis ipsius imaginem referemus. Fertur præterea Theocritus & elegias composuisse, & iambos, & epigrammata, quorum quedam adhuc leguntur. Sanè quod Theocritum diximus paulo ante poemata sua ἐδύμια βυκολικά appellasse, ἀπὸ τῶν ἐδύμια ἢ θεωρία vocauit, ut ait interpres, hoc est, à speculatione, vel quod sit diminutiuum ab eadem voce ἐδύμια. Sed Pindari expositores quidam tradunt ἐδύμια poematis genus esse, & sic Pindari

Pindari hymnos vocari, vnde sit edyllion deductum. Theocritum verò tetro & infelici mortis genere interiisse præstrictis faucibus, innuit Ouidius noster: ita enim canit in *Huide*:

*Vt de Syracosio præstricta fauce poetae,
Sic animæ laqueo sit via clausa tuæ.*

Historiam sic ex grammaticis quidam recitat. Cum, inquit, Theocritus in Hieronis tyranni filium inuectus esset, ab eo ideo est capi iussus, ut eum ad supplicium trahi simularet. interrogatus si deinceps à maledictis desisteret, ille eo acrius etiam regi ipsi maledicere cœpit: quare indignatus, non iam ad simulatū, sed ad certum supplicium rapi iussit: quidam laqueo strangulatum, quidam capite cæsum prodidere. Ista quidem, inquit Piso, ut mihi videtur, Ouidij poetæ carmini historia congruit, sed autorem mihi dari voluissem vnde accepisset. Nul-
10 lum, ego inquam, grammaticus ille attulit. Sed illud nos potius nunc Piso disquiramus, quod de Theocriti patria in dubium modò versari diximus. Fuere certè Theocriti nomine duo, hic quidem poeta Syracusanus, alter verò philo-
phus Chius ab Antigono rege morte mulctatus. Nam cum altero rex oculo careret, licentius est in iulum Theocritus locutus, ut scribit Macrobius. Vel, ut prodit Plutarchus, quòd Eutropioni coquorum regis magistro dixisset, Scio quòd me cyclopi crudum appones, regem perstringens altero captum oculo, atque ita
20 petulantis linguæ pœnas dedit. Et hucusque de Theocrito, subrus cuius imaginem aliæ duæ fuerant bucolicorum & ipsæ poetarum, Moschi altera, Bionis altera. Fuit verò Moschus & ipse Siculus, quem quidam cum Theocrito eundem putauere. Grammaticus certè fuit & poeta, familiaris ac domesticus Aristarcho tum grammaticorum facile principi. Moschi bucolica temporum iniuria interiire: eius duntaxat poema superest, quod Amor fugitiuus inscribitur, primùm, quod sciam, à Bapt. Varino doctore nostro viro tam sancto quàm docto, mox à Politiano & alijs demum in latinum conuersum. Legitur & eiusdem Moschi epigramma in Amorem arantem, qui Iouem ita ridet, ut quem bo-
uem Europæ amore fieri coegerit. Extat & ipsius Europa heroicis versibus
30 conscripta. Meminit & Moschi Seruius Maurus grammaticus. Fuit & alter Moschus citharædus, quem Bœotios modulatos inuenisse scribit Suidas. Bion verò (non is est qui inter septem Græciæ sapiētes vnus habitus est, sed omnino alius, cui Græcorum omnium consensu tertia in bucolicis palma defertur) fuit, ut scribit Stobæus, patria Smyrnæus. Per multa eius carmina à scriptoribus græcis afferuntur, ut illud est quod apud eundem Stobæum in oratione περὶ κάλλους. i. de pulchritudine legimus, à nobis sic latine expositum:

Magna mihi in somnis etiam Venus aurea præstat.

Vnde Vergilianum illud deductum esse videri curiosis potest:

Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

40 Extant & in Græcorum monumentis huius ex Bucolicis elegantes versus quāplurimi, qui & afferuntur ab Arsenio in collectaneis. Fuerunt & duo alij Bionis nomine, qui sunt inter tragicos repositi, ut suo loco dicemus. Post Theocritum Nicander erat, qui Xenophanis filius fuit, vel Damnæi, ut in græcis commentarijs legitur, patria à quibusdam Alexādrinus nuncupatus. Dionysius Phaselites Aetolum credidit: in eo autem quem de poetis scripsit, sacerdotem ait Clarij Apollinis, qui à progenitoribus suis sacerdotum accepit. Ipse quoque Nicander Clarium se facit, cum de se ita cecinit in fine operis:

Vrs nebulosa Claros genuit.

Colophonius tamen à Cicerone in dialogis de Oratore vocatur, his verbis: Con-
50 stat, inquit, de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Nicandrum Colophonium, poetica quadam facultate, non rustica, scripsisse præclare. Colophonius item à Macrobio alijsque nonnullis scriptoribus nuncupatur, ea videlicet ratione, quam in Antimacho retulimus, quòd Claros vrbs non procul à Colo-

phone sita est. Excoluit verò cum poetica grammaticam simul & medicinam, et Attali in primis regis tempestate. Antimachum dicendi genere æmulatus est, vt eius notant interpretes. Scripsit autem Theriaca & Alexipharmaca, quæ extant: quæ verò desiderantur, Georgica, Prognostica, argumēto ab Hippocrate sumpto: item ἐτοιμὰ μύθων, hoc est, sodalitorum, vt Suidas, & in Apollonium grammatici obseruant, & Athenæus. Scripsit item Oetaica, & Aetolica, & Europæa, ad hæc & de poetis Colophonij, quem Parthenius in fabula Oenonis librum citat, aliâque insuper quæ apud autores passim citata reperiuntur. Sunt qui Nicandrum & Aratum eadem ætate vixisse putent: quin Theriaca Arato castiganda Nicandrum dedisse, & Aratum Nicandro Phænomena: quos à vero de-¹⁰ uios Græci scriptores ostendunt, XII enim integris Olympiadibus Nicandrum præcessit Aratus. Qua ex re & illud quoq; colligimus, id falsum esse quod doctis alioqui plerisque persuasum videmus, septem hos Pleiadis nomine poetæ eodem floruisse tempore. Eis utiq; qui Nicandrum & Aratum eodem tempore vixisse putarunt, erroris viam præstitit, quòd eadem Arati ætate insignis mathematicus Nicander Colophonius claruit: sed non is certè poeta fuit. In Nicandrum viri plerique eruditi commentaria scripsere, inter quos in primis Theon, Plutarchus, & ijs vetustior Phalereus Demetrius, vt est apud Stephanum: mihi tamen eadem cum Nicandro ætate vixisse Phalereus videtur. Post Nicandrum duo sequebantur, qui, nescio quæ fuit pictoris industria, & admirabile artificium,²⁰ ita in tabulis depicti fuerant, vt se limis inuicem intueri, & inuiso ac toruo quodam lumine spectare viderentur. Tum Piso & Pícus puer attentius in me intuentes, Quid, inquit, ais istos toruè inuicem se intueri? agè obsecramus edissere. Res, inquam ego, nota: horum enim alter est Callimachus, alter Apolloni⁹. Hic quidem in Callimachum magistrum ingratiſſimus cum fuisset, & quorundam vt est discipulorum pessimum ingenium, nescio qua ipsum contumelia affecisset, in eum Callimachus maledicum & veneni plenum carmen illud cōposuit, quod ab aue Aegyptia, qua in regione natus erat, Apollonium Ibin appellauit: à quo & longè postea in vxoris sollicitatorem relegatus Ouidius inscriptionem argumentumq; desumpsit. Fuit verò Callimachus ex vrbe Libyæ notissima Cyrene,³⁰ quam ex Thera, quæ prius Calliste dicebatur, insula profecti coloni condidere, ut pluribus ostendit Pindarus & eius interpretes, qua de re & sic ipse Callimachus cecinit:

Nomine Calliste primùm, sed postmodo Thera

Dicta fuit tellus vrbis origo mea.

hoc est si græcè mauultis:

καλλίστη τὸ πᾶρ: ἰδέ, τὸ δ' ὕσθρο μὲν οὐνομα θήρη,

μήτηρ θύπηττ πατρίδ' ἡμετέρης.

Legitur & eiusdem poetæ græcum carmen, quod ille ante funus sibi composuit, in quo hæc eadem. Sunt qui Batti filium Callimachum existiment, à quo &⁴⁰ Battiaades ipse à poetis vocatur: tamen pleriq; à rege potius Cyrenes conditore vocitatum velint. Habitus est Callimachus grammaticus & poeta egregius, Hermocratis discipulus Iasij. Vxorem verò duxit Euphratis Syracusani filiam. Sororem ipse habuit Megatimam, quæ Stasenoro nupsit, ex quibus natus est Callimachus iunior, qui non incelebris scriptor fuit, & de insulis accuratissime opus edidit. Claruit in primis Callimachus Philadelphij Ptolemæi temporibus, usq; ad Euergetis tēpora, Olympiade circiter cxxv. Literas publicè docuit in Eleusini Alexandria vico, dein est in aula regis receptus, in qua aliquandiu versatus est. Scribam & seruum habuit Istrum, Menandri Istri filium, & ipsum Cyrenæum, vel vt quidam malunt, Macedonem: at Hermippus in secundo, de⁵⁰ ijs qui serui docti fuerunt, Paphium illum scribit, eumq; permulta scripsisse ait & carmine & soluta oratione. Afferuntur quidem in testimonium à grammaticis nonnunquā Istri scripta. Extat certè Istri, huius an alterius nescio, Ethici cognominati

minati opus à me & visum & perlectum, & à Diuo Hieronimo, nisi mēitur in-
 scriptio, in latinum sermonem conuersum. Sed ad Callimachum nos potius re-
 uertamur, neq; enim historicos in præsentiā excutimus. Scribit Strabo, Callima-
 chū amicitia ac familiaritate vsū fuisse Heraclēti Halicarnassei. Composuisse
 verò volumina plusquam octoginta numero traditur, inter quæ reponuntur
 hæc: Hecale, de nomine anus hospitæ Thesei: quod poema cum græcis plerun-
 que, tum latinis citatur autorib. Plinio, Petronio Arbitro; Scripsit & Ionis ad-
 uentum in Aegyptum, Semelen, Argolicos colonos, Glaucum, Spes, hoc est, El-
 pides, satyricas fabulas, Tragœdias, Comœdias, Epodō, Melā, tabulas diuersas,
 10 inter quas legum tabulæ censentur, & in ijs illa fuit quæ à Gnathæna Machonis
 poetæ amica condita fuerat, quam ipse Callimachus in tertio tabularum com-
 plexus fuerat, & lex sodalitia, hoc est, *ῥήματα ὀνομασίων* inscribcbatur. Scripsit item
 de insularum situ, tametsi quidam referunt in sororis filium, cuius modò memi-
 nimus. Scripsit ad hæc de fluminibus, de ventis, de piscibus, de auibus, quorum
 mētio habetur in commentarijs Apollonijs. scripsit item causas, hoc est, *τὰ αἰτίαι*;
 quod opus cum Latinis cognitum fuit, tum Græcis maxime: quare mirum est,
 quosdam alioqui doctos impudenter hoc ignorasse apud Martialem. Hoc op^o
 imitatus est M. Varro, vt Seruius grāmaticus annotauit. Hymnos præterea scri-
 psit Callimachus, quorum nonnulli adhuc leguntur. Illum celebrat Terētianus;
 20 qui in Iouem & Apollinem carmine phaleco fuit conditus, in quo fatidicū pue-
 rum Branchum ab Apolline dilectum descriperat. Hephæstion tamen integrū
 illud poema fuisse existimat, Branchumq; de pueri nomine vocitari. Scripsit &
 in Ibin, aliq; non parum multa, quæ à græcis grammaticis referuntur. atq; hæc
 quidem de Callimacho. Apollonius verò Rhodius dictus, Alexandrinus fuit; *Apollonijs:*
 ex tribu Ptolemaide, qui adhuc adolescens cum esset, Argonautica scripsisse di-
 citur: dein cum ab alijs poetis calumnijs indies afficeretur, malèq; audiret, patriā
 fugiens Rhodum concessit, vbi diutius versatus, Rhodius quàm Alexandrinus
 cognominari maluit. Fuit verò filius Silleos vel Illeos, vtrunq; enim legimus:
 mater Rhode dicta est. Successit Eratostheni in Alexandrinæ bibliothecæ
 30 præfectura. At verò eorum, quæ permulta scripsit, tantum, quòd sciam; ex-
 tant Argonautica, opus quidem varium, & multis vigilijs elucubratum, durum
 tamen, & alicubi ingratum, nisi qua parte Medæ amores describit, vbi & Pub.
 Vergilij iudicio ita excellere videtur, vt Vergilius ipse non aliūde plura in suos
 Didonis amores transtulisse facillè videatur, quod nihilominus & grammatici
 obseruant. Leguntur in ipsius Apollonijs Argonautica commentaria breuia
 illa quidem, sed erudita, & alicubi copiosa & varia, quæque nostris grammati-
 cis vsui esse possunt, quæ collecta & concinnata esse creduntur ex Lucillo Tar-
 rhæo, Sophocleo, & Theone, clarissimis græcis scriptoribus. Apollonio po-
 etæ familiaris fuisse perhibetur Charon Lampfacenus historiarum scriptor, qui
 40 & ipsius Apollonijs poematis historias collegit, quas citatas identidē apud scri-
 ptōres græcos legimus. Fuerunt & diuersis temporibus alij hoc Apollonijs no-
 mine, inter quos grammaticus multi nominis vnus: & eo longè insignior Ty-
 aneus ille, tanto studio & cultu ab antiquis habitus, vt eius historiam Philostratus
 octo voluminibus scripserit, & illum Hierocles philosophus Philalæthes
 cognominatus impudentissimè CHRISTO deo contulerit, cōtra quem scripsit
 Eusebius Pamphili. Sed hæc nihil ad tabulas, in quibus vltimi poetarum Pleia-
 dis erant Aratus & Lycophiron, quorum vtriusque vitæ ex Suidæ commentarijs
 partim, partim ex græcis ipsorum expositoribus luculenter scriptæ leguntur, ex
 quibus ego, quantum in præsentiā succurrerit, pro re pleraq; decerpam: tametsi
 50 ea etiam quæ est in Arati latinis commentarijs, non indigna est cognitu, nisi, quæ
 temporum est iniuria, quòd mendodissimè legitur: sed quando in horum com-
 mentariorum mentionem obiter incidimus, nihil nos prohibet, vt quæ aliàs an-
 notauī, hoc vobis loco commemorem. Nihil, inquit Piso, & simul nescio quæ

maiore attentione vterq; mihi visus operam dare. Tum ego: Sunt, inquam, qui commentaria, de quibus agimus, tum in Cæsium Bassum, tum in C. Cæsarem referât. Prioris opinionis sunt eruditi alioqui viri, qui & scriptis suis id testati sunt. alterius ipse ego aliquando fui, Lactantiij Firmiani autoritate nisus, qui diuinarum institutionum libro primo Cæsaris sententiam & verba afferens, coniecturam dubio procul manifestam facit, ea ipsa Cæsaris esse commentaria, cum non modò historiam de Ganymede a Iouis aquila ex ipsis afferat, sed totidem verbis referat. Ad id etiã sentiendum magis inducebamur, quòd Plinius Cæsarem Dictatorem scribit de stellis scripsisse, & quòd apud Suidam nec semel legebamus, Cæsarem ipsum in Aratum scripsisse metaphrasin, hoc est, vt ipse hoc loco interpretor, translationem, id quod & Iulius Firmicus non indiligens astrologiæ scri-
 10 ptor attestatur: Iulius inquam Firmicus, qui & Villius potius à nonnullis nominatur, idq; ex eius peruetusto codice, & antiquo saxo eius nomine inscripto, antiquarij quidam astruere vidētur. Sed enim ego de commentarijs quod superest reddo. Quidam in Lactantiij codice pro Cæsare, Cæsium supponunt, ne videlicet tempora non congruere videant, quippe quòd & Verg. & Ouid. in ijs commentarijs in testimonium afferuntur, qui, vt nostis, post Cæsarem fuerunt: atq; idcirco quidam Cæsarem Germanicum, qui & ipsum Aratum ex græcis in latinum vertit, potius quam C. Cæsarem, Lactantium & Firmicum intellexisse volūt. Sed & in iisdem multa ex Plinio ad verbũ, si non ex ijs Plinius accepit, id quod & alicubi fatetur. Sed hæc ego aliàs, nunc alijs examinanda relinquo. Nobis verò æquẽ
 20 grata sunt ista, inquit Piso, ac ea sunt quæ de poetis narras: quare si tibi ita visum erit, & si sit in pròptu, quid de Suida habes, quem scriptorem & aliàs sæpe, & modò in medium attulisti, qui is fuerit nobis dicere ne graueris, neve pigeat. Quib; ego petentibus respondi: Variæ sunt de Suida sententiæ. Nam sunt qui nullum vnquam fuisse Suidam autument, idq; etiã scripto testatus est Politianus. alij, si dis placet, barbaris commentarijs Papiæ & Catholico: qui mitius, Isidoro Hispalensi conferunt. Quibus illud verè responderi potest, Suidam antiquum fuisse scriptorem, cuius in primis à Strabone fit mentio, & ab ijs qui in Apollonium Rhodium commentaria scripsere, & à Stephano, & alijs. Is igitur Suidas inter alia, nam & historiam scripsit, commentaria (vt par est credere) non admodum magna condidit, quæ ab alijs postea multis locupletata & aucta, ad hanc
 30 quam videmus libri magnitudinem excreuere, primiq; Suidæ nomen obtinuerunt: id quod & euenisse in Calepino nostris diebus videmus, vt iam fermè eius sit libri minor pars. Idem & accidit in græco lexico. Atq; hæc quidem de Suida mihi coniectura potior esse videtur, quàm eorum qui à Suida collecta & veluti in rhapsodias confuta fuisse tradiderunt, cum, vt diximus, Suidas inter antiquos sit repositus, & longè eos ætate antecessit, ex quibus commentaria ipsa, vt videmus, concinnata legimus. Suidam quoq; quàm Sudam potius scribendum arbitramur, cum illud Græcis omnibus, istud nouis quibusdam & semidoctis sit tantum persuasum. Et simul etiã abiiciendam puto, quam grammaticis quidam faciunt, duorum huius nominis distinctionem, vt scilicet ille antiquior tantum hi-
 40 storicus, hic recentior grammaticus. Sed hæc vobiscum, quando sic voluistis: nunc ad Aratum redeamus. Nobiscum ista quidem, vt vis, Piso & Picus aiunt, gratissima verò nobis fuere: sed quoniam, vt ipse dixisti, in coniectura sunt posita, etsi verisimili, suum cuiq; sit iudicium, nos certè facile tibi assentimur. Quæ vbi dixissent, Sint hæc, inquam, apud vos, nec in vulgus per vos emanent: nã tametsi ego aliquando hæc verisimilia credidi, nunc tamen, vt certa sint, nihil statuo, nec cuiquam præiudicatum volo. Aratus igitur fuit Athenodori & Lenodore filius, quam Lithophilam latini nuncupant. Sunt qui Mnaseæ filium arbitrentur. Patria ei vrbs Ciliciæ fuit Soli, à Solone, quæ mox à Pompeio Pompeiopolis dicta
 50 est post deuictos piratas. Fratres Aratus tres habuisse dicitur, Myrin, Calondan & ipsum poetam, & Athenodorum, qui primus contra Zoilum Homeri detra-

Suidas.

Aratus.]

ctorem, hoc est, Homeromastiga rescripsit, temporibus regis Philadelphii Dionysio Heracleoræ operam dedit, in grammatica Menecraui Ephesio, in mathematicis Aristothero, in philosophia Timoni & Menedemo, sed in primis Persio, tunc non ignobili in vrbe Athenarum philosopho, cum quo etiam in Macedoniam est profectus: vbi cum nuptijs Antigonis regis & Philæ eius vxoris interfuisset, apud eos deinceps reliquum vitæ tempus diuersatus est: nam & cum Gonata Demetrii Poliorcetæ filio vsq; ad mortem vixisse dicitur. Fuisse verò perhibetur Homeri, aut Hesiodi potius zelotes, id est, æmulator. Philinum verò adulescentem miro profectus est amore, cuius & in Bucolicis meminit Theocritus poeta. Multa insuper Aratum scripsisse legimus, inter quæ leguntur Phænomena, in latinum sermonem iam quater & amplius versa: primū quidem à M. Cicerone, dein à Cæsare Germanico, etsi Firmicus à Iulio Cæsare, in præfatione libri, & in vij. eius operis volumine prodit: tertium à P. Ouidio, breui, vt ait Lactantius, carmine, cuius & Probus grāmaticus in Vergilij Georgicis meminit. quartum tralata sunt à Sex. Ruffo Auieno illo, vt puto, quem in Saturnalibus loquentem induxit Macrobius, & de quo alibi, hoc est, suo loco fiet mentio. Composuit præterea Aratus hymnos in Pana, item quos appellauit Spōdophoros, hoc est, libamina ferentes: item Pægnia, ad hæc astrologiam & astrotheliam, hoc est, astrorum positionem: tum etiā anthropogoniam, & hominum, vt sic dicam, generationem: Cleombroti epicedion, epigrammata insuper in Philam Antipatri filiam: item epistolas, quarum nonnullæ solutæ orationi similes: item ex theriacis medicaminum compositiones, aliæque nonnulla, quæ breuitatis causa mitto. At verò Macrobius elegnon Arati memorat etiam, in quo de Diotimo Andramyteno poeta conqueritur, qui, vt est apud Stephanum, apud Gargara Troadis urbem pueros literas docebat: in quo quidem Macrobij loco græcum hoc carmen desideratur, quod tum ex græco epigrammatum volumine, tum ex Stephano, ita restituimus:

αἰάζω Διότιμον, ὃς οἱ πείσομαι κἀθήτοι

γοργόρεος, ποίσειν βῆτα καὶ ἄλφα λέγων.

- 30 Extant præterea Diotimi istius epigrammata quædam, ni nominis similitudine fallimur. Scribit Laertius Diog. à Timone aliquando Aratum petiisse, quo pacto posset emendata carmina Homeri habere: Timonem ei respondisse, si antiqua legeret exemplaria, non autem noua & interpolata. Licet doctissimi nostrorum temporum quidam, non Timonem, sed Zenonem interrogatum tradiderint, quod *μνημονικὸν ἀμάρτημα* putarim. At verò Arato sic in dialogis de Oratore Marcus Tullius: Constat, inquit, inter doctos hominem ignarum astrologiæ ornatissimis atque optimis versibus Aratum de cælo & stellis scripsisse. hæc ille. Cæcurū & latinus, interpretis ait illum ignarum mathematicarum, sed Eudoxum sextum & Hipparchum. Arati verò sepulchrum celebrat Pomponius Mela: iuxta
- 40 Solos, inquit, in paruo tumulo Arati poetæ monumentum, ideo referendum, quia ignotum quam ob causam iacta ad id saxa diffiliunt. Hæc quidem de Arato. Iam verò de Lycophrone agamus, qui Soclei filius Chalcidensis ex Eubœa fuit, poeta, vt Laertius scribit, tragicus. Sunt qui à Lyco Rhegino historico, qui & Butheras dictus est, illum adoptatum fuisse tradant, habitus & inter grammaticos quoque insignis. Scripsit verò in primis iambico carmine Alexandram, id est, Cassandram, poema valde obscurum, quod & hodie legitur cum Isaaci viri doctissimi commentarijs varia eruditione refertis. Fuit vero Isaacius (vt & hoc obiter vos non lateat) Ioannis Zezæ grammatici frater: quod quidem Zezes nomen barbara quadam consuetudine, præposito T ante Z, dure admodum Tzetzius & Tzetzes profertur, vt in græcis commentarijs manuscriptis nonnunquam est legere. Vterq; inquam, Isaacius & Ioannes suis temporibus insignes habiti grammatici: nam & Ioannes in Homerum & Hesiodum commentaria condidit, quem tamen à nostris quibusdam grammaticis video

Macrobij loci
cui restituimur.

Lycophron.

Isaacius.

Cæci nomine pro Zezis citari. Meminit præterea de Isaacio altero, ut puto, Procopius in historijs, quem incompertum habeo an is sit cuius & hodie Rhauennæ græcum extat epitaphium non mehercule cognitione indignum, quo illum virum clarissimum facile videmus. Fuit igitur, ut ad nostras tabulas redeam, Lycophron poeta tragicus, qui à scriptoribus in huius poetarum Pleiadis numero est connumeratus, ea ratione, ut puto, quod obscuriori stellæ Pleiadis conferatur: unde & Statius Papinius in Syluis, in patris, ut puto, epicedio, Lycophronis tenebras, ad hoc videlicet alludens, dixisse videri potest. Obscurissimus omnino scriptor est. Fabulas verò multas docuit, quas recenset Suidas. Inter eas autem hæ feruntur, Aeolus, Andromeda, Alethes, Aeolides, Elpenor, Hercules, Icete, hoc est, supplices: Hippolytus, Laius, Marathonij, Nauplius, Oedipus primus, & item secundus, Orphanus Pentheus, Pelopidæ, Symmachij, Thelegonus, Chrysipus. In his dubia Nauplius censetur. Lycophronis præterea satyras Laertius Diogenes celebrat; atq; ex ijs etiam versus quosdam attulit. Ipsum verò Lycophronem sagitta occubuisse, significare videtur Ouidius, cum ita canit:

*Vtq; cothurnatum perijisse Lycophrona narrant,
Hereat in fibris fixa sagitta tuis.*

Haftenus de hac poetarum Pleiade: de altera cum de totius scenæ poetis, ut tulerit occasio, agemus. Post hanc poetarum Pleiada, alij plerique poetæ fuerunt, ²⁰
Euphorion: inter quos erat Euphorion Chalcidicus, Hephæstion tamen Cherronesiotam appellat à Cherroneso (sic enim libentius scribunt Græci quidam, quam Cherronesum.) Fuit verò Polymneti filius, qui sub Lacyde & Prytanide philosophiæ operam dedit, poetiæ verò sub Archebulo poeta, à quo & amatus fuisse perhibetur, cuius imaginem inter Lyricos commemorabimus. Claruit verò Euphorion ^{xxv} i. supra cætesimam Olymp. cum Pyrrhus Epirotarum rex bello cum Romanis decerneret. Fuisse dicitur Euphorion colore melino, obesus, & crurum debilius: quo autem tempore Alexāder Eubœæ dominaretur filius Niceæ mulieris potentis, ab ea amatus & diues factus in Syriam concessit, & apud Antiochum regem diuersatus, eiusq; bibliothecæ præfectus, tandiu præfuit, quous- ³⁰
 que mortuus est, sepultusq; est Antiochiæ, vel, ut alij tradunt, Apameæ. Scripsit in primis elegias, in quibus haud parum celebratus est: item Heliodū, & Mopsopia, siue *ἄρρηστα*; quod scilicet in eo opere sine certa serie commixtæ essent fabulæ & historiæ. Terra verò Attica Mopsopia dicta est, ab eius nominis Oceani filia: tametsi alij à Mopsope rege, & aliter alij tradunt. Scripsisse & ex oraculis mille annorum libros quinq; quorum quintus Chilias inscriptus fuit, à numero videlicet mille dictus: quorum quidem librorum hypothesein, id est, materiam subiectam & argumentum subobscurè exequitur Suidas. Scripsit insuper epicedium in Protagoram astrologum, ut Laertius obseruat. Scripsit & alia quæ citantur à Græcis, atq; in primis à Parthenio in Eroticis. Tum Piso ad me cōuersus: Memi- ⁴⁰
 nit istius, inquit, Euphorionis Quintilianus, cuius quod verba teneo ea recitabo: quid, inquit, Euphorionem frustra transibimus? quem nisi probasset Vergilius, nunquam certè conditorum Chalcidico versu carminum fecisset in Bucolicis mentionem. haftenus ille. Meminit & Probus grammaticus: Euphorion, inquit, elegiarum scriptor Chalcidensis fuit, cuius in scribendo secutus colorem videtur Cor. Gallus. Eadem ferè Seruius. Et ego: Optimè ista tu quidem, inquam, dixisti Piso: sed & alterius Euphorionis mentionem factam legimus, qui tragicus poeta fuit Aeschylj filius. Post Euphorionem verò erat Pigretis imago, qui Car- ⁵⁰
Pigres: rius ex vrbe Halicarnasso fuit; Artemisiæ illius celebratæ Mausoli regis vxoris frater, qui Homeri Iliados versibus heroicis pentametrum adiecit, adeo ut in elegiacum carmen Iliada commutaret. Ita enim Homerus cecinit, ut nostis:

Iram diua refer Pelidæ nunc mihi Achillis.

Pigres verò:

Musa

Musa quidem fines omnis habes sophia. Ita enim græcè:

μῦσας ἀφ' ἑθεῶ πηληιάδεω ἀχιλλῆος,
μῦσα δ' οὐ πάσης πέρατ' ἔχης ὄφιν.

atque ita deinceps. Scripsisse præterea traditur quæ in Hømerum à plerisq; omnibus poemata referuntur, Margiten & Batrachomyomachiam, & alia quæpiã. Ab hoc sequebatur Timolaus Lariffæus, ex Macedonia ciuitate Lariffa, Anaximenis Lampfaceni discipulus, qui etsi rhetor potius habitus est, non ignobilis tamen fuit in facultate poetica, vt qui præter alia quæ scripsisse proditur, & ipse in Homericæ poesi, vti Pigres pentametrum, ita hic heroicum heroico addidit. Homerus enim :

Timolaus:

19 *Iram diua refer Pelidæ nunc mihi Achillis.*

Timolaus verò subdidit:

Quam tulit iræus propter Chryseida raptam.

μῦσας ἀφ' ἑθεῶ πηληιάδεω ἀχιλλῆος,
ἢ ἑθεῶ χροῦς κρητορμῆος ἔνικα κέρης.

- Alia nonnulla hoc vobis loco afferre eiusmodi possem, sed ea nostris verbis enunciare perdifficile est. Sat hæc sunt, normam cognoscitis qua Timolaus vsus est, cætera apud Suidam per vos ipsi legetis. Hoc quod Timolaum fecisse modò narrauimus, Idæus Rhodius etiam fecit, vt alibi dicemus: quare nunc ad alios poetas me conuertam, atque in primis ad Callinum elegiarum poetam, quem Nicandri Græcus interpres Chalinoum vocat, & Maurus Terentianus, qui eum elegiaci carminis inuentorem à multis existimatum ait, cuius tamē carminis inuentionem alij in Theoclem Naxium seu Eretriensem referunt, non Erythræum, vt perperam quidam putant: neque Theoclem putetis, vt quidam alioqui eruditi: fuit enim Theoclem vates, de quo nec semel Pausanias. Iis verò qui Theoclem elegiorum carminum inuentorem aiunt, Suidas suffragatur, qui furentem illum hoc carminis genus cecinisse, prodit. Alij tamen Midam Phryga dixerunt, cum parenti fortè iusta persolueret, & in deorum numerum referre studeret. Alij Terpandro elegi versus inuentionem attribuunt: quare, vt puto, cum de elego versu ageret Horatius, grāmaticos certare ait, nec adhuc secundum quempiam vnum pronunciatum esse. Sed de elego alibi egimus, nunc reliquum de Callino afferam. Scripsit Callinus Cimmericorum aduersus Esionenses impetum, totamque eius belli historiam, ex quo poemate à Græcis nonnunquam afferri videmus, vt illud:

Callinus:

Gens bello aduentat fortissima Cimmericorum.

- Strabo totam Sminthij Apollinis fabulam descriptam ait, atque à muribus nomen deductum. Longè tamen ante Callinum Sminthij Apollinis nomen celebre fuisse animaduertimus, vt in deorum cognominibus sumus ostensuri. Callini mentio, tum Cenforino tum Atheneo frequens. Post Callinum Philetæ & Mnemermi imagines in tabulis pictæ fuere: nam & ambo eodem carminis genere, quo Callinus, claruere. Philetas quidem Cous fuisse traditur, vel vt alij, Rhodius, quod apud Theocritum scribunt grammatici. Versus quidem eius de amatorij rebus Ouidius & Propertius celebrant. Patrem habuit Telephum. Floruit hic primum sub Philippo, adusque tempora secundi Ptolemæi, cuius & magister fuisse dicitur. quo argumento facile inducor, vt eum valde senem interijisse putem. Habitus fuit Philetas inter sui temporis grammaticos non ignobilis criticus. vsque adeo verò in ijs quæ ad orationem spectant, eiusque nitorem, studiosus fuit, vt cum fortè difficile, nescio quid, anxie nimis perquireret, cura & macie contabuisse feratur. Hanc ipsius mortis causam Græcorum diligentes quidam scriptores fuisse arbitrati sunt, quòd id genus orationis, quod tum ἡ βυδόμενον, tum ἡ βυδολόγον Græci dicunt, minimè soluere quiverit. Declarat hoc & ipsius, quod adhuc legitur epitaphium sic à me Latine expositum :

Philetas:

Hosbes

*Hospes ego hic sum, pseudomenos me sermo Philetam
Perdidit, & curæ noctibus hesperæ.*

Porrò, ne vos hoc lateat, pseudomenos sophisticæ captionis genus est, quod hodie à dialecticis reflexum dicitur & insolubile. Cicero tortuosum & inexplicabile, ut in Acad. & de fato. Pseudomenos hoc est: Epimenides ait, omnes Cretenses esse mendaces, & ipse est Cretensis, ergo & ipse mendax: igitur non ei credendum: Et ait Cretenses esse mendaces, ergo ei non credendum: sunt ergo Cretenses veraces, & illis credendum: at hic Cretensis, igitur ei credendum. Videte, quas nugas agant hi sophistæ. Sunt & huiusmodi complura alia, ut Crocodilina, Ceratina, & similia, de quib. in dialectica copiose Picus Pice pater tuus. Sed iam ad Philetam redeo, qui scripsit elegias, & epigrammata, aliaq; nonnulla. Huic in hoc scribendi genere elegiarum apud Græcos plurimorum consensu secundas attribui autor est Fabius. Philetæ insuper opus quod Telephus inscribitur, quo nomine & pater ipsius vocatus est à grammaticis, in Apolloniæ Argonauticis in testimonium afferitur. Fuisse verò exili adeò ac prætenui corpore tradit Aelianus, & Athenæus in dipnosophistis, ut pedibus sibi ex plumbo soleas annecti soleret, ne à vento scilicet diriperetur. Sunt & autores, qui ab illo Battida puellam amatam fuisse tradant, quod & Ouidius poeta semel atque iterum innuit, cum cecinit:

Nec tantum Coe Battis amata viro.

Item alibi ad coniugem scribens:

Quæ non inferius Battide nomen habes.

Bittis licet eo Hermesianactis Colophonij poetæ carmine perperam vocari videatur, quo cum alios poetas commemorat, tum Philetam æneum positum a suis ciuibus sub platano canentem Bittida puellam. Carmen si requiratis, apud Athenæum legitur. Audentes fortuna iuuat, huius esse poetæ sententiam Claudianus innuit, cum cecinit:

Fors iuuat audentes, Coi sententia vatis.

Tamen si in plerisque codicibus Chij pro Coi legatur. Sed de Phileta hæc tenus. At verò alterius imago Mnimermi fuit, ut diximus, cuius poetæ nomen Græcis pariter & Latinis variè profertur quidam enim Mimernum, alij Mimerum, alij Mninnermum, ut ferè Latini semper & Athenæus vocant, cum sit à memoria & interpretatione nomen deductum, ut Mnemermus dicatur. Fuit Lyrgitiadæ Colophonij filius, & tibiçen, ut testatur Strabo: ut verò alij, Smyrnæus: ut alij, Astypalæus, vnde ipse de se in elegia, quæ Nanno inscribitur:

Tum Pylon excelsam Neleida linquimus urbem,

Optatamq; Asiam nauibus attingimus.

Et primum ad Colophonem instructis viribus urbem,

Et grauis hic cladis sedimus vsque duces.

Inde per Astyenta egressi protinus amnem

(Cura deum) Smyrnam vidimus Aeolida.

Fuit verò Nanno tibiçina, quæpiam à Mimnermo adamata, cuius & mentio est apud quem modò nominauimus Hermesianactem, in ea elegia quam de quorundam poetarum amoribus scriptam reliquit. Natus quidem Mimnermus dicitur duodequadragésima Olympiade, ea qua sapientes ætate floruisse traduntur: vnde & à Solone increpitum ait Laertius, quod sexagesimum annum fatalè homini statuisset, octogésimumq; potius statuendum monuit, qua de re Græca adhuc carmina leguntur. Ligystades propter carminis suauitatem cognominatus est. Eorum sectatus est sententiam, qui indolentiam & animi tranquillitatem induxerunt: nihil enim, ut ait Horarius in Epistolis, suaue esse censebat sine amore iocisq; & ut scribit Pomponius Porphyrio, ἀπολυγγοῖαι Hieronymi commendauit. Meminit eius & Propertius libro primo:

Plus in amore valet Mimnermi versus Homero.

Memínere

Meminere & Solinus & Censorinus, item & Stobæus, apud quem & ipsius multa leguntur carmina, & in primis in ea oratione, quæ de vitæ breuitate inscribitur. Meminit quoque Pausanias & in Bœoticis in primis, quo loco illum in elegiis de Smyrnæorum bello, quod aduersus Gygen Lydorum regem gestū est, dixisse ait, antiquiores Musas Cœli filias fuisse, iuniores verò Iouis, id quod in Musis etiam retulimus. Hęc cum dixissem, & paulum cogitabundus conticerem, existimans Piso me de ijs poetis, qui elegias scripsissent sermonis finem fecisse, Quid, inquit, cogitas? quin reliquum nobis exequeris? Mecum nunc, inquam, cogitabam, an hoc loco quosdam ijs longè antiquiores vobis referre deberē, qui qua in parte tabularū descripti forent, haud satis succurrit. Nihil, inquit Piso, verat, quin

10 quo tu loco velis, nobis recites, eorum omnino nobis erit grata narratio. Sic agam, inquam, vt vos velle video. Fuit igitur Clonas Tegeates, vt Arcades existimant: vt verò Bœotij, Thebanus, qui inter elegiographos & epicos celebratus est. Primus etiam excogitasse fertur modos seu leges musicas, quæ à Græcis Nomini dicuntur, qua dictione & Latini quidam vsi sunt, tamen alibi alia & diximus, & dicemus de Nominis lyricis. Sed de Clona hoc idem scribit Plutarchus in Musica. Alij tamen Ardalum quendam Trœzenium, à quo primum Musæ cognominatæ sunt Ardalides, inuenisse prodiderunt, quidam Apothetum & Schœnionem à Clona tantum inuentos. Erat & cum Clona Polymnestus, Miletis filius,

20 poeta Colophonius, qui & ipse eius ordinis, quo Clonas poeta fuit. Carmina sunt ab eo excogitata, quæ Polymnestia dicuntur. Scripsit item carmē orthium, quod & à quibusdam orthium vocatur. Eius quoque quæ in Rhodo Sminthia cecinit, ab Athenæo afferuntur. Huius itaque Polymnesti & Alcman & Pindarus, & Pausanias & Plutarchus, vt grammaticos mittam, meminere. Euhemerum quoque veterem elegiarum scriptorem Censorinus in Musica recēset. Fuit quidem Euhemerus ex Messena ciuitate, vt Lactantius & Plutarchus in Osiridis & Isis libello ostendunt: quem secutus est Eusebius, tamen idem Plutarchus alibi Tegeatem eum facere videtur. Connumeratur verò Euhemerus à Sexto imperico & eodem Plutarcho inter eos, qui quod impij essent, ἄθροισι à Græcis dicuntur, qua

30 de re extant senarij Callimachi, quos Plutarchus adducit in eo qui inscribitur, de philosophorum placitis. De Euhemero autem sic M. Cicero, cum eos qui aut fortes aut clari in deorum numerum relati essent, commemorasset, Quæ ratio, inquit, maximè tractata est ab Euhemero, quem noster & interpretatus & secutus est præter cæteros Ennius. Ab Euhemero autem mortes & sepulture demonstrantur deorum. Lactantius quoque Firmianus in primo diuinarū institutionum, Euhemerus ait, qui fuit ex ciuitate Messena, res gestas Iouis & cæterorū, qui dei putantur, collegit, historiāque cōtexuit & titulis & inscriptionib. sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur, maximèque in phano Iouis Triphyllij, vbi auream columnam positam esse ab ipso Ioue titulus indicabat, in qua columna gesta sua

40 sua perscripsit, vt monumenta essent posteris rerum suarum. Hanc historiā interpretatus est Ennius & sequutus. hæcenus quidem totidem verbis Lactantius. Eadem quæ à Lactantio, & longè plura, dicuntur ab Eusebio in Euangelicæ præparationis libro secundo, quæ valde miror ab interprete G. prætermissa, inter quæ & hoc: Fuit, inquit, Euhemerus amicus Casandri regis, cuius gratia compulsus fuit regias quasdam sententias cōficere, magnasque ideo peregrinationes, per Oceanū loca peruagando meridionalia, marisque insulas circumeundo perlustrare, quarum vna est quæ Panchæa nuncupatur. & reliqua. Ab his ergo omnibus vt videtis, & ab Iosepho præterea, non vt poeta, sed vt historicus Euhemerus nominari videtur, qua de re quid ego nunc statuam, non habeo, nisi fortè duos eiusdem

50 nominis fuisse aliquis existimet, alterū quidem Messenium historicum, alterum verò Tegeatem, & poetā. Euhemerij quoque à Varrone & Iunio Columella in rusticis sit mentio, vt & Politianus in miscellaneis doctè obseruauit, à quo carmen vt Timonis Philiassij adducitur, cum re vera Callimachi, vt est apud Plutarchum;

Clonas.

Polymnestus

Euhemerus.

tarchum: est enim Politianus coniectura, vt puto, deceptus, quòd illud ipsum carmen apud Sextum Pyrrhonium legerat, qui cuius esset non expressit. Carmen hoc est, vt meis verbis referam:

Senex superbus impios ferens libros. hoc est,

γέρων ἀλαζών ἄδικος βιβλία φέρων.

Sacadas.

Est & Euhemeri mentio apud Aur. Augustinum lib. de ciuitate Dei xvij, quamquam perperā eo loci pro Euhemeri haectenus ab indoctis Homerus scribitur. Atq; haectenus quidem de Euhemero. Fuit & poeta Sacadas Argiuus, qui modulationibus etiam operam dedit, & suo tempore egregius habitus, adeò vt ter Pythia vicerit. Sacadae meminit Pindarus, item Plutarchus, qui eam in carminibus conuersionem quae Strophe dicitur, in singulis tonis Sacadam fecisse scribit, primùmque Doricum chorum canere instituisse, secundum Phrygium, tertium Lydium, vnde est, vt à tribus quibus constabat partibus, nōmus ipse Trimere graecè nuncupetur. Alij Clonam, cuius paulò supra meminimus, hoc instituisse volūt, vt est in ea, quae est apud Sicyonios poetarum obseruatio. Sunt etiam, qui existiment apud Argiuos illum constituisse, quae Endymatia vocantur. Meminit & huius Sacadae Pausanias, & cum eo Pronomi alicubi, at verò in Corinthiacis ipsius monumentum paulò supra gymnasium, quod Cylarabę vocant, ad portam conuersis positum fuisse ait. Primus utiq; hic tibiarum cātum Pythicum apud Delphos cecinisse traditur, atq; Apollinis in tibiçines odium abusq; Mar-
20
sya & Sileni certamine perseuerans, ab ipso Sacada sedatum atq; cōpressum fuisse existimatur. Sed de his haectenus poetis, qui antiquioribus floruisse temporibus produntur, quorum quae in tabulis certa essent loca, non satis ego memini: quare iam ad ipsum propositae tabulae ordinem redeo. qua in parte Zenodotus erat Ephesius, poeta & grammaticus celebris, qui Philetę discipulus fuit, paulò ante Ptolemæi Philadelphi tēpora, ipsius tamen bibliothecae praefuit, & in ea docuit. Est verò inter criticos habitus, vnde & illud est Bibaculi poetae in Catonem:

Zenodotus.

En cor Zenodoti, eniecur Cratetis.

Phedimus.

Panocrates.

Scribit Theophilus graecus grammaticus, Zenodotum Homeri versus in ordinem redegisse, & simul Ptolemæi filios instituisse. Idem scribit & Suidas, qui & 30
ipsum claruisse ait tempore primi Ptolemæi. Fuit & poeta Phedimus, qui, vt Stephanus scriptum reliquit, elegiarum poeta fuit haud quaquam obscurus, natus in ciuitate Macedoniae, quae Bisanthe dicitur. Erat & Pancrates poeta Arcadicus, qui opera maritima, hoc est, ἔργα θαλάσσια ad Hesiodi imitationē scripsisse proditur, quo in primis libro pompilū piscē sacrum esse existimauit, Epopœaq; piscatorem à ceto absorptum filio praesente cecinit, ea ratione, quod cum pompilos pisces cepisset, non ijs vt sacris abstinuisset. Inter multos Pancratis versus, quos apud Athenæum legi, hic est vnus à me ex tempore tralatus:

Pompilum hunc sacrum vocitant cognomine piscem.

Agathyllus.

Eratosthenes.

Porro diligentius considerandum est, an ab hoc pancratium carmen deductum sit, de quo apud grammaticos: nihil enim ego habeo, quod in praesentia statuā. Et cū Pancrate erat Agathyllus & ipse Arcas, qui in scribēdis elegijs summo opere commendatus est. Eius versus citat Dionysius Halicarnass. cum de aduentu Aeneae in Italiam varia ex varijs autoribus recenset. Fuit & hac parte Eratosthenis imago, qui Cyrenæus fuit. Patrem habuit, vt scribit Stephanus, Agacleum, vt Lucianus & Suidas, Aglaum, vt alij, Ambrosium. Audiuit Lysaniam Cyrenæū grammaticum, & poetam Callimachum, & philosophum Aristonē Chium, cui & libros aliquot, vt est apud Athenæum, inscripsit. Fuit utique Eratosthenes variarum doctrinarum & disciplinarum studiosus & eruditus, atq; in ijs diu multa cum laude versatus, tametsi à Strabone alicubi incessitur, in vltimo tamē geographiæ vt egregius poeta commendatur. In secundis quidem dictus est in
50
omni disciplina fuisse, vt verò alij, eum secundum vel nouum Platonem, alij Pentathlon vocauerunt. Primus certe philologi nomen obtinuit, vt est apud Suetonium

tonium Tranq. & post eum idem cognomen adeptus est apud Latinos Atteius. Alexandriam Eratosthenes ex Athenis à tertio Ptolemeo est accersitus, ubi ad quintum vsque diuersatus est. Proditum est à Luciano, in eo qui Iōgeui, hoc est, Macrobij inscribitur, Eratosthenē cum grammaticus, poëta, philosophus, geometra, astrologusq; celebris fuisset, ad annos vsq; duos & LXXX peruenisse, à Suida ad LXXX. Extrat, quam legi, Eratosthenis elegia apud Eutocium Ascalonitam in commentario Syracusani Archimedis, quæ volumina etsi hoc tempore parum vulgata, eorum mihi tamen copia facta est ex bibliotheca nostri huius Alberti Carpen. principis. Elegia verò ipsa est tum suavis, tum varia eruditio

10 ne referta. Auctor est Val. Probus grammaticus, Vergilium poetam ab Eratosthene de cœli zonis omnia sumpsisse, & ex eo præcipue libro qui hexametris versibus scriptus, titulum habuit Hermes, cuius disputationis quosdã attulit versus, qui & ab Heraclidē Pontico, in eo quem pro Homero & cōtra Homeri calumniatores libro cōposuit, adducuntur. Floruit Eratosthenes Eusebio teste, CXXI Olympiade, quo tempore Romani Marcello duce Syracusas obtinuerunt: alij centesima & XXVI scribunt. Consumptus verò inedia existimatur, cum oculorum aciem sibi imminutam iniquius ferret. Discipulum insignem Aristophanem Byzantinum grammaticum reliquit, cuius postea Aristarchus discipulus fuisse scribitur. Eiusdem & discipuli fuere Mnaseas, Menander, & Aristes. Scripsit verò

20 cum multa in philosophia & astrologia, tum non pauca in poetica & historia, & præterea de ijs, quæ sunt in philosophia sectis. reliquit & dialogos multos, & de indolentia quæpiam, sed & in grammaticis nonnulla. Atq; hactenus quidem de Eratosthene: quæ sequebatur Rhianus, qui & ea qua Eratosthenes ætate claruit.

Rhiani versus cum aliubi, tum in ijs quæ in Apollonium scripta sunt commentaria, nō semel in medium allatos inuenietis. Stephanus verò Thessalica illum scripsisse prōdit, vnde & sunt Thessalica in ijs, quæ modò dixi, commentarijs cognomina collecta. Scripsit item eodem ipso Stephano autore Phamam, vnde & carmina in testimonium vocat. De Rhiano præterea in Græcorum monumētis sic inuenimus: Rhianus, aiunt, Cretēsis fuit, ex Bena ciuitate, à qua ipse Benæus cognominatus est, id quod etiam Stephanus tradit. alij autem, vt Suidas scribit, Ce

30 raitem dixerē, alij ex Messena Ithaca, quod verisimile nobis videri facit Pausanias, qui à Rhiano Messeniæcum bellū carmine scriptū ait, quod XX annis Messenij cum Lacedæmonijs gessere. quod Rhiani quidē carmen cōmendat Pausanias supra historiam, quam eadem de re scripsit Prieneus Myron. Fuit verò Rhianus primum quidem palæstræ custos & seruus: mox literas edoctus non incelebris factus est grāmaticus & poëta. Scripsit præter ea quæ supra memorauimus, Thessalica & messeniaca, heracleada libris quatuor. nec de Rhiano plura adhuc didici. Post Rhianum Seleucus Emisenus fuit, qui licet inter excellentes grāmaticos connumeretur, nihilominus piscatoriam artem carmine composuit, cui titulum fecit ἀσπλιθλικὰ, quatuorq; illa voluminibus digessit. Scripsit item commentaria in Lyricos, itā Parthica libris duob. Fuit & Tryphiodorus Ægyptius,

40 grammaticus & poëta, qui scripsit vrbis Troianæ excidium, quæ Halolis inscribitur, quæ cum diu in tenebris latuisset, nuper est ab Aldo Manutio publicata. Composuit etiam Tryphiodorus Marathoniaca, & de Hippodamia quædam, itē Odyseam ἀπογραμμάβον, vt Græci dicūt, in quo poemate de Vlysse illiusq; laboribus egit: omnia insuper quæ de illo fabulata est antiquitas, collegit. scripsit item alia. Damocrates quoq; Seruilius poëta fuit & medicus, quem Galenus in libris de medicaminum compositione per genus, pleraq; ait medicaminum compositiones senarijs iambicis cōscripsisse, idq; comprobat ipse Galenus. Nam, inquit,

50 quæ versu scribuntur, ad memoriam magis conferunt, eoque rectius sinceriúsque pondera & mensuras, necnō ipsorum medicaminum commensus custodiunt, ne eorum videlicet vocabula temporum & scribentium, vt fit, incuria corrumpantur & vitiētur. atq; ea causa Galenus ipse nōnullas medicaminū cōpositiones,

Rhianus.

Seleucus.

Tryphiodorus.

Damocrates

eorumq; confectiones, ipsius Damocratis versibus recitat. Ex quibus facile colligere potuimus, in vtraque facultate plurimum Damocraten valuisse, cum à tanto medico tanti fiat. Meminit & alibi idem Galenus, eiusq; varios citat libellos, vt Clinicum, & quem ab amici nomine Pythicum inscripsit, item de antidotorum præparatione. Herbam quoq; Hiberida eius carminibus describit, quæ si fortasse desideratis, ea leguntur in vltimo de medicinis compositis. Meminit & Plinius lib. xxv. natur. hist. Legimus & ipsi paulò antè eiusdem Theriacen versu hexametro compositam, & illo quidè non illepido: adeò antiquos ante & post Galenum medicos non, vt hac tempestate plerosq; omnes, ἀμύστες & inelegātes fuisse liquidò perspiciamus. Sed quoniam in medicorum mentionem incidimus, præter quos alibi, & sequentis in primis tabulæ sermone referemus, idem Cl. Galenus Eudemum celebrat lib. de antid. ij. eiusq; antidotum Theriacen & ipsum vocatum, versu cōditum adducit, quod Philometor Antiochus probum esse his verbis iudicauit:

ἴητιν μάθει τλώδε πρὸς δὲ περὰ, λῶ φίλομητὰ β
νικήτας πέρρα κέρρικον ἀντίοχου

Heliodorus. Heliodorum quoq; poetam & medicum eodè, quo suprà loco diximus, Galenus commemorat, eiusq; versus affert perquam oppidò memoria dignos. Scripsit vè rō hic ad Nicomachum ἀπολυσιὰ, hoc est, resolutoria, cuius poematis hos versus attendite, ex quibus quanta artis medicæ religione teneretur, facile videbitis, ne videlicet inquinatas manus haberet, quod & suo iusurādo D. Hippocrates præcipit. Versus Heliodori hi sunt, à me sic Latine quoquo modo expressi:

Non per, qui deus est in Tricca, haud perq; ferentem
Solem coelicolis lucem mortalibus almam,
Non per sceptrā deūm quæ fert Saturnia proles,
Non quisquam me induxit donis, me ve coegit
Gratia amicitiae cuiquam nocuisse medendo,
Sed sanctus nunc clara manus ad sidera tollo,
Impolluta mihi vitio super omnia mens est.

Scitis vos quidam Triccam oppidum fuisse Thessaliæ, vhi Aesculapius Tricceus coleretur, vel ipso Strabone autore; dictum à Tricca Penei filia, vt Stephanus scribit. Sanè eodem loco Galenus Heliodorum hunc nescio an alterum, scribit fuisse Atheniensem, Tragœdiarum poetam, vt hesternā die meminimus. Fuit & Ptolemæus Cytherius poeta, qui inter alia quæ scripsit, & versus composuit de psalacanthæ herba, deq; admirandis ipsius herbæ virtutibus, cuius apud autores nō facile mentionem factam reperiat, Plinium licet & Dioscoridem euoluatis. meminit Suidas. Nisi forte Pyracanthæ legatis, id est, scolymus, vt est apud Dioscoridē. Post hos verò fuit Capito epicæ carminis poeta, vt libro octauo dipnosophistōn obseruat Athenæus, qui & illius scripta in medium adducit. Alio vero loco eum patria Alexandrinum fuisse ostendit, atq; in primis erotica, id est, amatoriam carmina scripsisse. Suidas tamen, nisi nominis similitudine fallimur, Capitonem Lycium & historicum facit, qui Isauricam historiam libris octo conscripserit, & Eutropij Latini, qui ex Liuio epitomen seu compendium fecit, metaphrasin. scripsit item de Lycia atq; Pamphylia. Fuit & Atteius Capito inter veteres Latinos eruditos connumeratus. At nihil hi ad tabulas: in quibus quidem erat Theolyti imago poetæ Methymnæi ex Lesbo insula, qui quæ Bacchica appellantur, scripsit. Sunt qui addant, eūdem Glaucum cecinisse Ariadnæ amore percitum, cum ea esset in Naxo relicta, ei vim afferre tentasse, quare à Dionysio ex vite vinculo vinctum eodem loco relictum. Extāt hac de re apud Græcos carmina, in quibus Glaucus de se inter reliqua ita loquitur:

Anthedon prope terga maris, contraria longè
Eubææ, Euripi quæ latè refluit æstus,
Hinc genis est, genuitq; pater me nomine Copeus,

Euantes. Post Theolytum non procul fuit Euāthes epicus & ipse poeta, qui de ipso eodè

Glauco Anthedonio inter cætera hymnum composuit, sed non Copei, vt Theolytus, ipsum filiũ facit, sed Possidori, vel potius Possidonij & Naiadis nymphæ, vt scribit Athenæus, remque ait Glaucum habuisse cum Ariadna, cum à Theseo in Dia insula relicta fuisset. His sic à me commemoratis, Sed iam locus, inquam, & tempus exposcere videntur, vt quarundam puellarum & mulierum imagines quæ in tabula fuerant, vobis expediam. Erit istuc, inquiunt Piso & Picus, pergratum audire, quo enim rarius est mulieres in hac facultate excelluisse, eo res miranda magis, & ea de re sermo quoque gratior. Ne vos, ego inquam, rarum adeo putetis mulieres in poetica excelluisse: nam & eæ suas sibi ingenij laudes vendicant sic, vt & viris in hac facultate gloriã quandoque præriperint. Corinna enim est Pindaro Lyricorum principi in iudicio antelata, vt planius vobis suo loco ostendam, & Sappho quoque poetis multis præposita. At illas iam attendite post Sibyllas, & cæteras, quas hesternò sermone retulimus, quæ hac parte depictæ fuerant, quarum prima erat Eumite, quæ à patris nomine & Cleobule, & Cleobulina dicitur. Patria Lyndia ex Rhodo fuit, pater vnus ex septem Græciæ sapientibus Cleobulus, qui eodem scribendi genere versus delectatus est, quo & filia. Eius & multæ feruntur sententiæ, cum ab alijs, tum à Laertio, qui, vt fatuum eum à Simonide habitum scribit, cuius hac de re leguntur versus. Cæterum Eumite griphos & ænigmata scripsit, vt Plutarchus in conuiuio sapientum prodidit, & nos inter nostra ænigmata tibi Pice collegimus, illudque eius attulimus:

*Est vnus genitor, cui vni sunt pignora bis sex,
His quoque triginta nata, sed dispare forma.
Hæniuea aspectu, nigri sunt vultibus illæ,
Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.*

De Eumite pauca alia inuenimus. Post eam Praxilla fuit Sicyonia, cuius Suidas & Athenæus meminere, vt nunc alios mittam. Floruit, vt Eusebius scribit, LXXXII Olympiade, eam Antipater Theffalus primam inter nouem Lyricas enumerat, quas notissimo ipse epigramate describit. Meminit & Tacianus, tametsi hereticus, doctissimus tamen, in libro aduersus gentes, eiusque imaginem à Lysippo ait fuisse confectam. Hephæstion verò Praxillæ dithyråbos, metrumque Praxillium ab ea deductum & factum asserit, cuius carminis genere alicubi vtitur Pindarus in hymnis Isthmionicis. Meminerunt & Latini Praxillei versus. Ab hac, vt Zenobius ait, seu vt alij malunt, Zenodotus, prouerbium illud factum est, Stolidior Praxillæ Adonide, in valde stupidos ac stolidos. Nam cum, teste Polemone, Praxilla in suo quodam poemate Adonin apud inferos induxisset interrogatum, quid formosissimum apud superos reliquisset, illum respõdisse Solem, Lunam, mala, cucumeres, resque adeo dissimiles contulisse, vt inde prouerbium emanarit. Sed & huius Praxillæ nunc etiam carmen legitur, ad Calain puerum, de amoris mutatione. Erat dein post Praxillam Nossis poetria, cuius adhuc inter Græca epigrammata versus leguntur, eius & Antipater in eo, quod modo citauit, lyricarum mulierum epigrammate meminit. Erat & Myro Byzantia, quæ in poetica plurima scripsit, atque inter ea præcipue elegias, & versus melicos. Sunt qui matrem eam fuisse putent eius Homerij, quem in Pleiadis poetice numero connumerauimus. Laudatur verò ab Athenæo multum, eamque in hac facultate excelluisse prodidit. Fuit quoque illius Andromachi vxor, qui philologus illustris est suo tempore habitus. Myrus huius statuam factam à Cephisiodoto, egregio eius artis opifice, scriptum reliquit Tacianus. Alteram tamen etiam Myro legimus, quæ in studijs philosophiæ versata est. Fuit & in hoc cœminarum agmine Erinna, de cuius patria varia legimus, Tacianus enim Lesbiam illam facit, alij Teiam, alij Rhodiam, quidam Teliam, ab insula non admodum magna Telo, quæ parum distat à Cnido: vt verò Stephanus ait, Tenia fuit, à ciuitate Laconiae Teni. Floruit per ea tempora quibus, & Sappho, cuius & cœcubinam fuisse scribit

Eumite.
Cleobule.
Cleobulina:
Cleobulius.

Praxilla:

Nossis.

Myro.

Erinna:

Tacianus, & Suidas, si modo tempora conueniunt. Extant & hodie Erinnæ carmina nonnulla Græca, quæ legi. Sunt qui tradant eam tum nonum & decimum annum egisse, cum vita excessisset, & esset adhuc virgo, quam ob causam iuniorem vatem, hoc est, Neædon Leonides Græco epigrammate vocauit. Extant, quæ leguntur apud Græcos, in eam multorum epigrammata, ex quibus ego hos duos expressi:

σαπφῶ δ' ἠρίνης ὄσον μέλειον ἀμείνωας,

ἠέρινα σαπφῶς πόσοας ἐξομείῃ. is

Erinna melior lyrico quàm carmine Sappho,

Erinna & Sappho tam fuit hexametris.

Scripsit verò ipsa Dorica & Aeolica lingua poema, quod Helecaten vocauit, trecentis versibus, qui perquam similes Homericis videbatur, quamobrem, vt opinor, ita de ea Propertius cecinit:

Carminibus Erinnæ non putat æqua suis.

Meminit & Erinnæ Eustathius, & Plinius cum de Myrone agit. Fecit, inquit, Myron & Cicadæ monumentum & locustæ, sicut carminibus suis Erinna significat. Hanc illa sequebatur Anyte, cuius in aues quasdam versus & hodie leguntur, & præterea epigramma in Themistoclem, cuiusque Anytes Tacianus idem meminit. Quo loco etiam de Myrtide, quam Anthedoniam fuisse scribit Plutarchus, quæ Ochne puellæ necem scripsisse dicitur, quæ Eunosti herois mortis causa fuerat. Eiusdem Myrtidis meminit & Antipater. Commemorat idem, qui supra, Tacianus Learchida à Menestrato, Mnescarchida Ephesiam, & Clito, ab Amphistrato exsculptas fuisse, & Talarchida Argiuam à Silanione, & Telefillam, quæ & ipsa Argiua fuit, & eodem, quo Praxilla tempore claruit, vt Eusebius scribit, eius aliquos versus Hephæstion adducit. Sed mirandum illud est, quod de ea Plutarchus prodit in eo, qui est de mulierum virtutibus, quod ea videlicet supra cæteras foeminas in poeticæ facultate excelluit, Cū domi, inquit, illustris esset, sed valitudinaria, oraculum accepit, Musas vt colere deberet, quare, ait, carminibus & harmoniæ musicæ operam dedit sic, vt morbo liberata sit, & patriam cum alijs Argiuis mulieribus aliquando tutata sit. Quam historiam latius Plutarchus ipse exequitur, breuius Pausanias & Suidas, qui ita scribit, Telefilla, inquit, poetria libros quidem super columnam, sed capitū galeam imposuit. Et tenim cum Lacedæmonij eos, qui in Argi templum, vel vt Pausanias ait, in Martis luco confugerāt perderent, & iam vt urbem diriperent, imminerent, tum Telefilla armatis mulieribus, quæ atate aptæ essent, Lacedæmonijs obuiam iuere. Quam rem cōspicatis Lacedæmonij, retro conuersi sunt, turpe esse rati cum mulieribus pugnare, quas & vicisse nulla sit gloria, & ab ijs vinci magna sit ignominia. Qua in re oraculum quod antea Argiuis datum fuerat, impletum est, quod erat huiuscemodi:

Quando marem victrix mulier procul vsq; fugarit,

Claraq; tum fuerit Argiuis gloria parta,

Tum laceras plures Argiuas vndiq; reddet.

Huius ergo Telefillæ statua Argis fuit, supra columnam posita, ad cuius pedes libri fuerant sparsi, galeam verò manibus tenebat, quam erat capitū impositura. De Telefilla meminit & Lucianus in Amorum. Non ea, inquit, quæ in Spartanos armata Telefilla prodiuit, postquam Mars muliebris inter deos Argis contumelatus est. Scripsit autem Telefilla cum alia, tum Odas, in quibus de coryphæa Diana, vt Pausanias docet, mentionem fecit. At verò Theophylactus, qui Græcas quasdam epistolas commentus est, Telefillam Laidi epistolam scribere confingit, quæ lasciuia adeo, vt vix meminisse eius conueniat. Erat & in hoc poetiarum agmine Nylis, Agacle, & Theosebia, cuius adhuc in medicis quasdam extant epigrammata. Fuit & Aspasia Milesia, quæ licet, quàm poetria, philosophia magis à Græcis nuncupetur, quod scilicet oratoriæ operam dederit, nihilominus & carmina pleraq; ornatè composuit, vt est apud Athenensium, inter que nonnulla

Amyte.

Myrtis.

Learchis.

Mnescarchis.

Clito.

Talarchis.

Telefilla.

Nylis.

Agacle.

Theosebia.

Aspasia.



nonnulla in Socratem, quem & amasse & docuisse ferunt. Leguntur, quæ Herodicus Cratetius adducit, Græca Venere delibuta, alia etiam affert Athenæus. Hanc Pericles amavit, ut non semel idem scribit Athenæus, & duorum bellorū causam fuisse tradit Suidas, Samiaci & Peloponnesiaci. Ex ea quoque nothum filium sibi cognominem sustulisse Pericles proditur. Aspasiæ meminere cum alijs Socratici, tum præcipuè Plato in Menexeno, sed plura Harpocratio ex Lysia oratione, quæ in Aeschinē Sociaticum est edita. Erat & cum his Clitago-
 10 rina La-
 cedæmonia, cuius Aristophanes meminit. Erat item Alexandrina Hestia, quæ, ut Strabo scribit, à Demetrio citatur. Inter ea verò, quæ suis scriptis prodidit, de
 Homericæ Iliadē multa feruntur. Fuit & simul Hedyle Poetria, quæ Hedylogi
 Samij mater fuit, vel ut alijs volunt, Atheniensis. Inter poetas autem connumeratur
 & ipse Hedylogus in quarto ab Athenæo, ubi & ipsius epigrammata nonnulla in medium afferuntur. Fuit verò Hedyle, ut creditur, Moschinæ Atticæ filia,
 quæ iamborum poetria fuisse perhibetur. Hedyle verò cum alia scripsit, tum poema illud, quod Scylla inscriptum est, in quo Glaucum induxit Scyllæ amore captum, in illius antrum descendisse, qua de re Græci grammatici, ut est apud Athenæum.
 Erat & cum his Damocharis, cuius adhuc extant epigrammata. Megalostraten etiam poetriam fuisse ostēdunt Archytas Harmoniacus & Chamæleon, amatamq; moderatè ab Alcmane, cuius & in eam versus legi apud Athenæum.
 20 Fuit & Damophila, Pamphili vxor, quæ Sapphus amicitia vsa est, de qua Apollonij verbis Tyanej, quæ apud Philostratum leguntur, vobiscum agam. Damidem, inquit, conuocans Apollonius ait, Nunquid tu ex me hodie petisti, quo sit nomine vxor Pamphili vocitata, quæ & familiaritatē habuisse, & carmina hymnoscq; condidisse cum Sappho dicitur, qui hac quoque tempestate in Dianæ Pergæ sacris concinuntur, atq; eos quidem Aeolico Pamphilicq; ritu edidisse traditur. Quæsiui sanè, inquit Damis, nec nomen adhuc mihi prodidisti. Tum Apollonius, Non, inquam, vir probe, prodidi, at si hymnorum numeros ac modos cōsideremus, & quo modo Aeolica Pamphylis permutarit, alijs profecto nos euaderemus, parumq; in exquisendis nominibus solliciti essemus. Eius tamen sapientis
 30 mulieris nomen fuit Damophila, quam æquales sibi virgines congregasse perhibent, poemataq; varia partim amatoria, partim in Dianæ laudem composuisse, necnon ex ipsius Sapphus poematis multa didicisse. Atq; hæcenus his ferme verbis Apollonius apud Philostratum. Erat post hæc lasciuissimæ cuiusdam fœminæ imago, quæ tanquam Spinthria, ut dicitur, varia concubituum genera descripsit, Elephantis nomine, quæ & à Græcis interdum Elephantine vocatur, vtrunq; forma patronymica dictum videtur, hanc tamen video Latinos quosdam alioqui literatos falso marem putasse. Ex huius certè Elephantidos libellis, in Priapeis poematis, Priapo deo obsceno dat donum Lalage. Et Tiberius Cæsar, ut Tranquillus scribit, cubiculum expositis figuris instruxerat, ne cui libidinis exemplar deesset. Huius & Tacianus Assyrius in libro aduersus gentes meminit, & Suidas, Martialis quoque & Plinius, ex quibus omnibus ego plura in Collectaneis. Sunt qui Elephantidis carmina adhuc quædam legi prodiderunt, quæ ad manus meas neutiquam peruenere. Et cum Elephantide fuit altera, eius par lasciuia, Philœnis hæc erat, quæ prostratæ mulier fuit pudicitie, ut ex Græco
 40 incerti autoris Scazonte, quod in tertio epigrammatū volumine legitur, cognoscimus. In quo ipsa se ea nunquam fecisse ait, quæ illi obiecta sunt, sed ea à Philocrate Atheniense, homine & nominis & linguæ preposteræ, scripta fuisse, se verò nihil earū rerū penitus scire. Athenæus quidē ex Chryssippi sententia, carmen illud Aeschionis Samij esse in octauo scriptū reliquit, qui quod iābis uti solet, Iamboetheus dictus est. Xenophon quidem in secūdo Apomnemoneumaton, Leucadiā Philœnin dicit, his verbis: Quæ neq; inquit, Nico Samia, vel Callistrate Lesbica, vel Philœnis Leucadia, sed neque Atheniēsis Pythonicus conspexit amorum solatia. Lucianus quoq; eiusdem meminit, cum in Pseudologista, tum

Clitago-
Alexandrina

Hedyle.

Hedylogus.

Damocharis
Megalostrate.

Damophila.

Elephantis.
Elephantine

Philœnis.

in amoribus, vt de poetria lasciuiffimorum carminū. At verò Philœnis scripsisse dicitur varia concubituum genera, vt quoque Elephantis, quorum mentio fit in Priapeis, quæ tot figuris, quot Philœnis enarrat, & eo Ouidij versiculo significari plerique autumant:

Nec quæ concubitus non tacuere suos.

Elephātis, inquam, & Philœnis, si Suidæ stamus, Astyanassam imitatæ sunt, quæ vtraque longè fuit antiquior, vt quæ Helenæ Menelai ancilla fuerit, primæque inuenisse fertur accubitus in coitu, id est, quas Græci κατακλίσεις vocant, & de concubituum figuris libros reliquit. sed de his in Collectaneis nostris. Alteram Philœnem Tribadem lacerat Martialis. Sed & aliæ plures inter mulieres poetas fuerunt, sparsim quidem alijs tabulis effictæ, de quibus sequentium dierum sermonibus agemus. Tum Píso, hæc cum dixissem, exurgens, & abeunti similis, in me intuens abitionem parabat. Et ego, mane, inquam, Píso, adhuc alia quædam restant, quæ sunt nobis hodie dicenda: nam nec dum sol inclinatur. Quo iterum eum puero sedente, Post mulierum, inquam, imagines, in hac tabulæ parte Euphronius erat poeta, qui de Priapo pudendo deo multa scripsit, eumque inter cætera Orneatem à flumine vocat, quod scilicet in eius fluminis ripa constructum phanum eius dei esset, quod plenius ostendit Strabo. Ab Euphronio non aberat Alexāder, qui suo tempore lucerna, hoc est, Lychnus cognominatus est. Fuit verò Ephesius patria, poeta & orator, & in repub. diu honestè versatus, scripsitque carmina plurima, in quibus tum de rebus cœlestibus, tum de continentibus terris multa tractauit, quæ & citantur à Stephano, meminit eius & Strabo. Reliquit & alia nonnulla poemata, quorum meminit Athenæus, & præter alia historiam quoque composuit. Dubitavi aliquoties ego, an hic ille Alexander poeta esset, cuius est facta mentio à M. Tullio in epistolis ad Atticum. Scribit enim de eo ita lib. vj. A Vibio libros accepi, poeta ineptus, nec tamen scit nihil, sed est non inutilis, describo, & remitto. Quibus verbis videtis, quale de eo fuerit Ciceronis iudicium, nomen verò ascribit alia eiusdem libri epistola, ait enim, Libros Alexandri negligentis hominis, & non boni poetæ, sed tamen non inutilis tibi remisi. Atque ille hæctenus. De Alexandro Aetolo alibi agemus. Fuit & hac parte Critias nobilis poeta, qui cum alia, tum in primis elegias cecinit, quæ vt coniectura non obscura assequimur, & venustate & elegantia refertæ fuerant. legi etenim eius ipsius elegiam, quæ extat, vnam, qua id facile collegimus, in qua Lacedæmonijs morem non fuisse scribit in symposijs prægustationes & philotefias, quas vocant, alternasque potationes facere, qua de re & Athenæus plura in decimo. Critiæ illa etiam celebratur elegia, quam ad Alcibiadem Atheniensem scripsit, in qua cum Alcibiadis vocabulum in elego versu inserere non posset, iambico pro pentametro usus est, vt Parthenius fecit de Archelaidis nomine, vt non multo post vobis enarrabo. Versus vero ipsi leguntur apud Hephæstionem, in Enchiridio:

καὶ νῦν κληθεὶς ἰδὼς ἀθλιαίης σιφανώω,

ἄλκιβιάδω νέοισι καὶ ἑμνήσοιο βόρσοις.

Heraclides. Inter poetas quoque reponitur Heraclides, qui à patria Heracle Pontica, Pontici cognomen accepit. Euphronis seu Eutyphronis filius fuit, originem verò ab eo Damide duxit, qui eorum vnus fuit, qui coloniam à Thebis Heracleam duxerunt. Athenas iuuenis Heraclides concessit, vbi cum molliore vestitu vteretur, essetque corpore obeso, ac ideo incessu tardo, pro Pontico Pōpius vocabatur. Patriam à Tyrannide liberasse proditur, permultum verò scripsit, nec minus sub alterius persona multa edidit, furti tamen accusatur, quod aliena interdum sibi ascripserit. Inter alia composuit de poetica decemque poetis dialogum. Extat eiusdem liber, quod aliàs vobis dixi, quo Homerum à calumnia defendit. Sedenim audivi ad eò gloriæ fuisse legimus, vt Pythiam corruerit, quo sibi in theatro aurea corona daretur eo tempore, quo à fame laborante patria scitatum oraculum missus est. Sed & de eo sermo traditur, quod ab ipso nutritus draco fuit, quem, cum mortem

sibi

- sibi imminere sentiret, cuiusdam fidissimo sibi præcepit, ut pro se mortuo in lecto collocaret, ut à suis ipse ciuibus ad deos migrasse crederetur. quod cum propinquus ille fecisset, serpens, dum iussa agerentur, è lecto prorepsit, & eorum multos, qui aderant, perterrefecit, quare patefacta, diuinos, quos appetebat, honores nequaquam est adeptus. Hoc scribit Hippobotus, & Demetrius Magnesi^o. si plura de ipso desideratis, legite Laertium, qui eius vitam est executus, apud quem, & quæ tum soluta oratione, tum carmine composita sunt, inuenietis. Aristoxenus quidem musicus illum tragœdias scripsisse tradit, sed Thespidis nomine publicasse. Chamæleon quoque ait illum, quæ carmine scripsit hexametro, ex
- 10 Homero & Hesiodo furatum. Sunt, qui Heraclidis poemata falso ea velint, quæ nuge, hoc est, λίσχαι inscribuntur, carmine Phalecio & Sapphico composita, cum alterius quidem sint Heraclidis Pōtici, cuius & Artemidorus meminit in iij. de somniorum iudicio, ad filium Artemidorum. Hic idem Pyrrhichas composuit: nam Heraclidis nomine plures fuisse inueni. Fuit & alius, qui Claudij & Neronis principatu floruit, quo etiam tempore Didymus grāmaticus, cui & multum detraxit, ut obseruat Suidas. Sedenim Diogenes hoc nomine quatuordecim colligit, quos inter eum, qui Lembus est cognominatus, unde & oratio Lembeutica ab eo dicta. Fuit verò, ut Suidas scribit, Oxyrynchites, ex Aegypti ciuitate, vel ut Laertius putat, Alexandrinus seu Callicianus. Vixit autē Sexti Ptolemæi
- 20 tempore, & ad Antiochum regē scripsit, non tamen hic inter poetas celebre nomen est assecutus. Et elegiarum poeta fuit, ut Callimachus testatur, à quo est mirificè amatus, quin & in ipsius funere hoc epigramma composuit, quod vobis meis, ut cunq; potero, verbis recitabo:

*Dixerat Heraclite mihi tua funera quidam,
Tum fleui memorans, mæstus. uterq; simul
Sedimus ad solem quoties, at tu meus hospes
Ex Alicarnasso puluis es exiguus.
Sed tua viuet aedon, cui, qui singula carpit,
Non Pluto potis est iniicere ipse manum.*

- 30 Quod si Græcè legere mauultis, inter Græca habetur epigrammata, vobis enī itingenuè fateor, et si numeros seruauī, me transmarinam Venerem non assecutū. Sunt etiam, qui Heraclitum Ephesium poetam faciant, ut Suidas, aliiq; qui Blifonis, vel Bleutonius filius fuit, seu Oracini, ut verò Laertius, Blifonis vel Eratoniis, & sexagesimanona Olympiade clarus, quiq; à sermonis obscuritate Scotini nomen obtinuit, quam se ea ratione secutum fuisse dicere solitus erat, ut eruditi solum sua legerent. Hic inter reliqua librum scripsit, quem in tres partes diuisum ferunt: nam de vniuerso, & de republica, & Theologia in eo disseruit, ipsumq; in templo Dianæ deposuit. Hunc librum, ut Ariston scribit, cum Euripides Socrati aliquando legendum detulisset, Socrates respondit, Quæ intellexi, præclara sunt, puto & quæ non intellexi, veruntamen eis opus est Delio natatore, ne in eo suffocetur. At verò Seleucus grammaticus Crotoniatem quendam scribit in eo, quem κατακολυμβητιῶν inscripsit, libro, Cratem quendam hunc librū primo Græcis inuexisse, ac dixisse librū ipsum Delio aliquo indigere natatore, qui in eo non suffocetur. Eum utiq; librū pleriq; Musas inscribunt, alij De natura, sed Diodor^o Diligens gubernaculum ad vitæ regulam vel amussim, alij Morum sententiam, quidam κόσμου βίωτων ἐπιπέτυμα, hoc est, ornāmētum morum vniuersi omniū. Sed hac de re satis vobiscum, huius enim vita à Suida & Laertio copiose describitur, nunc ad alios nos poetas. Fuit & alius lyricus Heraclitus. Fuit & poeta Theorus, qui ab Aristophane in Equitibus irridetur. Fuit & Chrysippus, non
- 40 eum dico, qui inter Philosophos Stoicos laudatur, sed eū, qui Georgica carmine scripsit, cuius & Diogenes aliiq; meminere. Porro fuit Zonæ^o, qui in amatorijs epistolis scribēdis non mediocrē sibi laudē cōparauit. Scripsit itē de pilæ lusu, in

Heraclitus.

Theorus.

Chrysippus

eum quoque agrestes quædam epistolæ referuntur, quæ alterius fuisse styli diuersitate coarguuntur. Fuit & Euthydemus Atheniensis poeta, qui complura quidem composuisse dicitur, sed ea Hesiodi titulo inuulgasse, ut hi facere consueuerunt, etiam nostro hoc tempore, qui tentandi gratia, quid de se lectores dicturi sint, id faciunt. Euthydemus tamen nonnulla, quæ ad falsamenta pertinent, circumferuntur, quæ ea ratione deprehensa sunt non esse Hesiodi, quod nescio quæ loca commemorat, quæ Hesiodi tempestate, vel nondum constructa, vel non sic nuncupata fuerant. Erat & in hac poetarum turba Panolbius, qui pleraque carmine composuit, ut quod in Hypatian Erythraei filia epitaphium dictum est, ite ad Etherium post morbum ad Erythrium, ad Dorotheum ducem, ad Aphthonium comitem. Post erat Epilycus¹⁰ versificator, cuius in Cratete meminit Suidas, hunc Chium ex insula scribit Athenæus, ubi vinum Chium describit, non desunt tamen, qui Atheniensem faciant. Fuit & hoc nomine alter comicus, in cuius fabulis Coraliscus ab Athenæo reponitur. Et hac parte duo erant Parthenij, alter quidem Chius, Thestoris vero filius, qui & Chaos est cognominatus, atque ex Homeri progenie, longa tamen successione, natus fuisse perhibetur. Inter ipsius carmina ea præcipue celebrata sunt, quæ in parentem Thestora composuit, meminit huius Pollianus Græcus epigrammaton scriptor. Hunc & in nonnullis imitatus est Vergilius poeta, ut Macrobius & Gellius obseruant. Scribit Probus grammaticus à Parthenio de amantibus volumen editum fuisse, ex quo de lauro fabulam recitat. Ex eodem²⁰ Parthenij libro historiam de Cyanippo desumpsit Plutarchus, qui cognita uxoris morte, quæ à canibus lacerata fuerat, se ipse interemit, cum illa clam virum in venatione secuta esset exploratura, an maritus alicuius esset virginis amore correptus. Citat & huius Parthenij Iphicium Stephanus, item eiusdem Propempticon. Suetonius vero Tranquillus Tiberium Cæsarem scribit in carminibus pangendis Parthenium imitatum fuisse. Plerique tamen non de hoc Parthenio, sed de altero Suetonium intellexisse volunt, duo enim hoc nomine fuerunt, prior, ut dixi, Chius, alter Niceus, ut Stephanus & Suidas produnt, tametsi ab alijs Myrleanus traditur, patre Heraclide, matre Eudora, vel ut Hermippus scribit, Tetha. Fuit verò elegiarum & diuersorum carminum generum poeta, vixit usque ad Ti-³⁰berij Cæsaris tempora, qua certè exili coniectura nisi hi videntur, qui putauere, quod hunc sit imitatus Tiberius. Vnde nos iure mirari possumus, nihil hac de re à Commentatoribus Suetonij traditum, vixque de Parthenio mentionem factam. Sed nos reliqua sequamur, hunc ipsum equidem ego eum esse Parthenium crediderim, quo, ut ait Macrobius, Verg. in Græcis usus est grammatico. Nam puer captus fuerat Parthenius à Cinna, quo tempore Romani Mithridatem bello vincere, ductusque cum reliqua præda Romam, sed tum demum ob doctrinam liberatus, & impune abire permixsus. Scrupulum quidem hoc mihi loco illud inicit, quod est à Suida scriptum, hunc ipsum Parthenium ad usque Tiberij tempora peruenisse, cum à Cinna ad Tiberium, si rectè tempora supputemus, annos plus⁴⁰ minus centum & viginti intercedere facile colligi possit. Sed hæc subtilius indagare nunc nostri non est instituti, tantum quæ apud autores obseruauimus, vos admonuisse sufficiat. Scripsit verò multa Parthenius, in primisque elegiam in Venerem, & Aretes uxoris epicedium, eius & laudes tribus voluminibus, necnon Metamorphoseon librum, qui à Plutarcho Eustathioque citatur, quem librum poetam Ouidium, ut alio loco dicemus, facile æmulatum crediderim. Meminit & Parthenij, ut elegiarum poetæ, Artemidorus in quarto de somniorum iudicio, ad filium patri cognominem. Eiusdem Parthenij Hephæstion Archelaus in testimonium aduocat, quo loco ipsum in elegiaco carmine iambicum in ultimo induxisse ait, ut eam vocem versui infereret. Versus hic est,

ἀμυσχρόν δ' αὖτις ἔσπετ' ἀρχελαίδου.

Citat & Parthenij Herculem Stephanus. Extat præterea libellus Græcus, huius, ut puto, Parthenij, ἠρωτικά inscriptus, ad Cornelium Gallum, soluta oratione, quo

varias

varias amantū historias colligit. Quo libro idem ipse suos adducit versus quosdam, vbi de Biblide & Cauno agit. Citatur hic à Probo grammatico, ex quo de lauro hanc fabulam recitat, Phœbus Daphnen Amydeli filiam dilexit, quam ne per vim stupraret Apollo, Iuppiter in arborem laurum conuertit. Sanè non Amydeli filiam, sed Amyclæ legēdum ex ipso Parthenio est apud Probum. Et vobis hucusq; de duobus Parthenijs, quos sequebatur Daphitas, poeta & grammaticus, qui in Thorace Magnesiæ monte cruci suffixus fuit, quod ausus esset in reges maledicos & mordaces versus scribere, eos enim vibices, & ramenta, & scobes opum regis Lysimachi vocabat, & seruos ad regium fastigium euectos.

10 Vnde ab eo loco illud prouerbij vice vsurpari Græcis consuevit, φυλάττω τὸ θώρακα, hoc est, cauendum esse à Thorace, quo monemur mortis metu linguam coercendam. Hoc Daphitæ est carmen, quod Strabo affert:

πορφύρεοι μάλιστ' ἄλλοι, ἀπὸ γένεσός τε γὰρ
 λυσιμάχου, λυδῶν ἀρχετέ καὶ φρυγίας.

Hoc est,

Purpurei vibices, & scobs vltima gazæ

Lysimachi, Lydis iura date & Phrygiæ.

Marcus verò Tullius in libro de Fato alium Daphitam commemorare videtur, cum ait, Quid enim, si Daphitæ fatum ita fuit, de equo cadere, atq; ita perire? ex hoc ne equo, qui cum equus non esset, nomen habebat alienum? Hanc vtiq; historiam his verbis recitat Valerius Maximus, Daphitas, inquit, cum eius studij esset, cuius professores Sophistæ vocantur, ineptæ ac mordacis opinionis Apollinem Delphis irridēdi causa consuluit, an equum inuenire posset, cum omnino nullum habuisset. cui ex oraculo reddita vox est, Inuenturum equum: sed vt eo deturbatus periret. Inde cum iocabundus, quasi delusa sacrarum sortium fide, reuertitur, incidit in regem Attalum laecessitum, eiusque iussu saxo cui nomen erat Equi, præcipitatus, ad deos vsq; cauillandos dementis animi, iusta supplicia pendit. Historiam hanc ipsam isdem penè verbis recitat & Suidas, sed Daphidan, non Daphitan vocat. Vel prior quidem Daphitas, posterior verò Daphidas vocandus, quod vtiq; non affirmarim. Telmissæus grammaticus hic quidem

30 fuit, qui & de Homero eiusque pbesi scripsit, quod falsum erat, Athenienses pugnasse aduersus Ilium. Hoc ideo vobis commemorauit, vt rem totam perciperetis, simulq; vt locus ille Ciceronis vobis notior fieret. Quidam tamen vnum Daphitam, non duos fuisse arbitrati sunt. Sed nos tabulam prosequamur, in qua & Menelaus Aegæus erat, versificator egregius, qui duodecim libris Thebaida cōposuit, & item alia, citatur cum ab alijs, tum à Stephano. Erat & Simmias Rhodius, poeta & grammaticus, qui quatuor libris diuersa poemata composuit. Fuit verò origine Samius, de quorum etiam antiquitate volumina reliquit, & post Samiorum direptionem, dum migrarent, ab eis dux electus, vt ex reliquijs coloniam deduceret, ex quibus oppida tria condidit, Minoan scilicet, Aegialon &

40 Arcesimen. Sunt, qui ab hoc Simmia scriptos primū iambo velint, alij à Simnide Amorgino, sunt, qui ab Ananio. Tum Piso excepit, Quid, inquit, ais Lili, num omnes Archilochum Parium, poetæ Horatij sententia, eius versus repertorem existimant? Eius enim poetæ tanta est autoritas, vt quæ ab alijs afferuntur, audienda quidem, sed parum credenda ipse putem. Sic est, inquam ego, vt ais Pifso, veruntamen audi, quæ ab alijs dicuntur. Quidam etenim huius carminis inuentionem in Hipponactem referunt, qui id primū à vetula quapiam lambe, se in dolio luante audierit, vt clarius vobis exponam, quum ad Hipponactis imagine peruenero. Donatianus verò in eo quem de poetica scripsit, Homerum ait hoc carmine vsū longè ante hos, in poemate, cui titulus Margites, de quo in Homero loquuti sumus. A. his omissis, iam ad Simmiam redeo, quem in antiquissimos poetas fuisse reperio, quadringentis enim & sex annis post Troiana tempora claruisse dicitur. Extant & adhuc sub eius nomine nonnulla carmina, ab eo & versus Simmieum deductum asserit Hephæstion, qui & eius

ratio-

Daphitas.

Daphidas.

Menelaus.
Simmias.

rationem explicat, nec vno tantum in loco. Hic vobiscum non agam de Thebano Simmia Philosopho ac Rhetore, de quo & Plato, & Plutarchus in libro de deo Socratis, & Laertius, & Suidas, quando hic nihil ad tabulas. Sunt verò, qui Proclum (qui & Proculus & Proculeius ab aliquibus existimatus) poetam faciant, at certè illustris Philosophus fuit Platonicus, & eruditionis multijugæ. Huius quidem hymni extant, Orphicis hymnis pares & additi, qui & passim leguntur. Sed & alia carmina composuit, & in Pandoræ Hesiodi fabula theologiam condidit, & in aurea, quæ vocantur, carmina. Aliaque per multa composuit, quæ partim extant, partim à Suida commemorantur. Sed certè quatuor hoc in primis nomine in literarum studijs excellentes fuisse comperimus, vt eos hoc loco missos faciam, qui Procli nomine antistites Byzantij, id est, Constantinopoleos fuere, quos in græca historia legi. Primus igitur Proclus, Hierophanta fuit, ex Laodicea Syriæ, alter Lycius fuit, Syriani Alexandrini Philosophi discipulus, & Plutarchi Nestorij filij auditor, qui plurima in omni philosophia, reliquisq; disciplinis scripsit, & contra Christianos epiche remata xvij. quibus mirandū quendā in modum respondit Ioannes cognomēto Philoponus. Reliqui duo Procli Mallotes, ambo ex Cicilia fuere, ambo Stoicæ sectæ philosophi. Sed quoniā de Procli hymnis meminim⁹, par est, vt de Synesij quoq; hymnis nō nihil dicamus, qui & hodie apud Græcos leguntur, cuius nā verò Synesij, haud mihi satis compertum, eius quidem à quibusdam existimantur, qui librum de insomnijs composuit, qui & Græcè legitur, & Latine à Marsilio tralatus. Alium enim Synesium, sunt, qui putent eum, qui Christianus fuit, & antistes Thebaidis in Libya, ex Pentapoli Ptolemaidis Aegyptiæ regionis, & qui Hieraticorum, id est, rerum sacrarum philosophus fuit, qui que plurima & varia scripsit cum in re grammatica, tum philosophica, in primis verò mirabilem de providentiā librum, ἐγκώμιόν τε φιλολογίῳ, hoc est, Caluitij laudes. Extāt, & quæ leguntur, admirandæ eiusdem epistolæ, verum quoniam hæc parum ad præsentem provinciam, missa facio, reliquosq; huiusce partis poetas recensabo. Inter quos erat Asius Samius, vt credit Pausanias, Amphiptolemi filius, qui, vt est apud Strabonem, Metabi fabulam & Menalippes carmine complexus est. Meminit & huius Asij interpres Homericus, libro Odysseæ quarto, cum de Ipthime Penelopæ sorore agit, vbi & ipsius carmen attulit ab eodē. Et de Apolline Ptoō & monte cognomine, carmine suo multa prodidit, plura verò ab Athenæo & Pausania ex eo citata legimus. Fuit & Nicænetus Abderites, verficator egregius, cuius in Abderæ descriptione meminit Athenæus in ultimo, qui cum indigenam historiam ait composuisse, eiusq; ideo epigrāma in testimonium adducit, cum de corona λυγίξ, id est, viminea, qua Cares populi vsi dicuntur, multa in medium afferret. Meminit & poetæ huius Parthenius in Eroticis, quo loco de Biblide & de Cauno agit, eiusq; versus aliquot citat, meminit idem & in Lyrici Phoronei filio fabula. Fuit & Leuceas Argiæus, poeta non ignobilis, vt in Attica scribit Pausanias, qui de gentibus earumq; institutis ac moribus carmina per multa composuit, quæ afferuntur à Græcis scriptoribus. Fuit & poeta Theodoridas, quem Hegesander Delphus Syracusanus cum alijs cōmemorat apud Athenæum. Post hos erat Dionysius, qui modò Mitylenæus, modò Mylesius ab autoribus dicitur, est verò cognominatus Scytobrachion, & Seryteus, quod scilicet corij sutrinam exercuerit. Hic scripsisse traditur Bacchi & Palladis exercitiū, & victorias, vt ait Suidas, item Argonautica libris sex, quos & Diodorus, & in Apollonium Commentatores in testimonium afferunt, & ista quidem ἐκ μνηστικῶν, hoc est, fabulosa pedestri oratione, ad Parmenonem. Fuit & alter Byzantius Dionysius, qui de Bospori refluxu scripsit, item naniās vel lamentationes, quod opus Epicediorum plenum fuisse dicitur, quo modo nostrorum quidam temporum scripsere. Legimus & alium fuisse Dionysium Punicum, tametsi quidam Corinthium, quidam Alexandrinum existimant, nullo, vt ipse quidem reor, nisi idoneo

idoneo satis autore. Sunt, qui Byzantiū cum Punico eundem faciant, idq; astruere conantur, quòd alterum sit in Africa Byzantium, ipsa vberrate celebre. Suidas certè de Byzantio contendit Thraciæ, quòd ipse in orbis descriptione Rhaban fluiūm celebret, quem etsi laudat suo carmine, non patrium tamen fluiūm vocauit. Quare nō satis idonea mihi videt̄ coniectura Suidæ, vt min⁹ Eustathio credamus, eius eruditissimo interpreti, & ei, qui ipsius Dionysij paraphrasin soluta oratione Græcè scripsit, qui ambo poetam hunc ipsum Dionysium Punicū fuisse prodiderunt, nisi forte, vt amicus quidam noster existimat, Byzantiū quidē ortus, ex Africa verò oriundus. Sunt præterea, qui hunc ipsum Dionysium eum
 10 putent, quem recentissimum autorem vocat in sexto naturalis historiæ Plinius, & quem in Armeniam idem Augustus iturus præmiserit. Sedenim non vnum Dionysij nomine tantummodo de orbis situ scripsisse videmus, quum apud alios, tum apud Suidam manifestissime. Punicus hic igitur Dionysius orbis terrarum descriptionem, hoc est *οικουμένης περιήγησις* conscripsit, quod opus cum Commentarijs Eustathij viri doctissimi legitur. Est & in id opus paraphrasis, vt malè creditur, Dionysij Halicarnassei. sapius verò in Latinam linguam id opus conuersum fuit, sed in primis à Prisciano Cæsariensi Grammatico, vel potius à Rhemnio Fannio, item & à Ruffo Festo Auieno. Exorsus est autem Dionysius ea ratione à Libyæ descriptione, vt Eustathius & paraphrastēs Dionysius volunt, quod Africa patrium ei & natale solum fuerit, Scripsit præter orbis situm Hypothecas, & *αἴτια*, hoc est, causas vno libro, quæ tamen in Corinthium ab alijs referuntur. Eustathius & alios libros addit, Lithiaca videlicet, & Ornithiaca, in hoc de auibus, in illo de lapidibus agit. Scripsit item Bassarica, quæ propter styli characteris similitudinem legitima idem credidit Eustathius, etsi alterius esse Suidas innuit. Alij illegitima Bassarica existimant, propter sermonis & linguæ asperitatem, quæ ideo in Samium quendam Dionysium retulerunt. Alij Ornithiaca in alium quempiam Dionysium Philadelphium retulere, qui ob locutionis improprietatem, *ὠκύνω*, quasi quod latraret, vel vt alijs scribunt, *ὠκύνω*, ac si subuanum vel vacuum dicatis, cognominatus est. Sunt &, qui ab hoc Dionysio scripta velint Meteorologumena soluta oratione, item in Hesiodum commentaria. Fuit & alter Dionysius quem Aristoteles Chalcus cognominatū ait, rhetor & poeta, qui cum nummo æreo apud Athenienses in consulendo vteretur, inde cognomentum inuenit, est enim Chalcus nummi species. Meminit verò huius Dionysij, post Aristotelem, Callimachus & Athenæus. Eius autem in primis cōmendantur Elegiæ, in quib. vt ait Aristot. poesim vocat Calliopes vocē, hoc est, *κρυῶ λὼ κα Μιόβης*. Afferuntur & huius versus ab Athenæo, cū de Siculo Cottabo agit. Est autem Cottabus, qui & Cossabus ab aliquibus vocatur, ludicri genus in conuiuijs, quod varijs modis fieri solitum pluribus ostendit Athenæus, meminit Pollux, Suidas, & alijs, apud nos Plautus. Sed hæc ideo breuiter, quia & præter institutū
 30 sunt, & in obseruatis nostris longè plura leguntur. Alium præterea Dionysium fuisse legimus, qui vt Plutarchus scribit, Pheræus dictus est, cuius poemata suo tempore idem prodidit Plutarchus, à quo & illud mādatum est memoriæ, quòd fuerit ab Atheniensibus delectus ad coloniam deducēdum in Italiam, Thurios. Filium hic habuit Hieronem nomine, qui Nicia Atheniensium ducis familiaris fuit, cuius suasionibus Nicias ipse tum domi, tum militiæ præclara facinora persæpe fecisse dicitur. Fuit item alter Dionysius Sinopensis comicus, alijs tum
 40 in super. hys cōmodius inter scenicos poetas referemus. Fuit post hos & Mnafalces Plateensis poeta, vt verò tradit Athenæus in quarto, Sicyonijs fuit, de quo & Strabo in IX Geographiæ in hunc propè modum scribit: In Sicyonia, inquit, regione vicus est Plateæ, ex quo fuit Mnafalces poeta. Mnafalcis autem ipsa Plateada. tamen in Græco exemplari mendosus locus esse videt̄, nam quis in Latino dubitet? Scripsit Mnafalces inter cætera, epigrammata, quorū & non
 50 nullas

Mnafalces.

Simulus.

nulla leguntur apud Athenæum. Fuit & Simulus poeta, qui Romanorum res gestas versibus perscripsit, quem ubi de Tarpeia loquitur, Plutarchus citat. Simulus, inquit, poeta omnino fallitur, qui non Sabinis, sed Gallis Capitolium Tarpeiam prodidisse ait, cum illorum regis amore capta esset. sunt autem hi de illa versus:

*Tarpeia at custos Capitolia celsa tenebat
Improba, quæ patriæ tam malè fida fuit.
Gallica dum demens sequitur connubia Regis,
Romanas arces prodidit, & patriam.
Hanc non Arbocæ, & Gallorum milia gentis
Abductam ripis constituere Padi,
sed super inuisam manibus detracta puellam,
Arma ferunt, miseram pressit acerba dies.*

10

*Butas.**Capnias.**Hermestianax.**Hegemon.*

Meminit & huius poetæ Dionysius Halicarnassæus in primo historiarum, veteremque vocat poetam, tamen si perperam in peruulgatis Latinis exemplaribus hoc nomen legatur. Memorat & Butan poetam idem Plutarchus in Romulo, quem ait de Romanorum rebus fabulosas causas in elegijs tradidisse. eius adhuc fabula legitur de Iupercalibus. Post hunc Capnias poeta fuit splendidus & copiosus, qui apud Græcos aliquandiu fuit in precio, de ipso verò in præsentia pauca ideo, quod eius, ut aliorum plurimorum, carmina bellorum & temporum iniuria perditæ sunt. Fuit item & Hermestianax Colophonius, qui inter elegos non sine laude connumeratus est, & à Pausania in primis, qui ait illum de patria Colophone egregie carmine scripsisse. At hic Leontium, non ignobilem meretricem amavit, cuius nequitias & amores libris tribus elegiarum prosecutus est, ex quibus excerpta extat elegia, in qua & philosophorum & poetarum insignium amores celebrat, ut est apud Athenæum. At verò Nicandri interpretis in libro Theriaco, duos hoc nomine fuisse scribit, his propemodum verbis: Hermestianax, inquit, Philetæ amicus fuit & domesticus, cui Persica ascribuntur, & quæ dicuntur *ἐς τὸν Ἰσχυρίων*, hoc est in amatam, fieri tamen, inquit, non potest 30 ut huius Nicander meminerit. nam Nicandro longe antiquior fuit Philetas. Hermestiana actis verò Nicander meminit in eo, in quo de poetis Colophonijs scripsit, quamobrem ille, de quo Nicander, alter est poeta, huius meminit & Parthenius. Et hæcenus de Hermestiana acte. Hegemon quoque inter poetas est connumeratus, qui ex Alexandria, Troianæ regionis urbe oriundus fuit, id quod et Stephanus notat. Bellum verò Hegemon Leucetricum scripsit, quod inter Thebanos & Macedæmonios factum fuit. Huius Hegemonis, ut puto, meminit Aelianus in animalium historia, sic enim loquitur: Hegemon in Dardanicis versibus cum alia de Aleua Thessalo conscribit, tum in eius amorem. inusitata enim magnitudine serpentem, cum ad Thessalicum fontem, nomine Hamonium, boves pasceret, venisse, sensimque adrepere ad amatum solitum fuisse, & comam, quam ille auream habebat, osculatione profecutum fuisse, & faciem linxisse. Hanc vobis historiam recitare volui, etsi ab imaginibus nostris aliena esse videtur. Celebratur & alter Hegemon Thasius, qui cœnarum inscriptiones, hoc est, Anagraphas composuit, & Phace ipse, hoc est, Lenticula cognominatus est, ut idem ipsemet quodam suo carmine significat, meminit Suidas & Athenæus. Scripsit verò Parodias, poematis id genus, de quarum etiam natura & arte quadam suis versibus prodidit, ut est apud Athenæum, primus quoque in certam huiusmodi versus induxisse fertur Athenis, certasse & vicisse. Scripsit verò præter Parodias, & Gigantomachiam, & præscam comœdiam, quæ Philinne inscribitur. Illud etiam de Hegemone proditum est, quod cum aliquando theatrum ingressus esset, calculorumque vestis laciniam plenam haberet, eos omnes in media turba proiecisit, atque ita paulo post loqui cœpisse, verba etiam recitat ex Chamæ, 50
Ieonte

leonte scriptore idem Athenæus. Et satis de Hegemone. Fuit & Charmus Syracusanus poeta, qui in conuiuas centum discumbentes versus condidit, quorum quidem versuum poema Solensis Clearchus Dipnologiam vocauit, alij Opologiam, alij Hedypathiam, Chrysippus verò Gastronomiam, quæ omnia vocabula, vt videtis, ad gulæ & ventris voluptatisq; rationem referuntur. Scripsit idē & in singulas dapes, quæ in mensa apponerentur, versiculos & prouerbia, vt est illud de piscibus lambicum:

ἦκω λιπῶλεσ' αἰγαῖον ἀλμυρὸν ἐαδῶ. hoc est:

Vento linquens Aegæum fæsum profundum. Fuerūt & hac parte aliorum imagines nonnullæ, vt Hegesianaetis, qui & à nonnullis, an perperam nescio, Agesianax vocatur. Fabulas hic carmine complexus est, quæ ab autoribus plerumq; citantur, atq; in primis ab Hygino. Plutarchus quidem in eo, qui inscribitur de Facie & aspectu, qui in Lunæ globo apparet, multa huius Hegesianaetis carmina affert, quibus ipsa Luna, lunæq; describuntur. Fuit & Hegesini imago, cuius apud Græcos mētio, sed in primis apud Pausaniam, qui & eius quosdam versus affert ex Atthide, eius, vt puto, poemate, verum parum illos quidem castigatos, quos ideo non recito. Legitote Pausaniæ Bæotica, quo loco agit de Oto & Ephialte, Aloxi filijs, qui Musis primū rem sacram fecerunt, id quod planius in nostris Musis retulimus. Pausanias tamen ipse non se vidisse Hegesini poemata fatetur, quod scilicet ea, priusquam ipse natus, essent deperdita, sed Callippus, inquit, Corinthius ea in historia de Orchomenijs in testimonium adduxit, à quo ipse ea desumpsit. Erat & Manethi imago, qui Diospolites fuit, hoc est, ex Iouis vrbē Aegyptia poeta, hic inter reliqua scripta carmine physiologiā & naturalē omnem scientiam perscripsit. Quidam tamen eum non Diospolitem, sed Sebennyticum potius tradidere, est enim Sebennytus & ciuitas & stagnum, fluuiusque Aegypti, à qua & hostium Nili, & Nomos, hoc est, præfectura Sebennytica vocata est. Fuisse & alterum Manethum historicum, non poetam, legimus: qui tempora & annales Aegyptiorum collegit. Video hic à quibusdam iure dubitari, an is sit Manethon, cuius Iosephus Eusebiusq; & alij meminere, & cuius fragmenta quædam circumferuntur, verum vbi argumenta discrimen non afferūt, impunè opinari, quid quisq; velit, potest. Cæterum in tabulis fuit Philodemi imago, qui vt Strabo scribit, Gadaræus patria fuit, Epicuream verò sectam & scribēdi & viuēdi instituto complexus est. De quo & M. Cicero agit in ea, quæ extat, oratione in L. Pisonem, quem & ipsum alibi carmina fecisse ostendimus, quo orationis loco ita Asconius Pædianus, Philodemum, inquit, significat, qui fuit Epicureus illa ætate nobilissimus, cuius & poemata sunt. Hæc Pædianus. Eundem significari autumo ab Horatio, eo carmine:

Gallis hanc Philodemus ait.

quo loco poetæ nomen vetustī interpretes suppresserunt, eum tamen Epicureū fuisse fatentur. Leguntur adhuc quædam Græca in quasdā mulieres epigrammata. Erat & in hac parte Simonidis Magnesij poetæ imago, qui suo tempore haud ignobilis fuit. Patrem Sipyllum nomine habuisse legimus, & centesima supra quinquagesimam Olympiade floruisse, quo tempore Magnus Rex Antiochus sic cognominatus regnabat, cuius etiam regis res gestas carmine scripsit, & bellum contrs Galatas, quando eius equus ab elephantis confectus est. Fuerunt & alij pleriq; Simonidis nomine, inter quos is, qui à quibusdam Carystius, ab alijs Eretrieus dicitur, poeta sanè celebratus, qui Græcorum in Aulide conuentum duobus trimetrorum versuum voluminibus complexus est. Scripsit idē de Iphigenia librum vnum. De Simone verò Melico, atq; item de Amorgino, in nouis in lyricos, cum ad eam tabulam deuentum fuerit, & de cæteris abunde, vt ipse, agemus. Porrò inter hos poetas erat Pherenicus Heracleota, versificator egregius, qui vt Athenæus scribit, sicum, hoc est, Sycen dictam esse voluit, à Nympha quapiam syce nomine, quæ Oxyli quidem filia fuerit, Hamadrya-

Charmus.

Hegesianax.
Agesianax.

Hegesinus.

Manethus.

Philodemus

Simonides.

Pherenicus.

Timachidas.

dâsq; multas genuerit, inter quas & vitis & ficus, hoc est, Staphyle & Syce. Vnde & poeta Hipponax hac ratione vitem & ficum sorores suo carmine appellauit. Fuit & Timachidas Rhodius poeta, qui cœnarum inscriptiones libris vndecim confecit, id quod nō modò apud Suidam legimus, sed & apud Athenæum, qui de pompilo pisce nonnullos eius citat hexametros. Sed vbi incidimus iam toties in hos gulæ scriptores, par mihi esse videtur, vt vobis commemorem, qui, quæ ad cupedia & rem coquinariam pertinent, scripsere. Parcius hoc quidē Latini dicatis voluminibus tentauere, vnus enim, quod meminero, Ennius carmine Phagetica scripsit, profa verò M Apicius ille, nepotum altissimus gurges, & si dis placet, nuper Platina. At Græcè plures scripsere, in primis quidem Arcestratus, & Hegemon Thasius, & Chamus Syracusanus, quorum antè imagines recēsumus, tum Numenius, & Mastreas Pitaneus, item Artemidorus, qui p seudoaristophanius cognominatus est, & culinæ vocabula collegit, & Paxamius, cuius Hieronymus, Pollux & Athenæus meminerūt. Fuit & in hoc genere Philoxenus Claudij, à quo Philoxeniæ placentiæ, quem vsque adeo prostrata gulæ autores prodidere vt in feruentissimam aquam manum immergere, & os feruenti aqua proluere nulla sui læsione assueuerit, id quod & Archytam quendam fecisse Crobylus ait, & ego nostris etiã diebus non ab vno tantum & altero fieri, sed à pluribus ipse consexi. Addit his & Iulius Pollux Pantoleonta & Mithecum, & Zopyrinum & Sophrona, & Hegesippum & Epanetum. Et cum his quoq; connumerantur Heraclides Syracusius, Tyndarichus Sicyonius, Simonactides Chius, Glaucus Locrus, qui in ea coquinariæ & Opsopœeticæ facultate sophistæ fuerunt. Sed hac de re hæctenus, plura quidem apud Athenæum. Nos iam cœptum tandem huius diei sermonem finiemus, si prius tamē Antipatri Sidonij, quæ in huius tabulæ parte extrema conspiciebatur, imaginem paucis absoluerimus. Fuit hic quidem poeta promptissimus, quem in libris de Oratore M. Tullius claruisse ait Cottæ & Crassi temporibus, non multò antè. Sed de huius poetæ ingenio & memoria non alterius, quam ipsius M. Tullij verbis agendum. Quid, inquit, si Antipater ille Sidonius, quem tu probè Catule meministi, solitus est versus hexametros alijsq; varijs modis atq; numeris fundere ex tempore, tantumq; hominis ingeniosi ac memoris voluit exercitatio, vt cum se mense ac voluntate coniecisset in versum, verba sequerentur. & reliqua. Valer. verò Maximus & Plinius eum tradunt, omnibus annis, vno tantum modo die suo natali, febre corripi solitum, & eodem deniq; die consumptum esse, in vltima etate. Meminit Antipatri etiã Corn. Tacitus in oratoribus, & Fabius Quintilianus. extant ipsius in præsens quædam, quæ leguntur, epigrammata. sed de hac iam tabula satis, nunc quoniam aduersperascit, & iam redeundi in oppidum tempus, huic sermoni finem modumq; imponamus. Crastino, sub hac, quæ in proximo est, carpino peruetusta (quæ quod olim sub ipsa umbras captauerit, vt aiunt, Constantius Cæsar, oppido nomen dedit, cum ibi Euryden filiam cum Pico, Pio, alijsq; filijs inuenisset) reliquos huius ordinis poetas, atq; Latinos in primis commentabimur. Et simul abiuiamus.

TERTII DIALOGI FINIS

AD ILLVSTREM ANTONIVM PONTIS

DOMINVM, APVD SANTONES MARAEMPNAE

Comitem, Consiliarium ac cubicularium regium, &c.

Lilij Gregorij Gyraldi in quartum de historia
poetarum dialogum, Praefatio.

Solebat, vir illustris, Cleanthes Stoicus ille, tanti nominis Philosophus, discipulos ad certam Veramque, nec inanem, voluptatem capessendam, quadam non coloribus picta tabella, sed Verbis efficta inflammare. Iubebat enim secum ipsos cogitare picta in tabula Voluptatem pulcherrimo vestitu & ornatu, regali in solio sedentem, Virtutes ut ancillas praesto illi adesse, quae nihil aliud agere viderentur, nullum aliud suum officium ducere, nisi ut voluptati ministrarent, & eam tamen ad aurem admonerent (si modo, ait Cicero, id pictura intelligi posset) ut caueret, ne quid imprudens perficeret, quod animos hominum offenderet, aut quicquam efficeret, e quo dolor aliquis oriretur. Nos quidem Virtutes sic natae sumus, ut tibi seruiremus, aliud nihil negotij habemus. Hanc Cleanthes, ANTONI, tabulam effinxit, qua discipulos admonebat, Virtutes ipsas verae & non fluxae voluptati inferuire, eamque, a nemine plane haberi posse, nisi illam Virtutes subministrarent, ea quando solida & vera est voluptas quae nobis est Virtutibus comparata. Quam voluptatem, ut Cleantheo more loquar, cum militares omne genus Virtutes, & equestris disciplina ac sanguinis nobilitas summamque prudentia tibi liberalissimè prestiterint, ut non modò inter optimates & principes, sed inter vetustos quoque & priscos iure meritoque connumerari possis, adeo ut non solum apud Gallos vestrates, imprimisque à Rege omnium maximo amaris & commenderis, sed apud quoque Italos nostrates, atque à nostro Principe sic in precio habearis, ut cum uxore tua rarissima & illustri muliere, ANNA Parthenia, apud excellentiss. Principem nostram principem locum obtineatis. Quae cum omnia ita sint, tibi ANTONI splendidissime hunc quartum nostrum dialogum de Latinis poetis donare constitui. Nam tametsi nec me tu, nec ipse te de facie cognoscam, tot tamen & tanta mihi de nobilitate tua & Virtute praedicantur, & optimorum hominum testimonia suppetunt, ut plane mihi notissimus esse videare. Accipe igitur hoc nostrum qualescunq; munus, quod certe à benevolentissimo animo, tibi ob supra dictas causas deditissimo prouenit. In hoc quidem plurima, verbo absit inuidia, videbis, quae viros alioqui eruditissimos praeterierunt, vel ab eis sunt parum diligenter obseruata, quod, ut clarius perspicias, iam dialogum ipsum attende, meque ames rogo.

LILII GREGORII GYRALDI FER-

RARIENSIS DE LATINIS POE-

TIS DIALOGVS IIII.

40



M hora consueta, ut soliti eramus, tres ipsi in Carpeni virdario conuenissemus, tum Piso prior sic orsus est. Postquam huc conuenimus, Lili, ubi nobis faciles & opacas umbras carpinus patula exhibet, caeteris in aliud tempus sepositis, eam tabulam exponere, in qua in primis Latini poetae depicti fuerant, ut nobis hesterno sermone pollicebaris. Sic agam, inquam, libenter. vnum tamen illud à vobis prius impetratum velim & condonatum, ut si in quibusdam forte recensendis vobis parcus nimis, aut ieiunus visus fuero, non indiligentiae aut incuriae ascribatis, aut quod parum gratus sim in nostris narrandis commemorandisque rebus, sed illud potius, quod ante me hanc Latinorum partem nonnulli nostris literis sunt executi, atque adeo ferè in grammaticorum commentarijs id factitatum conspiciamus. Modò, inquit Piso, omnes de tabula nobis exponas, aliud abs te nihil nunc expetimus. Tunc ego sic coepi. Sicuti in alijs plerisque artibus, &

disciplinis capessendis Latini fuere, quam Græci posteriores, non ideo incultiores tamen, quod ostendit Cicero: ita & in poetica. Romanis enim parum curæ fuisse poetas, quin & eos inhonesto vocabulo aliquando grassatores vocitasse, testis est Gellius, & M. Cato in libro cui titulus Carmen de morib. Nam, inquit, si quis in ea restudebat, aut ad conuiuia sese applicabat, grassator vocabatur. Nō propterea tamen versibus abstinuisse legimus, nam vt mittam Themidis Carmentæ oracula, & quæ in conuiujs, de clarorum virorum laudibus carmina antiquos cantitare solitos prodit in Originibus idem M. Cato, & ab eo M. Cicero, in deorum tamen celebritatibus, & sacris, nec non in ijs, quæ sic vocabant, indigentamentis, carmina habuisse veteres auctores testantur. Atq; vt ait poeta, Versibus incomptis ludebant, & opicis, & præcipue Saturnijs, vnde etiam dicti sunt Ianales, Saliarij, Mineruij, Iunonijs, axamenta, & id genus cætera. Dionysius item in historijs, cum Romulum de Ceninensibus & Antemnatibus triumphantem describit, ait, sequentes populos patrijs carminibus deos laudauisse, ducemq; Romulum poematis extemporalibus ad cœlum extulisse. Numam quoq; Põpiliū legimus de deis, deq; deorū rebus versus composuisse, usq; in sacris, ludisq; publicis ritè cantatis ferocissimam gentē, dum id scilicet assidue ageret, ad humaniores mores, cultumq; deorū maiorem trāstulisse, quod primo sermone attigi. Quā paruo autem principio, & quo tēpore in Rempubl. Romanorum carmina irrepperint, Titus Lilius in vij. ab Vrbe condita scriptum reiiquit, & M. Tullius, & Gellius: vt ceteros mittam. Zosymus etiam in Historijs, in secularibus ludis, carmina canī solita prodidit. In eo autem genere inconditorum versuum, quos diximus, hi sunt etiam, quos olim Fauni vatesque canebant, vt ait Ennius, & repetit M. Cicero. Sed in primis eos reponemus, quæ Martiorum fratrum oracula dicuntur, quæ cum Sibyllinis carminibus, in templo Apollinis seruabantur, vna cum libris Begoes nymphæ, quæ artem apud Thuscōs fulguritarum scripsit, vt Maurus Seruius prodit. De Martijs quoq; ita M. Cicero in diuinatione, Quo in genere, inquit, Martios quosdā fratres, nobili loco natos, apud maiores nostros fuisse scriptum videmus. His autem fratribus prædixisse futura Sibyllam, Seruius est autor, idem tamen Cicero alibi Martium singulari numero appellat, quod & C. Plinius facit vij. natural. hist. libro, cum ait, Diuinitas, & quædam cœlitum societas nobilissima ex fœminis in Sibylla fuit, ex viris in Melapode apud Græcos, apud Romanos in Martio. Titus itē Lilius, Religio, inquit, deinde noua obiecta est ex carminib. Martianis. Vates hic Martius illustris fuit, quo in loco plures eius versus afferunt. Macrobius quoq; in saturnalib. in hunc propè modū, Fertur autem, inquit, in carminib. Martij vatis, cuius duo volumina illata sunt in senatum, inuentū esse ita scriptū, Hostem Romani si ex agro pellere voltis. & reliqua. Ammianus insuper Marcellinus & sex. Põpeiū eodē singulari numero protulerūt, quos secutus Isidorus ferè sic loquit, Primus autē præcepta apud Hebræos moyses scripsit, apud Latinos Martius vates. Ex quibus est illud, Postremus dicas, prius taceas. Meminit & Porphyrius super hæc Flacci verba ex Epistola: 40

— *Annosa Volumina Vatum.*

Et de Martijs hucusq;. Fuit & in hoc genere vatū Publius, nescio qui, à quo, vt scribit M. Tullius, oracula condita fuere, quæ à Romanis diuina religione obseruata sunt. Perperā, vt quidem puto, apud ipsum Marcū Tullium, in libris de diuinatione, Publiciū pro Publico & legit, & interpretatus est Petrus Marsus. sed vt alios mittam, & Appium Claudium Cæcum versus, ante Liliū & Ennium, scripsisse legimus, nec hi tamen in poetarum numero fuere. Appij certe versus philosophus Panætius valde probasse dicitur, id quod ad Tuberonem ipse quadam sua epistola testatum reliquit, idem & M. Cicero. Verū iam satis superque vnde ostendimus, poeticā apud Romanos, etiam illos priscos, aliquo saltē modo cultam fuisse, iam ad ipsos primos, qui in tabula fuerant, poetas noster sermo dirigatur. Primi verò poætæ Latini, suetonio & Eusebio referentibus, fuere Lilius

Androni-

Andronicus, cuius inter scenicos poetas imago referetur, & Q. Ennius, qui, ut Lucretius cecinit,

L. Andronicus.

Q. Ennius.

—*Primus amœno*

Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Quam fermè quoq; sententiam & Syllius Italicus suo carmine retulit. Trigesima verò sexta supra centesimam Olympiadem, hoc est, Prioris Scipionis tempore floruit, sub quo etiam stipendia meruisse traditur, ita Claudiano poeta scribente:

Hæreb. ac doctus lateri, castrisq; solebat

Omnibus in medias Ennius ire tubas.

- 10 Fuit verò Romam deductus ex Sardinia insula, à M. Catone, quæstore ex Africa decede dente, ut scribit Probus Aemilius in Catonis vita, quæ falso à quibusdam Cornelio Nepoti ascribit. Meruisse & cum Q. Fulvio Nobiliore, cum is à senatu contra Aetolos imperator missus est, testis est ante alios M. Cicero. à M. verò Fulvii filio civitate donatus, ea tempestate, qua I I Vir coloniam deduxit. Ennii quidem patria Rudia, quod Calabriae oppidum est, ut Mela Pomponius, & Plinius scribunt, & poeta Syllius canit. Rhodias verò & Græcam urbem nuncupat Strabo. Hinc, puto, ab Aufonio Rudinus dicitur, & Rudius à M. Tullio, pro Archia, si fidei codicibus stamus. Eutropius tamen historicus, & Hieronymus in Chronico ex Eusebio, Tarentinum illum his verbis faciunt: Q. Ennius,
- 20 aiunt, poeta Tarenti nascitur, qui à Catone quæstore Romam tralatus, habitavit in monte Aventino, parco admodum sumptu contentus & unius ancillæ ministerio. Sedenim de hac Ennii ancilla, ut puto, & Cicero in secundo de Oratore, cum de ridiculis agit, mentionem fecit. Cum enim, inquit, Scipio Nasica ad poetam Ennium venisset, etq; ab hostio quærenti Ennium, ancilla dixisset domi non esse, Nasica sensit illam domini iussu dixisse, & illum intus esse. Paucis post diebus, cum ad Nasicam venisset Ennius, & eum à ianua quæreret, exclamat Nasica, se domi non esse. Tum Ennius. Quid, ego nō cognosco vocem, inquit, tuā? Hic Nasica, Homo es impudens, ego cum te quærerem, ancillæ tuæ credidi te domi non esse, tu mihi non credis ipsi? Natus verò est Ennius, ut ipsemet cecinit,
- 30 nit, ex stirpe Neptuni, à Messapo, qui ut ait Vergilius, fuit

—*Equum domitor, Neptunia proles.*

Quod & adnotavit Servius. Idem Syllius suo hoc carmine:

Ennius antiqua Messapi ab origine regis.

Quod verò per palingenesiam, quam vocant Pythagorici, Homeri animam sortitus sit, fabulosius videtur, quam ut historica fide comprobetur, id enim somnio contigisse & Lucretius poeta, & Marcus Cicero tradidere, eodem etiam ipso Ennio canente,

—*Mihi visus Homerus adesse Poeta.*

- 40 Fuit verò vini appetentior:

—*Nec unquam nisi potus ad arma*

Prosiluit dicenda,

- ut ait Horatius. Ingenio acri fuit, atq; ad scribendum promptissimo, vehemens in sententijs, in verbis rudis, ut qui non discederet à communi more verborum.
- 50 Addit & Cicero, eum fide plenum, haud tamen magna cum re. Hinc est, ait Piso, illud fortasse, quod P. Vergilium solitum dicere accepimus, aurum se ex Ennii stercore colligere. Rectè tu quidem, inquam, trium quoq; linguarum cognitionem habuit Ennius, unde poeticæ se tria corda habere dicebat, quod Græcè, & Latine, quod Osce loqueretur, ut Gellius & Festus tradunt. Multa verò librorum volumina scripsit, inter quæ Annales, quos, ut refert Suetonius, Q. Vargunteius diuisit in volumina, certisq; diebus in magna hominum frequentia pronuntiabat. In hos M. Pompilius Andronicus librum composuit, quem Elenchorum nomine nuncupavit. Edidit & Ennius bella populi Romani, quorum librum

duodecimum scripsit, annum natus sextum & quadragesimum, ut Varro & Gellius scribunt. Sed & Ennium Phagetica cōposuisse, testis est L. Apuleius, quo libro, quæq; esui & gulæ magis celebrata essent, quove loco, carmine cōplexus erat, id quod & apud Græcos Arhelstratus, aliq; complures, ut hesterno sermone diximus. Et plures insuper comœdias & tradœdias cōposuit, quibus ei propter vetustatem, decimum inter comicos locū dedit Volcatius. Mortē verò obiit, Q. Martio & Cn. Servilio c o s s. cū Sulpitius Gallus prætor Apollini ludos faceret, ipseq; Ennius Thyesten fabulam docuisset, annos natus, ut scribit Hieronymus, LXX. Perijt verò articulari morbo, quē, ut Q. Serenus ait, nimio potu contraxerat, quo quidem tēpore Crates Mallotes ab Attalo rege Romā missus, 10
 ē regione palatij, in cloacæ foramē crus fregerat. Sepultus est in Scipionis monumento, via Appia, intrā primū ab Urb. lapidē. Livius lib. xlvij. & Plinius lib. vij. Africanum Q. Ennij statuam suo sepulchro imponi iussisse tradunt. Idem M. Tullius in ea, quæ est pro Archia oratione. Hinc carmen illud Ouidij,

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,

Contiguus poni Scipio magne tibi.

Quidam eius ossa Rudias ex Ianiculo tralatas affirmant. Ennij hoc epitaphium celebrat M. Cicero,

Aspicite ô ciues senis Ennij imaginis urnam,

Hic vestrum pinxit maxima facta patrum.

Nemo me lachrumis decoret nec funera fletu

Faxit. Quor? voluto docta per ora virum.

De Ennio verò hoc profert iudiciū Fabius Quintilianus. Ennium, inquit, sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia & antiqua robora, iam non tantam habent speciem, quantam religionem. Fuit & alter Ennius, qui ut Suetonius autor est, de literis duos libros scripsit, & de syllabis & metris, & cuius de augurandi disciplina volumina duo ferebantur. Hunc ipsum Ennium esse arbitror, quem Isidorus ait primum vulgares notas reperisse, de quibus mox plura Tyro, Tullius & Iunius Philargyrus, itēq; Acilius vel Aquila, libertus Mecæ 30
 natis, & M. Probus, demum & Petrus quidam Diaconus perscripserunt. Hactenus que de Ennio, post quem magna fuit poetarum turba, quæ etli parum celebrata, maiorem tamen vobis partem memoriter recēsebo. Inter primos verò erat Suetonius, qui ut Macrobij verbis utar, vir fuit longē doctissimus, cōposuit verò edyllium, nisi potius edyllium apud Macrobiū legamus, id est, poema, quod Moretum inscripsit, à quo (ut opinor) suum moretum Vergilius, ut planē ex ea epistola cognoscere potuistis, quam puer meo moreto præposui. Edidit & alia poemata, quæ etli temporū iniuria deperdita sunt, quædā tamen ex ijs carmina reperiuntur, quæ diuinis suis carminib. inseruit Verg. Cur non, inquit Picus puer, nobis recitas eam tuę epistolæ partem, quæ de hoc poeta meministi. Non est, inquam, 40
 operæ precium: quosdam tantum versus ipsius poetæ recitabo ex Moreto, ubi de nuce Persica agit, quæ & Mollusca, ut ait Macrobius, dicitur.

Admisce, inquit, tu Acca basiliscis, hæc nux partim,

Partim Persica, quod nomen sic deniq; fertur

Propterea, quod qui quondam cum rege potenti,

Nomine Alexandro Magno, fera prælia, bello

In Persas tetulere suo. Post inde reuēctum

Hoc genus arboris, in prælatis finibus Graijs

Dij seuerē, novos fructus mortalibus dantes.

Mollusca hæc nux est, ne quis fortē inscius erret.

Hostilius.

Post Sueuium erat Hostilius, qui Annales populi Romani, ut Ennius, scripsit. Ex quibus illud hoc carmen legitur,

Sæpe greges pecuum ex hybernis partibus pulsi.

Erat & Trimatius, qui Latine Iliada composuit, primusque deæ Victoriæ epithetum addidit Præpetis, dum ita caneret,

Dum dat Vincenti præpes Victoria palmam.

A quo Aufonius Gallus,

Tu quoq; ab ærio præpes Victoria lapsu.

Qua ex re & ipsa alata pingitur, seruant adhuc marmora vetusta & nomismata eiusmodi imagines. Cum Trimatio aliquem inter poetas locum obtinuit Nummius Crassus, mediocris ingenij poeta, qui & ipse Iliada conscripsit, quod opus ab antiquis Scriptorib. in medium adduci videmus. XXXIII eius volumen in testimonium citat Priscianus grammaticus, ut est in eo,

— Nam conuiui oculos ego deinde sopore.

Et Cn. Manlium, ut Trimatium & Nummium, Iliada conscripsisse legimus, in quo opere, præter grammaticorum regulam, illum grammatici cecinisse aiunt,

— Celerissimus aduocat Hector.

In numero antiquorum poetarum fuit & Læuinus Macer, qui idētidē in testimonium adducitur. De eo vix aliud inuenimus, ut etiam de Gānio, cuius versus ex secundo, & quarto & sexto citatos legi, apud grammaticos, ut cum de Adore disserunt, cuius vocabuli in obliquis casibus mediā indifferens reperitur. Ita enim in secundo cecinit,

Illam sponte satos adoris strauisse maniplos. In quarto verò,

Emicat in nubes nidoribus ardor adoris.

Fuit & Valerius Soranus inter antiquissimos carminum Scriptores connumeratus, cuius versus M. Varro in libro, quē de Cultu deorum inscripsit, exposuit, cum de Ioue ageret. Versus Sorani hi sunt,

Iuppiter omnipotens, regum rex ipse deūmq;

Progenitor, genitrixq; deūm, deus vnus & omnes.

Meminit & Aur. Augustinus in libro de ciuitate Dei. Scribunt Plinius & Solinus Valerium Soranum neci datum, quia vrbis Romæ nomen, quod in arcanis esset, pronūciasset, idem & à Sempronio proditum est. Alij in crucem sublatum tradunt, & propterea cultam deam Angeronam, silentij præsidem, cui Romani ante diē XI Calend. Ianuarij rem faciā facerēt, tametsi hac de dea variā sit Festi & Macrobij ex varijs autorib. sentētia. Sorani meminit & alibi M. Varro, Apud Valerium, inquit, Soranū vetus adagio est. Cicero de Oratore lib. iij. Nostri, inquit, minus student literis Græcè, quā Latine, tamen existis, quos nostis, vrbanis, in quibus minimū est literarum, nemo est, quin literatissimum togatorum omnium, Q. Valerium Soranum lenitate vocis, atq; ipso oris pressu & sono facile vincat. Idē in Bruto, Quintus, ait, & Decius, Valerij Sorani vicini, & familiares mei, nō tam in dicendo admirabiles, quam docti & Græcis literis & Latinis. Fuit ut omnia nunc vobiscum, cum ego hunc diuersum à primo Sorano crediderim, sed cum Hermolaus, vir, ut scitis, doctissimus, eundē faciat his verbis in suo Lexico: Valerium, inquit, Soranum subita morte corruisse perhibent cum alij, tum Plinius, quod arcanum vrbis nomen alterum enunciaisset: cur nō & ego idē hoc vobis loco prodam, quod illi literis mandare placuit? Fuerunt & alij Sorani nomine, inter quos Græcus ille Ephesius medicus, qui Traiani tempore, Alexandria primum, deinde Romæ floruit, cuiusq; meminere cum alij, tū Suidas, & frequentissimè Cælius Aurelianus, nō aspernandus autor in medica facultate, quorum vtriusq; & hodie quædam leguntur nuper in lucem edita. Verum de his factis. Inter vetustos hos poetas fuit Albinus, qui res gestas Romanorum carmine complexus est. Hi tres sunt ex eius primo libro versus,

Ille, cui ternis Capitoliæ celsa triumphis

Sponte deūm patuere, cui freta nulla repostos

Abcondere sinus, non tuta mœnibus vrbes.

Trimatius.

Nummius.
Crassus.

Cn. Manlius.

Læuinus.
Macer.

Valerius Soranus.

Albinus.

Quos ea ratione vobis recitavi, quoniam Cui prima breui & altera longa protulit, cum consuetudo vnius tantum, vt probe nostis, syllabæ esse ostendat. Si qui verò bisyllabum enunciarunt, vtraque correpta vsi sunt. Valerius Martialis,

Sed norunt cui seruiant leones.

Sidonius Apollinaris,

Decrescens cui Dyndimo reciso.

vt alios nunc mittam. Iouianus tamen Pontanus noster, Albinum secutus, ita cecinit,

Atq; vna recubare, cui tua pectora iungas.

Et ego hoc Iambico senario,

Cuiq; pauca contingere iugera.

Lucillius.

Dein C. Lucillius erat poeta, qui primus nasi stylum acuisse à Plinio dictus est. ex Arunca nobili ciuitate originem duxisse constans est opinio. fuit autē Arunca vrbs non procul à Pōtina palude, aliqui tamen Canusinum fecere. Natus per ea tempora dicitur, vt notat Eusebius, per quæ Carthago Romanis deditionem fecit. Velleius verò, Celebre, inquit, Lucillij nomen, qui sub P. Africano, Numantino bello, eques militauerat. Fuisse quoque dicitur maior auunculus Magni Pompeij, quod apud Horatium obseruat Porphyrius. Etenim Pompeij auia, Lucillij soror fuit. Hic ille est, qui dignos reprehensione ciues Romanos miralacerauit acerbitate. Nec enim Scæuolæ, nec Vectio Albutio Lupo, tum summis in republica viris pepercit, non alijs plerisq;. Lupum, Seruius ait in primo Satyrarum, induxit deos consilium fecisse, vt perderent. Vnde mox est lex rogata à populo Romano (id quod etiā Athenienses, rogante Alcibiade, prius fecerant) ne cui poætæ quempiam nominatim carpere liceret. qua ex re aliud postea satyræ genus inductum est, quo vsus est M. Varro in Menippeis, & Petronius. Amavit Lucillius Collyram puellam, quin & ipsius puellæ nomine sextumdecimum sui libri volumen inscripsit, hoc apud Horatium Porphyrius prodidit. Horatius incomposito pede ipsius Lucillij versus ait currere, cuius quanti faciat iudicium Fabius Quintilianus, tu Piso videris, qui ipsius verba memoriter recitare consuesti. Videamus, inquit Piso, & simul Fabij verba referre cœpit. Satyra tota nostra est, inquit, in qua primus insignem laudem adeptus est Lucillius, qui quosdam ita deditos sibi habet amatores, vt eum non eiusdem modo operis autoribus, sed omnibus poetis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucillium fluere lutulenter, & esse aliquid, quod tollere possis, putat. Nam cruditio in eo mira, & libertas, atque inde acerbitas & abundans fallis. Hæc quidem Quintilianus. Tunc ego, Acris, inquam, est Fabij censura, sed & audiendus est Marcus Tullius, qui Lucillij ait scripta leuiora esse, vrbanitatem verò summā habere, doctrinam mediocre, id Lucillio ipsi cognitum fuisse dicit. Nam suorum librorum non Persium illum doctissimum, non Lælium, non Rutilium, non cæteros lectores esse voluit, sed se ait Tarentinis potius, & Consentinis ac Siculis scribere, cuius etiam versus hac de re citat. Lælium, Archelaum, Vectium & Quintum Philocomum Lucillij Satyras pronunciaffe scribit Suetonius, quas se legisse apud Archelaum Lenæus Pompeius, apud Philocomum V. Cato prædicant. Hircius verò Nicias, grammaticus Ciceronis temporibus notissimus, & familiaris, libros in Lucillij Satyras composuit. Sunt & qui Lucillium tragœdias scripsisse tradant, cuius opinionis Acronem, Horatianæ poetices interpretem, fuisse ex eius hisce verbis videmus. Cum enim ita cecinisset Horatius,

Vt nihil intersit, Dauus ne loquatur, an audax

Pythias emuncto lucrata Simone talentum.

Ita ille scribit, Non dicit de Pythia Terentiana, sed apud Lucillium inducitur Tragœdiographum ancilla per astutias accipere argentum à domino. Nā sefellit dominum, & accepit ab eo argentū vel talentū. Hæc ille, cui grāmatico quantā fidē adhibeatis hac in re, nō planē dispicio. Sed de Lucillio reliqua attēdite. Solebat

Adrianus

Adrianus Imperator omnibus alijs poetis Lucillium præferre, tanta est, & semper fuit, iudiciorum varietas & censura, cum eo tempore passim Vergilij diuina carmina legerentur, Adrianus alioqui homo doctus, Vergilio tamen Lucillium præferret. Laudet ergo ille Martialem, alius & (si dis placet) Anticlaudianum suum, & Archithrenium, sed vitas ego vobis, non Satyras narro. Sunt, qui in Lucillio id quoque vitio vertant, quod Græca Latinis miscuerit, ut suis in epigrammatis Pytholeon Rhodius, qui propterea ab Horatio irridetur. Idem tamē fecit, sed parcissime Catullus, ut alios mittam, Mortuus est Lucillius, ut scribit Hieronymus, Neapoli, & publico funere elatus, ætatis suæ anno XLVI. Atque hæc quidem, quæ in præsentia succurrunt, de Lucillio dicenda vobis. Per hæc ferme tempora V. Valentinus fuisse dicitur, qui Tapullam legem, ficto nomine, teste Festo Pompeio, iocoso carmine conscripsit, cuius & Lucillius meminuit,

Tapullam vident legem contemnere opimi.

Fuit & Lælius apud antiquos, Latinus poeta celebris, qui ut Gellius libro noctium Atticarum secundo erotopægnia scripsit, hoc est, amoris lusus, id quod ad Paulinum etiam testatur Aufonius, tamen si eo loci mendum irrepit. Nam cum legi debeat, Quid antiquissimi poetæ Lælij erotopægnion libros loquar: passim & ineptè legitur Lemnij Crotopægnion. Quod mendum etiam Prisciani Cæsariensis codices occupavit, ut cum aliubi, tum libro nono & decimo, ubi pro Lælio in erotopægnion, Liuium in erotopægnion perperam scribitur. Quibus ex reb. planè conspicimus, non legendum crotopægnia, ut in vulgatis Gellij & Aufonij codicibus legitur. Meminit & huius Lælij Apuleius in Apologijs. Vnum, ait, etiam poetam Latinum attingam, versus ipsos agnoscet, qui Lælium legere. Subiungit mox versiculos, dimetros illos quidem, sed qui portentis potius, quàm verbis nostris similes esse videantur, quosque ideo vobis non recito. Post Lælium erat M. Furius, quem aliqui Fusium vocant, cognomento Bibaculus, quemque ab imitatione omnium, Pantomimū quidam dictum fuisse putauit e apud Plin'um, in præfatione natural. hist. Nostri, inquit, crassiores antiqui tatum exemplorum artiumque quam facetissimi lucubrationum, ut qui ait, Bibaculus eram, & vocabar Pantomimus. quod Hermolao minimè placet, aliter eum locum castiganti. Commendatur Bibaculus in scribendis Iambicis, quod Diomedes grammaticus affirmat, & Fabius, qui eius & Catulli, & Horatij acerbitatem, libro X. in hoc carminis genere commendat. Hic ipsius est versiculus, in Orbiliū grammaticum,

Orbilius ubi nam est, literarum obliuio?

Eusebius in Chronico, illi patriam Cremonam fuisse scribit. Romæ verò diutius versatus est circa Ciceronis tempora. Multa ab eo feruntur edita poemata, Annales, Iambi, Epigrammata, cuius vobis duo hendecasyllabo carmine scripta recitabo, cum paulo post Catonis imaginem recensebimus. Meminit & huius Horatius in Sermonibus, si expositoribus stamus, qui hoc illius carmen ex Pragmatia, nomen id poematis, ab eo rideri voluit,

Iupiter hybernas cana niue conspuit Alpes.

Vergilius tamen, si Macrobio credimus, ab eo versus quosdam accepit. Scripsit se item epigramma contra Cæsarem, his verbis docet Cornelius Tacitus, Carmena, inquit, Bibaculi & Catulli referta contumelijs Cæsaris leguntur. idem & Suetonius tradit. Post Bibaculum erat A. Furius, quem Antiatem fuisse comperio, poeta fuit non ignobilis, ad quem Q. Catulus, ut scribit M. Tullius, non antiquo illo more, sed comi & molli, ac Xenophonteo quodam genere sermonis, de consulatu suo librum composuit, cum ille tamen contrario vteretur adeo, ut a Cestilio Vindice, tanquam linguam Latinam dedecorasset, damnaretur, quem ob id tamen Gellius tueri nititur. Huius quoque, ut a Macrobio obseruatur, & Vergilius carmina quædā amulatus est, citatur & aliubi à grāmaticis, & præcipuè à Marcello. Erat & cū his L. Iulij Calidij imago, cuius Alconius Pædianus memi-

Lælius.

M. Furius.

A. Furius.

L. Iulius Calidius.

nit. Amicus & familiaris hic T. Pomponij Attici fuisse perhibetur, à quo etiam à proſcriptionis periculo ſeruatus fuit. Lucretio & Catullo, à Cornelio Nepote adiungitur. Parcius hoc loco vobis de nonnullis poetis loquor, & quaſi indice, quod dicitur, tantum demonſtro, quòd pauca de his à Scriptoribus tradita ſunt, vt eſt de Cæcilio, qui Nouocomenſis fuit, quem tenerum poetam vocat Catullus. Carmen hic de dea Cybele inchoauit. Item de Cornelio Alpino, qui vt teſtatur Porphyrio, Memnonia, hoc eſt, carmen de Memnone, hexametris verſibus deſcripſit. Horatius,

Cæcilius.
Cornelius
Alpinus.

*Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona, dumq̄
Deſingit Rheni luteum caput, hæc ego ludo.*

10

Valerius Cato.

Sed inter hos non longè Valerij Catonis imago monſtrabatur, qui ex Gallia originem duxit, Burſeniq̄ cuiuſdam libertus fuiſſe perhibetur, at ſuo ipſe quodam in libello ingenuum ſe fuiſſe teſtatū reliquit. Sed cū Syllanis temporibus, partium licentia, pupillus patrimonio exutus fuiſſet, multos nobiles docuit, viſuſq̄ eſt, vt Suetonius ſcribit, peridoneus præceptor, maximè ad poeticam tendentibus, vt quidem apparere his verſiculis poteſt.

*Cato grammaticus, Latina Siren,
Qui ſolus legit, ac facit poetas.*

Scriptit præter grammaticos libellos & poemata, inter quæ præcipuæ celebrantur, Lydia & Diana. Lydia C. Ticiſta meminit,

20

*Lydia, doctorum maxima cura, liber. Diana verò C. Cinna,
Secula permaneat noſtri Diana Catonis.*

Fuit, cum ego poema illud, quod inter Vergilianæ, Diræ inſcribitur, Catonis huius eſſe exiſtimarim, & quòd de Lydia in eo agitur, & mētio fit Ciuilis belli, quo ipſe eſt patrimonio, vt ait Tranquillus, exutus, id quod etiam ipſemet Cato in libello, cui eſt titulus Indignatio, oſtendit, & propterea non Diræ, ſed indignatio, poema ipſum inſcribi poſſe videbatur. Vobis hoc dixiſſe velim, nunc quid ſentiam, haud facile afferre poſſum, cum grammaticorum contra ſtet conſenſus, qui Diras Vergilio aſcribunt. Vixit verò Cato ad extremam ſenectutem pauper inopſquē, modico cōtentus gurguſtio, poſtquam Tuſculana villa creditoribus ceſſerat, de quo extat Bibaculi, vt modò meminimus epigramma.

*Si quis fortè mei domum Catonis
Depictam minio rubere, & illos
Cuſtodis videt hortulos Priapi,
Miratur, quibus ille diſciplinis
Tantam ſit ſapientiam aſſecutus,
Quem tres coliculi, ſelibra farris,
Racemi duo tegula ſub vna
Ad ſummam propè nutriant ſenectam.*

Et rurfus idem Bibaculus.

40

*Catonis modo, Galle, Tuſculanum
Tota creditor vrbe venditabat.
Mirati ſumus vnicum magiſtrum,
Summum grammaticum, optimum poetant
Omnes ſoluere poſſe quaſtiones.
Vnum difficile expedire nomen.
En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.*

Meminit & huius Valerij Catonis Horatius, cum ait in Sermonibus,

*Lucilli, quàm ſit mendofus, teſte Catone,
Deſenſore tuo peruincam, qui malè factos
Emendare parat verſus, hoc leuius ille,
Eſt quo vir melior, longè ſubtilior.*

50

Atque

Atque hæc quidem de Valerio Catone. Cæterum & Vticensis Cato Iambicum carmen in Metellum scripsit, quod valde, Plutarcho teste, celebratum fuit. Connumeratur & hic idem Cato inter eos, qui seueri cum ipsi & morosi essent, lasciuisculis tamen interdum versibus luserunt, quod ad Augustum scribens, poeta Naso ostendit, cum ita canit,

Et leue Cornifici, parq; Catonis opus.

Fuerat & poeta Hostius in tabula, à quo bellum Histricum carmine compositum fuit, & complura ex poeta Homero in eo opere traduxerat, ut illud,

— Non mihi si linguæ centum.

10 quod ab Hostio potius, quam ab Homero P. Maronem desumpsisse Macrobius existimauit, cui ego nescio quantum assentiar. Vnus post hos poeta erat, qui, nescio quo modo, insanire videbatur, & quasdam quasi atomos inspectare. Quis iste, inquit Picus puer. Cui ego, ex titulo, inquam, facile cognoui. Titus Lucretius Charus poeta fuit Romanus, qui Epicuream sectam secutus, scripsit de rerum natura opus, quod etsi imperfectum, ut videtur, multis tamen luminib. ingenij & artis situm esse, docet quadam ad Q. Fratrem epistola M. Cicero. Hieronymus verò ex Eusebio, etiam ab ipso Cicerone emendatum, his ex libro de Temporib. verbis prodidit. Titus, inquit, Lucretius poeta nascitur circa CLXXI Olympiadem, qui postea amatorio poculo in furorem versus, cum aliquos libros per intervalla insaniam conscripsisset, quos postea Cicero emendauit, propria se manu interfecit, quadragesimotertio ætatis suæ anno, id quod & ante Eusebium obseruauit Plinius. Sunt, qui ex Hieronymi verbis ad Ruffinum, putent Lucilliam amicam poculum dedisse Lucretio. Lucilla, inquit, decepta furorem propinauit, pro amoris poculo. Extant in præsens & leguntur sex libri eius de rerum natura, multorum eruditissimorum lima castigati, plures tamen libros ipsum scripsisse innuit his verbis Varro, in primo de lingua Latina, qui eodem vixit tempore. Lucretius, ait, suorum vnus & viginti librorum initium fecit hoc,

Aetheris & terra genitabile querere tempus.

Sed & Priscianus in vj. septimum eius librum citat, Macrobius verò xvij, quo argumentum imperfectum opus dixi, quod & video placuisse Beroaldo Seniori. Sed hæc curiositatis gratia. Porro Lucretius C. Memmio L. filio familiarissime vnus est, qui etsi orator, poeta tamē & ipse haud illepidus habitus est, cui & opus suum Lucretius de rerum natura inscripsit. Hoc loco, quoniam in Memmij mentionem incidimus, vobis id afferre constitui, viros quosdam sanè doctos existimasse, patrem C. huius Memmij L. Memmium eum fuisse, qui Corinthum diruit, cum is à Scriptoribus omnibus L. Mummius Achiacus, nō Memmius vocetur, vno excepto duntaxat Asconio in tertio Verrinarum, qui Memmium, nō Mummius appellare videtur. Sic verò Cicero, sic vterque Plinius, sic Florus, sic Victoruius, sic denique Græci vocant, ut Strabo. Fuit autem L. Memmius pater, L. Crassi & M. Antonij temporibus, ut est apud M. Tullium in Bruto, & in secundo de Oratore, ubi agit de ridiculis. In quem illud est Crassi, nam cum Memmius esset cum Largio Terracinae de amicu rixatus, & tota Terracina, omnibus parietibus inscriptæ literæ fuissent, tria LLL, & duo MM, Crassus, quid id esset, quæsiuit, senem sibi quendam dixisse finxit, lacerat lacertum Largij mordax Memmius, quo dicto ipsius Memmij mordacitatem carpit. Ibidem alterius Caij Memmij dictum affert Cicero in Scaurum, qui locupletis hominis Pompeij Phrygionis bona sine testamento possederat, & sedebat aduocatus reo Bestiæ, cum illac fortè funus duceretur, Scauro inquit Memmius, Vide Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor: Scauri avaritiam eo dicto vellicans. Sanè hunc Memmij, patrum Memmij Lucretiani fuisse crediderim, in Bruto enim M. Tullius C. & L. fratres fuisse commemorat. Sed de hoc C. Memmio, cui suum Lucretius librum dicauit, & qui versus scripsit, Plinius in epistolis ad Aristonem meminit, quo loco & alios plerosque commemorat, qui sepositis grauioribus plerun-

Cato Vticen
sis.

Hostius.

Titus Lucre
tius.

Memmius ee in no
hi auid in vno
omne huius
et huius
C. Memmius

que

que studijs, iocosa & parum seuera scriptitarunt. Ouidius quoque in secundo de Tristibus ait,

Quid referam Ticiidæ, quid Memmij carmen, apud quos

Nomen adest rebus, nominibusq; pudor.

Apud Gellium verò, vt dura eius carmina referuntur, Memmius hic, is esse existimatur, qui Cæsari obiecit, quod ad cyathum regi Nicomedi steterit, cum reliquis, vt ait Suetonius, exoletis, pleno conuiuio, quicq; in Cæsarem ipsum asperimas orationes scripsit, & quibus non minori acerbitate rescripsit Cæsar, fuit illi tamen postea in petitione consulatus suffragator. Catullus quoq; se cum eo prætor in Bithynia fuisse, suis versibus cecinit, quibus & se parū pudicè ab eo habitum ostendit. Et hunc eum Memmium esse pleriq; contendunt, ad quem sunt Ciceronis epistolæ, & de quo in Claris oratorib. C. inquit, Memmius, L. filius perfectus literis, sed Græcis, fastidiosus sanè Latinarum, argutus orator, verbisq; dulcis, sed fugiens non modo dicendi verumetiam cogitandi laborem, tantum sibi de facultate detraxit, quantum imminuit industriæ. Sed in hæc de patre & filio Memmio diuertisse, non ab re fuerit. Iam ad Lucretium, vnde fluxit sermo, reuertamur, quem eo die mortuum legimus, quo virelem togam sumpsit Vergilius. Lucretium legendum putat Fabius, sed non ad phrasin. quæ vtiq; Fabij verba ad oratorem, non ad poetam pertinent, eius enim in eo scribendi genere phrasin & elegans est, imitatione valde digna. Victruuius quoq; ita eum cõmendat, vt Plures post nostram, inquit, memoriã nascentes cum Lucretio videbuntur, velut coram de rerum natura disputare. Lucretium vsque adeo celebrat Ouidius, vt perpetuò eius carmina duratura vaticinetur, ita canens,

Carmina diuini tunc sunt moritura Lucreti,

Exitio terras cum dabit vna dies.

Idem in secundo de Tristibus,

Explicat & causas rapidi Lucretius ignis,

Causarumq; triplex vaticinatur opus.

Quod cum mendose legatur, difficultatis causam plerisq; attulit, non enim casarum, sed casurum legendum est, id quod facile ex quinto ipsius Lucretij libro colligitur, qui futurum ignis incendium disputat: quam Ecpyreosin Græci dicunt, quæ de re, præter gentium philosophos, & Christiani quoq; scripserunt. Idè Ouidius carmen in Liviæ consolationem replicauit. Stadius quoque poeta tale de Lucretio testimonium protulit,

Et docti furor arduus Lucreti.

quod quidam ad insaniam, quidam ad poeticam referunt, vtrunq; illi certè conuenit. In hæc diuertit, quæ ferè sunt præter institutum, quòd huius poetæ lectione vos affici cupio. Et nos ista, inquit Piso, libenter audiui: nam & qua attentione ea Picus exciperet, vidisti. Tunc ego, Fuit, inquam, & alter Lucretius comicus, cuius Placiades ad Chalcidium meminit. Post verò Lucretium duo erant, oratorum vestibus induti, alter quidem Marcus Terentius Varro, vir, vt ait Terentianus, doctissimus vndecunq;. De quo & his propèmodum verbis Lactantius Firmianus, Varro, inquit, quo nemo vnquã doctior neq; apud Græcos quidem, nec apud Latinos vixit. Sed & Dionysius Halicarnasseus apud Græcos, vt cæteros mittam, locupletissimum testimonium protulit, qui cum Varrone floruit. Refero, inquit, quæ Terentius Varro in antiquitatibus perscripsit, vir vnus inter omnes, qui hac ætate floruerunt, longè peritissimus. Tum Piso, Quid nobis de Varrone tanta & tot testimonia colligis? Quis Varronem ignorat? Nullū certè maius, meo quidem iudicio, de illo testimonium, quàm vel suo ipsius Varronis, hoc est, quæ pauca supersunt, illius volumina legere, vel Ciceronis, qui de eo vbiq; summa cum laude meminit, loquentemq; illum de disciplinis, suis in dialogis facit. Rectè tu quidè, inquam: nunc eius tantū, quod ad rē præsentem pertinet, in poetica studium videamus. Istuc ipsum, ait Piso & Picus, desideramus.

Tunc

Tunc ego, Alterum, inquam, satyræ genus, ut scribit Fabius Quintilianus, diuersum scripsit Varro, quod carminum varietate mistum fuit, de quo et ita Gellius in noctibus Atticis: Menippi libros, inquit, in satyris imitatus est Varro, quas Cynicas ipse appellauit Menippeas. Probus verò grammaticus, Varro, ait, Menippeus nuncupatus est, non à magistro, cuius ætas longè præcesserat, sed ab ingenij societate, quod is quoque omnigeno carmine satyras suas explicauerat. De iisdem meminit & Marcus Cicero, qui & alibi, hoc est, in Academicis quæstionibus ex sua ipsius personâ tali Varronem laude profecutus est. Sunt, inquam, ista Varro, nam nos in nostra vrbe peregrinantes, errantescque, tanquam
 10 hospites, tui libri, quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando, qui, & ubi essemus, agnoscere. Tu ætatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem locorum, regionum, tu omnium diuinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Plurimum quidem & poetis nostris, omninoque Latinis & literis luminis, & verbis attulisti, atque ipse variū & elegans, omni ferè numero poema fecisti, philosophiamque multis locis inchoasti, ad impellendum satis, ad edocendum parum. Atque hæc quidem totidem verbis M. Cicero. Sedenim & præter hæc Lactantius Varronem ait de rerum natura carmine libros scripsisse, quod & Quintilianus his verbis in primo, Vel, inquit, propter Empedoclem, in Græcis Varronem, ac Lucretium in Latinis, qui præcepta sapientiæ versibus tradiderunt. Circumfertur & hoc Varronis epigramma de Licinio liberto, & Augustonfore apud Cornutum,

Marmoreo Licinus tumulo iacet, at Caro nullo,

Pompeius paruo, credimus esse deos?

Atque hæc quidem de Varronis poetica, quæ cum dixissem, Ex iis, inquit Piso, qui hac ætate scripsere, illum etiam Argonautica composuisse didici. Male, inquam, Piso didicisti, quicumque enim illi, qui id scripsere, nominis similitudine decepti esse videntur. Nam duo Varronis nomine fuere, eodem ferè tempore, id quod ego diligentissimè obseruaui, & ante me Sidonius Apollinaris libro Epistolarum quarto, sed quum paulò post alterius Varronis imaginem recensēbimus, hoc ipsum planius ostendemus. Reliqua verò, quæ de Terentij Varronis vita didicimus, hoc est, quæ domi militiæque multa fecit, quo honore, quibus titulis, quo mortis genere perierit, non est, hoc loco ut pluribus exequamur, multa enim hodierno sermone dicenda restant. Sed iam alterum, qui cum Varrone erat, exponamus. Is autem erat Marcus Tullius Cicero, de quo ut de Varrone fecimus, quæ ad eius poeticam tantum attinent, afferemus. Puer igitur Marcus Tullius, ut Plutarchus scribit, poeticæ adeò operam impendit, ut plurimum omnium iudicio in ea facultate profecerit, multaque in ea ætate poemata scripserit, inter quæ illud ipse Plutarchus celebrat, quod Pontius Glaucias
 30 inscribitur, versu tetrametro. Multa carmine ex Græco transtulit, ut tota Arati Phænomena, cuius etiam nunc pars extat, aliæque, quæ sparsim suis in dialogis inseruit. Nunquid ideo, inquit Piso, poetâ Cicero? Nam tametsi Ciceronis Limonem, poematis id nomen, citat Donatus, ubi de Terentij poetæ vita agit, illudque Vergilij existimetur à Cicerone sumptum,

— *Spes altera Romæ.* Et illud.

— *Corripuit tremulis altaria flammis.* id enim Ciceronis vxori, dum sacrificasset, contigisse dicitur, id quod & ipse Cicero quodam suo poemate testatum reliquit, & eius licet elegiâ quæ Thalemastis inscribitur, afferat Seruius, ex qua carmen illud,

50 *Iam mare Tyrrenium longè, penitusque palumbes* Reliquit.

non ideo tamen ego illum poetâ crederim. Tunc ego, Poeta, nec ne fuerit Cicero, non vobis dixerim pictum tamen in tabula fuisse, multaque, præter ea, quæ tu modò attulisti, carmina & adhuc legi, & ab autoribus citari assero, ut quæ de

ipſius conſulatu à Laſtancio, in tertio diuinarum Inſtitutionũ, & quæ in ſecundo eiufdem conſulatus Vrania Muſa pronunciat, in primo de Diuinatione, ex verbis Quinti Ciceronis fratris.

Principio atherio flammatus Iuppiter igni

Vertitur, & totum colluſtrat lumine mundum.

Et reliqua, vſq; enim ad octoginta verſus ibi leguntur. Fabius quoq; Quintillanus Ciceronis quofdam ioculares libellos adducit, atque ex ijs verſus. Quin & de ſuis temporibus tres ſe carmine libros ſcripſiſſe, ipſemet ad Lentulum in epiſtolis teſtis eſt, quos eoſdem eſſe exiſtimãt aliqui, qui de eius cõſulatu inſcribuntur. Sed num parum vobis teſtimoniũ videtur de poemate, quod Marius inſcribitur, Scauolæ & Q. Ciceronis? Nam cum in primo de Legibus Atticus Pomponius dixiſſet de quercu in Mario lecta. Quale eſt iſtuc, quod poetæ ſerũt: mihi enim videris fratrẽ laudando ſuffragari tibi. tum Attico reſpondet Q. Frater, Sit ita fanẽ, veruntamen dum Latinæ loquentẽ literæ, quercus huic loco nõ deerit, quæ Mariana dicatur, eaque, vt ait Scauola, de fratris mei Mario, Caneſcet ſeculis innumerabilibus. De eodem Mario poemate idem Q. Frater in primo de Diuinatione, Quid eſt illo aſpicio diuinius, ait, quod apud te in Mario eſt, vt vtat poſſimum te autore.

Hic Iouis altiſoni ſubito pennata ſatelles

Arboris è trunco, ſerpentis ſaucia morſu.

& cætera, quæ ibi leguntur. Sed & illud multis mirum videtur, quod de ipſo Marco Cicerone legit, non pauciores vnquam, cũ in Vrbe eſſet, quingentis verſibus quotidie ſcribere ſolitiũ, niſi vos de profæ verſibus inteiligatis. Iure igit, inquit Piſo, quiſquis ille fuit, inter poetas Marcum Tullium reſpoſuit. Iure, inquam, Piſo, vt ais. Illud tamen ego de Ciceronis carminibus dixerim, quod à Caſſio Seuero reſpoſum ſibi Seneca in tertio declamationũ ſcribit. Vergiliũ, inquit, illa felicitas ingenij, oratione ſoluta reliquit, Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtituit. Et illud item, quod eſt à Cornelio Tacito in oratoribus obſeruatũ, carmina videlicet Ciceronis forum potius redolere, quàm Caſtaliã, Oratoris enim potius ſpiritus, quàm poeticos habent, vt Syllij Italici, Plinij, & Cæcilij, aliorũq;. Sed de Varrone & Cicerone iam ſatis. Titum quoq; Pomponium Atticum, M. Tullij amiciffimũ, ad quem extant epiſtolæ, cui gener fuit Agr'ppa, progener Tiberius, & Pronepos Druſus, in poetica verſatum, eiufq; facultatis ſtudioſum fuiſſe ſcriptum reliquit Cornelius Nepos, qui eius vitam literarũ monumẽtis mandauit. Sed & M. ipſe Tullius ad Atticum ipſum in epiſtolis, Epigrammatis, inquit, tuis, quæ in Amaltheo poſuiſti, contenti erimus, præſertim cum & Chilius non reliquerit, & Archias nihil de me ſcripſerit, ac vereor, ne Lucullus, quoniã poema Græcũ condidit, nunc ad Cæcilianam fabulam ſpectet. Sed huius quidem Chilij, cuius modo meminimus, nõ admodum frequens habetur mentio, niſi fortẽ & alio loco ipſarum ad Atticum M. Tullij epiſtolarũ, quo loco Chilio Eumolpidarũ videtur ſacra ab Attico deſiderare, tametſi exemplaria quædam non Chiliũ, ſed Thylium habent. Sed hæc miſſa faciãmus. Tradunt quoq; Pomponium de imaginibus illuſtrium ſcripſiſſe, verſibus breuiſſimo argumento ſubſcriptis, non ob id tamen propterea fuerat in tabula. Poſt Varronem & Marcum Ciceronẽ Græci duo erant poetæ, Archias & Theophanes. Archias quidẽ, Aulus Licinius nuncupatus, natus eſt Antiochiæ, nobili loco, vbi ad humanitatem liberalibus artibus informatus, ſe ad ſcribendi ſtudioſum contulit. tum in cæteris Aſiæ partibus cunctaq; Græciæ ſic verſatus, vt famam ingenij expectatio hominis, expectationem ipſius aduentus admiratiõq; ſuperaret. Florebat tum Italia bonis artibus & diſciplinis, atq; ideo illuc profectus Archias, quem tum ingenij elegantiã, tum morum ſuauiãtate, non ſolum Heracliẽſes & Tarentini, & Rhegyri & Neapolitani ciuitate cæterisq; præmijs donarunt, ſed cum Romam veniſſet, Mario & Catulo coſſ. hoſpes primũ eſt Luculli factus & familiaris, nec minus à Me-

Titus Põp-
onius Atticus.

Archias.

teſis,

tellis, Catulis, Crassis, cæterisque vrbis principibus amatus, atque in primis à Marco Tullio. A quo postea senex est elegantissima oratione & eruditissima defensus, cum accusatus à Graccho fuisset, quod se pro ciue gereret, quam orationem studiose simul aliquando legimus, & deinceps accuratius sæpe legemus, in qua de memoria, & ipsius Archiæ extemporali facultate ita agit: Quoties ego, inquit, hunc Archiam vidi, cum literam scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de iis ipsis rebus, quæ tum agerentur, dicere ex tempore, quoties reuocatum eandem rem dicere, commutatis verbis atque sententiis. Quæ verò accurate cogitatæque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem peruenirent. Meminit & de hac re Fabius Quintilianus. Tū in me intuens puer

10 Picus, Magna ista, inquit, profectò memoriæ & extemporalis facultatis felicitas. Magna, inquam, mi Pice, sed nostris quoque temporibus non defuerè, qui hac ipsa excelluerunt, & hodie excellent. Quin & domestica tibi sunt exempla, talis fuit tuus maior patruus, Ioannes Picus, quem merito Phœnicem, non Picum,

20 omnis ferè illa ætas nuncupauit. Extemporalis verò facilitatis Andreas Maro, amicus meus, tanta apud doctos viros documenta præstitit, ut sit Archiæ ferè comparandus, sed de hoc iam satis. Ab Archia M. Cicero multa se didicisse ab ipsa usque pueritia non ingratè fateor, vnde videtur illud ab Hetrusco poeta dictum:

Linquo senem, qui discipulum per prata sonorum,

20 *Hesperiamque tubam docto conflauerat ore.*

Composuit autem Archias Græco carmine bella Cymbrica, & de cōsulatu M. Tullij carmen exorsus est. Extant & eius inter Græca epigrammata versus aliquot. Cicero in libris de Diuinatione carmen Archiæ celebrat, quo Roscium puerum, in cunabulis circumplicatū serpentis amplexu expressit. Archiæ præterea meminit & Tacitus Cornelius. Theophanes verò patria Mitylenæus fuit, & ipse poeta Græcus, qui epico carmine Magni Pompeij gesta descripsit, & propterea ab eo amatus, vrbe Romana in conuisione militum donatus. Theophanis & Cicero in epistolis ad Atticum meminit, cum ita scribit, Vel in te ex Theophane respicere, quo nam in me animo sit Arabarches. quo loco Arabarchem Pompeium intelligit, non autem M. Antonium, nec Cæsarem, ut quidam prodiderunt, qua de re plura in annotatione scripsi. De eodem Theophane et Plutarchus, & Cæsar in Commentariis de bello Ciuili. Legimus ad hanc diem ipsius quoque Græcos quosdam versiculos. Theophanem præterea scribit Tacitus inter intimos Magni Pompeij connumeratum fuisse, & eidem Theophani defuncto cœlestes honores, Græcos tribuisse. Atque hæc quidem de Archia & Theophane. Fuisse tamen legimus & alium Theophanem, poetam Christianum, etiã in Diuorum numerum relatum, cuius festum diem Græci celebrant x. Octobris, eundemque antistitem Nicææ vrbis fuisse Græci ipsi scriptores prodiderunt. Ab his Varro Atacinus sequebatur, qui ab Atace, vico vel fluuio Narbonensis Gal

Theophanes

40 liæ, Atacinus cognominatus est, tametsi quidam sanè docti Atratium potius, à familia Romana Atratina, cognominatū velint. Sed meæ huic sententiæ Porphyrius suffragatur, & Cæsariensis Eusebius, cuius in libro de Temporibus hæc verba sunt, vel Hieronymi potius: P. Terentius Varro in vico Atace, in prouincia Narbonensi nascitur, Olympiade centesima LXXIIII, qui postea, trigessimum quintum annum agens, Græcas literas summo studio didicit. Scripsit Atacinus Varro Argonautica opus ex Apollonio Rhodio ferè traductum. Nam cum Apollonius quatuor libros scripserit, totidē & Varro, ut Valerius Probus ostēdit. Meminit Quintilianus, cuius tu Piso, quia eius verba retines, recita. Hæc ipsa sunt, inquit Piso. Atacinus Varro in his, per quæ nomen est affecutus, interpretis operis alieni non aspernandus quidem, verum ad augendam facultatē dicendi parum locuples. quæ verba nunc mihi plana facta sunt ex ijs, quæ tu præ dixisti. Tunc ego, Argonauticū, inquam, opus, quod ipse scripsit, ut modo dixi, in quatuor volumina distinxit, ad Apollonij imitationem. Sed præter Argo-

Varro Atacinus.

nautica, alia scripſiſſe creditur, vt de puella Leucadia, quam miro proſecutus eſt amore, id quod ſuo carmine teſtatus eſt Propertius:

Hæc quoq; perfectò ludebat Iaſone Varro,

Varro, Leucadia maxima cura ſua.

Laudat Varronem Ouidius in Amorum libris, cum cecinit,

Varronem, primamq; ratem quæ nesciet atas,

Aureaq; Aefonio terga petita duci?

Sunt apud Senecam Atacini carmina, quæ Iulius Montanus Vergilium dicebat æmulatum fuiſſe.

Deſierant latrare canes, vrbesq; ſilebant,

Omnia noctis erant placida compoſta quiete,

10

Quæ tamen Ouidius fieri potuiſſe meliora dicebat, ſi ſecundi vltima pars abſciſſa fuiſſet, atque ita deſiſſet, — *Omnia noctis erant.*

Publius Ver
gilius Maro.

Horatius quoq; Atacini meminit. Sed & Varronis verſus ab antiquis Grammaticis, Probo, Prifciano, Seruio, aliisq; citatos inuenietis. Erat in hoc tabulæ fermè meditullio Publîj Vergilij Maronis imago, quæ tanta fuerat pictoris ſolertia & artificium, vt neſcio quid, præ ſe ferre diuinum magis, quàm reliquorum imagines videretur. Cum vero me de Vergilio quæcunq; collegeram, vt recenſerem, accingerẽ, interceptiſſe Piſo, Ne quaſo, inquit, Lili in Vergilij vitæ recenſenda labores, nam quæ à veteribus & recentioribus Grammaticis perſcripta ſunt, ego & Picus per hoſce dies legimus, ſi quid verò præterea habes, id nobis tantum expone, ne temporis uſura abuti videamur. Nam tametſi Vergilius, nec nimis valde vnquam, nec nimis eſt ſæpe laudatus, tamen tẽporis anguſtiæ nobis ſuadent, vt nobis potius, quæ aliis parum cõperta, ediſſeras, quàm quæ proſcripta ſcriptoribus. Et ego, Rectè tu quidem, inquam, nã nec vilius indiget præconio Maro, nam & illi pridem exploſi, qui ſi diſ placet, quandam quaſi in eo, vt ſic dicam, Mantuanitatẽ ſe deprehendiſſe iactabant, vt illud, Sceleratum frigus. Ipſe, inquam, Vergilius ampliffimum vbiq; ſui præconium facit, modo ſano iudicio & non corrupto legatur. Vbiq; enim ille ſibi conſtat, idem vbiq; Vergilius, hoc eſt, vt planius vno verbo dicam, poetarum Deus. Atq; inquam, ô bone Deus, quid nunc nos quaſi aliud agimus, aut quid aliud optamus, ſi Vergilium habemus? Quo fit, vt vos identidẽ, & quos amo, cæteros admonitos velim, vt (quod mihi puero non præſtitere doctores mei) vos etiam atq; etiam hortor huic vni poetæ tandiu incumbere, inſudare, donec nõ tantum animus imbutus ipſe, ſed eo tritæ quoq; aures videantur. Nam pro facinus, quæ quorundam eſt tãta peruerſitas, vt viuenteis pridem frugibus, rudĩ adhuc glande veſcant, hoc eſt, dum diuina Vergilij lectiõne imbuti poſſunt, neſcio quos, Archithrenios & Anticlaudianos, ne illos quidem poetarum umbras, ne Simiolos dicam, totos toto ore, totis animis hauriant, & amplectantur? Sed nunc hac de re ſatis, nunc pauca de vita. Natus eſt Maro prope Mantuam, in vico, cui tunc nomen Andes (vn de Andinus ipſe, & Muſæ Andiadès à quibusdam cognominatæ) nunc Pictole vulgò, Natus, inquam, Pompeio & Craſſo C O S S. L X X V I I ſupra centeſimam Olympiadem. Brundulij verò mortuus, teſte Eufebio, Saturnino & Lucretio C O S S. Oſſa Neapolim tralata, ſecundo ab Vrbe lapide. Corpore fuit & ſtatura grandĩ, colore aquilino, hoc eſt, ſubfulco, facie propè ruſtica ad eò, vt noſtro Vidæ non ad eò abſimilis videri fuiſſe poſſit. Valetudine varia, ſtomacho nonnunquã laboraſſe traditur, quare & crudus fuit, quod & Horatius poeta innuit. Faucibus, & capitis dolore ſæpe tentatus, & ſanguinem frequentius eiecit, cibi viniq; minimi. Sanè verò animo & ore verecundus ad eò, vt ex moribus vulgò Parthenias cognomen inuenerit, tanto etiam in honore habitus à Senatu populo Romano, vt auditis eius verſibus, in theatro vniuerſus populus illi aſſurrexerit, ipſumq; vt ſcribit Corn. Tacitus, fortè præſentem ſpectatẽmq; veneratus eſt ſic, quaſi Auguſtum Cæſarem. Illud etiam adnotant grammatici, cū M. Tul-

lius

lius quosdam fortè Vergilij versus ex Bucolicis recitari audiuisset, carminis maiestate motum dixisse,

—*Spes altera Romæ,* se primam esse significans. quod hemistichium ipse mox poeta in Aeneide retulit, quod an ipse aitruam, haud facile dixerim. Alexander quoq; Imperator & Cæsar eum poetarum Platonem, ut scribit Lampridius, appellare solitus fuit, tametsi præposterè in hoc iudicij Adrianus, Ennium Vergilio, hoc est, stercus auro præponeret, & fatui iudicij Caligula, qui eum & damnaret, & incesset. Sed quid hi ad Augustum, & M. Tullium? At verò Græci cum opibus & imperio florebant, Vergilium adeò coluere, ut eius opera in
10 Græcam linguam, nec semel, transfulerint, verum & Christodorus in sua Ecphrasi hæc carmina de Vergilio ediderit.

*Cygnus, & Ausonijs diuinum nectar ab ore
Vergilius spargens aderat, quem Martia Roma
Eloquio ipsa suum patrio nutriuit Homerum.*

Sed demum ut cognoscatis, diuini poetæ quanti semper fuerit obseruata eruditio, & sapiens quæsitæ doctrina, accipite, quos & quales viros in Vergilij carminibus commentaria condidisse ipse comperi. C. Julius Hyginus, Valerius Probus, Scaurus, Caper, Aemilius, Asper, Urbanus, Aurelius, Cornutus, Pius, Carminius, Iunius, Philargyrius, Carpinus, Donatus Aelius, Seruus Honoratus,
20 Macrobius. Qui verò primus Romæ Vergilium publicè prælegerit, Quintum Cæcilium, grammaticum Epirotam, Attici Pomponij libertum fuisse scribit Suetonius Tranq. Et nostris his diebus fuere nonnulli, qui in Vergilium commentaria scripserunt, inter quos Lætus Pomponius, Landinus, Sabinus & Mancinellus, alij. Illud etiam mihi ferè ridiculum videtur, quo se nonnulli de hoc ipso Vergilij nomine arguunt vsque adeo, dum modo Vergilium, modò Virgilium, & Vergillium etiam duplici il scripsere, ut Christodorus in statuarum ecphrasi. In Cæcili quidem Minutiani Apuleij fragmentis, quæ legunt, modò à virgibus Vergilium dictum, modò à Vergiliis Vergilium notauimus. Cum priore sententia
30 conuenit Donatus, seu quisquis ille fuit, qui Vergilij vitam copiose descripsit, & Calui versiculus, qui circumfertur,

Et Yates, cui Virga dedit memorabile nomen.

Sed nunquid illud vobis reticuerim, quod de Vergilianis sortibus traditur ab historicis, quibus & nonnulli hodie, etiam viri doctissimi vtuntur, superstitiose id quidem, nec nostræ religionis hominibus satis laudabile. Legimus & Ouidium poetam ex Vergiliano carmine tragœdiam confecisse, quod in Ouidij imagine referemus. Nec illud hoc loco reticuerim, quod à multis proditum est, Vergilium in Bucolicis ex Sibyllinis carminibus Christi domini natiuitatem præcinnisse. Nam tametsi Hieronymus, & eum alij secuti id minus consonum arbi-
40 trantur, ut cum de Centone agemus, dicemus, certè illud est memorabile, quod in nostris Annalibus traditur, de Secundiano, viro togato & graui, deq; veriano pictore. Qui cum Marcellianum virum eloquentissimum conuenissent, omnes à Christi pietate alieni, eaq; ex Bucolicis carmina attentius perscrutarentur,

—*Iam redit & Virgo,* & cætera, nil aliud ibi rectè intelligi statuerunt, nisi
Christum de virgine natum, redemptorem seruatorémq; humani generis. Quare virginitatem commutantes, ad Christum conuersi sunt, & à Xysto summo pontifice salutari lotionem abluti, paulo post à Valeriano Cæsare, cum constantes in ea confessione perseuerassent, necati sunt, & in beatorum numero sunt habiti. Sed iam plus, quam putaram, de Vergilio dixi. Vergilium in tabula sequebatur
50 C. Mecænas eques, vir cum omnium bonorum, tum literarum & poetarum C. Mecænas, maximè fautor, quos & amplissimis est beneficiis profecutus, ideòq; egregij omnes eius ferè ætatis poetæ summis illum laudibus celebrarunt, ut de eo in prouerbium iam illud cesserit,

Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones.

Eiúsq; nomē in munificentiam & liberalitatem transferit. Originem Mecœnas duxit, vt ait Horatius, ab antiquis Hetruscorū regibus, cuius maternus auus & paternus magnis legionibus imperitarūt. Mecœnatis patrem Menodorū, sunt qui scribant, qui Iulio Cæsari contra Pompeium affuit, quod Appianus significare videtur. Menodori pater Menippus, Menippi Cæcinna, cuius Cato meminit in Originibus. Eques verò ipse, sorte sua contentus vixit, nec voluit ordinem excedere, quod & Dion historicus testatur, et Tacitus, qui de eo ita, in tertio H. st. de Crispo agens loquitur: Crispum, inquit, equestri-ortum loco C. Salustius, rerum Romanarum florentissimus autor, sororis nepotem in nomen a- sciuit, atq; ille, quāquam prompto ad capessendos honores aditu, Mecœnatem æmulatus, sine dignitate senatoria, multos triumphalium consulariumque potentia antecit. Diuersus à veterum instituto, per cultum & munditias, copiāque & affluentia luxus propior, suberat tamen vigor animi ingētibus negotiis par, eo acrior, quo somnum & inertiam magis ostētabat. Igitur incolumi Mecœnate, proximus, mox præcipuus, cui secreta imperatorum inniterentur, & interficiendi Posthumi Agrippæ conscius, ætate prouecta, speciem magis in amicitia principis, quā vim tenuit, idq; & Mecœnati acciderat, fato potentia raro sempiternæ. An satias capit aut illos, cum omniā tribuerūt, aut hos, cū iam nihil reliquum est, quod cupiant. Hæc Tacitus, quæ verba vobis recitare volui, quòd vno fermè spiritu, multā nobis frugem ostentent. Amabatur igitur ab Augusto Cæs. valdè Mecœnas adeo, vt quod Plutarchus scribit, *συμβίωτης*, hoc est, vitæ comes, & conuictor Augusti diceretur. Quin & post victoriam Actiacam ex M. Antonio & Cleopatra, ex Aegypto reuersus, de imperandi ratione, cum Agrippa & Mecœnate agens, cum Agrippa priuatam vitam suaderet, Mecœnas monarchiam, non Agrippæ, sed Mecœnatis consilio adhæsit, quod pluribus in historiis Dion, eorū etiam orationibus adscriptis prodidit. Quin & Augustū ait grauiter in Mecœnatis obitu doluisse, ab eo licet hæres esset institutus. Et cū ad alia omnia Mecœnate vteretur Augustus, tum in primis, cū ira commotus esset, ab ea enim & furore eum auertebat, pacatorēmq; animo reddebat. Ferunt, cum aliquando plerosq; esset proscripturus Augustus, nec ad illum præstantium multitudine posset Mecœnas accedere, chirographo scripsisse, Surge carnifex, & tanquam aliud porrigens, in illius sinum immisisse, ne videlicet eorum quempiam occidi iuberet, quod & factum est, idem & sæpe aliàs fecisse idem est autor Dion. Suapte quippe natura ad iracundiam & vindictam propensior fuit Augustus, verum cum tantæ apud Cæsarem Mecœnas autoritatis esset, eius tamen taciturnitatem, vt scribit, Tranquillus, sæpè desiderauit, vt cum vxori Terentiæ secretum de comperta Muræne coniuratione prodidit. Quare mirum est, Sextum Aurelium & Eutropium à Tranquillo dissentire, vt qui Mecœnatem tradant amicorum præcipuum Augusto fuisse ob taciturnitatem, cum contra in historia fidelissimus scribat Suetonius. Celebrati sunt Mecœnatis horti Romæ, in Exquilis, quo loco frequenter cum Cæsare versari consuevit, & perinde etiā frequentes illuc poetæ conueniebant. Locus monet, vt vobis recitem, quæ de Poematibus Priapeiorum aliquando intellexi. Erat in his hortis Priapi facellum, vt scitis morem antiquis fuisse, teste etiam Columella, ad quod conuenientes poetæ. pro re & loco, carmina affigebant, vt hoc tēpore, Romæ quotannis Paschillo, quæ iussu Mecœnatis à Vergilio collecta, nunc Vergilij nomine circumferunt. Quod vt illa Vergilij non esse existimē, cum alia, tū illud maxime est in causa, vt nihil in præsentia de stili dissimilitudine dicam, quod is fuit Vergilius, qui ob verecundos & virginales mores, vulgo, vt paulo antè dicebamus, Parthenias est appellatus. Ab aliis Ouidio Naloni ascribuntur, qui puerorum amores est ita auersatus, vt de iis in arte canat,

Odi concubitus, qui non vtrinq; resoluunt,

Hoc

Hoc est, ut pueri tangar amore minus.

Quæ argumenta non est, quod in præsentia vel refellam, vel comprobem, satis sit vobis, quod quæ sentiam ipse, vobis aperui, nam & alij quoque aliter de Priapeijs opinati sunt. Nullis ego facultatem eripio, quo minus, quæ velint, ipsi sentiant. Sedenim ea poemata ita mihi videri inuenta, præter eruditorum quorundam opinionem, Ithyphallici quoque seu Phallici carminis inuentio, nescio quo pacto, huic opinioni aridere videtur. Ferunt enim, Athenis in Liberi patris mysteriis, vates rectum stipitem in modum fascini tenere solitos, & ibi canentes carmina apponere hi, qui Ithyphalli, & Phalodi, & Phallophori dicebantur,

10 quod præter Græcos scriptores, etiam in poetica Latinus scribit Donatianus, ut hinc illud facilius Mauri Terentiani de metro Ithyphallico intelligatis,

Qui ludicra, inquit, carmina Baccho versibus petulcis,

Graio cum cortice, Phallo tres dabant trochæos.

Ex his etiam illud ex Georgicis melius exponetis, ut puto, quam hæcenus ab interpretibus exponi soleat,

Oratq; corticibus sumunt horrenda cauatis,

Et te Bacche vocant per carmina lata, & reliqua.

Vbi profectò nil aliud summus poeta intelligit, quam ut dixi, carmen Ithyphallicum. Veluti etiam Ascolia celebritatem in illo poeta significat,

20 *Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres.*

Verbum enim Græcum exprimit, quod est ἀσκολιάζω, nam & ipsa celebritas, ab vtribus est ascolia nuncupata, quos vtres inflatos & spiritu plenos, & in terra expositos altero pede impellebant, ascolia celebrantes, idque sæpius agitantes, donec in terram caderent, atque hoc ideo, quod Caper vitem rodant, ex quo vtres fiebant, ut in ἔγχοις Hesiodi interpretes pluribus exequuntur. Eius celebritatis & apud Aristophanem mentio, eiusque expositores, itemque in Suidæ Collectaneis. Ineptissimi sacri istius non modò gentiles dediti fuere, sed & Christiani quidam hæretici, qui ab eo cursu ἀσκολομίται vocati fuere, vel ut Philastrius scribit, Ascodrogitæ. In Galatia verò hi fuere, qui vtrem inflatum contegentes, bacchantes circuibant. Hinc & ἀσκολιασμός, & verbum ἀσκολιαζω, deduci autumant, quod, ut ait Theophilus, proprie significat, in pede vno salio. Et ἀσκολιασμός, is saltandi modus, quo & iuuenes nostra ætate nonnunquam saliant. Sed hæc alij non ab vtribus, id est, ἀσκολοις, sed à scolo, quod impedimentum itineris esse traditur, denominata esse affirmant, vel à Scolio carmine. Attente verò, hæc cum dicerem, me Picus puer audiebat, & erat plura cupienti similis, cum Piso inquit, Non ista ut referas, nunc tempus exposcit, ad Mecœnatis, quæ restant, potius reuertere. Cui ego inquam, Rectè ais, & ad Picum cōuersus, ne dubita, multa huiusmodi alias tibi, nunc ad Mecœnatem, à quo nostra fluxit oratio, redeo. A Mecœnate turris Mecœnatiaca cognominata est, vel maxime halosi Neronis, & vrbis incendio celebrata, cuius & quædam vestigia extare, sunt ex antiquariis Romæ, qui afferant. Scribit etiam Dion in Historiis, Mecœnatem primum calidarum aquarum balnea in Vrbe construxisse. Porro Terentiam Mecœnas miro amore deperit, ut Acron & Porphyrius prodidere. Quin in huius puellæ gratiam Horatius illud in Epodo cecinit, ad ipsum Mecœnatem,

Vreri ipse miser, quod si non pulchrior ignis

Accendit obsessam Iliam, Gaude forte tua.

Quæ tamen Terentia ipsius Mecœnatis vxor datur intelligi, ex verbis laboleni Iurisconsulti, libro Pandectarum xxiii. vbi de donatione inter virum & vxorem agitur. Idem palam ostendunt, Suetonius, & Annæus Seneca in libro de Prouidentia, qui Mecœnatem ipsum ait ipsius Terentiæ amoribus anxium nimium, & morosæ vxoris repudia desilentem, per symphoniarum cantum, ex longinquo leue resonantium, somnum quæsisse, nec mero, nec aquarum fragoribus

illum aduocare potuisse. Hinc illi existimo contigisse, quod à Plinio scribitur, vt per triennium non dormierit, id quod ego vix credideram, antequam apud Olympiodorum Alexandrinum in Phædonis commētario legissem, hominem infōmnam vixisse, qui solo aere solari nutrireretur, atque in eo miraculo Aristotelem citat. Hanc Terentiam, Terentianā alicubi vocare videtur Dion, Terentillam vero Marcus Antonius, vt illius sunt verba, quæ à Suetonio afferuntur, vbi de Augusti libidine agit. Hanc Dion illius Murenæ sororem scribit, qui, vt paulò antè meminimus, contra Augustum coniurauit, hanc autem eandē Terentiam ab Augusto amatam, subiratūmq; Augustum ideo Mecœnati, quod id ægrè ferret, idem Dion scribit. Sed & aliquando de forma cum Liuiā Terentia¹⁰ certare voluit. Quin & Augustum ait ex vrbe in Gallias peregrè profectum, vt sermones, qui de se & Terentia ferebantur, effugeret. Amauit præterea & Mecœnas Bathyllum histrionem, quod ex his Cornelij Taciti verbis facile cognoscimus, loquitur Tacitus de ludis à Tiberio factis. Indulserat, inquit, ei ludicro Augustus, dum Mecœnati obtemperat, effuso in amorem Bathylli. Meminit & Bathylli Iuuenalis, cum ait, * — *Molli saltante Bathyllo.*

item Seneca, cum alibi, tum in tertio Declamationum, item Dion in Historiis. An verò ad hunc alludat in epodo Horatius, viderint hi, qui in eius lectione nimio plus versantur. Sed nos nostrum sequamur institutum. Hic idem Mecœnas & exquisitas dapes excogitasse traditur, nam primùm illum quidem asinarum pullos condiuisse, scriptum reliquit Plinius, multūmq; eo tempore prælatos onagris. Id verò compertum parum habeo, an Mecœnatia vina ab illo, an ab altero nuncupata sint, quæ & Cæsennatia. Moribus autem & effœminatū, mollēmq; fuisse Mecœnatem legimus, & eodem stili etiā genere diffluisse, quin eo nomīne à Seneca incessitur, & à Satyrographo supinus & tener. Ab Horatio verò, si Porphyriōni & Acroni stamus, Malthinus, seu, vt quidam malunt, Malcius tunicis demissis, cognominatus est, laxè enim præcingebatur, qua etiam de causa & C. Cæsar à scriptoribus notatur. Cingebatur, inquit Suetonius, fluxiore cinctura, vnde emanasse Syllæ dictum cōstat, optimates sapius admoventis, vt malè præcinctum puerum cauerent. Et M. Cicero ait, Præcinctura me³⁰ decepit, de Cæsare loquens. Hac de re & alij. Demissæ verò & fluentes tunicæ, Parchemero philosopho teste in Ethicis, sunt mollis & diffluētis hominis indiçiū, idem & Aristoteles. Iuuenal. Crispinū mollē & effœminatū perstringēs ait,

Crispinus Tyrius humero reuocante lacernas.

Ad hoc alludit Seneca, cum de quadam graui Mecœnatis sententia ageret, Al-tè, inquit, cinctum dixisse putes. Solitus est Augustus Mecœnatem per iocum suis literis sæpe irridere, & myrobrechis, vt ait Suetonius, eius cinctos est vsquequaq; persecutus, & imitando per iocum irrisit. Augusti Cæsaris hac de re particulā recitat Macrobius in Saturnalibus, Idem, inquit, Augustus, quia Mecœnatem suum nouerat esse stilo remisso, molli & dissoluto, talem se in epistolis, quas ad eum scribebat, sapius exhibebat, & contra castigationem loquendi, quam aliàs ille scribendo seruabat, in epistola ad Mecœnatem familiari, plura in iocos effusa subtexuit: Vale Mecœnas, mel gentium & medulla, ebur Hetruriæ, lafer Arretinum, vel, vt alij legūt, Esar, id est, Deus Arretinus, Adamas supernas, Tiberinū Margaritū, Cilneorum Smaragde, Iaspis figulorū, Berylle & carbunculum Porfennæ. Habeas, *ἵνα σου τίμνα, πάντα μαλαγματα* mœcharum. Scio hanc Augusti particulam aliter ab aliis legi, sed adhuc planè mihi de ea satis nemo fecit, nedum ego mihi. Ridet & Cornelius Tacitus Mecœnatis calamistros, sed nullus certè melius, quàm Seneca, qui quadam ad Lucillium epistola ita illius mores & orationem expressit, vt ante oculos illum nobis posuisse videat. Quo modo, inquit, Mecœnas vixerit, notius est, quàm vt narrari nūc debeat, quo modo ambulauerit, quàm delicatus fuerit, quàm cuperet videri, quàm vitia sua latèrè noluerit, quid ergo? Non oratio eius equè soluta est, quàm ipse discinctus?

Non

Non tã insignita illius verba sunt, quàm cultus, quàm comitatus, quàm domus, quàm vxor? Magni verò ingenij vir fuerat, si illud egisset vita reãtore, si nõ vitasset intelligi, si non etiã in oratione diffliueret, videbis itaq; eloquentiam ebrij hominis, inuolutam & errãtem, & licentiã plenã. Mecœnas in cultu suo. Quid turpius amne, siluisq; ripa comantibus? Vide, vt alueum lintribus arent, verò- que vado remittat hortos. Quid, si quis fœminã, cincinno crispata, labris colū- batur, incipitq; suspirãs, vt ceruice laxa suauiantur? & reliqua. Non statim, cum lgeris, hoc tibi occurret, hunc esse, qui solutis tunicis in Vrbe semper incesserit? Nam etiã, cum absentis partibus Cæsaris fungeretur, signum à discincto petebatur. Hunc esse, qui à tribunali, in rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, vt pallio velaretur caput, exclusis vtrinq; auribus, nõ aliter, quàm in mĩmo diuites fugitiui solent. Hunc esse, cui tunc maximè ciuilibus bellis strepenti- bus, & sollicita Vrbe & armata, comitatus hic fuerit in publico, spadones duo, magis tamen viri, quàm ipse. Hunc esse, qui vxorem mĩllies duxit, cū vnam ha- buerit. Hęc verba, tam improbè structa, tunc tam negligenter abiecta, tã con- tra consuetudinem omnium posita ostendunt mores quosq; non minus novos, & prauos & singulares fuisse. Maxima laus illi tribuitur mansuetudinis, peper- cit gladio, sanguine abstinuit, nec vlla alia re, quod posset, quàm licentiã ostendit. Hanc ipsam laudem suam corripit istis orationis portentosissimã deliciis,

2º apparet enim mollem fuisse. non mitem. Atq; hęc quidem cõtra Mecœnatem, post alia Annæus Seneca, sed Stoicum, & seuerum hominem hęc de molliore scripsisse, non mirum vobis videatur, cum tamen idem alio loco, Mecœnatem tradat ingeniũ habuisse virile & grande. Extat certè elegia inter opuscula, quæ Vergilij nomĩne circumferuntur, de Mecœnatis obitu, in qua abundè Mecœ- nas defendit, à luxus & mollitiei infamia, post enim bella, & superatos hostes, fortem ac strenuum imperatorẽ non dedecere, Liberi patris & Herculis exem- plo, voluptatibus animum relaxare. Quædem sunt in ea elegia non indigna cog- nitu, sed tamen vt eam non Vergilij esse existimem, tempus & stilus argumen- tum mihi faciunt. Nam ante Mecœnatem Vergilius ex vita excessit, stilus ve- rò à Vergilianò diuersus. Atque hac de re iam nimis. Oratoriã quidem facultati primum Mecœnas operam dedit, deinde non ea contentus, poetiã, in qua, vt ipse sibi proposuerat, illum profecisse crediderim. Tragœdias verò & alia ple- raque poemata scripsit, quæ omnia temporum & bellorum iniuria perierunt, ea certè à scriptoribus celebrantur. Prometheum fabulam citat Seneca, Priscia- nus grammaticus Octauiam. Hic Mecœnatis versus circumfertur,

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.

Quod iuxta Vergilianum illud prolatum esse videtur,

— *Facilis iactura sepulchri.* quod nonnulli ex Epicuri sententiã sumptum esse existimant. Afferuntur item ab Attilio hi versiculi,

4º *Ades ô Cybele, montium dea,
Ades & sonante tympano quate
Flexibile caput. Latus horreat
Flagello, comitum chorus vlulet.*

Solebat Mecœnas, vt Seneca scribit, illud in ore habere, Omnia sustinẽda, dum viuamus. Atq; hac de re hi leguntur versiculi,

*Debilem facito manu,
Debilem pede, coxa,
Tuber astrue gibberum,
Lubricos quate dentes,*

5º *Vita dum superest, bene est.* Scribit in Historiis Dion Cocceianus, Mecœ- natem primũ quãsdam literarum notas excogitasse, quibus, vt celerius scribe- ret, utebatur, quas postea ad aliorum vsum Accilius seu Aquila, eius libertus prodidit

Cn. Corne-
lius Gallus.

prodidit, cuius rei & Isidorus, & Petrus Diaconus in libro de Notis antiquis meminerunt. Literas verò Mecœnas Rana obfignare solitus fuit, vt Sphinge Augustus. Quin, inquit Plinius, Mecœnatis Rana per collationē pecuniarum in magno erat terrore. Mirum est, quod de Mecœnatis morte apud eundē Plinium legimus, illi scilicet, per supremum vitæ triennium, nullo horæ momento somnum contigisse, eidem & perpetuam febrem, quod vix fieri potuisse philosophis plerisque videtur. Atque hæc quidem de Mecœnate. De Melisso verò Mecœnate, qui sibi triennio silentium imperauit, in Melisso agemus. Nunc hæc partem sequamur, in qua fuit Cneus Cornelius Gallus poeta, vt Eusebius ait, Foroliensis, quāuis amorē, vt puto, patriæ, Fl. Blondus Foroliuensem facit Pri-
mus hic Gallus fuit, qui Aegyptum in prouinciā redactam rexit, quod Dion & Strabo, alijque testantur. Transtulit ex Græco Gallus in Latīnū Euphorionem Græcum poetam, vt alio loco diximus. Et, vt est apud Seruium grammaticū, libris quatuor amores suos de Cytheride, Volumnij liberta composuit, quā mutato nomine, illē & Virgilius Lycorida appellarūt. Duriorem Gallum fuisse in elocutionibus, scriptū reliquit Fabius. Miratus sum quorūdam impudentiam, ne dicam amentiam, qui tralaticios quosdam & ementitos versus sub Galli poetæ nomine ediderunt, cum in iis neque phrasīs, nec tempus Gallo conueniāt, qui tertio & quadragesimo suæ ætatis anno, sua sibi met manu mortē accessit, in iis autē se senem describit. Sed nec in plerisque versibus purus & sincerus est sermo
Latinus, quin & syllabarū moræ, & tempora metri leges nonnunquā excedūt. Maximiani verò, nugatoris cuiusdam, & nebulonis potius, eorū versus plurimi sunt. Et si hoc auctis nosse, ex vetustioribus adhuc quibusdam exemplaribus est videre, in quibus Maximiani ipsius nomen legitur, illius, inquā, Maximiani, cuius & insignis grammaticæ nugator Alexander nugas irridet, quod nomen in editis & exculis nuper libellis, per fraudem est prætermissum, vnam verò vel alteram ipsius Galli esse nō abnuerim. Sic & illud Galli epigramma à plerisque creditur, quod de Vergilij morte ad Augustum legitur,

Temporibus lætus tristamur maxime Cæsar,

& reliqua, quæ legeris in Vergiliana appendice. Dion & Eusebius ac Marcellinus
Cornelium Gallum propria se manu confecisse prodiderunt, quibus & eo carmine subscribit Ouidius,

Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.

Sedenim ad necem compulsum ait Tranquillus, cum ob ingrātū & maleuolum animum, illi domo interdixisset Augustus: Donatus & Seruius, quod in suspicionem coniurationis contra Augustum venisset. Dion ait eum accusatū à Valerio Largo collega, & à Senatu condemnatum, quod insolentius se gereret, & obloqueretur, statuasque sibi poni tora Aegypto iussisset, ipsisque pyramidibus nomen suum inscriberet. vt verò innuere videtur Ouidius, cum in Augustum liberiorē vsus esset sermone inter pocula, ita enim secundo de Tristibus cecinit,

Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo,

Sed linguam nimio non tenuisse mero.

Ammianus Marcellinus Hist. lib. xvij. eius hæc mortis causam refert, Cum procurator, inquit, Aegypti multorum opes interceptet, & datus esset nobilitati inspectandus ab imperatore, vt ea cognosceret populatę prouincię negocium, tum eum ferro incubuisse. Iste ne, inquit Piso, Cornelius Gallus est, quem adeo Vergilius aliquando amauit, vt quartus Georgicorum liber, à n. edio in finem vsque, eius laudes contineret, quem postea, iubente Augusto, in Aristæi fabulam commutauit & in cuius amores de Cytheride decimam æglogam conscripsit. Hic ipse, inquā ego, est. cuius & Propertius alijque meminere. Scribit verò in
grammaticis Suetonius, inter grauissima crimina ab Augusto, Gallo obiectū fuisse, quod familiarissimē viueret cū Q. Cæcilio Epirota, grammatico Attici liberti, qui cum Attici filiam, M. Agrippæ vxorem doceret, eam sollicitasset. Scribit &

Dion

Dion historicus lib. liij. Proculeium, cum aliquādo Cornelio Gallo occurreret, nasum & os manu compressisse, id scilicet significantem, non alicui tutum esse, illo præsente, nec loqui nec respirare, tantæ nanq; fuit Gallus insolentiæ. Alius quoq; licet ignotus, ad eum cum testibus quibusdam accessit, eum percunctatus, si se agnosceret, & cū ille negasset, iussit responsum scribi, ac si minus liceret malum hominem calumniari, quem ipse prius non cognouisset. Quæ cum ego dixissem, tum statim subiunxit Pico, Cur post Gallum, non & Anserem nobis nar-
 10 ras? Non ideo, inquam, quoniam is Anser pulsus erat è corte, vt & olim ex Phalerno. Puerò verò Pico locum haud planè percipiente, Anser hic, inquam, Pice, poeta fuit, linguæ petulantis parùmq; modestæ, quare procacissimum eum ap-
 20 pellauit Ouidius. Hic & Vergilium odio est insecutus, vt Seruius & Donatus tradunt. Fuit verò M. Antonij triumuiroi amicus, cuius & laudes composuisse dicitur, qua causa & ab eo est agro Phalerno donatus. Hunc & Vergilius in Bucolicis intellexit, cum ait,

— *Inter strepere Anser olores,* quod mox prouerbij loco vsurpatū est, cum indoctus inter doctos disputat. De hoc Anser & Propertius,

Nec minor his animis, aut si minor, ore canorus

Anseris indocto carmine cessit olor.

Sed & M. Cicero in Philippicis, cū ait, Ex Phalerno Anseres depellantur. Sed
 20 & si vultis, nec vos piget, commemorabo poetas aliquot, qui non tamen erant in tabulis, malos videlicet hoc eodem tempore habitos. Et maximè, inquit Pico, volumus, vt pro Pico etiam respondeam, qui dum ista sic attente audit, se libenter auditurum promittit. Postquam ergo placet vobis, Meuium & Baulum primos afferam, qui & ipsi, vt Anser, parum equi Vergilio fuere & Horatio, nec mirum, quippe qui illepidi incultiq; fuerint, quales Catulliani illi caprimulgi, Suffenus & Aquinus. Aquinus, inquā, qui licet M. Tullio notus fuerit, vt est in Tusculanis, vt Suffenus, tamè infulissimus & infacetissimus fuit, vt quorū versibus Catullus Caluū de pessimis poetæ carminibus se remuneraturū minetur.

Nam si luxerit, inquit, ad librariorum

30 *Curram scrinia, Cæsius, Aquinos,*
Suffenum, omnia colligam venena.

Solebat certè hic Aquinus sibi placere, vt apud Catullum Suffenus, neq; æquè beatus erat, ac poema cum scriberet. Id enim vitij ferè poetis omnibus, & præcipuè malis, vt scribit Cicero, vt cuiq; sua pulchra videant, nec næuos modò, sed
 40 monstrosos interdum partus amant. Nec mirum vobis videri debet, quod modò diximus, Saturnalibus, optimo dierum, missos sibi à Caluo versus: id etenim moris fuit, quòd tamen alij parum obseruarunt, eo Saturnaliorum tempore, vt si amicus doctus esset, libellum aliquem veterem, vel si quem ipse scripsisset, amico mittere, quem protinus legeret, qui acciperet, quòd si recusasset, pœna erat. Quam rem perspicuè in eo, qui κρονολογῶν inscribitur, Lucianus est
 50 executus, quo loco & reliqua Saturnaliorum instituta, quæ autoris mira est iucunditas, persecutus est. De Cæcio verò, cuius meminit, vt audiuiſtis, Catullus, mentio est in rhetoricis ad Herennium, licet eo loci quidam Cæcium, pro Cæcium reponant. Scripsit hic libros duos, ex quorum priore hoc carmen affertur,

Has res ad te scriptas Luci misimus Heli.

Sūt tamè apud Catullum, qui nō Cæcios eo loci, sed Sextios legant. Nā de Sextio idē Catullus, vt de inepto scriptore meminit, idē & alibi manifestius, dū ad fundū scribit Tyburtē, in quo curatus mala tusli, quā Sextij cōiua cōtraxerat.

Nec deprecor, inquit, iam si nefaria scripta

50 *Sextij recepo, quin grauedinem & tussim,*

Non mi, sed ipsi Sextio ferat frigus,

Qui tunc vocat me, cum malum legit librum.

De Sextio & Cicero alicubi. Sūt &, qui apud Fabiū cū de Cornelio Celfo agit, Sextios, inquit, imitatus, de hoc intelligant, quod mihi parum probatur. Nā de Sextio patre & filio intelligit, qui philosophi cum essent, multa scripserunt, de quibus agit Annæus Seneca, & de Sextio in primis patre, qui Stoicorū dogmata secutus, ea literis mandauit, vnde & sententiās Seneca mutuat. Floruit hic Iulij Cæsaris ætate, honorum & magistratuum contemptor, nam illi Diuo Iulio dante latum clauum, non recepit, vt est apud Senecam. Sextium præterea animalibus abstinuisse, vt Pythagoram, accepimus, sed non eadem ratione, qua Pythagoras in Symbolis præcipit, qua de re differuimus in Symbolis, quæ non multo antè tibi Pice dedimus. Hic idem Sextius, consummato die, cum se ad nocturnam quietem reciperet, suum quasi interrogare consueuit animum, Quod hodie malum tuū sanasti, cui vitio obstitisti, qua parte melior factus es? Verum de hoc satis, et propterea ad Meuiū et Bauium redeo, qui, vt Catulli verbis vtar,

Infaceto infacetiores rure fuerunt.

Meuium, quod putidior esset, olentem appellat Horatius, ea ode, qua illius navigationem iambicis est insectatus. Triuialis verò poeta & Barbarus, Alanus, Anticlaudianus ita eum primo libro subsannat,

—Priami, inquit, *fortunas intonat illic*

Meuius, in cœlis audens os ponere mutum,

Gesta ducis Macedum tenebrofi carminis vmbra

Pingere dum tentat, in primo limine fessus

Hæret, & ignauam queritur torpescere Musam.

Quanquam alium poetam satyrice significari ab Anticlaudio eo loci putauerim, qui Gualtherius dictus est, cuius quidem librum de Alexandri Magni gestis vidi. Purabam, inquit Piso, te dicturum, legi. Non fuit, inquam, operæ precium, sed quid tū, si legissem? Omnino scopulis pridem mea est illisa nauis, vos eos, vt dixi antea, caute. Acrocerauniis periculosiores. Hoc eius tantum, quod memini, principium vobis poematis recitabo,

Gesta ducis Macedum totum digesta per orbem,

Quam largè dispersit opes, quo milite Porrum Vicerit, & reliqua.

Talem verò Meuij mortē apud grammaticos quosdam veteres comperi. Aiunt enim, cum Meuius Athenas urbem petulantissimo carmine lacerasset, ab Atheniensibus est in vincula coniectus, & misera inedia mori coactus, digna vtique maledico pœna. Vnde illud Ouidij in Ibide exponitur,

Vtq; parum stabili qui carmine læsit Athenas,

Inuisus pereas, deficiente cibo.

De Bauio verò ex Eusebio Hieronymus, M. Bauius poeta, quem Vergilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur, Olympiade LXXXVI supra centesimam. Vergilianus Menalca ita in Palæmone eos irridet,

Qui Bauium, inquit, non odit, amet tua carmina Meui.

Præter hos & Vergiliū odio est insectus Paro, qui in Bucolicis duas eglogas, sed insulsiſſime, derisisse his versibus dicitur,

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi?

Dic mihi Damœta, cuium pecus, anne Latinum?

Non, verum Aegonis, nostri sic rure loquuntur.

Fuit & alter Paro, hoc ipso lōgē antiquior, qui vt Aristoteles & Themistius scribunt, philosophus fuit Pythagoricus, cœnæq; frustum & indocile vocabat, quod temporis ipsius iniuria homini obliuio & delirium cōiungat. Et Carbilij etiam Pictor odio Vergiliū est insectus, & aduersus eius Aeneida librum, cuius titulus erat Aeneidomastix, perscripsit. Fuit & E. hyllus per ea tempora, poeta mediocris, qui vt alienis conuicia pennis, ita ipse Vergijj versibus illustrari volebat. Nam cum Vergilius versus etiam Augusti valis affixisset, non nomi-

nato autore, diuq̄ quæſiſſet Auguſtus, cuius nam eſſent, nec inueniretur, cæte-
ris tacentibus, eos ſibi Bathyllus aſcripſit, quamobrem donatus honoratūſq̄ à
Cæſare fuit. Quod vidēs Vergilius, iſdē valuis affixit quater hoc hemiſtichion,
Sic vos, non vobis, quærente Auguſto, vt compleretur, id cum pleriq̄ fru-
ſtra conati eſſent, Vergilius præpoſito hoc Monochico, ſic ſubiunxit,

Hos ego Verſiculos feci, tulit alter honores.

Ceteri verius quia vobis notiſſimi, nō eſt, cur recitem. Quare iam potius ad eos
poetas, qui picti erāt in tabula, redeo, qua parte erat C. Cornificius, qui ob per-
uerſam, vt ait Donatus, naturā, Vergilium ferre non poterat. Iuuenis enim tum
10. etiam, vt puto, Vergilius indies proficiebat, aſſidue igitur illum mordebat Cor-
nificius, qualis ſcilicet Theon ille, poeta Græcus, qui ob mordacitatem & ma-
ledicentiam in prouerbiū ceſſit, in mordacem & maledicum. Quin & pleriq̄
dentem Theoninum dictum volunt ab Horatio, pro mordace, nec deſunt, qui
Auſonium Gallum putent maledicum poetā quendā, vocaſſe hac cauſa Theo-
nem. Carpente ergo quotidie Vergilium Cornificio, & oblatrante, amicus qui-
dam Vergilio Cornificij maledicta detulit. Tum, Quā putas, inquit Vergilius,
huiuſce malevolentia cauſam? Nunquam enim ego Cornificium offendi, quin
potius ipſum amo. An nō illius ſententia Heliſiodi meministi, qua architectum
ait architecto inuidere, & poetam poetā. De malis, inquit, Græcus ille intelle-
20. xit, boni etenim eruditiores amant. Sed magna cū mea laude & gloria, respon-
det, vindictā in manu habeo, maiore enim cura & ſtudio virtutibus intendam,
atq̄ quo ego elegantior ſiam, eo ille vehementius inuidia rumpeſ. Et hac equi-
dem, puto, de cauſa leuem ipſum Cornificium in libro de Tristibus vocat Oui-
dius. Et de illo cōqueritur Catullus, quod mœrenti ſibi ob ſurreptam puellam
nihil ſolatij attulerit, vobis notū eſt epigramma. De Cornificio verò ſic in libro
Temporum Eusebius, Cornificius, inquit, poeta à militibus deſtitutus interiit,
quos ille ſepe fugientes, galeatos lepores appellarat Huic Cornificia ſoror fuit,
cuius inſignia ſuo tempore epigrammata extitiſſe ſcribit Hieronymus. Pleraq̄
30. Marci Ciceronis epiſtolæ leguntur ad Cornificium, ex quibus eū doctiſſimum
fuiſſe facile cognoſcimus, nescio tamen, an tempora eundem eſſe patiātur, nam
is rhetoricos libros ſcripſit, quos perperam quidam ad Herennium eſſe putave-
runt. Poſt Cornificiū erat Plotius Crispinus in tabula, qui poeta & philoſophus
fuit, & ſectam Stoicam profeſſus, eam tamen nimia loquacitate contaminauit
ædeò, vt inde Aretalogi cognomen inuenerit. Placita Stoicorum Plotius verſi-
bus cōplexus eſt. Garrulus fuit & lippus, id quod Horatius ſuo carmine oſtēdit,

Iam ſatis eſt, ne me Crispini ſcrinia Lippi Compilaſſe putes.

Id mihi certè parum compertum eſt, an hic idem ſit is, qui L. Plotius dictus eſt,
de quo M. Tullius ait, quod poeta fuit Marij temporibus, amatūſq̄ ab ipſo exi-
miè, quod illius ingenio putabat ea, quæ geſſerat, poſſe celebrari. Fuit & Plo-
40. tius Tucca, amicus, & inter hæredes Vergilij, & vnà cū Varro Aeneidos emen-
dator, hunc ſæpe cum bonis Horatius nominat. Hūc quidem, pro Tucca, Cor-
nutus Perſij vetus interpres vocatum Tucetam ait his verbis, cum de Tucetis
ageret Gallia Cīſalpina. Hinc, inquit, Plotius Vergilij amicus, in eadem regio-
ne eſt nominatus Tuceta, deinde, vt ego reor, Tucca. Fuit & L. Plotius rhetor,
cuius meminit Cicero, & Suetonius eius vitam ſcriptam reliquit. Poſt Plotium
erat Fannius, nō is Fannius antiquior, Lelij gener, qui hitorias ſcripſit, ſed alius
50. poeta, qui non multum Vergilij & Horatij ætatē antecēſſit. De quo varie qui-
dem legimus, quidam enim illum cedrina capſa donatū aiunt, & imagine, quod
poeta eſſet: alij quod cū garrulus eſſet, & malus poeta, à Senatu tamen in au-
toritatem ſuſcepſus. Sunt, qui illum quadratam ſatyram ſcripſiſſe velint, & cum
locupletiſſimus eſſet, ſine filiis, captatores & hæredipetæ pleriq̄ eius carmina
miris laudibus extollebant, eaq̄ in bibliothecas referebant, atq̄ exinde etiam
ſtatuas & imagines ponebant, vt ſcilicet ab eo hæredes ſcriberentur. Alij poe-

tam quidem fuisse prodiderunt, cui cum senatus imaginem decreuisset, eam ille neglexit, verum postea cum moreretur, rogasse fertur, ut imago cum capsulis incenderetur. Variè omnino de hoc Fannio à scriptoribus proditum est, quicumque is fuerit, pro garrulo & inepto ab Horatio in Sermonibus his verbis nominat,

— *Beatus Fannius, vltro Delatis capsis & imagine.* Item alibi,

— *Aut quod ineptus*

Fannius, Hermogenis lædat conuiuia Tigelli?

T. Valgius. Ab his erat T. Valgius, qui à Tibullo ita laudatur, ut ad Messalam scribens,

— *Aeterno, dicat, propior non alter Homero.*

Eundem & Horatius valde probat, amicumque de Myrtis pueri morte consolatur, ¹⁰ meminit item & Seneca. Valgij hæc sunt carmina, ut est apud Seruium,

Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis,

Et sinum vini cessamus fundere Baccho.

Item apud Isidorum,

Hic mea me longo succedens prona remulco,

Latantem gratis sistit in hospitij.

Vagellius.

Fuisse & Vagellium poetam legimus, qui Senecæ amicus fuit, & carmina, ut puto, Lyrica condidit. Seneca libro sexto Naturalium questionum, Egregiè, inquit, Vagellius meus in illo inclyto carmine, si credendum est, inquit, mihi, cœlo cecidisse velim. Quo tamè ego loco libentius Lyrico, quam inclyto legerim. Fuit ²⁰ & M. Vigellius orator, L. Crassi amicus, qui cum Panætio philosopho vixit, atque idcirco Stoicorum placita præcipuè secutus, ut docet Marcus Tullius. Sed hi nullo in poetarum numero fuere. Inter huius ordinis poetas & Varium Epicum poetam, Vergilio antiquiorem legi, qui inter cetera librum de Morte scripsit, cuius versus plerisque legi, dignos eos quidem, ut vobis recitem, quando illos quoque Vergilius est imitatus, ut Macrobius obseruat. Ut illud,

Vendidit hic Latium populis, agrosque, Quiritum

Eripuit, fixit leges precio, atque, refixit. Et item alibi,

Incubat & Tyrijs, atque, ex solido bibit auro.

Illa verò comparatio, 30

Ceu canis vmbrosam lustrans Gortynia vallem,

Si veteris potuit ceruæ comprehendere lustra,

Sæuit in absentem, & circum vestigia lustrans,

Aethera per nitidum, tennes sectatur odores.

Non amnes illam medijs, non ardua tardant

Perdita, nec seræ meminit decedere nocti.

Tum in eodem libro de Morte,

Quem non ille finit, lentæ moderator habenæ,

Quæ velit, ire, sed angusto prius ore coercens,

Insultare docet campis, fingitque morando. 40

Videte dicendi genus epicum, quàm surgit, & quod ait de eo Horatius,

— *Forte epos acer, Ut nemo, Varius dicit.*

Quidam hunc eundem existimant, qui & tragœdias scripsit, & elegias, ut notat Porphyrius, & qui non tam Horatio, quàm Vergilio amicus fuit. Eius Heroicum celebrat ad M. Agrippam idem Horatius,

Scriberis Vario fortis, & hostium

*Victor, Meonij carminis alite. **

Idem innuit in Bucolicis Maro, cum dicit, se nondum Vario digna dicere. Celebratur eius fabula Thyestes, quam Fabius Quintilianus, & simul Cornelius Tacitus cuilibet Græcorum comparari posse existimant, eandem Aelius Donatus, & Seruius, grammatici à Vergilio scriptam existimari à plerisque tradunt. Cum enim Varius uxorem haberet apprime literatam, cū qua solebat Vergilius lijs

lius consuetudinem habere, ei à se conditam Vergilius hãc dedisse fertur tragœdiam, & vxor marito. pòst maritus pro sua recitasse. Quã rem & per allegoriam Vergiliũ intellexisse in Bucolicis, ex Cõmentariis quidã tradidere, cũ cecinit,

Quem mea carminibus meruisset fistula caprum.

Quidam non Vergiliũ, sed Callij, Thyestem ipsam fabulam fuisse scribũt, vt paulò mox dicam. Meminit & Varij Ouidius in Ponto. Quæ cum dixissem, & alia dicturus essem, Piso verba suscepit, Simulatque de Vario, inquit, sermo incidit, cur non eam nobis in præsentia controuersiam soluis, quam inter doctos esse video de Vario & Varro, quidã enim duos, quidã vnum esse voluerũt. Cui ego,

10 *An ego par fuerim tantam componere litem?*

Quæ iugi tamen lectione didici, non vobis referre grauabor. Duo igitur eodem tempore Varrinõmine fuisse comperio, quorum qui prior fuit, Quintilius Varrus dictus est, quem Varium quidam, quorum, quòd nobis amici sunt, nominibus parco, perperam vocauerũt, decepti, vt opinor, quod Varriana, non Varrana clades apud scriptores legatur. Qua clade Varrus ipse ductor in Germania periit, & qua Augustus est adeò mente commotus, vt interdum foribus caput illideret, vociferans, vt ait Suetonius, Quintili Varre legiones redde. Hunc ipsum celebrat Vergilius vj. a gloga, & Horatius, & apertè M. Manlius hoc carmine,

20 *Cum fera ductorem rapuit Germania Varrum.*

Quidam hunc Vergiliũ cognatum fuisse putauerunt, vt ait Seruius, illiusq; interitum defleri sub Daphnidis persona, quod mihi parum constat. Vir sanè eruditus, nunc demũ, post Seruium id etiam scriptis suis comprobare visus est, non planè perpendens funebre id carmen haud in finem vsq; Varro conuenire. sed vtcunq; nos concludamus, quod cœpimus. Quintilium hunc Varrum Cremonensem Eusebius in Chronico, & Horatiũ interpretes, Acron & Porphyriõn, in poetica faciunt, & equestris ordinis ciuem, quidam & simplici R scribere voluerunt, ducti antiquorum quorundam codicum vetustate, sed hi facilè Fabio Victorino Rhetore conuincũtur. Et hucusq; de Quintilio. Nunc de altero, hoc

30 est, de Lucio Varro, poeta & grammatico dicamus, qui cum Plotio Tucca, Augusti mandato, post Vergiliũ mortem, Aeneida emendauit, idemq; est inter hæredes à Vergilio scriptus, vt ab Aelio Donato in Vergiliũ vita proditũ est. Sunt tamen, qui perperam eũdem cum Quintilio existimarunt, fuisse quoq; per hæc tempora Alphenum Varrũ, cuius idem Donatus meminit, & Catullus & Horatius. Quo loco Acron & Porphyriõn tradunt Alphenum & ipsum Cremonensem fuisse, domiq; surinam exercuisse, inde cum Romam profectus esset, Seruio Sulpitio adhaesisse, iuriconsultum factum, & consularem dignitatẽ adeptum, tandem cum decessisset, publico funere elatum fuisse. De Vario verò iam supra diximus, nam qui eundem & vnum Varrum & Varium faciunt, tam eos

40 videre puto, quàm noctua in solis lumine. Scrupulum iam, inquit Piso, absoluiti, in quem multi hætenus offenderunt. Sed perge, reliquam Tabulæ partẽ nobis enarra. Tunc ego, Inter huius, inquam, partis poetas fuerat Aemilius Macer, qui patriam Veronam habuit, sed diu Romæ versatus est. Scripsit libros de auib; de serpentibus, de herbis. Testatur id Ouidius, qui Macri consuetudinem & amicitiam coluit his versibus, in libro de Tristibus,

sæpe suas volucres legit mihi grandior æuo,

Quæq; nocet serpens, quæ inuuet herba, Macer.

50 In his verò Nicandrum poetam imitatus est, vt scribit Fabius. Iliacus cognominatus est ab eodem Ouidio, quod quæ belli Troiani ab Homero relicta sunt gesta, descripsit. Idem Ouidius ad eum in Ponto,

Tu canis, æterno quicquid restabat Homero,

Ne careant summa Troica bella manu.

Idem ad eundem in A moribus,

Lucius Varrus.

Aemilius Macer.

Carmen ad iratum dum tu perducis Achillem,

Primaq; iuratis induis arma viris,

Nos, Macer, ignauæ Veneris cessamus in vmbra.

Citatur & in Theogonia à Nonio Marcello. In Asia verò finem vitæ accepit, nonagesima supra centesimam Olympiadem, vt in temporibus ex Eusebio colligitur, quo tempore Augustus, C. & L. Agrippas nepotes adoptauit. Macrum quidem futuro oratori legendum putat Fabius, sed parum conferre, quod scilicet humilis stilius sit, de natura scribenti. Literator quidam apud Suetoniū hunc Pompeium Macrum existimat, super ea verba, Quos omnes libellos vetuit Augustus publicari in epistola, quam breuem admodū ac simplicē ad Pompeium Macrum scripsit. Porrò nec vos corruptores quidam & plagiarij decipiant, qui de herbis opusculum, carmine quidem concinnatū, sed rude & barbarū, huius Macri nomine in vulgus dederunt. nam præterquam, quod in illo improprie est Latini sermonis vsus, nec æqua versus structura: in eo quoq; C. Plinius citatur, obliti scilicet illi fuerant, quod Macer ipse à Plinio in hac re adducitur, qui vno plus minus seculo post Macrum floruit, vt facile ex temporum ratione colligitur. Sed hac de re iam satis. Quàm te libenter, inquit Piso, audimus, vel totum hunc diem in isto sermone consumere velim. Nam cum multis aliis ego, de isto Macri subditicio & adulterino libro, in tenebris versatus sum, quod citatum illum videbam à plerisque rei medicæ Scriptoribus, etiam in eū commentariis editis. Sed quando ego vos, inquam, hæc ipsa video libenter audire, si aliqua fortè deinceps similia occurrerint, dicere non grauabor, quapropter iam ad alios me conuerto. Erat post hos Cassius Seuerus Parmensis, haud poeta ignobilis, de quo ad Albium Tibullum Horatius,

Cassius Seuerus.

Scribere, quod Crassi Parmensis opuscula vincat.

Quo loco Porphyrius & Acron, Cassij illum & Bruti partes secutum tradunt, & tribunum militum factum, cū verò hi deuicti fuissent, ipse sese Athenas contulit. Quò cum Quintilius Varius ab Augusto missus esset, vt eum interficeret, & illum studentem offendisset, nihilominus interemit, & librorū eius scrinium abstulit, vnde, aiunt, multi crediderūt, Thyestem Varij fabulam, Cassij Parmensis fuisse. Huius quidē epistolas Plinius & Suetonius citant. Valerius verò Maximus Cassij mortem aliter recitat, vbi de somniis agit. Apud Actiū, inquit, M. Antonij fractis opibus, Cassius Parmensis, qui partes eius secutus fuerat, Athenas confugit, vbi concubia nocte, cū sollicitudinibus & curis, mente sopita, in lectulo iaceret, existimauit ad se venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, squallidum barba, & capillo demisso, interrogatus, Quisnam esset, respondisse, Cacodæmona. Perterritus deinde tam tetro visu, & nomine horrendo, seruos in clamauit, sciscitatusq; est, si quem talis habitus, aut intrantem cubiculum aut exeuntem vidissent, quibus affirmantibus neminem illuc accessisse, iterum quieti & somno se dedisse, atq; eadem animo eius obuersa est species. Itaq; fugato somno, lumen intro ferri iussit, puerosq; à se discedere vetuit. Inter hanc noctem & supplicium capitis, quo eum Cæsar affecit, paruum admodum tempus accessit. Hæc quidem Valerius. Sedenim præter elegias, epigrammata & tragœdias, epistolas quoq; Cassius Parmensis scripsit, quas & citatas inuenietis à Plinio & Suetonio. Et Cassij meminit Appianus Alexandrinus. Hunc ipsum Hetruscum cognominatū ait Porphyrius, et per sua tēpora eius fabulam Thyesten extitisse. Fuere nonnulli, qui hunc eundem cū Cassio Seuero, Oratore & poeta, vt puto, falsò existimarunt, de quo & Fabius sæpe meminit, & Tacitus, qui illum ait libidine quadam viros foeminasq; illustres procacibus scriptis diffamasse, qua re inductus Augustus cognitionem de famosis libellis tractauit. Atque ea causa fortassis illum Flaccus in epodo ignauum canem nuncupat, quod scilicet poeta esset maledicus, vt notat Acron. Plus virium, quàm sanguinis habuisse in orationibus hunc ipsum scribit Cornelius idem Tacitus ita,

vt neq;

vt nec pugnare videretur, sed rixari, de hoc in dialogo plura scribit. Fabius verò in x. in Cassio Seuero ingenij plurimum, & acerbiter miram, ac summam vrbantatem fuisse ait, sed plus stomacho, quam consilio dabat. Sed his lōgè plura de Cassio Seuero in præfatione tertij libri Declamationum prodidit Seneca, qui omnes eius virtutes collegit, summisq; illū laudib. extulit, hunc tñ ait in declamationibus multo infra se fuisse, verbāq; insuper affert, quibus ea de re ipse se Cassius excusat. Hūc præterea nunquā sine cōmentario dixisse, idem scribit Seneca. Extat apud Macrobiū in hunc Augusti iocus, Cū, inquit, multi accusante Cassio Seuero, absoluerentur, & architectus fori Augusti expectationem operis diu traheret, ita iocatus est Augustus, Vellem, vt Cassius meū forū accusasset, quasi dicat, iā absolutū esset. Scribit Plinius lib. xxxvi. Naturalis hist. Memoria, inquit, non illa fœdiore, cuius veneno, Aspernati reo Cassius Seuerus accusator obijciebat, interijisse cxxx conuiuas. qua de re & Suetonius pluribus agit in Augusto. Illud hoc loco non planè discutio, an hic sit Seuerus ille, ad quem libro primo de Ponto Ouidij elegia legitur. Cuius hoc initium,

A tibi dilecto missam Nasone salutem

Accipe, pars animæ magna, Severe, mee.

De altero porrò Seuero, qui regale carmen scripsit, inter scenicos poetas agemus. Per hæc vero tempora, vel paulò suprā, ni fallor, fuit Hemitheon, poeta Sybarita ille, qui libellos mollissimos & lasciuissimos composuit, de quibus cū aliorum exemplo se Augusto excusaret, ita cecinit Ouidius, Hemitheon.

Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit.

Plinius meminit Lucianus, & ante illum Philon Hebræus. Item Martialis de libris Musæi,

Qui certant, inquit, Sybariticis libellis.

Domitius verò Calderinus Sybariticorum librorum Sybarim quempiam poetam autorem, sine aliquo autore putauit, quem ideo in sua centuria reprehendit Politianus. Per hæc quoque tempora floruisse crediderim M. Manlium, qui & C. Manlius ab aliquibus dictus esse videtur, ab alijs verò M. Mallius, vel Manilius poeta, astrologiæ scriptor, de quo non, nisi ex ipsius carmine, satis firma habeo argumenta. Sunt, qui extare dicant nomismata, quorum vnum se habuisse ait Laurentius Miniatensis, qui in ipsum autorem commentaria reliquit, idem & Stephanus Dulcinus scribit. Alterū quoq; nomisma simile se vidisse vir doctus ac probus, atq; mihi lōga iunctus amicitia, Nicolaus Trapolinus dicere est solitus, in quib. nomismatib. ipsius effigies, habitu peregrino, cū sphaera astronomica cōspicitur, cū huiusmodi inscriptione, C. Manlij, quo argumento alienigenam illū & peregrinū facile existimare possumus. Sunt, qui Antiochenū ex Plinij verbis faciant, vt minus illis credendum sit, qui Romæ illum ex illustri familia natum arbitrantur. Ego potius in Manliam familiam adoptatū crediderim, quàm natum, si coniecturæ standum. Plinius quidem lib. xxxv. Manlium astrologiæ, vt ait, conditorem celebrat, & eum quidem Romam vectum eadem nauicū Plotio, & Taberio Erote grammatico. Idem quoq; Plinius lib. xxxvi. Manlium mathematicum ait, cum de Augusti obelisco, qui in campo Martio ad deprehendas solis vmbas, dierum noctiūq; magnitudines positus erat. Ex ipsius igitur Manlij principio, Augusto principe florente fuisse colligimus. Nolunt quippe alium intelligi eruditi, nisi Augustum, his versibus,

Nunc mihi tu Caesar patriæ princepsq; paterq;

Qui regis augustis parentem legibus orbem,

Concessuq; patris mundum deus ipse mereris.

50 Item in fine quarti, cum de vi animi loquitur,

Ne dubites homini diuinos credere visus,

Iam facit ipse deos, mittitq; ad sidera numen

Manus, & Augusto crescit sub principe coelum.

M. Manlius.
C. Manlius.
M. Mallius.
M. Manilius

Mortuus verò videtur Manlius Augusto adhuc vivente, nam cum de Tiberio meminit, qui Rhodum nauigauit,

—*Hospitium, ait, reſturi principis orbem.*

illuc enim vitandæ inuidiæ cauſa profectus erat Tiberius, vt ſcribit Suetonius. Imperfectum quoque opus ſuum reliquiſſe Manlium, ſunt, qui putent, cum de ſeptem Planetis nonnihil meminerit, & de his mox planè non eſt executus. La-
tuit verò hoc ipſum C. Manlij opus per multa ſecula, primus enim Poggius cū
aliis libris, vt ſcitis, in Italiam attulit, Martini v. Pontificis maximi tēpore. An-
tonius verò Panormita, vir, vt ea tempora tulere, in primis doctus, in Caſſinen-
ſi bibliotheca cum alterum reperiſſet vetuſtum, cauſa fuit, vt caſtigatiuſ & per-
fectiuſ nonnihil illud haberemus, vt idem ſcribit Laurentiuſ, qui & commen-
taria in illud edidit, quiq; de hoc poeta multa vel commentuſ eſt ipſe, vel inani
certè ductuſ coniectura ſcripſit, cū eorum temporuſ ſcriptoreſ eiſ ne mini-
mam quidem mentionem fecerint, præter vnum Pliniuſ, ſi modò Manliuſ, cu-
iuſ ipſe meminit, iſ eſt poeta, quem nos nunc dicimus. Id, quod ea ratione fa-
ctum facile crediderim, vt non eiſ meminerint, quòd cum mathematicuſ &
peregrinuſ eſſet, & inquinatè, ſi non barbarè, plerunque loqueretur, in apertum
opus ſuum non dedit, verituſ non fatiſ ſe probatum iri, cum nec eiſmodi ma-
teriaſ fatiſ ornamenta capiat, & vt ipſe cecinit,

Ornari ſe ipſa negat, contenta doceri.

20

Vt cunq; eiſ electio haud nobiſ multifacienda, non enim poeta, niſi in pau-
cis, nedum biſ vates, vt ipſe de ſe cecinit. Secutuſ Manliuſ dicitur Dorotheum
Sidonium, ſideraliſ ſcientiæ poetam. id quod & noſtri ſcriptoreſ aſſerūt, Iuliuſ
Firmicuſ Maternuſ libro ſecundo, tametiſ in aliquibuſ exemplariſ Doro-
chiuſ perperam ſcriptum inueniatur, meminit & Pontanuſ. Scripſit autem apo-
teleſmata verſibuſ diſertiffimiſ, vt ait idem Firmicuſ, quem certè Pontanuſ no-
ſtris diebuſ videtur, ſi non in ipſa aſtroruſ peritiã, in carminiſ maiestate poſt ſe
reliquiſſe. Sed nimis iam de Manlio. Alter etiã fuit Chreſtuſ Manliuſ, qui de
deorum hymniſ ſcripſit. Fuit & per hæc tempora, quo flourit Manliuſ, Ponti-
cuſ haud ignobilis poeta, qui heroico carmine Thebana bella complexuſ eſt, 30
quod planè hiſ verſibuſ Propertiuſ ſignificat,

Cum tibi Cadmeæ dicantur, Pontice, Thebæ,

Armaq; fraternæ triſtia militiæ.

Ponticuſ etiã non parum amaſſe Ouidiuſ cognoſcimus, vel illo maxime,

Ponticuſ heroo, Battuſ quoq; claruſ iambis,

Dulcia conuictuſ membra ſuere mei.

Vna & altera ad Ponticuſ extat Propertij elegia, quarum priore quidẽ illum
Homero confert.

Atq; ita ſim felix, inquit, primo contendit Homero.

Alterã verò eum amore captuſ lenia carmina ſcribere inuitat,

40

Quid tibi nunc miſero prodeſt graue dicere carmen,

Aut Amphioneæ mœnia flere lyræ?

Pluſ in amore valet Mimnermi verſuſ Homero.

Carmina manſuetuſ lenia querit amor.

Lynceuſ. Lynceum quoq; poetam, & Socraticuſ philoſophuſ inſectatur idem poeta
Propertiuſ, quod ſuam tentaret Cynthiam, eamq; parum æquuſ deperiret.

Tu mihi vel ferro pectuſ, vel perde veneno,

A domina tantuſ te modò tolle mea.

Te ſociuſ vitæ, te corporiſ eſſe licebit,

50

Te dominuſ admitto rebus amice meiſ.

Lecto te ſolum, lecto te deprecor vno.

Riualem poſſum non ego ferre Iouem.

Totam

Totam verò ad hunc ipsum Lynceum elegiam, cum vobis ocium fuerit, ex ipso volumine legetis, tota enim arguta & pulchra est, & tota de hominis ingenio, atque natura conscripta. Tres deinde poetarum imagines in tabula spectabantur, qui & studio, & mutua se quadam benevolentia inuicem complecti videbantur. Hi quidem, Tibullus, Propertius, & Ovidius. Tum puer Picus, nescio qua maiore attentione, ubi hos tres nominassem, ad me audiendum se accingere visus est, id ego conspicatus, quod ei rem gratam me facere videbam, sic incepti. Fuit, inquam, Albius Tibullus, ut scitis, eques Romanus, elegiarum poeta nobilissimus, qui, ut summam eius vobis vitam recenseam, Romæ natus est, A. Hircio, & L. Pansa c o s s. qui annus & Ouidio natalis fuit, ut eodem versiculo uterque testatus est,

Albus Tibullus.

Cum cecidit fato consul uterque pari.

Quin & eodem etiam die, ut quidam opinati sunt, ambo nati, hoc est, quinta Minervæ, intra calend. Aprilis. Iuuenis admodum Tibullus cum Messala Coruino nauigauit ad vsq; Phœacas, populos Corcyræos, qua nauigatione, aduersa valitudine afflictus, penè periit, quod sua ipse elegia testatus est. Delicium Tibullus in primis puellam amauit, quæ ut Apuleius ait, proprio nomine Planitia dicebatur. Non vnus tamen amore contentus, & Nemesin, quam Glycëren, sunt, qui velint ab Horatio appellatam, amauit, item Neæram, & Sulpitiam, & puliones, Marathum & Tityum, & Sulpitiæ Cerinthum. Sedenim Tibullo in elegis vnanimi ferè scriptorum consensu palma defertur. Elegiarum hic libros quatuor composuit, in quibus Fabio videtur tersus atque elegans, cui & plures astipulantur. Scripsit & heroicum carmen ad Messalam, in quo diuersum ab elego genium habere putat, omnino non eundem præstat utrobique. Extant duo Horatii poemata ad Albinum Tibullum, quorum altero, illum de parum si delis puellæ amore tristem solatur, altero verò, iudicem eum & censorem suorum carminum facit, multaque laude prosequitur, quodque planè diuitiis uti sciat, cum ipse tamen se ad paupertatem & inopiam redactum conqueratur. Vobis, haud opus est, ut in præsentia versus recitem, quibus id ipse comprobatur, cum ipsius ambo studiosi sitis. Excessit verò Tibullus vita adhuc penè iuuenis, cuius mortem immaturam, ut scitis, defleuit Ovidius. Fuit & alter Tibullus, qui inter comicos numeratus est, cuius fabulam Helenam citat Fulgentius. Ex qua hæc sunt verba,

Tu ne amare audes, edentule & capularis senex?

Et hæc quidem de Tibullo. Sextus verò Aurelius Propertius Vmber, ex Meuania oppido fuisse dicitur, vel potius ex Assisia vel Effisia, utrunque enim meminime legere in Græcis & Latinis scriptoribus, quam ciuitatem Axim vel Assim potius ipse poeta appellat, qua de re non nihil Fl. Blondus, aliique viri docti. Eius poeta versus vobis ex quarto libro recitabo, ut planè rem percipiat. Quo loco vitam, patriam, fortunamque suam sub Hori mathematici persona recenset.

Sextus Aurelius Propertius.

Vmbria te, notis antiqua penatibus, edit.

Mentior, an patria tangitur ora tua?

Qua nebulosa cauo rorat Meuania campo,

Et sacer æstiuus intepet humber aquis,

Scandentibusq; Assis consurgit vertice murus,

Murus ab ingenio notior ille tuo.

Videtis, ut planè Assim patriam suam faciat, & Sacrum hymbrem, amnem sic adhuc ab incolis, paucis immutatis literis, vocitatum nominet. Et idem paulo supra Assim Scandentes arces appellat, cum canit,

Scandentes si quis cernet de vallibus arces,

Ingenio muros æstimet ille meo.

Nisi si quis audaciuscule eo versu, scandentem Assen legere maluerit. Nunc reliqua attendite, quæ Horus vaticinatur.

*Ossaq; legisi, non illa etate legenda,
Patris, & in tenues cogere ipse lares.
Nam tua cum multi versarent rura iuueni,
Abstulit excultas pertica tristis opes.*

Ecce, vt patrem amississe fatetur, & ex diuisione, quæ facta est, agrorum veteranis militibus, sub Augusto prædiis spoliatum, quo modo & Vergilium, aliósq; legimus. Quippe, vt sciatis, Pertica hoc loco non hastam, nec subhastationē significat, vt docti quidam hoc loco opinati sunt, sed lineam, quæ postica etiã dicebatur, in agris diuidundis & metandis. Perticam verò primus eã Seruius Sulpitius appellauit, vt Festus scribit. eodē nomine & Vergilius in Diris est vsus, si modò Vergilij poema illud est, vt diximus.

*Pertica, qua nostros metata est impia agellos,
Qua nostri fines olim, cinis omnia fiunt.*

Sed & alibi quoq; idem Propertius se agros amississe ostendit; cum ait,

Aspice me, cui parua domus fortuna relicta est.

Post hæc subdit Horus,

*Mox vbi bulla rudi dimissa est aurea collo
Matris, & ante deos libera sumpta toga.*

Matris ait, non patris, nam ea toga ante lares fumbatur. Ergo ante deos matris, in maternis enim ædibus viuebat, iam amissis paternis, vt dictum est;

*Tum tibi pauca suo de carmine dicat Apollo,
Et vetat insano verba tonare foro.*

*At tu finge elegos, fallax opus, hæc tua castra,
Scribat vt exemplo cætera turba tuo.*

& reliqua, quæ idem Horus profecutus est. Hostiam verò puellam ardentissimè amauit, quam ipse, dissimulato nomine, Cynthiam, vt ait Lucius Apuleius, nuncupauit, & ea contentus vixit. Callimachum in primis; poetam Cyrenæum, & Coum Philetam dicendi forma imitatus est. Quin & se ipse alicubi Romanum Callimachum appellat, vt & Vergilium, Mantuanum Homerū dicimus. Quatuor elegiarum libros, cultos & eruditos reliquit. Sed hæc nota etiam semitariis grammaticis, non est, cur in præsentia vobis recitem. Fuit in familia Propertij, ex eodemq; municipio, Paulus Passienus, qui vt Plinius scribit, absolutissimè elegos composuit, mox ad lyricos conuersus, non mediocrem inde laudem etiam promeruit, meminit & Gellius. Fuit & alter Passienus, inter Rhetores & declamatores celebratus, de quo Fabius, Seneca & Eusebius meminere. huius arborem Morum C. Plinius describit. Quidam hunc poetæ patrem putauere, id mihi est parum compertum. Inuenio & alterum fuisse Propertij nomine poetã, vt puto, comicum, cuius versus hosce Placiades in libro ad Chalcidium attulit,

Catilla geris vadimonia Publicum prostibulum.

Paulus Passienus.

Pub. Ouidius Naso.

Atque hæcenus de Propertio. P. verò Ouidius Naso patriam habuit Sulmonem, tertiam Pelignorum ciuitatem. Nam, vt ex Plinio colligimus, Peligni in Corfinienses, in Superequanos & Sulmonenses distincti sunt, vt illud facilius, ex ipsius poetæ elegiis percipiatis.

*Me pars, Sulmo tenet, Peligni tertia ruris,
Parua, sed irriguis ora salubris aquis.*

Ex ordine equestri fuit, vt idē pluribus locis ostendit. Ingenio fuit, vt mihi quidem videtur, parato faciliq; sed qui nimium sibi aliquãdo indulgeret. De cuius vita quædam tantum libabo, quæ non iniucunda vobis futura arbitror. Fuit itaque Ouidius cum omni vita atq; victu excultus atq; expolitus, tum tenui & vesco corpore, neruisque compacto, qualis scilicet est Petrus Bemus, vir vnus

omnium

omnium elegantissimus. Id quod vel ex eius ipsius Ouidij carmine discere potestis, ait enim,

Pondere, non nervis corpora nostra carent. Item alibi.

Aptaq; subducto pondere membra dedit.

Suo pte naturæ instituto puer ad poeticam ferebatur, verum parentis monitionibus oratoriae facultati operam dare compulsus est, in qua, si Senecæ credimus, egregie profecit, forensesq; causas, & centumviralia iudicia exercuit, mox vita defuncto patre, totum se mansuetioribus Musis restituit, foro relicto. Fratrem vno anno natu maiorem habuit, forensi eloquentiæ deditum, qui xx annum agens diem obiit. Filias duas ipse habuit, sunt, qui alteram priuignam dicant, altera certe aberat, cum ipse relegatus est. Tres verò subinde duxit uxores, duas quidem, facto diuortio, repudiavit, tertiam verò, quam singulari charitate ac dilectione prosecutus est, ad mortem usq; retinuit. Hanc, ut puto, perperam Perillam vocitatum quidam existimant, nam si Perilla vxor fuisset, id profecto in iis, quæ ad uxorem multæ scribuntur, elegiis alicubi significasset. Fuit autem Perilla, ut ipsemet ostendit poeta, puella valde docta, atque in primis poetria, ad quam extat poetæ ipsius nobilis elegia. Romæ verò Ouidius secundum Capitolium habitavit, ut ipsemet testatur. Hortos habuit prope viam Flaminiam qua Cassiæ iuncta fuit. Mortuus est in exilio, ut notat Eusebius, centesima nonagesimano-

20 na Olympiade, sepultusq; est iuxta Tomos. Et ut Pontanus è Georgio Trapezontio, nec semel se audiuisse scribit in eo, qui est de Magnificentia ad Attilium, collata è publico pecunia, à Tomitanis ciuibus, tymbo, id est, monumento ante oppidi portam, in loco maxime celebri, magnifice structo, iis scilicet pluris facientibus peregrini poetæ ingenij nobilitatē, quam Imp. Romani proscriptionem. Exilij verò ipsius variè causa traditur, tametsi ipse non se exulem, sed relegatum ait, eam ipse certè triplicem innuit, qua de re multi multa, illam ipse prætulit, qua & cæteras, ut opinor, prætexuit Augustus, quod suo scilicet carmine de amandi arte Romanam corrupisset iuuentutem. Ego omnes quadam ex parte veras fuisse puto, eam tamen potissimum, quam & Sidonius Apollinaris de Corin-

30 rina suis versibus attigit, quod videlicet, eo ficto nomine, Iuliam his versibus significaret,

Nec te, inquit, carmina per libidinosam

Notum Naso tener, Tomosq; missum,

Quondam Casaræ nimis puellæ,

Ficto carmine, subditum Corinnæ.

Quam opinionem cum alij, tum suo carmine in Nutritia Politianus sequutus est. Tradunt quidam, quod cum filia Augustum parum honeste iacentem vidisset, quod & illo ipsius poetæ versiculo significari volunt,

40 *Cur aliquid vidi, cur conscia lumina feci?*

Nam & de C. Caligula Suetonius ita tradit, Caius Agrippæ se nepotem neque credi neq; dici, ob ignobilitatem eius volebat, succensebatq; si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Cæsarum insererent. Prædicabat autem matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Iulia filia admisisset, procreatam. Hæc Suetonius. Sunt, qui rem hanc in puerum ineptius referant, sed in re huiusmodi coniectura potius, quam certa aliqua ratione ducunt. Sunt & qui de Meccenate nihil non suspicentur, quem quod nunquam nominavit, nescio quid, de Iulia confingunt. Hæc ego cum dixissem, ad me conuersus Piso, Attende, inquit, quæso Lili, quæ ex communi amico his diebus audiui, is enim se domi habere affirmabat

50 quæpiam Cæcilij Minutiani Apuleij fragmēta, in quibus de Ouidio poeta hæc ferè inerant perscripta. Eum scilicet calendis Ianuarij, qua die T. quoque Livius decesserit, anno sui exilij septimo, hominem esse desuisse, structumque illi tymbon à Barbaris, ante suarum ædium ianuam. Idem Minutianus ait, item, quem

quem Ibin simulato nomine appellarat, Coruinum fuisse, qui exulantis poetæ uxorem sollicitasset, relegationis causam fuisse, quod Augusti incestum vidisset. Atque hæc quidem ille, ex iis Minutiani Fragmentis. Tunc ego, Istiusce, Pifo, rei fides esto penes autorem adhuc mihi incognitum, & amicum tuum: & simul ad puerum conuersus, ea, Pice, inquam, quæ nobis modo Pifo retulit, parum com-
 perta, non tamen indigna scitu. Verum quando illa ipsa nobis impertiuit, volo ego quoque iudicium referre, quod aliquando de tribus his poetis, cum vnâ me-
 cum & aliis nonnullis Iulius Sadolerus esset, fecit Luceus Ripa, paucis antè die-
 bus, quàm e vita decederet. Affirmabat Senex ille bonus omnino palmã se Ti-
 bullo dare inter elegos, quod cultus sit & nitidus in primis, quod in sententiis
 mollis & iucundus, in elocutione facilis & candidus, nonnulla tamen se in eo of-
 fendere dicebat, quæ lectorem morentur. hæc tū ille. Sedenim ego non inficias
 ierim, ita pleraque in Tibullo videri, vt senex Ripa dicebat, iis qui in mendosa
 exemplaria impegerint, sed postquam peruerstum codicem nactus sum amici
 opera, et emendatum satis, id ego totum pernego. Nam quæ tum difficilia vide-
 bantur & duriora, ea partim fragmenta sunt & fenestræ, partim tralatitia & sup-
 positicia adeò, vt aliqua etiam sint interiectæ ferè elegiæ. Codicem vobis aliàs
 ostendam, nunc ad reliqua. Propertium bonus senex aiebat, Tibullo cruditio-
 rem sibi videri, & perinde vt obscuriorem, fabulis historiisque referitū, incitatum
 magis, & in mouendis affectibus crebriorē, itaque plerumque insurgere, vt torosior
 ac robustior esse videatur, quàm vt puellaribus & mollioribus cōueniat elegiæ
 blanditiis, Ouidium verò ferri quadam ingenij volubilitate & impetu, non illi
 tamen quicquã, nisi frena defuisse, & limæ studium, atque idcirco de illo rectè di-
 ctum, illum plus satis lasciuire. Sed audite, quæso, Annæū Senecã, si planè nos
 se vultis Ouidio non ingenium defuisse, sed voluntatem & animū. Declamabat,
 inquit, rarò Naso controuersias, sed non nisi ethicas, libentius dicebat suasorias,
 molesta illi erat omnis argumentatio, verbis minimè licenter vsus, nisi in carmi-
 nibus, in quibus non ignorauit vitia sua, sed amauit. Manifestū potest esse, quod
 rogatus aliquando ab amicis suis, vt tolleret tres versus, inuicem petiit, vt ipse
 tres exciperet, in quibus nihil illis liceret. Aequa lex visa est, scripserūt illi, quos
 tolli vellent, & Ouidius, quos tres exciperet. De vtrisque codicillis iidem versus
 erāt, in quibus primū fuisse narrabat Albinouanus rhetor, qui inter arbitros fuit,

Semibouemq; virum, semiuirumq; bouem.

Sed gelidum Borean, egelidumq; Notum.

Ex quo apparet summi ingenij viro iudicium non defuisse, ad compescendam
 suorum carminum licentiam, sed animū. Aiebat interim decentiorem faciem esse,
 in qua næuus aliquis fuisset. Et hæc quidem Seneca, qui & partem declamatio-
 nis eius soluta oratione attulit, in ea controuersia, cuius hoc est argumentū: vir
 & vxor iurauerunt, vt si quid alteri obtigisset, alter moreretur. Vir peregrè pro-
 fectus, misit nuncium ad vxorem, qui diceret, decessisse virum, vxor se præcipi-
 tauit, recreata iubetur à Patre relinquere virum, non vult, abdicat. Hanc certè
 controuersiam, ait Seneca, ante Arellium Fuscum, magistrum suū, declamauit
 Ouidius, vt mihi videbatur longè ingeniosius, excepto eo, quod sine certo or-
 dine per iocos discurrebat. Reliqua mitto, quoniam non ita ad rem, & vos in ea
 controuersia, cum ocium erit, ea apud Senecam legetis. Extat & Castij, eius æta-
 tis viri doctissimi, de Ouidio testimonium. Cum enim Alsius Flauus in decla-
 matione quapiam hanc sententiam dixisset: Ipse fui & alimentū erat & damnū:
 Alsius obiurgauit, Apparet, inquit, te poetas studiose legere. Iste sensus est eius,
 qui hoc seculum amatoris non artibus tantum, sed sententiis impleuit. Ouidius
 enim in libris Metamorphoseon dixit,

Ipse suos artus lacero diuellere morsu

Cœpit, & infelix minuendo corpus aiebat.

Hęc ille. Quę verò ingeniosissimi huius poetę opera supersint, scitis, sunt enim hæc, vt breuiter colligam. Elegiã amorũ, vel de sine titulo, de quibus sunt grammaticorum controuersiã, Epistolã, quarũ nonnullę tanta arte & elegantia conscriptę sunt, vt in eo genere absolutius quidã nihil fieri posse existiment. Tres libri de arte, duo de remedio amoris, de Tristibus quinque, de Ponto quatuor, in Ibin, de Nuce, ad Liuiam consolatio, sex Pastorũ, & præclarissimũ, vt ait Lactantius, Metamorphoseon opus. Quę verò perierint temporũ iniuria, hæc sunt, sex Pastorũ vltimi, Medę tragœdia, quę Fabio & Tacito, aliisq; commendata plurimum, hęc hoc tempore inuenta dicitur, sed falso, vt puto. Scripsit & alterã tragœdiam ex Vergilio, de qua sic Tertullianus Septimius quodam suo libello,

10 Denique, inquit, Ouidius etiã Medeam tragœdiam ex Vergilio plenissimè expressit, quo loco agit de his, qui ex aliis autoribus centones & noua opera concinnarunt. Reliquit itẽ Ouidius inchoatum opusculum de piscibus, ex quo multos Plinius enumerat, quod tamen Actius Sincærus, poeta clarissimus, & alioqui certus homo, se inuenisse fatetur, & se mihi ostensurũ aliquando spondit. Periere & Ouidij epigrammata, quę tum Prisciano grãmatico, tũ Martiano & Martiali citant, item Phænomenon libellus, vt vobis aliàs, ex Lactantij & Probi sententiã dixi, itẽ liber, quẽ in malos poetas ediderat, vt ex Fabio colligimus, etsi noster amicus grammaticus constanter hoc perneget, verbãq; Fabij trans-

20 ferat ad illud Priapeiorum epigramma,

Qui frustra quereris colone mecum.

Quod factum putat contra Macri poetę tetrastichon, parum lepidũ. Verũ hac de re satis, ne tẽporis vsura abutamur. Perierunt et vaticinia, quę vno libro complexus erat, itẽ triumphus Augusti Cæsaris, & de gestis imperatoris lingua Getica, bellum Actiacum, quod ad Tiberium Cæsarem libris duobus inchoauerat. Atq; vt hæc quidem, quantum in præsentia recordor, deperdita, ita quę subiungam, supposititia & adulterina, falsoq; Ouidio ascripta. De vetula, in quo de magnis siderum coniunctionibus, & de Christiana lege miranda leguntur, item de Pulice, de Philomela, de medicamine faciei. Qua de re licet in arte se scripsisse asseueret, id tamen, quod in manibus habetur, poema illegitimum & tralaticium ab aliquibus doctis viris putatur. Et hæc quidem vobiscum, suũ aliàs cuiq; iudiciũ, nam à plerisq; & hęc ipsa, vt legitima citata & interpretata cõperi. At tentẽ verò hæc puer Picus & Piso audiebant, cum ego, Sed de his iam satis, nũc ad reliquos poetas descendã. Inter quos Græcus quidam erat Theodorus, qui ad reginam Cleopatram variã ac diuersã poemata scripsit, inter quę librũ Metamorphoseon, quem si coniectari licet, aliqua ex parte æmulatus est Ouidius, vt ex Cinyrã & Myrrhã fabula, ac item Phoci, ex Plutarcho collegi. Sed præter Ouidium & Theodorum, Callisthenes, & Parthenius poeta Nicæus Metamorphoseon libros, vt alibi diximus, scripserunt, quos vt operis inscriptione &

30 titulo, sic & materia secutus est Ouidius. Post Ouidium verò Græcẽ Metamorphoseon opus scripsit etiã Larandæus Nestor, de quo suo loco agemus. Sed ab his variã est Apuleiana metamorphosis. Leguntur huius, vt puto, Theodori Græca quædam epigrãmata. Alius fuit poeta Theodorus Colophonius, quem ait Iulius Pollux poema composuisse, quod in horis, hoc est, quatuor anni partibus Græci cantitare soliti fuerunt. Eiusdem poetę & Trochiliã, poematis id nomen, celebrat Plutarchus. Laertius verò in secundo, vbi de successoribus Aristippi Cyrenęi, & xx Theodori nomine colligit, cum Theodoro, qui & cognominatus est, & eorum xv epigrammatum poetam, xvi de poetis scripsisse, & xx tragœdiarum scriptorem ait. Erat & Boethus Tarsensis, qui vt scribit Strabo, M. Antonij beneficio, cui de habita apud Philippos victoriã carmẽ scripserat, patriã tãdiũ rexit, donec Athenodorus Sandonis, q̄ à vico Cananita cognominatus fuit, Cæsaris præceptor, senex in patriã rediit, & discipuli benignitate priorem reipublicę Tarsensis statũ correxit, actis in exilium malis ciui-

40 bus.

Theodorus
Græcus.

Theodorus
Coloplonius.

Boethus.

bus. Fuisse autem dicitur Boethus prompto & facili ingenio, non tamen ipse satis bonus, sed qui oblata materia, extemporali quadam facultate ac vena multos potius effunderet versus, quam componeret. Is cum ab Antonio gymnasio, quod magnificū apud Tarfenles erat, præpositus fuisset, & eius expensis, à suis ciuibus deprehensus fuit, quod cum reliqua, tum etiam oleum furriperet, apud Antonium accusatus, eius iram, hæc & alia allegans, deuittauit, quod sicut Homerus Achillem, Agamemnona & Vlyssē decantasset, ita & ego te, inquit: quare iniquū est, me apud te de huiusmodi agi calumniis. Boethi sermonē excipiēs accusator, Sed Homerus, inquit, nec Agamemnonis oleum nec Achillis furripuit, quod tu cū feceris, pœnas dabis. Boethus tamen & obsequiis & aliis Antonij iram effugit. Hunc ipsum eum esse pleriq; existimant, cuius extat apud Græcos epigrammata, vt quæ sunt in Cilicem histriōem, Pyladem, cum Bacchi personam elegantissimè egisset. Fuit verò Pylades histrio, qui de saltationum generibus Græcè scripsit, vt Athenæus & Suidas referunt, eademq; vixit ætate, qua Boethus, vt ex Seneca, Suetonio, Macrobio, Dione & Eusebio didicimus. Fuit & Bœotus, parædiarum poeta egregius, vt Polemon scripsit. Post hos ingens sequebatur turba, neque enim vlla ætate fuit, vt sic dicam, vberior poetarum prouentus, quorum tamen omnium nomina memoria satis completi diffido. Eorum qui succurrent, tantum recitabo, vt eius Sabini, qui epistolis Ouidianis rescripsit, quarum etiam aliqua leguntur, quæ à nonnullis tamen parum probantur. Scripsit, præter epistolas, Sabinus opus, quod Trœzenia nuncupauit, vt apud eundem Ouidium & Petrarham legimus, quidam licet pro Trœzenia Troiana legant. Alij Ouidianū carmē ex antiquis codicibus emendant, quod est in elegia de Ponto,

Bœotus.

Sabini.

*Quis suam Trisenen, imperfectumq; Dierum
Deseruit celeri morte Sabinus opus.*

Trisenen enim, puellæ nomen fuisse coniectantur, quam Sabinus amarit. Reliquit verò imperfectum opus dierum, hoc est, vt quidam interpretantur, Fastos & Annales, vel Dies, quales scripsit Hesiodus. Quæ hoc loco ab alijs de Sabini morte dicuntur, verbis poetæ parum congruunt. Quidam hunc ipsum Clodium Sabinum esse existimant, cuius sales & vrbانيتates commendat Seneca. Erat, inquit, Sabinus homo vrbانيتissimus, ac si qd illi defuit in eloquentia, vrbانيتate & salibus pensauit. Erat & Caius Rabirius, quæ magni oris fuisse canit Ouidius, quod scilicet Epicus, & gradiloquus esset poeta. Seneca verò de Rabirio, Egrege, inquit, mihi videtur Antonius apud Rabirium poetam exclamare, cum fortunam suam ad alios transeuntem videret, nihilq; aliud sibi relictum, præter ius mortis, hoc habui, quodcunq; dedi. Fabius Quintilianus cognitione non indignum putauit. Scripsit verò præter heroicis, & epigrammata & satyras, vt ad Chalcidium Fulgentius ostendit, qui ex iis hoc carmen adducit,

Abstemium merulenta fugit Methymnia nomen.

Caius Rabirius.

Pedo Albinouanus.

Vbi in Abstemio secus posita est syllaba, quam ab alijs poetis. Aliqui Rabiriū hunc, Satyricum, alterum ab alio faciunt, & Rubrium vocant. Erat cum his & Pedonis Albinouani imago, cuius, si vacet, oratori non indignam fuisse lectionem putauit Fabius, reponit eum quidem inter poetas heroicis. Eius meminit & Seneca, à quo & eius quædam afferuntur carmina, atq; ea in primis, quæ sunt de Germanici nauigatione, quæq; magno spiritu dicta fatetur, vos cū libuerit apud ipsum Senecam ipsa legetis, alibi verò idem fabulatorem fuisse ait elegantissimum, meminit huius & Martialis. Extat Ouidij elegia ad hunc ipsum Albinouanum, ex qua colligimus eum Thesei gesta scripsisse, præter epigrammata. Sublimè verò & altuloquū Pedonē fuisse ostendit idem Ouidius, qui propterea & alicubi Sidereum eū appellauit. Sunt, qui putent hunc eundē Albinouanum fuisse, ad quē extat Horatij Flacci epistola, quod vt ego non refello, temporum ratione, ita nō cōprobo, nominis & poeticæ differentia: ille enim Clarus Albinouanus,

nouanus, hic Albinouanus Pedo. Hic poeta cognoscitur, ille ex Horatij carmine parum videtur. Et cum his poetis fuerat Camerinus, qui poema composuit ab Hectore tracto, hoc est, ibi est carmen suum exorsus, vbi desit Homerus, quod & Macrum fecisse ostendimus, & Quintum Calabrum, vt suo loco dicemus. Erat & Charus, qui de Hercule, vt Pisander & Panyasis, & alij, opus composuit, id quod non semel apud Ouidium legimus. Extat ad hunc ipsum Charum epistola Ouidij, ex Ponto missa, ex qua, praeter ea, quae diximus, & illum nepotum Caesaris magistrum & institutorem fuisse aperte colligimus. Et in hac turba fuerat Numae poetae imago, qui Ouidij testimonio subtilis fuit, tametsi Ouidij carmen male a grammaticis perpensum videmus. Numam enim existimant in eo Ouidij carmine intelligi pro opere composito de Numa, secundo Romanorum rege. Carmen ipsum hoc est,

Et cum subtili Priscus vterq; Numa.

Ex quo & illud notamus, duos item fuisse Prisci nomine, qui poetae fuere. Fuit & per haec tempora Gratius poeta, quem Cynegetica composuisse innuit poeta Ouidius in vltimo de Ponto, quo loco meras nugas cōfingit interpres. Sed quod Cynegetica Gratius scripserit, Actius Sanazarus mihi alijsq; plurib. asseruit, & ostendit, cū Neapoli, animi gratia ex Vrbi profecti essemus, se enim ex Heduarum finibus, atq; e Turonib. detulisse opusculum de piscib. Ouidij, & Cynegetia Gratij, & Nemesiani, id quod etiā suo scripto testatus est Pontanus quadam sua epistola ad ipsum Actium, idem & P. Summonitius. Carmeh Ouidij hoc est,

Aptaq; venanti Gratius arma daret.

quod sumptum videtur ex ipsius Gratij poemate, ita enim ille canit,

Carmine & arma dabo, & venandi persequar artes.

Fuit verò, vt idem ipse innuit, ex regione Phaliscorum, vbi agit de retibus concipiendis, & quae lina apta sint,

At contra, inquit, nostris imbellia lina Phaliscis.

Erat & Tuticanus, poetae Ouidio aequalis, & amicus a primis vsq; pueritiae annis, mutuòq; sibi operam dabant in emendandis carminib. Cum verò alia, tum Phaeacida ex Homero vertisse dicitur, quod & illo versiculo innuit Ouidius,

Et qui Meonidem Phaeacida vertit.

Quod alibi manifestius ostendit, cum inquit,

Dignum Meonijs Phaeacida condere chartis,

Cum te Pierides perdocuere decem.

Ad hunc ipsum leguntur duae Ouidij epistolae, in quarum altera syllaba se ab usum fuisse queritur. Quae res satis monere posset nostros poetas, qui in proprijs nominibus tam saepe syllabis abutuntur, cum de se ita canat Ouidius,

His ego si vitijs ausim corrumpere nomen,

Ridear, & meritò pectus habere neger.

4^o Mox erat Iulius Montanus, qui elegis simul & hexametris valuit, meminit eius Ouidius & Seneca. Tacitus verò Cornelius, lib. xiiij. alterum Iulium Montanum, ordinis senatorij virum fuisse scribit, sed qui nondum honorem capeffisset, cum noctu fortè cum Nerone cōgressus esset, vimq; tentantis acriter repulisset, deinde agnitum orauisset misericordiam, quasi exprobrasset, mori adactus est. Prior verò Tiberio Caesari gratus fuisse perhibetur, de quo attēdite Senecae verba ex epistolis. Recitabat, inquit, Montanus Iulius carmen, celebris poeta, & amicitia Tiburij notus, & frigore, in quo diei ortus & occasus, libentissimè inferebat. Itaque cum indignaretur quidam illum tota die recitasse, & negaret accedendum ad recitationes eius, Nacta Pinarius ait, nunquam liberalius possum agere, paratus sum illum audire ab ortu ad occasum, cum hos versus recitasset,

Incipit ardentem Phœbus producere flammam,

Spargere se rubicunda dies. Iam tristis hirundo

*Argutis redit Vsa, cibos immittere nidis
Incipit, & molli partitos ore ministrat.*

Varrus eques Romanus, vicini Comes, cœnarum bonarum affectator, quas linguæ improbitate merebatur, exclamauit, incipit Buta dormire. Fuerat verò Acilius Buta, vt paulò antè dixerat idem Seneca, vir prætorius, qui ad cæreos & faces vivendo, hoc est, λυχνόβ. Θ, sic enim lucifugam appellabat Pedo, ingens patrimonium consumpserat, cui paupertatem suam falso, Tiberius respondit, Serò experrectus es. Deinde, cum subinde recitasset,

Iam sua pastores stabulis armenta locarunt.

Iam dare sopitis nox pigra silentia terris Incipit.

Idem Varrus inquit, Quid dicit? Iam nox est, ibo, & Butam salutabo. Hactenus ex Seneca. Sed quoniam Senecæ codex parum emendatus est, sunt ex vulgatis, in quibus ea prima verba sic habent, Recitabat Montanus illius carmen, quæ si legitima sit lectio, carmina ipsa non Montani, sed Acilij Butæ fuisse fatendum est, id quod etiam ex Varri verbis subsequentiibus quadantenus elicitur. Sed iam ad reliqua. Scribit in Vergilij vita Donatus, ex Senecæ sententia, Iulium Montanum dicere solitum, inuolaturum se Vergilio quædam, si vocem posset, & os, ac hypocrisim. Comem verò hunc ipsum, in quarto controuersiarum, & egregium poetam fuisse idem ait Annaeus Seneca. Curtium præterea Montanum legimus, de quo in hunc propè modum Cornelius Tacitus, Num Montanum, inquit, de-
20
testanda carmina factitantem, eludere impune sinerent? Item paulò post, Indignum, ait Montanum probe viuentem, extorrem agi, quia famosi criminis protulerit ingenium. sed & alibi meminit idem Tacitus. Plinius quoque epistolam de Pallantis liberti monumento ad eundem Montanum scribit. Videndum tamen est, ne confundantur, quoniam multi fuere per ea tempora hoc Montani nomine, Iulius Votienus, Hispano, Traulus, Alpinus, Curtius & Attacinus. Fuit item in hac poetarum turba Largus, qui ita appellatus videri potest, quod vberiore scribendi genere vteretur, Gallica qui Phrygium, vt cecinit Ouidius, duxit in arua senem, hoc est, vt interpretatur Petrarcha, Antenoræ, qui ex Troia veniens, apud Euganeos, Patauium condidit. Reponuntur & in hoc genere Thuscus & Marius, quo-
30
rum Thuscus Phyllida amicam, vel vt alij putant, opus de Phyllide Thracia composuit. Marius verò ad omne carminis genus promptissimus fuisse dicitur. Fuit & per hæc eadem tempora Marius Rhetor, qui an hic idem fuerit, haud facile dixerim. Sed certè omnes ferè horum temporum poetæ, vt alibi quoque diximus, vel causas egerunt, vel fictas declamarunt. Fuit item Antonius Rufus in hac poetarum classe, qui aliena potius opera in Latinum vertit, quàm suum aliquid scripsisset, Homerum enim & Pindarum in Latinos conuertit, & si Acroni stamus, & fabulas nonnullas docuit. Erat & Proculus, qui Callimachum æmulatus, elegos scripsit. Alterum Proculum Vectium legimus, cuius fit mentio in epistolis Plinij, & Martialis epigrammatis. Erat & Fontanus, qui Naiadas à Satyris ama-
40
& materno genere nobilis, nam mater ex Messalarum familia nata est. Ad Cottam scribit epistolas Ouidius ex Ponto, eumque alicubi,

Pieridum lumen, presidiumq; fori

vocat. Fuerunt ex familia Cottarum & alij nonnulli, illustres ingenio & doctrina, de quibus & Cicero, & alij. C. Lutorius Priscus, eques Romanus, per tempora Tiberij Cæsaris, in poetica non mediocriter eruditus habitus, vt est apud Dionem. Hic scripsit epitaphium in Germanici funere, qua ex re multa pecunia donatus est. Idem accusatus, quod in Drusi commendationem, in eius morbo, opus condidisset, ob eam causam à Senatu condemnatus, perijt. Quare senatus à Tiberio incusatus, & decretum factum, vt à Senatu condemnati non, nisi à decimo die, necarentur. Hæc equidem Dion, Cornelius tamen Tacitus in iij, non C. Lutorium, sed Clutorium, nisi scriptura metiatur, vocat. Qui etiã illud scribit, S. C. factum, ne decreta

patrum

patrum ante diem ad ærarium deferrentur, idq; vitæ spacium damnatis prorogatum. Per hæc Tiberij tempora multi in poetica insignes periere, inter quos hi. Aelius Saturninus, quod in Tiberium versus composuerat, ab eo in senatum adductus, ubi cõdemnatus, è Capitolij rupe deiectus est, autor Dion libro lvij. M. quoq; Aemylus Scaurus, quem Mamercum vocat Tacitus, Romanus, nobili familia natus, orandis causis insignis, sed vita probrosus, in tragœdijs scribendis celebratus. Hunc sibi necem cõsciscere Tiberius cõpulit, quod tragœdiã Atreũ docuisset, in qua, vt Euripides, adhortabatur quempiam, vt regis insanã æquo animo ferret. id in se dictum ratus Tiberius, Me tu quidem, inquit, Atreum, ego te Aiacem efficiam. Legitote plura apud Dionem, à quo non valde diuersa Cornelius Tacitus. Suetonius verò poetæ nomē nō ascribit. Sex. etiam Paconianus in carcere strangulatus est, ob carmina illic factitata in principē. At C. Cominius eques Romanus seruatus est, cū tamen probrosum carmen in Tiberium composuisset, nam cõuictū Tiberius eius fratri Senatori, V. C. concessit, vt in iij Tacitus scriptum reliquit. Sed his missis, reliquos de tabulis afferamus. Fuit & in hoc poetarum agmine Sylo, qui patrem Ambronem Sylonem, Portij Latronis discipulum, habuit, cuius Seneca plerunq; meminit, & eius hos versus adducit,

*Ite, agite ò Danaï, magnum Præta canentes,
Ite triumphantes, belli morã, concidit Hector.*

20 Pantomimis Sylonem & fabulas dedisse legimus. Alterum Sylonem literatorẽ Catullus ad Caluum perstringit, tamen si eo loci aliqui Sylla legere malint, sed certe expresse aliõ epigrammate Sylonem mordet.

*Aut fodes mihi redde decem sestertia Sylo,
Deinde esto quamuis seuus & indomitus.*

Sed & alium Sylonem grãmaticum Catonis & Scipionis tempore fuisse, testis est Plutarchus. Et Fenestellã poetam facit Eusebius, seu potius Hieronymus in Chronico, cū notissimum illud sit, eum historias & annales scripsisse. Hieronymi verba hæc sunt, Fenestella historiarũ scriptor & carminum, septuagenarius mortuus, sepeliturq; Cumis. Videte tamen, an rectius Annalium sit legendum, loco carminum, qui annus, si Plinio credimus, nouissimus fuit Tiberij, tamen si malè apud Eusebium c c Olympiade legatur, & v i Tiberij anno. Tum libenter, inquit Piso, te in Fenestellæ mentionē incidisse audio, nuper enim eius quosdam libellos de Romanorum magistratibus, sacerdotumq; ordinib. & ipse legi, & ab alijs citatos reperi. Quid ais, inquam, Piso. an eos Fenestellę legitimos libellos esse existimas, qui circumferuntur, & ijs fidem habes, qui id etiam scriptis suis testati sunt? Sūt enim suppositicij & illegitimi, nec tanto autore digni, tum quod in ijs Plinius & Gellius in testimoniũ afferuntur, quorũ alter etiam plus seculo posterior fuit, alter non multo post, tum maxime, quod à semidocto viro compositi fuere, neq; in ijs vbiq; sermonis Latini proprietates inuenitur. Sanè sunt apud me manuscripti, quibus talis est inscriptio, Andreæ Dominici Flocci Florentini, ad Brandem Cardinalem Placentinum, de Romanis magistratibus. atq; in ijs ipsis est præfatio, quæ in publicatis literarum typis exemplarib. nō reperitur. De quo libro & Flavius Blondus in Hetruria, Andreas, inquit, Floccus Secretarius apostolicus, canonicusq; Florentinus, vir optimus, eloquentia, & ed. to de magistratib. opere, & c. Sed puto hac de re me tibi satis fecisse, & proinde ad institutum tabulæ sermonē reuertamur, in cuius hac parte fuit Cornelius Seuerus, qui & poeta fuit, & declamator epregius. A M. Tullij etenim ætate ad Traianum, ferè poetæ omnes vel causas aliquas egerunt, vel fictas, vt modò dicebã, declamarunt, vt de P. Vergilio, Ouidio, Syllio, Lucano, Iuuenale, alijs legimus. Scripsit verò Cornelius Seuerus bellum Siculum, quod imperfectum reliquit, importuna morte interceptus, si enim, vt ait Fabius, perficere potuisset, merito sibi secundum locũ vendicasset. Dicitur insuper de Aetna mōte carmen composuisse, vnde factum,

pp 2 vt

Aelius Saturninus.
Aemylus Scaurus.

Sex. Paconianus.
C. Cominius.

Sylo.

Fenestella.

Cornelius, Seuerus.

vt poema, quod de Aetna Vergilio ascribitur, Seuero nonnulli potius attribuant. Citantur & à Seneca in libris Controversiarum Seueri versus, inter quos eos probat, quib. M. Ciceronis necem deplorauit, eosque vobis hoc loco recitabo, ea ratione, quod apud Senecam parum castigatè leguntur.

Oraque magnanimùm spirantia penè virorum
 In rostris iacere suis, sed enim abstulit omnes,
 Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago.
 Tunc redeunt animis ingentia consulis acta,
 Iuratque manus, deprensaque fœdera noxæ,
 Patritiumque nefas, etiam tum & pœna Cethegi,
 Deiectusque redit votis Catilina nefandis.
 Quid fauor, aut cœtus, pleni quid honoribus anni
 Profuerunt, sacris & vita quid artibus acta?
 Abstulit vna dies æui decus, istaque luctu
 Conticuit Latia tristis facundia linguæ,
 Vnica sollicitis quondam tutela salusque,
 Eregium semper patriæ caput. Ille senatus
 Vindex, ille fori, legum, ritusque togæque,
 Publica vox sæuis æternum obmutuit armis.
 Informes vultus, & parsamque cruore nefando
 Canicem, sacrasque manus, operumque ministras
 Tantorum, pedibus ciuis proiecta superbis
 Proculcauit ouans, nec lubrica fata, deosque,
 Respexit. Nullo luet hoc Antonius æuo.
 Hæc nec in Aemathio mitis victoria Persæ,
 Nec tu dire Syphax, non fecit in hoste Philippo,
 Inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha.
 Affuerat, nostraque cadens ferus Hannibal ira,
 Membra tamen Stygias tulit inuiolata sub umbras.

10

20

30

Hos quidem affert Seneca, Cornutus verò grammaticus, seu Probus, vt quidam malunt, in Persium, hoc Seueri carmen adducit,

Pinea frondosi dum murmurat Apennini.

Sextilius
 Hena.

Post Seuerum, erat Sextilius Hena, qui Hispanus genere fuit, patria Cordubensis, atque ideo municipem suum Seneca vocat secunda in suasoria. Hic & de Ciceronis morte versus, vt Seuerus, scripsit, quos cum in domo Messalæ Coruini recitaturus esset, Polionem Alinium, vt interesset, aduocauit, cumque in principio hunc versum sine assensu recitaret,

Deflendus Cicero est, Latiaque silentia linguæ,

40

Tum Polio Asinius grauiter commotus, Messalæ ait, Videris tu Messala, quid tibi liberum sit in domo tua, ego istum non sum auditurus, cui videor mutus, & simul confurgens abcessit, nec recitationi interesse voluit. Fuit vero Sextilius, vt idem Seneca scribit, poeta ingeniosus magis, quam eruditus, inæqualis, & penè quibusdam locis talis, quales esse Cicero Cordubenses poetas ait, pingue quiddam sonantes atque peregrinum. Inter hos poetas fuit & Quintus Rhemmius Palemon Vicentinus, qui, vt Suetonius in eo, qui de grammaticis, libello scribit, mulieris verna, primo textrinum, deinde herilem filium dum comitatur in scholas, literis didicit, postea manumissus in tantum profecit, vt Romæ publicè doceret, ac principem locum diu inter grammaticos tenuerit. Mira fuit Palemonis & rerum memoria, & sermonis facilitas, nam & poemata ex tempore faciebat, & ex varijs nec vulgaribus metris scripsit. Hinc, puto, illud est Martialis,

Quintus
 Rhemmius
 Palemon.

Scribat

Scribat carmina circulis Palæmon.

Fuit verò arrogantissimus ita, vt M. Varronem, Porcum appellaret, secumq; na-
ras literas iactabat, secumq; interituras. Nomen quoq; suum à Vergilio in Buc-
licis prædiuinatum volebat, cum cecinit,

—*Venit ecce Palæmon.*

tanquam ipse futurus esset, poetarum omnium, poematumq; censor & iudex.
Eundem dicere solitum accepimus, latrones sibi pepercisse Acti, nominis sui ce-
lebritate. Inquinatissimis verò moribus illum fuisse, constans est opinio adeò, vt
Tiberius & Claudius princeps dicere solerent, nihil minus cõuenire Palæmoni,
10 quam puerorum disciplinam. Vsq; adeò verò in mulieres libidinib. flagrauit, vt
ad oris quoq; infamiam notatus sit. Vnde cum quendã in turba oscularetur, isq;
refugiens deuitare non posset, Vis tu, inquit, magister, quoties festinantem ali-
quem vides, abligurire? Luxuriæ quoq; ita indulsit, vt sæpiò in die lauaretur, nec
sufficeret sumptibus, quanquam ex schola quadragena sestertia annua caperet,
ac non multò minus ex re familiari, cuius diligentissimus erat, & officinas pro-
mercialium vestiũ exerceret, & agros adeò coleret, vt vitem manu eius institutã
satis constet C C C L X V vasa edidisse. Et illud profectò mirum est, quod à Plinio
scribitur de vinea, in Nomentano ab ipso empta, ab Acilio Stheneleo D C num-
mum, decimi lapidis ab Vrbe diuerticulo, quæ intra octauum annũ, C C C C num-
20 mũ emptori addicta est, pendẽte vindemiã, quã vineam postea ab eo emit Sene-
ca. Plura scribit Plinius, & Hermolaus. De Palæmone etiã Eusebius in Tempo-
rib. Palæmon, inquit, Vicentinus, insignis grammaticus Romæ habetur, Olym-
piade C C V I I. Qui quondam interrogatus, quid inter stillam, & guttam interes-
set, Gutta, inquit, stat, stilla cadit. Mox idem subiungit M. Antonium Liberalẽ,
Latinum rhetorem, grauissimas inimicitias cum Palæmone exercuisse. Sunt ex
literatis, qui carmen, de ponderib. quod legitur huic ascribant, quod perperã fieri
ipse cõtenderim, nam Rhemmio Fannio potius attribuẽdum, quod alibi dice-
mus. Atq; de Palæmone hucusq;. Post quem erat Euodus Græcus, & versificator
non illaudatus, qui per Neronis tẽpora claruit, fuit verò Rhodius, & in poeti-
ca facultate egregius admirandusq;. Nec ab hoc tempore multũ abfuit Admetus
30 poeta, qui vt in Demonactis vita scribit Lucianus, obscuri nominis fuit. Et cum
Demonacti aliquando dixisset, se vnus versus epigramma, hoc est, monostichõ
scripsisse, quod testamento cauisset, vt sepulchro affigeretur, quod talẽ est, si mi-
hi Græca meis verbis referenti fidem habetis,

Terra cape Admeti spoliũ, nam iam deus ipse est,

Ridens respõdit Demonactes, Bonum est hoc, ô Admete, monostichon, sed vo-
luissem ipsum pridem sepulchro inscriptum esse. innuens tacitè, illius se mortem
optare. Erat item in hac parte Canius Gaditanus poeta. Martialis in primo,

Gaudent iocose Canio suo Gades.

40 Fuit hic facundiæ lenis ac iucundæ, quem facilè risu delectari solitum legimus.
Puellam verò Theophilam miro est amore prosecutus, quam non ineruditam
fuisse innuit his versibus Valerius Martialis,

Hæc est illa, tibi promissa Theophila, Cani,

Cuius Cecropia pectora voce madent.

In epigrammatis, versu postremo, illam Sapphoni ita comparat,

Cystior hæc, & non doctior illa fuit.

Sed de Canio in epistola Valerij cuiuspiam ad Ruffinum, quæ inter opera Hiero-
nymy refertur, illud in primis traditur, quod multarum gauderet amorib. puella-
rum, atq; idcirco à Liuiõ historiographo, viro graui, iucundè reprehendebatur.

50 Valerij verba, quod multa sunt, consultò prætereo. Sed Canium Iulium, vt puto,
alterum, ad Serenum Annæus Seneca memorat, hominem maximè cõstantem,
& grauem philosophum, quẽ, quod diũ cum Caio altercatus esset, & nescio quæ
illi verba dixisset, mori est ab eo iussus. Cum verò ad necem vocaretur, latruncu-

Euodus.

Admetus.

*Canius Gadi-
tanus.*

lis ludebat, tū numeratis calculis, sodali, Vide, inquit, ne post mortē meā mentia ris te vicisse, & simul Centurioni annuens, testis, inquit, eris, vno me antecedere. Aliāq; multa ab eodem grauiter & intrepide dicta Seneca subiungit, quæ & hominis grauitatē arguunt, & constantiam. Erat verò & hac tabulæ parte Aulus Per-
Aulus Per-
sius Flaccus. Persius Flaccus, poeta satyricus, qui à plerisq; perperam, vt puto, Lunensis dicitur, neq; enim illa ipsius carmina, quod aliqui existimant, hoc mihi probant,

— *Mihi nunc Ligus ora*

Intepet, hybernatq; meum mare, quā latus ingens

Dant scopuli, & multa litus se Valle recepat,

Lunai portum, est operæ, cognoscite ciues.

10

Illuc enim, vt paulò post videtur, secesserat, vt Cæsius Bassus, ad quem scribit, in Sabinos. Hieronymus verò ex verbis Eusebii in Chronicis manifestè Volaterra num facit, Ducentesima, inquit, & tertia Olympiade, Persius Flaccus Volaterris natus est, anno post Christi natiuitatem trigésimoseptimo, & Tiberii principis circiter XXII. Patrem Flaccum habuit, & matrem Fuluiam, vt grammatici veteres tradunt. In grāmatica & rhetorica Rhemmio Palæmoni, & Verginio Flauio operam dedit, mox Cornuto philosopho Stoico, & tragico poetæ adhæsit, id quod Persius ipse palàm ostendit, cum ait,

Me tibi supposui, teneros tu suscipis annos

Socratico, Cornute, sinu.

20

Sedenim postquam in Cornuti mentionem incidimus, vos monitos velim, hūc non Cornutum eum esse, qui grammaticus in Persii satyras cōmentaria perscripsit, hic enim, de quo Persius Philosophus, à Nerone in exilium missus perijt, vt obseruat Eusebius. Dion quoq; in Historijs id de Cornuto notatu dignum prodit, quod in insulam à Nerone sit eiectus, quod cum libros scribere multos nollet, vt qui à paucis legerentur. Et quodam illi dicente, Atqui, quem tu laudas, & imitaris, Chrysiptus multò plures composuit, respondit, Vtiq; sed illi, ait, viles vitæ mortalium sunt, id innuens videlicet, si scriberet ipse, omnia ad Neronis libidinem se scribere oportere. Isto verò Cornutus grammaticus longè posterior fuit, qui & in Vergiliū commentaria condidit, quod & Seruius & Macrobius³⁰ testantur. Sunt, qui hunc ipsum Cornutū, Probum potius nuncupent, inter quos Hermolaus Barbarus, alijq; nonnulli, cuius & in Iuuenalem scholia nonnulla leguntur, tamen si hac de re, quæ in ancipiti versatur, non ausim ego quicquā temere affirmare. Illud equidē vobis dixerim, lōgè antiquiorē fuisse Probū grāmaticum Acrone, Horatiano interprete, quē in his ipse cōmentarijs citatum reperit. Fuisse tamen & alios Cornuti nomine lego, vt is, qui de deorū natura Græcè scripsit, quem & ab aliquibus Phornutū & Pharnutum appellari vidimus. Item M. Cornutus, qui Satyras scripsit, & cuius autoritate Fulgentius nixus est, cum de vocabulo Tituillitio agit, quod filum putridum de tela cadēs significat. Sed vt ad Persium iam redeam, iuuenis admodum Persius ex humanis excessit, quippe⁴⁰ si Eusebio credimus, vndetrigésimo vitæ suæ anno mortuus est, si Cornuto, trigésimo, idquē ei contigit stomachi vitio, quo grauiter laborauit. Peruenit igitur ad vndecimum seu duodecimum Neronis annum, quem ab ipso Persio taxatum volunt, sub Mide regis nomine, item tumidis & inflatis illis versibus,

Torua Mimalloneis inflarunt cornua bombis,

& reliquis. Quod nonnulli, alioqui tamen viri docti, negant, id enim Nerone viente, propter summam illius impotentiam Persius, haud quaquam aiunt, fecisset. Fuit verò Persius, vt Cornutus scribit, moribus lenissimus, ac virginali ferè quadam verecundia, formæque modesta ac pulchra. Cum esset adhuc prætextatus, librum composuit, & paucos vxori Thraseæ, & in Ariam matrem versus, quæ se ante virum occiderat, quos vt aboleret, autor fuit Cornutus, eius magister. Editum librum cum diriperet, maximam omnibus admirationem attulit.

Satyras

Satyras sex reliquit, quo solo libro, ut ait Fabius, multum veræ laudis meruit. Vnde & Martialis,

Sæpius in libro memoratur Persius vno.

Qui liber & si obscuritate & reconditis sensibus est plerumque refertus, nihilominus bonis est connumerandus autoribus. Sunt inter eruditos, qui hunc Persij librum imperfectum existiment, id quod ego nec vobis affirmo, nec refello. Credibile quidem, si diutius vixisset, longè plura illum scripturum, novam afferente indies Vrbe taxandi materiam. Demptos insuper ex libro versus aliquos, ex commentarijs comperi, librumque ipsum non à Persio, sed à Cæsio Basso editum. Fuit & alter Persius, poeta Græcus, de quo est Eubuli Atarnitis diciturium de Phocaitis, pecuniæ id nomē & populi, cuius rei Callisthenes & Pollux meminere. Fuit & Persius ille apud Romanos, qui doctissimi cognomen meruit, de quo Lucilius, & M. Cicero, alijque. Persiū Flaccū sicut amavit Annæus Lucanus, ita ei proximus erat in tabula, nam & condiscipuli fuere. Fuit verò Cordubensis, ex Annæa familia, ut scitis, in qua plerique insignes doctrina viri nati, ut Gallio, Seneca, Mela, alij. Constat autē Lucanū appellatū ab auo materno, Acilio Lucano Cordubensi, oratore. Fuit enim Cordubę nobilis Aciliorū familia, ex qua & Acilius Buta, cuius antè meminimus. Patrem Lucanus habuit M. Annæū Melam, equitem Romanum, matrem Aciliam. Cordubæ natus, tertio Non. Nouemb. C. Cæsare Germanico iterum & Lucio Cæsario primò c o s s. infans Romam delat^o, & educatus est. Fama est, infantis cunas apes circūvolasse, oſque eius insedisse, mox adulescens sub clarissimis præceptorib. Palamone, Verginio, Cornuto institutus græcè & latinè declamauit. Neroni charus, quæstor adhuc iuuenis factus, cū collegis gladiatorium munus edidit. Inde secundo populi favore in sacerdotium accitus, inauguratusque est, cum Pollam Argentariam, uxorem duxisset, & ipsam literarum studijs eruditam, & mulierem egregiam, ut Papinius, Martialis & Sidorius testantur. Quin & marito scribenti assistisse legimus, tresque priores Pharsalię libros vnà cum marito emendasse dicitur. Atque hætenus quidem Lucanus tempora habuit secunda, quæ verò illi deinceps, parum prospera successere, nam cupiditate ostentandi ingenij actus, in Neronis odium incidit. Quippe pentaterico, seu quinquennali certamine acto, cum Nero per Clinium Ruffum Nioben se pronūciaturum indixisset, Lucanus Orpheæ ex tēpore recitauit, coronaque est à iudicibus donatus. Qua utique re inimicum sibi imperatorem fecit, eique interdictū est foro, theatro & poetica, id quod Lucanus iuuenili animi calore æstimans, vltionem sperans, Pisonianæ coniurationi infaustæ adhæsit, vindictamque expetens ipse in mortem irruit. Nam, ut inquit Cor. Tacitus, detecta cōiuratione, Lucanus crimen passus, Aciliam quoque matrē inter conscios nominauit, promissa impunitate. Sed Nero, post mortem multorum, Lucani cædem imperauit. Impetrato autem mortis arbitrio libero, codicillos ad patrem corrigēdos quibusdam versibus exarauit, ut in antiquis commentarijs legi, epulatusque largiter, brachia ad secandas venas præbuit medico, & profluente sanguine, vbi frigescere pedes manusque, paulatim ab extremis discedere spiritum, feruidus adhuc, & compos mētis intellexit, recordatus à se carmen compositum, quo vulneratum militem per eiusmodi mortis imaginem obiisse tradiderat, versus ipsos retulit, quæ illi suprema vox fuit. Sunt autem hi versus, ut doctis video placere,

*Scinditur auulsus, nec sicut vulnere, sanguis,
Emicuit lentus, ruptis cadit vndiq; venis,
Discursusque anima diuersa in membra meantis,
Interceptus aquis, nullius vita perempti
Est tanta dimissa via.*

Alij non hos esse, sed illos fuisse malunt,

Sanguis erant lachrymæ, quæcunq; foramina nouit

Annæus Lucanus.

Humor, ab his largus manat cruor.

& reliqua. Perijt autem pridie calend. Maij, Attico Vestino & Nerua Syllano
C O S S. ætatis annum agens xxvij. Melæ verò patri filij bona Nero concessit, vt
ex Eusebio Hieronymus tradit. Meminit & Lucani Dion historicus, in Nerone,
tamen si exemplaria eo loci Græca, non Lucanum, sed Lucianum scriptum ha-
beant. His à me summatim de Lucani vitâ dictis, Piso excepit, Quâuis, inquit, se
ipse suo carmine Lucanus prodat, & de se idem quadâ præfatione, ætatem & in-
itâ sua cum Vergilio comparans, dixerit,

— *Et quantum mihi restat Ad culicem?*

Nihilominus cum adeò & à Statio & Martiale laudat, vt etiam Verg. ipsi, si dis¹⁰
placet, & Homero conferatur, fatere nō possum, quin eius lectionis ipse sim ma-
ximè studiosus. Quem excipiens Pice puer, Et ego, inquit, videor medius inter
furentes milites versari, cum illius carmē lego. Quibus ego, De Lucano, inquā,
sic statuatis, velim, vt eum non modò cum Vergilio non conferatis, vt Statius
fecit & Martialis, sed eum neq; secundum neq; tertium dicatis. Vel si dixeritis,

— *Longo proximus interuallo.*

Cum neq; in quadrigis eum secundum numeremus, aut tertium, qui vix è carce-
ribus exierit, cum palmam iam primus acceperit, ita nec in poetis, qui tātum ab-
sit à primo, vix vt in eodem curriculo esse videatur. Sunt tamen quædam in Lu-
cago, quæ qui sine Vergilij cōparatione spectauit, satis magna dicat, quæ si cum¹⁰
iudicio atq; delectu legantur, non indigna sint imitatione, id tamen caute & dili-
gentèr, ne vitia specie virtutis irrepant. Si quid verò Pice & tu Piso mihi tribui-
stis, vos non modò non nimium studiosos eius lectionis velim, sed vos etiam ita
gloriarî cupio, id quod amicū meum, virum doctissimum, aliquando glorian-
tem audiui, qui Musis cœlestibus gratias agebat, quod nunquam totum Lucani
carmen semel perlegisset. Nisi enim temerarium sit, quod nihil tamē mihi, vobis-
cum præcipue, esse potest, illud ausim de Lucano affirmare, quod M. Tullius de
Cordubensibus suorum temporum poetis, qui eos, nescio quid, pingue & pere-
grinum sonare putabat, Quare Lucanum quidam, sanè ingeniosus, indomito si-
milem equo esse dicebat, qui in medio prato, aut campi spatio cursitet, & acriter³⁰
quidem & animose saliat, sed inconcinne & incomposite. Alij illum expedito
quidem militi similem dicunt, qui amentatas quasdam velitum hastas faciat, po-
tenti ac valido interdum brachio, sed parum plerunq; consideratè ac prudenter.
Nam tamen si ipsum ardentem concitatūq; ac sententijs clarissimum scribat Fa-
bius, oratoribus tamen, quàm poetis magis ascribit, quod & Martialis & Serui⁹
sentiant. Sed nimis hac de re, iam illius, quæ scripsit, opera attendite. Iuuenis ad-
modum Saturnalia & Catacosmon edidit, dein sylvas, incendium Vrbis, Me-
deam tragœdiam, hypomnemata profa oratione, in Octauium sagittam orati-
ones, epistolas ex Campania, item epigrammata, quorum quædam lasciuuscula
fuisse, ad Pollam, illius vxorem, innuit Valerius Martialis. scripsit item Luca-
nus Iliaconita, quæ à Placido Lactantio citantur, vt eo,

Haud aliter raptum transuerso limite celi

Flammatum Phaethonta poli.

Item vt antè meminimus, Orphea, ex quo illud est, cū strepitus factus esset, Eur-
rydice ad inferos iterum redeunte, quia

— *Gaudent à luce relictam*

Eurydicen, iterum sperantes Orphea Manes.

*Androma-
chus Pater.*

Hactenus quidem de Lucano. Fuit & Neronis tempore Andromachus Creten-
sis pater, quem seniore vocat Galenus, quod cognominem filium habuerit.
Inter medicos illustres ambo habiti, sed hoc amplius pater, quod & poeta fuit⁵⁰
egregius, id quod vel poema elegiacum ipsius declarat, de Theriaca inscriptum
Neroni, à me non semel lectum. Tanti verò fit eius carmen, vt non modò à cæte-
ris medi-

ris medicis, sed in primis à Galeno, vt id & in eo. quem ad Pisonem de Theriaca conscripsit, totum recitauerit, & iterum in primo de Antidotis, totidem versib. Fuit & Petricus, qui de re medica scripsit versus, quos Plinius libro xxij Naturalis histor. memorat, cum de caucali agit, Illinitur, inquit, & contra venena marinarum, sicuti Petricus in carmine suo significat. Suberat imago Syllij Italici, sic, vt quidam arbitrantur, appellati ab Italica, Hispaniæ ciuitate, ex qua oriundum illum fuisse tradunt, quod parum mihi fit verisimile, cum nullus eius, vt Hispani, scriptor meminerit. Ab Italica igitur potius, Pelignorum metropoli, cognominatus est, natúsque Romæ creditur, & nutritus. Primus ætatis suæ temporibus eloquentiæ operam dedit, dein poetiç, in qua maiore cura carmina composuisse dicitur, quàm ingenio, oratoriæ enim facultati magis, quàm poeticiæ natura ipsa ferebatur. Et meo quidem iudicio, eius idcirco carmina talia sunt, vt sint cognoscenda quidem, sed non ad imitationem, ea licet perpetuò victura Martialis vaticinetur, quem in Syllij laudes omnino procliuiorem fuisse videmus. Vt verò non sine infamiæ nota fuit, quod sponte quosdam sub Nerone accusasse creditur, ita commendatione dignus, quod Vergilium ante omnes coluisse dicitur, cuius etiam natalem religiosius, quàm suum celebrabat, & Neapolí maximè, vbi monumentum eius adire, vt templum solebat. Coluit & Ciceronem, ipsiusque Ciceronis Manes. Agros etiam vtriusque in summo cultu habuisse, Ciceronisque Academiã instaurasse perhibetur. Plinius illum ait plures subinde vllas emisse, ad amatísque nouis, priores neglexisse, delectatúmque libris, statuis & imaginib. Declamauit verò iuuenis adhuc, & causas egit. Iudicia cētumuiratia exercuit, proconsultatum Asiæ gloriose administrauit. Ter Consul fuit, in cuius primo consulatu Nero perijt, vt Tacitus notat & Plinius. In edia, vitæ tædio perijt, quòd clauo insanabili torqueretur. Ad supremum vsque diem beatus & felix, nisi quod minorem è liberis duobus amisit. Qua de re legitur consolatio Martialis libro nono,

Festinata sui gemeret cum fata Seueri

Syllius, Ausonio non semel ore potens. &c.

- 3^o Sed maiorem, vt ait Plinius, florentem atque etiam consularem reliquit. Inter cætera, Punicum bellum secundum septem & decem libris scripsit, qui nunc passim leguntur. Sed nolim, inquit Piso, in recensenda Syllij vita plus tēporis conteramus, cum eam, vt probe nosti, in tertio Epistolarum volumine C. Plinius ad Caninium Ruffum describat, & grammatici nonnulli. Illud verò libentius ego & Pícus scire velimus, quo nam modo eius ipsum, quod ais, Punicū bellum repertum sit, quod per tot secula delituerat. Tunc ego, Dicam, inquam, quæ ab alijs ipse comperi, tamen Marullus non sanè grandem linguæ Latinæ facturã factum iri existimabat, si perpetuū detituisset, dicã, inquam, vt accipi. Eo tēpore, quo Christianorū procerū conuentus, quod conciliū nostrí, Græci *συνόδου* vocāt, in Germania habebatur, tum ferunt, in quapiam ibi turri fuisse repertum, literis admodum obsoletis & peruetustis, & cum eo vnà cariosos quosdam aliorū scriptorum libros. Primus verò Domitius Calderinus illud & emendauit, & interpretatus est, quod si Fr. Petrarchæ ætate in luce fuisset, non is certè Aphricã, tantam prouinciã aggressus esset. sed hac de re satis. Iã me ad Antistij Soriani imaginem conuertam, qui poeta fuit minimè obscurus. Is in Neronem P. Mario & L. Asinio c o s s. probrosa carmina composuit, vulgauitque celebriçõuiuio, cum apud Hostorium Scapulam epularet, quare mox a Pæto Thrasea ægre defensus fuit, eo acerrimè increpito, postea tamen à Suetonio Paulino & L. Telesino, qui post Pisonianam coniurationem consules creati sunt, exilio, vt scribit Cornelius Tacitus, damnatus fuit. Versuto & callido ingenio fuisse Sorianum ex historijs facile colligimus. Nam: cū Neronem faciles indicibus aures & delatorib. prestare intelligeret, vt exilio se liberaret, Parmenis Chaldçi Genethliaci amicitiam inijt, ratus euenturū, quod mox successit, vt ipso Parmene Romanorum ciuium literas

Petricus.

Syllius Italicus.

Antistius Sorianus.

litteras interciperet, quæ ad illum dabantur, de futurarum rerum euentu. Vnde cum Antæi litteras interceptisset, Parmenis etiam libellos clam furatus est, quibus dies genialis eius, & euentura secretis Parmenis occultabantur, atque Hostorij etiam Scapulæ. Quæ ubi considerasset, Neroni scripsit, se habere, quæ salutis eius conducerent, si breuem exilij veniam impetrasset, quam rem facile Nero concessit, eumque per liburnicas aduehi præcepit, eiusque verbis fidem habens, Antæum & Hostorium perdidit. Pauca admodum amplius de Sosiano legimus. Post quæ erat Saleius Bassus, qui in pangendis heroicis per hæc tempora claruit, amatus verò in primis à Vespasiano, atque ab eo quinquaginta sestertijs donatus, & præterea positus inter illustria monumenta, quia & illum Cornelius Tacitus in historijs egregium poetam, & præclarissimum vatem nuncupat, alia insuper multa idem Cornelius in eo, qui est de oratoribus dialogo. Meminit item Fabius Quintilianus, qui eius quidem vehemens & poeticum ingenium celebrat, sed quod tamen nec senectute esset maturum. Post Bassum sequebatur P. Papinius Statius, cuius de patria inter grammaticos controuersia fuit, vsque ad Domitij tempora, Domitij, inquam, de re literaria bene meriti, qui si non sibi & memoriæ tantum indulgisset, multa certè obtrectatores in eius scriptis frustra, que reprehenderent, perquisissent. Sed de Domitio aliàs, inquit Piso, nunc de Statio, qui ab aliquibus Tolosanus, ab alijs ex Sellis, Epiri oppido, ab alijs Neapolitanus dicitur. Tunc ego, Postquam me prouocas, & Picus attentè & libenter hæc audire videtur, causam vobis exponam, cur Statio diuersa statuatur patria. Atque vtrem clarior percipiatis, patris & filij vitas vobis paucis recitabo, quas cum alij, tum Pomponius Lætus, & literarum & antiquitatis, vt scitis, bene peritus, pridem Gaspari Blondi filio conscripsit, quibusdam à me pro tempore additis. Sic agas, inquit Picus, & simul obtinuit. Publius igitur, inquam ego, Papinius Statius pater, Græca & Latina lingua eruditus, ad nouissimum vsque diem professus est, summo honore apud Domitianum habitus, à quo etiam est auro donatus & corona, digno principe erga præceptorem munere. Primus genus suum, propter inopiam & egestatem oblitteratum, celebritate nominis celebre fecit, adeoque claruit, vt, quod Homero, ei contigerit: duæ enim vrbes, Sellæ Epirotarum, & Neapolis Campanorum, de eius natali solo certarunt. Singularis profectò contentio, ex qua intelligi facile potest, quanto in precio tum literæ fuerint. Qui verò Tolosanum existimarunt, inter quos Danthes fuit, poeta Hetruscorum vernaculus, decepti sunt alterius Statij rhetoris patria, cuius meminit Eusebius. Ex Agellina vxore, quam vnicam habuit, & ei superstes fuit, P. Papinium statium genuit, cuius pueritiã ac iuuetutem literis fouit, copia, varietatèque rerum referit, & omne eius studiũ, quoad vixit, viuít, operaque castigauit. Annum agens sexagesimum quintum, in expergescibilis somni morbo, quæ lethargum vocamus, periit, cuius mortem Epicedio filio profecutus est. Multa & prosa & carmine scripsit, si filio credimus, sed eorum nihil ad nos peruenit. Papinius verò filius, iuuenis adhuc, Claudiam Claudij Apollinatis filiam, quæ Tibicini nupta fuerat, & ex eo filiam genuerat, amoris impatiens, duxit vxorem, cui tanta, vt ait Pomponius, modestia & castitas, amorisque obseruantia mariti, xx annis non fraudarit. Deceptum hoc loco crediderim Pomponium, & eum secutum Maturantiũ, nec enim à marito Claudia tandiu abfuit. Erroris, opinor, causam præstitit, quod parum consideratè statij carmen ad Claudiam ipsam examinarunt. Filiũ cum ex Claudia vxore nullũ haberet, infantẽ sibi statius adoptauit, quem præmatura extinctũ morte carmine defleuit. Vergilius verò ad seniũ Neapolim, communem ambobus patriam, Claudiam carmine reuocauit, ambigitur, quis superstes fuerit. Albano certamine, Domitianus Cæsar eadem, qua patrem, qui præsens erat, filium corona, ac item agro Albano donauit, bisque auro insigniuit, splendidoque ac magnifico, cum senatoribus equitibusque Romanis, conuiuio suscepit, id quod carmine poeta, quod Eucharisticon inscripsit, testa-

plur, restatus est. Quo fit, ut fabulæ potius, quam historiæ simile putem, quod ab aliquibus proditum est, Statium præacuto stilo à Domitiano confossum. Superfuit verò adhæc vsq; tempora hæc Statij opera, Thebais, ut ipsemet cecinit,

— *Multa cruciata lima.*

atq; idcirco durior & inconcinnior alicubi quibusdam videtur, quam Iunij Maximi, viri eloquentissimi iudicio monitūq; publicauit. Antimachum argumēto tantū imitatus, nam phrasi ille tumidus & laxus, hic durus & arctior. Item Achilleis imperfecta, in qua longè plus doctis quibusdam, quam in Thebaide præstare videtur. Non defuere etiam, qui Achilleida ipsam perfectam fuisse existimarent, sed reliquum, quod deest, deperditum, ut etiam diutius Sylvarum fuerunt, alij, quod habemus, integrum esse, vtriq; magno, ut puto, acti errore, & manifestis pridem argumentis explosi. Proditum est, cum Achilleida esset descripturus, Crispinum Vectij Bolani filium, clarum militiæ iuuenem, sibi proposuisse. Vtranq; verò Imperatori Domitiano dicauit. Extant & quinque Sylvarum libri, ex quibus & vehemens in eo poematis genere illius, & penè extemporale ingenium, & subitum calorem, ut ipse ait, percipere possitis. De quibus quidem Papinij Syluis sic Appollinaris in hendecasyllabo, ad Felicem,

At cum forte pedum minore ritmo

Pingit gemmea prata Sylularum.

20 Ex ipsdem, inquam, Syluis & amicos & fortunam, & reliquam ipsius poetæ vitam facillè cognoscetis. Scripsisse præterea tragœdiam à nonnullis existimatur, idq; Iuuenalis innuere videtur, ut mox dicam. Non multum adeo Statium à suorum temporum scriptoribus amatū ea ratione colligo, quod ab ijs eius nullam ferè mentionem factam video, præterquam ab Iuuenale, qui & illum perstringere potius Satyricè videtur, quam laudare, ita enim canit in septima:

Curritur ad vocem iucundam, & carmen amicæ

Thebaidos, lætam fecit cum Statius urbem,

Promisitq; diem, tanta dulcedine captos

30 *Afficit ille animos, tantaq; libidine vulgi*

Auditur, sed cum fregit subsellia versu,

Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agauem.

Nec illud in præsentia vobis reticuerim, quod est ab Aligero Danthe, suo carmine proditum, Statium videlicet Papinium religioni Christianæ addictū fuisse, Christianisq; tum laborantibus, ob metum occultè, pro virili opem tulisse, ne scilicet supplicijs cruciatibusque, quibus tum passim afficiebantur, agitaretur ipse. In hanc autem pietatem & religionem inclinasse idem poeta innuit, ob eos Vergilij versus ex Sibylla,

Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna,

40 & reliqua. Sed an Danthes deceptus sit, ut in eiusdem etiam patria, non vobis facile dixerim, nam & recentiores alios nonnullos scriptores in eodem fuisse errore inuenio. Legitur & epitaphium S. atq; à Pomponio, ut fertur, conditum, quod referre haud præcium operæ videtur. Post Statium D. Iunius Iuuenalis sequebatur, qui in taxandis moribus, nostrorum patrum memoria, primum locum habere putabatur adeo, ut is tum doctior existimaretur, qui plures eius versus memoriter recitaret. Ego, si quicquam mihi credendum putatis, non eo vsq; Iuuenalem legendum censeo, nisi quousque casta & Romana lectione plane sumus imbuti, atq; hoc eo vobiscum libentius, quo à magistris video minus obseruari.

— *Bonus adeo, ut ait poeta, à teneris assuescere, multum est.*

50 Fuit verò, de quo agimus, Iuuenalis Aquinas, ex oppido, quod secundum Augusti descriptionem, primæ regionis est Italiæ, ut ait Plinius, vel D. Thomæ municipis doctrina & sanctitate nunc celebre. Iuuenalis quidem, libertini cuiusdā locupletis, incertum, fuerit alumnus, an filius. Ad mediā ferè etatem declama-

uit, ut

Iuuenalis.

uit, vt ait Probus, animi magis gratia, quam quod scholæ se aut foro præpararet. Verum cum postea se Satyris scribendis contulisset, & multos, per malas & fordidas artes, ad honorum & opum culmina euectos perstringeret, inter quos Pantomimum Paridem, venit in suspicionem, quod tempora figuratè notaret, tunc per honorem militiæ, quanquam octogenarius Vrbe summotus est, missusq; ad præfecturam cohortis, tendentis in extremam Aegypti partem. Id verò Cæsari supplicij genus placuit, vt leui atq; ioculari delicto par esset. Credibile est, illum eas in Aegypto Satyras scripsisse, quæ sunt, altera ad Volusium Bithynicū, de portentis Aegypti, altera ad Gallum, de militiæ incommodis. Intra breuissimum verò tempus, ibi angore & tædio periit, vt idem Probus tradit. Sedenim & Suidas ad hunc fermè modum de Iuuenale, Fuit, inquit, poeta Latinus Iuuenalis, qui Domitiani Imperatoris temporibus floruit, à quo Præfinae factionis saltator Paris amabatur, quare à Senatu & ab Iuuenale salibus quibusdam obiurgabatur, ex quo factum est, vt Iuuenalis in Pentapoli, Libyæ urbem, relegatus sit. Paris verò ab Imperatore ad Antiochiam missus, vbi & domum ac balnea extra urbem construxit. Hæc Suidas. Sed de Iuuenale, ad Felicem scribens, his hendecasyllabis meminit Sidonius Apollinaris, cum de Publij Ouidij exilio prius locutus esset:

*Nec qui consimili deinde casu,
Ad vulgi tenuem strepentis auram,
Irati fuit histrionis exul.*

20

Hoc loco illud obseruatione dignum videtur, quod Suidas ait, Paris Antiochiæ vitam finisse, cum ipsius Paridis epitaphium à Martiale compositum, eum non Antiochiæ, sed in via Flaminia sepultum ostendit. Sic enim in xi. lib.

*Qui quis Flaminiam teris viator,
Noli nobile præterire marmor.
Vrbis delicia, salesq; Nili,
Ars & gratia, lusus & voluptas,
Romani decus & dolor theatri,
Atq; omnes Veneres, Cupidinesq;
Hoc sunt condita, quo Paris, sepulchro.*

30

Verumenimvero nescio, an melius sit, duos fuisse hoc nomine existimare, alterum quidem, qui Neronis tempore vixerit, & ab eodem, vt scribit Suetonius, occisus, quasi grauis aduersarius. De altero quoq; idem Suetonius tradit Domitiæ uxorem, ipsius histrionis amore captam, atq; ideo ab eo repudiatam. Cornelius verò Tacitus sestertia decem à Domitiâ Neronis repetita esse ait, quæ ipsi Paridi pro libertate dedisset. Hæc & alia ab ipsis copiosius in historijs traduntur. Quare si vnus sit Paris histrio, & Pantomimus, quo modo historiæ conueniant, haud facile dispicio. Sed nos iam reliquum vitæ Iuuenalis, cuius supremum vitæ tempus ad Neruæ vsq; principatum aliqui proferunt scriptores, qui & Frontonem & Fabium Quintilianum, eius magistros fuisse tradunt, & Valerium Martiale amicum. Quibus de rebus certi nihil habeo, quod vobis afferam, nisi coniecturas, quas interpretes afferunt, quorum aliqui eius Satyras in quinque libros diuidunt, alij negant. Cætera verò mittamus, satis sit hæc vobis indice monstrasse, nã ad Aruntij Stellæ effigie, iam tempus est, vt me conuertam. Fuit autem Stella Fa-
tauinus, elegiarum poeta, quæ ante Domitium pleriq; omnes Neapolitanū putauere, perperam Statij versus interpretantes. Tanti verò ab ipso Statio Stella factum video, vt ei primum Sylvarum librum miserit, eiusq; & Violantillæ nuptias longo carmine prosecutus sit. Hæc est illa Violantilla, quam Martialis Hyanthida, Græca dictione, & stella ipse, à suo nomine, Asterida nuncupauit. scripsit verò stella carmen de suæ puellæ columba, vt Catullus de Lesbicæ passere, vt reor, quod Martialis hendecasyllabo suo, si dis placet, vult Carulliano passere tanto elegantius esse, quanto passere maior est columba. Idem alibi,

40

Aruntius
Stella.

50

vt stel-

*Vel Stellæ cantata meo, quam fleuit Hyantes,
Cuius in Elysio nigra columba volat.*

Scrisit præterea victoriam Domitiani cōtra Sarmatas. Stellæ huius meminit et Apollinaris in hē decasyllabis. Cum Stella erat C. Valerius Flaccus Setinus, qui & ipse, vt Stella, Patauinus fuit, vt ex his Martialis versibus colligimus,

C. Valerius
Flaccus.

*Censetur Apona Liuii suo tellus,
Stellæq; nec Flacco minus. Item illo,
O mihi curarum precium non vile mearum,
Flacce, Antenorei spes & alumne laris.*

10 Alij Setinum faciunt, à Setia, Campaniæ vrbe, ea ducti coniectura, quod in anti- quis codicibus Setinus cognominetur, quo fit, vt ab aliquibus diuersus Seti- nus Flaccus, à Patauino putetur, alij Romanum & quidem ex nobili & perue- tusta familia putauerunt. Sed omnes hos vana potius coniectura, quam certa aliqua autoritate ductos video. Sunt &, qui Decemuirum Sibyllinum putent eum fuisse, ducti illis eius versibus,

*Phoebe mone, si Cumæa mihi conscia vatis,
stat casta cortina domo.*

Vos videritis, quid credatis. Sed hæc, quæ traduntur ab alijs, vobis, vt audiui, ex- pono, non tanquam credulus illis. Hic est, inquam, Valerius Flaccus, cuius Ar- gonauticōn opus extat, Vespasiano patri inscriptum, vt facillè ex eius carminis principio colligitur. Opus, inquam, quantum per iuuenem præstari potuit, cul- tum, eruditum, & variū, sed in quo plus est virium, quàm virtutis, vt in eo ani- mos, & audaciã quandã iuuenilem facillè offendatis. Quod cū, vt credit, opus sit imperfectū, atq; in primis ex Apollonio tralatū, amicus noster à Flacco relictā, ex Apollonio ipso supplere nisus est, dignū scilicet patellæ operculū. Certè non parū amissum esse ex Valerij Flacci immatura morte, scribit Fabius. Sed non erit præter precium operæ, si vobis hoc loco cōmemorem, quos hæcenus cōpererim Argonautica scripsisse, nec vt puto, vobis erit ingratū. Quod cum ambo sibi gra- tum fore annuissent, Primus, inquã ego, Orpheus, vt aliàs diximus, Argonauti- ca scripsisse dicit, no Thracius, sed Italus Crotoniata, deinde Epimenides Gno- sius, post eum Cleon, Curicus poeta, à quo, vt Græci obseruant, Apollonius om- nia ferè transtulit, tum Herodorus, post Herodorum Apollonius Rhodius, post Apollonium Dionysius Milesius, tum demum Latini duo, Atacinus Varro & Valerius Flaccus. Hæc adeò Græcis & Latinis poetis grata fuit Aurei velleris fabula, de quo & tragœdiæ innumerabiles, vt suo loco dicitur, quare iam ad a- lia. Post Flaccum duo expressi erant in tabula lasciuissimi poetæ, quorum prior quidem Sabellus, qui, vt Hemitheon, variã concubituum genera carmine complexus est, vsq; adeò verò impudicè, vt ipsi quoq; Martiali in ea re nauseam & stomachum fecerit, id quod vel eo versiculo innuit,

Sabellus.

40 *Tanti non erat esse te disertum.*

Vixit autem Domitiani & Neruæ temporibus. Alter fuit Musæus, non Græcus, sed Latinus, qui eodem tempore eadem scripsit, quæ Sabellus. De quo idem sic Martialis ad Ruffum Instantium,

Musæus La-
tinus.

*Musæi pathicissimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tinctus sale pruriente chartas,
Instanti lege Ruffe. Sed puella
Sit tecum tua, ne Thalassionem
Indicas manibus libidinosi,
Et fias sine foemina maritus.*

50

Erat post hos imago Voconij Victoris, quem miro est profecutus amore Ha-

Voconius
Victor.

drianus Cæsar adeò, vt eius tumulum, vt Apulei⁹ scribit, suis versibus veneratus sit, ita enim scripsit,

Lasciuus versu, mente pudicus eras.

Fuit verò Voconius, vt Plinius ad Priscum, libro Epistolarum secundo scribit, Romanus, cuius pater, in equestri gradu clarus, clarior vitricus, mater è primis citerioris Hispaniæ, summa familiaritate C. Plinio coniunctus adeò, vt illum contubernalem sibi & in Vrbe, & in secessu fuisse scribat. Mira eius fuit in sermone, mira etiam in ore & vultu suauitas. Ad hæc ingenio fuit excelsus, subtili, facili, dulci, etudito in causis agendis, in pangendis vero carminibus talis, vt Musas ipsas Latine loqui credi possit, vt ait Plinius. Ius ei trium liberorum concessit Imperator. Iuuenis Thestylum puerum amauit sic, vt ipsum Martialis exoret, vt tantisper à Voconij latere abscedat, donec suus Voconius versus emendet. Inquit enim,

Sic etiam positis formosus amere capillis,

Et placeat vati nulla puella tuo.

Apollinaris. Post Voconium fuit effigies eius Apollinaris, qui Domitiani & Neruæ tēporib. floruit, quæ adeò coluit Valerius Martialis, vt de eo ad librum loquens scribat,

Si vis auribus Atticis probari,

Exhortor, moneoq; te Libelle,

Vt docto placeas Apollinari,

Nil exactius eruditiúsq; est,

sed nec candidius benigniúsq;.

20

Et alibi ad choriambicum Scazonta ait,

Apollinarem conueni meum Scazon.

Codrus. Fuere & alij, tam Græci quàm Latini, Apollinaris nomine, quos cōmodè suis locis referemus. Tum Codri imago videbatur. Fuit verò Codrus suorum temporum poeta pauperrimus adeò, vt à semidoctis eius nomen in proverbium exierit, Codro pauperior, & vt Græcis, Iro vel Pausone egentior. Mulierem illum Proculam habuisse ostendit Iuuenalis, qui & eius egestatem in tertia Satyra ex-
ecutus est. Quo loco vult ostendere, si inopes calamitate vlla circumueniantur, à nullo adiuuantur, sin diuites, statim adsunt innumerabiles, qui subueniant. Codri meminît & Martialis, cum alibi tum hoc disticho,

Plus credit nemo, quàm tota Codrus in Vrbe,

Cum sit tam pauper, quomodo cæcus amat?

Lucius.

Post hūc erat Lucius, poeta Hispanus, qui Horatium Flaccum imitatus est, Domitiano Cæsare. Quæ ætas magnam poetarum copiam effudit, & magnum, vt ait Plinius, prouentum attulit, sed in his succus ille, & sanguis incorruptus antiquorum inesse desierat, & naturalis ille, & non fucatus nitor euauerat, peregrinam quandam ferè omnes & aduenticiam dicendi & scribendi facultatem am-
plexati. In hoc poetarum genere duo fratres erant, Turnus & Memor, ex Arunca ciuitate, quorum alter Satyricus fuit poeta, Turnus scilicet, de quo ita ferè Probus Grammaticus in his, quæ extant, dimidiatis in Iuuenalem commentarijs. Turnus, inquit, libertini generis, ad honores ambitione prouectus est, potēs fuit in Vespasianorum, Titi & Domitiani aula. eiusdem meminît & alibi. Martialis verò eius nobiles vocat libellos, cum ait,

—Proximúmq; Turni nobilibus leget libellis.

Alio verò loco,

Contulit ad satyras ingentia pectora Turnus,

Cur non ad Memoris carmina? Frater erat.

50

Eiusdem meminît & Rutilius in Itinerario,

Huius vulnificis, satyra ludente, Camœnis

Nec Turnus potior nec Iuuenalis erit.

Alter autem frater Memor, tragicus poeta fuit, quod planè ostendit Placiades Fulgentius, cum eius carmen ex fabula, quæ Hercules inscribatur, affert,

Ferte suppetias optumi comites.

Idem Probus, idè & Valerius Martialis, cū de Memoris ipsius effigie hæc canit,

Clarus fronde Iouis, Romani fama cothurni,

Spirat Apellæa redditus arte Memor.

Tametsi eo loco Domitius noster, non tragicum, sed heroicum poetam Memorem fuisse existimat. Meminit & vtriusq; Sidonius Apollinaris. Eodem ferme tempore, & alij simul duo fratres fuere, qui eadem, qua Turnus & Memor ratione, heroico alter, elego alter abstinuere. Quorum Marcus Vnicus Martiali fuit consanguinitate coniunctus, elegis tantum vsus est, qua de re etiam nunc extat epigramma,

Vnice, cognato iunctum mihi sanguine nomen,

Quiq; geris studijs corda propinqua meis,

Carmina cum facias, soli cedentia fratri,

Pectore non minor es, sed pietate prior.

Lesbia cum tenero te posset amare Catullo,

Te post Nasonem blanda Corinna sequi.

Nec deerunt Zephyri, si te dare vela iuuaret,

Sed tu littus amas, hoc quoq; fratris habes.

Fuit & eadem ætate Cosconius poeta qui quod nihil, nisi castū & pudicum cecinit, à Martiale ridetur, atq; ideo eius carmina pueris tantū & virginibus legenda censebat. Fuit & per hæc tempora Ligurinus, qui in suis recitandis carminibus ambitiosus, & molestus erat, cum aliàs & probus vir esset & innocens. Hinc de eò illud legitur,

Vis quantum facias mali, videre?

Vir, iustus, probus, innocens timeris.

Extant & hac de re epigrammata Martialis. Alterius verò Ligurini, longè posterioris, opus legitur, quod de rebus gestis eius Federici Imp. inscribitur, qui Ahe nobarbus, id est, Barbarossa dictus est. Opus quidem tale, quale illa ferre potuit ætas, canōrum & volubile, sed inconcinnum & circumfluens, & quod saporem scribentis & scripti refert vernaculum. Fuit & eadem ætate, qua prior Ligurinus, Lustricus Brutianus, qui Callimachio dicendi filo delectatus, ipsum Latine poetam est imitatus, tam Plinio quàm Martiali cognitus. Egit quoq; causas, séq; à Montano Atticino accusatum, apud Cæsarem, ita defendit, vt Atticinus ipse à Cæsare in insulam relegaretur. Fuit & Decianus Emeritensis, ex Hispania poeta & philosophus. Fuit & Decius poeta, Lucilli, viri Consularis filius, poeta Satyricus, cuius laudes his versibus Claud. Rutilius in Itinerario est executus. Cum enim ageret de præfectis Hetruriæ,

Qualis, ait, nunc Decius, Lucilli nobile pignus,

Per Corythi populos, arua beata regit.

Nec mirum, magni si redditus indole nati

Felix, tam simili posteritate, pater.

Huius vulnificis, S atyra ludente, Camoenis

Nec Turnus potior nec Iuuenalis erit.

Instituit veterem censoria lima pudorem,

Dumq; malos carpit, præcipit esse bonos.

Et quæ sequuntur. Fuit verò non per hæc tēpora, sed longè postea, hoc est, Theodosij & filiorum ætate, vt conijcio. Sed per Domitiani & Neruæ tempora, fuit

M. Vnicus.

Cosconius.

Ligurinus.

Ligurinus
alter.Lustricus
Brutianus.Decianus
Decius.

Votienus.
Valerius Li-
cinianus.

Votienus Narbonensis, & cum Votieno Licinianus Valerius, de quo idem Martialis. Hunc esse crediderim, cuius non multò antè epitaphium antiquum re-
pertum est, vt accepi, ante portam Latinam. *MVSA HOSPITIS LICINIANI*
VIX. ANN. XXXV. Me verò latet, an hic idem sit Valerius Licinianus, qui
Prætorius Romæ, inter eloquentissimos causarum auctores habitus est, verum
mox eò infelicitatis decidit, propter Cornelix Vestalium maximæ incestum, vt
relegatus in Sicilia profiteretur, & exul rhetor fieret de senatore. Quare ipsum
dolenter & grauer quada præfatione dixisse scribit Plinius, Quos tibi fortu-
na ludos facis? Facis enim ex professoribus senatores, ex senatoribus professores.
Quam sententiam æmulatus Iuuenalis cecinit,

Si fortuna volet, fies de Rhetore Consul,

Si volet hæc eadem, fies de Consule Rhetor.

Hic Piso, Quin potius, inquit, à Iuuenale Licinianus sententiã est mutuatus. Cui
ego, Vt velis, inquam, putes, nihil impedio, eadem enim fermè ætate, fuit cū Iu-
uenale coniunctus Licinianus, vt ex eodem Plinio & Martiale colligimus. Fuit
& per hæc tempora Sulpitia, ex nobilissima Sulpitiorum familia, quæ nitida ad-
modum & casta poemata scripsit. Virum habuit Calenum, cum quo annos xv
amantissimè & coniunctissimè vixit. Mariti & vxoris meminît Sidonius Apol-
linaris, sic inquit,

Non quod Sulpitiæ iocos Thaliæ

Scripsit blandiloquos suo Caleno.

Extat & elegans Martialis epigramma maximum pudicitix, & poeticæ huius
Sulpitiæ testimonium,

Omnes Sulpitiam legant puellæ,

Vni quæ cupiunt viro placere.

Omnes Sulpitiam legant mariti,

Vni qui cupiunt placere nuptæ.

Non hæc Colchidos asserit furorem,

Diri prandia nec refert Thyestæ,

Scyllam, Byblida nec fuisse credit:

Sed castos docet & pios amores,

Lusus, delicias facietiasq;

Cuius carmina qui bene astimarit,

Nullam dixerit esse sanctiorem.

Tales Aegeriæ iocos fuisse,

Vdo crediderim Numæ sub antro.

Hac condiscipula, vel hac magistra

Esses doctior & pudica Sappho.

Sed tecum pariter simulq; visam,

Durus Sulpitiam Phaon amaret

Frustra. Nanq; ea nec Tonantis vxor,

Non Bacchi, nec Apollinis puella,

Erepto sibi viueret Caleno.

Extat & poema hexametris versibus conscriptum, de Domitiani Cæsaris tēpo-
ribus, quod huic ipsi Sulpitiæ ascriptum est, tamen alicubi inemendatum adeò,
vt dubitari possit. Fuit eadem ferè ætate, Traiani videlicet & Neruæ, Serapion
poeta Græcus, Atheniësis, valde Plutarcho amicus, cuius & aliquãdo meminît,
illúmque loquentē inducit in eo, qui increpât, *πρὸς μὴ χάρις ἔμμετρεῖαι νῦν τὸ πῦρ δῖον.* Vbi
inter multa, quæ toto libro passim de ipso Serapione traduntur, tum illud maxi-
me obseruatione dignum, philosophiã ipsam fuisse primum versibus descriptã,
ab Orpheo videlicet, Hesiodo, Parmenide, Xenophane, Empedocle, Thalete,
post

Sulpitia.

Serapion.

pòst desitum rursus ab hoc ipso Serapione genus id scribendi reuocatum. Fue-
 runt & Serapionis nomine alij plures, sed non poetę, inter quos medici duo ce-
 lebres, vnus Pictor, & duo Christiana pietate insignes. Alter quidem discipulo-
 rum numero, alter verò, in testimonium religionis, vitam & ipsum sanguinẽ de-
 spondit. Vixit & hac ætate Traiani Rufus Ephesus, medicus illustris, qui præter
 alia, quæ multa in facultate medica conscripsit, quæ & à Suida colliguntur, & à
 Galeno frequenter, Oribasio, Paulo & Aetio, alijsq; citantur, etiam carmine que-
 dam condidit, cuius ego versus elegantissimos legi. Claud. quidem Galenus eũ
 quinq; libris, versu hexametro, de herbis egisse ait, sexto de simpliciu medicamẽ
 torum facultatib. volumine. Floruit per hæc tempora T. Annianus, qui inter ce-
 10 tera Fesceninos versus scripsisse dicit, de quo genere carminis, si meministis, pri-
 mo sermone nonnulla diximus. Ab Ausonio Gallo mentio est facta Anniani. Fuit
 verò poeta comis & perurbanus, A. Gellio amicus, de quo & sic lib. xx noctium
 Atticarum: Annianus, inquit, poeta in fundo suo, quẽ in agro Phalisco posside-
 bat, agitare erat solitus vindemiã hilare atq; amœniter, ad eos dies me & quos-
 dam familiares vocauit. Hæc ille. Citatur & à grãmaticis. Fuit & Ananius, Græ-
 20 cus poeta iambographus, de quo Athenæus, cum alibi tũ in tertio dipnosophi-
 ston, vbi de fici generibus agit. Meminit item Isaacius in Lycophonem, vbi de
 iambographis poetis differit. Claruit & eadem, qua Annianus ætate, Iulius Pau-
 lus, qui multa beneuolentiã & consuetudine Gelliũ profecutus est. Prædiolum
 hic in agro Vaticano possedit, quò cum Gelliũ tum alios viros doctos plerunq;
 inuitabat, ibi tum honesta literarum colloquia habebantur, vt Gell. lib. xix. scri-
 ptum reliquit. Dehinc Oppiani effigies spectabatur, qui Corycius poeta fuit, vt
 Suidas ait, sic ab vrbe Ciliciæ nuncupatus, & propterea Cilix ab Eusebio in Tẽ-
 poribus, & ab Hieronymo dicitur, alij Anazarbeum fuisse malũt. Est verò Ana-
 30 zarbus, quæ & Anazarba à Stephano dicitur, Ciliciæ ciuitas, quæ & Cæsarau-
 gusta, Dioscoridis & Asclepiadis, medicorum illustrium patria, quidam & Cyn-
 dam & Diocæsaream appellauerunt, sed Plinius noster omnino diuersa Cynda,
 sic enim in neutro genere, in plurium numero & Strabo quoq; protulit, ab Ana-
 zarbo existimat. Historiam verò de Anazarbo, parum veritati, vt videtur, con-
 sonam Suidas confixit. Neruam enim, Romanorum Imperatorem ait, cum
 terræmotu vrbs Diocæsarea esset disiecta, illuc Anazarbum quempiam, Sena-
 torem misisse, qui urbem, cum prius Cynda & Diocæsarea dicta fuisset, instau-
 ratam, à suo nomine Anazarbum vocauit, cum tamen & Plinius ante Neruam
 Anazarbenos nominet, & Dioscorides miles, sub M. Antonio & Cleopatra, A-
 nazarbeus & fuerit, & nũcupatus sit. Sed de Anazarbo præter propositum iam
 satis, nunc ad munus pensumq; meum, hoc est, ad poetam ipsum, me reuoco. Op-
 pianus igitur patrem habuit Agefilaum, inter Anazarbenos optimatem, ma-
 40 trem verò Zenodotam. Poeta & grammaticus fuit, M. Antonij Imperatoris &
 Seueri tẽporib. floruit. Libros quinq; Halieuticõn scripsit, Cynegeticõn libros
 quatuor, Ixeuticõn libros duos in quibus, quæ ad piscatoriã, venationem & au-
 cupiũ pertinent, cõplexus est. Proditũ est, ipsius Oppiani patrem Agefilaũ, cum
 plurimũ opib; & autoritate valeret, sese philosophiã tradidisse, filiumq; ijs arti-
 bus, quæ liberales & Cyclicæ dicuntur, erudiuisse. Cum autem ijs studijs inuolu-
 ti essent pater & fili; Seuerus Imp. apud Anazarbum diuertit, cui obuiã omnes
 50 vrbes primores prodire, id quod Agefilaus, vt homo philosophiã deditus, face-
 re neglexit, quare iratus Cæsar patrem ac filium, in maris Adriatici insulam, quæ
 Melita dicit, relegauit. Est verò Melita prope Siciliam, ad Austrũ sita insula. Vn-
 de qui in delicijs habent, Melitenses canes dicunt, & lineæ vestes. Melitenses, à
 lini specie, de quibus & Cicero in Verrinis, & Diodorus Siculus. Cum ergo ibi
 exularet Oppianus, de piscibus opus, quod extat, conscripsisse tradit. In quo o-
 pere obseruatũ est ab Hieronymo, in eius Ezeielis cõmentarijs, centum quin-
 quaginta tria esse genera pisciũ, id licet ego min; cum nec semel eius poema le-

Annianus.

Ananius.

Oppianus.

gerim, animaduenterim. Mortuo autem Seuero, Antonino eius filio Oppianus carmen suum dedicauit, à quo propter carminis suauitatem & elegantiam, ab exilio vnà cum patre est liberatus. Reuersus verò in patriam, infelix pestilentia periit, vbi à suis ciuibus sepulchrum & statuam promeruit, græco epigrammate in hanc sententiam: Quòd raptus à fatis inuidis esset poeta, qui si diutius vixisset, nullus ei inter mortales par gloria futurus erat, annos enim triginta natus, è vita excessit. Extant & alia in eum Græca epigrammata. Scribit Sozomenius in epistola ad Iuniorum Theodosiũ, quod Antonius Seuerus ea erga Oppianum vsus est liberalitate, vt pro singulo eius operis versu, eum aureo vno donauerit, quod imperatoris largitatis & liberalitatis omnib. miraculũ fuit, vt adhuc ipsius Oppiani carmina à plurimis aurea sint appellata. Hæc quidem Sozomenius, sed enim alij ad vigessies millies nummũ, hoc est, vt Græci dicũt, myriadas duas, omnes summam peruenisse ferunt. Hic puer Picus, Præclarum, inquit, munus, nihil ergo mirandum, si ab Octauia denis festertijs Vergilius donatus est, vel vt alij dicunt, graui ære, cum illos versus recitasset,

— Tu Marcellus eris.

Nihil mirũ, inquit Piso, & simul ad me conuersus, qui paulũ interquierã, Perge, ait, Lili, recondita ista, nec vulgaria nobis expone. Imò, inquã ego, sunt eruditis pretrita, quæ vos interiora & exquisita putatis, sed non vultis, postquã iam satis de Oppiano diximus eos vobis autores cõmemorem, quos reperi de piscibus scripsisse. Et valde, inquit Piso. Tũc ego, Primus, inquã, quod sciam, Callimachus fuit poeta Cyrenæus, secundus Cicilius, Argiuus poeta, qui & ipse Halieutica composuit. Tertius, Numenius Heracleota, Arcas. Quartus, Possidonius Corinthius. Quintus, Ouidius poeta Latinus, Sulmonensis. Sextus, Oppianus Cilix. Septimus, Olympius Nemesianus. Octauus, Seleucus Emisenus. Et hi quidẽ versu. Soluta verò oratione, Seleucus Tarsensis, Leonides Byzantius, Agathocles Athracius, Theophrastus Lesbius, & Damostratus historicus, qui libris viginti Halieutica scripsisse dicitur, & in ijs de diuinatione egit, quæ per aquam fit, quam Græci hydromantiam vocant. Demum & M. Antonius Cæsar & philosophus de piscibus non nihil scripsit, cuius etiam quedã extant adhuc. Sunt & qui hodie hanc rem meditantur, & antiquis recentia nomina conferũt, vt Iouius, M. Assarius, Gyllius, alij. Ex his, inquit Piso, facile colligimus, quàm harum rerum fueris aliquando curiosus. Sic est, vt ais, inquam, Piso, sed eruditam ista orationem, non elegãtem faciunt. Vnam malim ego, vel exiguam epistolam vel Bembii vel Sadoleti scripsisse, quàm vel totam huius diei dictionem. Te tuarum, vt video, inquit Piso, opum pudet, pigetq. Nobis saltem vel hanc thesauri partem impertiri non nolis, qui te adeò amamus, & libẽter audimus, reliquãsq; tabulæ imagines explica. Sic, vt vultis, agam. Erat & Marcelli poetę imago, qui Sidites fuit. Est enim Sida, Pamphylia vrbs haud ignobilis. Floruit verò M. Antonij temporibus, libros duos & quadraginta carmine hexametro composuit, in quibus cũ de alijs tum multa de Lycano. Meminit & Marcelli Suidas, & D. Hieronymus, qui contra Iouinianũ scribens, ita ait, Legat, qui velit, Aristotelem & Theophrastum prosa, Marcellum Siditen & nostrum Flauium, hexametris versibus differentes. Sed viderint, qui Hieronymum corrigere studuerunt, an Fannium recte legerint. Ex eodem de viris illustribus, Ego vos tantum moneo in tantis tenebris, in quibus & lyncei caligant, ne quid vos prætereat, quod succurrat. Verũ de Rhemmio Fannio paulò post agemus. Post Marcellum erat Iulianus, Iuliano, philosopho Chaldeo, parre natus, qui eodem principe M. Antonio Pio, sacra responsa per versus edidit, & vt Græci dicunt, Theurgica, atque alia eiusce modi scientiæ arcana. Ferunt cum Romani magna siti afficerentur, nimioq; æstu terra hiulca scinderetur, Iulianũ repente nubes obscuras congregasse, tonitrusq; ac fulgura sua sapientia & arte conuocasse, vnde est largus terris humber immisus. Hoc tamen miraculum, sunt, qui tradant Arnuphin Aegyptium philosophũ effecisse

Marcellus.

Iulianus.

effecisse. Post Iulianum Nestor sequebatur, Nestorem Pisander filius, quorū pa-
 ter Seuero principe claruit, filius verò tum maximè, cum Alexander Mameæ
 Romanorum imperium obtinuit. Larandæ hi fuere. Est autem Laranda, Lycao-
 niæ ciuitas, Lycaoniæ, inquam, quæ Lyciæ & Isauriæ pars est. Qua causa factum
 est, ut à quibusdam modo Lycaonij, modo Lycij nominati sint. Nestor quidem
 Iliada conscripsit opus, ut sic dicam, monstruosum, deerant enim in eo literæ, & ut
 Græci dicunt, ἀσχετάτων, quo modo & Tryphiodorus scripsit Odysseam. In pri-
 mo enim utiq; A non reperitur, & similiter per totam rhapsodiam, atq; ita de in-
 ceptis. In vnaquaq; reliquit hic idem Nestor, ut Menander Rhetor prodit, auium
 10 & plantarum naturam literis perscriptam. Varro quoq; non ille antiquus Mar-
 cus, sed longè posterior, ut puto, apud Constantinum Cæsarem in xij de Re rusti-
 ca ita fermè de hoc Nestore: Remediorum, inquit, species paulò antè, cum sapien-
 tissimi Nestoris Alexicepon, id est, auxiliarem hortum, elegiacis versibus com-
 positum, interpretarer, absolutius cōscripsi. Cætera idem paulò pòst subiungit,
 At verò Nestor, ait, in Alexicepo suo brassicam, Lycurgi lachrymam esse dicit.
 Cum enim Bacchus eū reueritus, inquit, mare subijisset, Lycurgus verò vite iun-
 ctus lachrymam emisisset, ex lachryma brassicam enatam esse dicit, & ob id con-
 trarietatem inter se vitem & brassicam habere. Et quidem hæc ille. Scripsit item
 Nestor Metamorphoseon librum, citatur & eiusdem quoq; Alexandrias à Ste-
 20 phano. At Pisander huius filius variam historiam carmine complexus est, libris
 sex digestam, quam ἠρωικῶν θεογαμίαν, hoc est, deorū heroum; nuptias inscripsit,
 composuit & alia soluta oratione. Porro hac tabulæ parte erat Soterichi poetæ
 effigies, quem Oasitem patria fuisse scribit Stephanus. Est autem Oasis vrbs Li-
 byæ, quæ & Hyalis dicta est. Vnde Oasis ciues Plinio & Ptolemæo. Auasis
 quoque, Aegypti ciuitas, Oasis appellata est, ut idem autor est Stephanus. Sed
 enim qui Suidam exscriperunt, Soterichum Asitem, pro Oasitem reposuerunt,
 sed hæc scriptoris, non autoris inscitia. Floruit verò Soterichus Diocletiani Cæ-
 saris tempore, cuius etiam laudes perscripsisse dicitur, & præter eas Dionysiaca
 composuit, quæ & Bassarica libris quatuor. Item scripsit Panthiam Babylonicā,
 30 & Ariadnem, & Apollonij Tyanei vitam, Pythona, & Alexandriaca, quo libro
 Thebarum direptionem, ab Alexandro factam, complexus est, aliâq; nonnulla.
 Sed quoniam de Alexandro meminimus, succurrit & poeta Clemens, Apuleij
 familiaris, qui omnem ipsius Alexandri historiam pulcherrimo carmine illustra-
 uit, id quod Apuleius pluribus in Floridis attestatus est. Fuerunt & alij plures
 Soterichi, inter quos ille, si coniectari licet, faber & artifex, cuius opera rudia &
 incondita fuerunt, ut fermè illius opera in prouerbium transferint, ut Soterichi
 lecti, quorum è Seneca Gellius libro & ipse secundo meminit, his verbis. Qui-
 dam sunt, inquit, tam magni sensus, Q. Ennij, ut licet scripti sint inter hircosos,
 possunt tamen inter vnguentatos placere. Et cum reprehendisset versus de Ce-
 40 thego, Qui huiusmodi, inquit, versus amant, liceat & sibi & eosdem admirari &
 Soterichi lectos. Dignus sanè Seneca videatur lectione ac studio adolescentiū,
 qui honorem colorèmq; veteris orationis, Soterichi lectis cōparavit, quasi mini-
 mè scilicet gratiæ, & relictis iam cōtempnissq;. Et hæc tum Senecæ tum Gellij ver-
 ba. Fuit hinc etiam, ut puto, Læbus Soterichus, fragilis scilicet & rimosus, ut ex
 Antipatri Thessali epigrammate collegimus, in nostro de nauigijs. Celebratur à
 Sexto Emperico alter Soterichus antiquior, qui silurorum nidore, χολῆ, id est,
 bile agitabatur. Celebratur item alius à Plutarcho, quem & loqui nonnunquam
 in suis dialogis introduxit. Fuit & inter poetarū imagines Quinti Calabri, Græ-
 ci poetæ imago, qui libros quatuordecim scripsit eorum, quæ in bello Troiano
 50 ab Homero relicta sunt, quæ τὸ ἄριστον παραλεωόμενα inscribuntur, quæ & his no-
 stris diebus leguntur. Cœpit autem Quintus ab Hectore tracto, ut Macer apud
 Latinos. Huius Quinti vel Cointi, sic enim Græci, ab Isaacio grammatico men-
 tio fit, in expositione Lycophronis. Fuit & Idæi Rhodij imago, qui patrē Lissum

Nestor.
Pisander.

Soterichus.

Clemens.

Quintus Ca-
laber.

Idæus.

habuit, poeta ipse egregius & ingeniosus, versum hic versui componēs, poesim duplicauit Homericam. Alia item multa edidit, & de patria præcipue Rhodo, ad tria ferme carminum milia. Fuit & per hæc tempora Rhenmius Fannius græmaticus, & poeta Latinus, qui perperam, vt videtur, Farsus vel Fauinus à nōnullis dictus, ab alijs Palæmon cognominatus est, qui alter ab hoc, & eo etiam lōge antiquior, vt supra meminimus. Hic quidem Arnobij discipulus fuit, vt scribit Hieronymus, & Constantini Augusti primi tempore, de medicinalibus librum, eleganti carmine, ad Lactantium Firmianum misit. Extant quædā huius de ponderib. & mensuris carmina, quæ huic ipsi Fannio à doctis plerisque merito ascribuntur, tamen si quidā ineptè Prisciano. Nec desunt, qui huic eidem Dionysij Punicio de orbis situ Latinam interpretationem, quæ vulgò Prisciani Cæsariensis nomine circumfertur, attribuunt. Sed ignoscant mihi Prisciani manēs, si eum non poetam ego fuisse credo. Hac eadem Constantini ætate Porphyrius, poeta quidam Latinus fuisse perhibetur, qui varijs de reb. poemata scripsit, inter quæ librū Cōstantino ipsi Cæsari dedit, quo munere, ipsum relegatum ab exilio reuocauit, vt est ab Hieronymo & Beda in Chronicis obseruatum. Meminit huius & Fulgentius, qui eius epigrammata citat, ex quibus hic est versiculus,

Nudus, egens Veneris naufragus in tabula.

Citat item Rhabanus in mirabilium carminum prologo, eum enim ait, punctis quibusdam versus notare solitum, & propterea illius se exemplo versus facturū pollicetur. Sed de Rhabano inter Christianos agemus. Porphyrium quoque illū Tyrium inter philosophos tanti nominis, qui ea tantum ratione damnādy maximè, quod acerrimè cōtra Christianorum pietatem & scripsit, & se hostem præbuit, & poetam fuisse & carmina scripsisse didicimus. Nā cū de connubio sacro, diuino quodam numine afflatus, poema composuisset, in quo de arcanis quibusdam mysticisque rebus tractauerat, & illud Plotinus diuinus philosophus audiuisset, ad Porphyrium cōuersus, Ostendisti, inquit, te Porphyri, simul & poetam summum esse & Philosophum, & sacerdotem. Sed multa, quæ Porphyrius scripsit, Græci prodiderunt, quæ nostri non sunt instituti. Et eius vitam Eunapius Phryx historicus est executus, & ipse de se non parum multa, dum Plotini vitam describit. Non multò post, hoc est, eodem ferme tempore, hoc est, Iuliano imperante, Milesius ex Ionica Smyrna clauit, ab eodem Eunapio celebratus. Hunc Milesium in primis Anatolius, vir illustris & præpotens admirabatur, eumque Musam vocare cōsueuit. Fuit enim Milesius, vir suapte natura optimus, & ei vitæ deditus, quæ honores paruipendit, nec utiq; ambitiosa est, & studijs tantum vacat, & sacris. Nuptias hic etiam est aspernatus, complexus verò est poesim & carmina omne genus, & quæ poeseos Charites vocantur. Huius meminit nec semel Eunapius, à quo & Ionicus Sardenis medicus describitur, sed & poeta non incelebris. Fuit & Arrianus poeta Græcus, quem legimus metaphrasin, hoc est, interpretationem tralationem ve ex Vergilij Georgica fecisse, item de Alexandro Macedone XXXIII Rhapsodias scripsisse, quod opus Alexandria vocauit, item alia nonnulla ad Attalum, regem Pergamenum. De altero verò Arriano alibi, De Epicteti autem sectatore, & de historico haud nobis loquendum, rametsi historicum istum, qui Alexandri historiam reliquit, nonnulli eundem fuisse volunt, quòd carmine scilicet & soluto sermone Alexandrum scripserit. Quo modo & Vergiliam quidam tradidere Aeneida soluta oratione scripsisse, & carmine. Fuit & Eudemon inter poetas connumeratus, qui etli orationes non inelegantes scripsit, artemq; grammaticam, nec non rectè scribendi rationem, poemata tamen etiam multa composuit, quæ longo tempore in precio fere. Floruit eo, quo sophista Libanius, tempore, patria illi fuit Pelusium in Aegypto. Ab his non longè aberant Latinorum duorum imagines, Petronij scilicet, & Tiberiani. Quorum Petronius, Arbiter dictus est, & Massiliensis à plerisque existimatus, hic Satyricum opus variū, & vt sic dicā, miscellum cōposuit. Cuius licet

licet fragmenta ad nos tantum peruenerint, eademq; parum castigata, multæ tamen eruditionis hominem fuisse facillè cognoscimus, nam in taxandis moribus eum acrem, tum festiuum maximè, & iocis seria miscentem videmus. Quo tempore vixerit, quòdve institutum vitæ sectatus fuerit, haud sanè compertū, in declamationibus tamen versatum, ex ijs, quæ extant, elicimus. In Quintilianianis quidem enarrationibus, literatores quidam eum ante Quintilianum floruisse suspicantur, Sed Placidus Lactantius illum vult Statio posteriorem, vt à quo versus

sum pserit, & suis inferuerit, vt illum,

Primus in orbe deos fecit timor.

- 10 Petronij certè versus in testimonium à grammaticis veteribus afferuntur, Terentiano, Seruio, Fulgentio, alijs. Nō parum, mea quidem sententia, hi à veritate absunt, qui hunc ipsum Petronium eum esse nō modò putarunt, sed literarū etiam monumentis mandarunt, qui Bononiensium sanctissimus fuerit Antistes, cuius præclara pietatis monumenta in re Christiana nostris in annalib. traduntur. Tali sunt ignorantia, vt sic dicā, sipario, recentes nostri scriptores obiecti, vt pro sanctissimo & integerrimo, impium & nefarium deorū cultorē aliquādo nominēt. Tunc in me nō nihil incandescentē intuens Piso, Quid est, inquit, quod Christianos recētes ais scriptores decipi, & sæpius allucinari. Sic est per Deum, inquam, Piso, sed hīc non est locus, nec tempus ista dicēdi. Nam si quæ ego eius, qua sum,
- 20 mediocritatis homo, perperā ab eis relata & prodita obseruauī, cōmemorare velim, longior sim, ex quo enim ad quæstionum inuolucra, & locos inexplicabiles animum flexerunt, in tam obscuras rerū omnium tenebras, spōte & volētes ipsi irruisse videntur, vt omne penè lumē interdum amiserint. Nam vt mittam exiccatum & inuolutum dicendī genus, tum eorum mira est incōcinnitas, nullus eis orationis illuminatæ vestitus, omnis excæcata & obscura cognitio. Si qui tamē eorum hanc partem, vt sunt impudentes aliqui, attentare voluerunt, bone Deus quales nebulones, circūforaneosve Aretalogos vos audire putetis. At ne, quod me nō facturum dicebam, facere videar, eò, vnde digressus est, sermo reuertatur. Nobis verò, inquit Piso, periucunda erat ista à proposita oratione digressio, viden, vt mecum Picus attentē audit. Aliās, inquam, hac de re plura, nunc institutū ordinem sequamur. Non aliū, quam Petronium Arbitrum significari putarim illis Apollinaris hendecasyllabis,

— *Et Massiliensium per hortos*

Sacri stipitis Arbiter colonum,

Hellepontiaco parem Priapo.

- Scripsit etenim Petronius lasciuē admodum & impudicē, vt ex ipsis fragmentis facillè cognoscimus. Sed & de Massiliensib. eum scripsisse, testis est Seruius Maurus. Quia & eum Macrobius ait, fictis casib. amatorum argumenta, fabulāsque scriptitasse. Tiberianum verò poetam per tempora Constantini floruisse, testis est
- 40 Hieronymus in Chronicis. Scribit Seruius hunc epistolam induxisse, vento alla tam ab Antipodibus, quæ talem haberet inscriptionem, Superi inferis salutem. Qua, inquit, occasione tractat recipro. cum, quod de Antipodibus fertur. Citatur hoc ipsius inter cætera carmen,

Aurum, quo precio referantur limina Ditis.

- Fulgentius quoq; cum in Mythologico tum alibi, eiusdem versus affert. Prometheū hic scripsisse dicitur, quo libro deos ait sua singula homini tribuisse. Hactenus quidem de Petronio & Tiberiano. A quib. non longè aberat Quinti Sereni imago, qui poeta de medicinæ facultate, & morborum remedijs carmē quod in manibus habetur, scripsit, humili quidem dicendī filo cōscriptum, vt materia exi
- 50 gebat, nō tamen abiiciendum. Quædam licet in eo offendetis, quæ syncerius castiusq; exprimi potuissent, quorum aliqua exemplarium deprauationi, nō auctori sunt ascribenda. Quidam hunc eundem esse cum Sereno Sammonico existimant, cuius apud Spartianum est mentio, qui eum scribit in cœna à Caracalla occisum.

Quintus Serenus.

Serenus Sammonicus.

occisum. Huius & Lampridius in Alexandro Mammeæ meminit, ipsum enim ait nonnunquam orationes & poetas legisse, in quibus Serenum Sammonicum, quem ipse & nouerat, & dilexerat. Eiusdem etiam libros familiarissimos habuisse Antonium Getam legimus. Quin & Gordiani duo, pater & filius ipsum eundem Sammonicum summo amore ac beneuolentia profecuti, eiusque libros. Legitote Iulium Capitolinum. Sed & Macrobius in Saturnalibus lib. iij. Sammoniaci meminit, eiusque libros citat. At an idem sit Q. Serenus & Sammonicus Serenus, ut id sentientes falli decipique existimo, ita nihil habeo, quo id ipse comprobem, præter antiquorum codicum inscriptiones. Fuit verò hoc ipso Sereno alter, ut

A. Serenus.

Perit auipedis animula leporis.

Iulius Titus
Calphurnius
Siculus.
Aurelius O-
lympius Ne-
mesianus.

Lyricum verò poetam hunc ipsum fuisse manifestè ostendit Seruius, in Vergiliana Aeneide, ait enim Serenum ipsum adinstar, pro instar vsurpasse. Tum duæ simul erant imagines, Calphurnij scilicet & Nemesiani, quorum prior, Iulius Titus Calphurnius dictus est, & in insula Siciliæ natus, vnde illi cognomè Siculus. Bucolica hic scripsit, quæ extant, & à multis leguntur, probanturque. Ego certè in eò facilitatem, & sermonis volubilitatem, sed parum interdum nerui & cōcinnitatis offendi. Fuit quidem, cum ego eas omnes septem æglogas auidissimè legere, nam & me puero, magni quidam professores, ut tunc erant tempora, eas etiam publicè prælegebant. Floruit, si coniecturæ meæ standum putatis, Charo principe, & filijs Charino & Numeriano Cæsaribus. Ad quam coniecturam ea ratione inducor, quod is Nemesianus, ad quem æglogas misit Calphurnius, is fuit, qui cum Imperator Numerianus in poetica facultate certasse historici obseruant. Treuellius quoque Pollio, in Bonosi vita, Calphurnij epistolam recitat, quæ de Chari Cæsaris morte conscripta est, quam ad præfectum Urbis ille dederat, quo fit, ut hi tota via aberrant, qui Augusti Cæsaris ætate eum vixisse opinati sunt. Quo minus errant, qui eum Diocletiano Cæsare floruisse volunt, post enim Numerianum Diocletianus regnavit, ut palam ex annalibus colligimus. Inopem verò se ipse suo carmine fuisse ostendit, ut planè cum eius æglogam quartam legetis, inuenietis. Fratrem se natu minorem habuisse innuit, sub Amyntæ persona. Cætera autem, quæ de Calphurnij vita quidam comminiscuntur, tam floccificio, ut nec digna existimem, quæ vobis recitem. Calphurniū tamen & alium comicum poetam fuisse legimus, ex fabula, quæ Phronesis inscripta fuit. Hoc Fulgentius citat carmen,

Vbi tu Nasiternatus aquam petas.

Quo loco docet ad Chalcidium, Nasiternam vasis genus esse. Alter verò, quem diximus, Aurelius fuit Olympius Nemesianus, cui, quem modò diximus, Calphurnius suas misit æglogas. Tantæ autem hic Nemesianus fuit autoritatis, ut cum eo Numerianus Imperator, doctissimus in poetica facultate, certauerit, id quod vobis planius, cum Imperatorum imagines recensebo, ostendam. Fuit verò ex Africa Carthaginensis Nemesianus, qui præter æglogas, quæ passim leguntur cum Calphurnianis, & Cynegetica & Halieutica, & Nautica scripsit, ut Vopiscus literarum monumentis mandauit. Hic omnibus etiam poeticis coronis illustratus emicuit. Attulit annis superioribus, ex Gallijs, Actius Sanazarus huius Nemesiani Cynegeticorum fragmenta quædam, quæ ille mihi, cum Neapoli essem, ostendit, in quibus fragmentis his versibus Nemesianus de Charino & Numeriano fratribus, Chari Imperatoris filijs, non inuenustè meminit,

Mox vestros meliore lyra memorare triumphos

Accingar, diui fortissima pignora Chari.

Atque canam nostrum, geminis sub finibus orbis,

Littus,

Litus, & edomitas fraterno numine gentes,
 Quæ Rhenum Tigrimq; bibunt, Ararumq; remotum
 Principium, Nilq; bibunt ab origine fontem.
 Nec taceam, primum; quæ nuper bella sub Arcto,
 Felici, Charine, manu confeceris, ipso
 Penè prior genitore Deo, utq; intima frater
 Perfidos, & veteres Babylonis ceperit arces,
 Vltus Romulei violata cacumina regni.
 Imbellemq; fugam referam, clausasq; pharetras
 Parthorum, laxosq; arcus, & spicula nulla,

Et cetera, non illeptida. Post hos erat Ruffus Festus Auienus, qui & in antiquis co- Ruffus Fe-
stus Auienus.
Abidnus.
 dicibus Abidnus dicitur, & in Seruij etiam commentarijs. Hic ab aliquibus Hi-
 spanus est existimatus, ego certè nihil habeo, quo vobis id affirmare possim. Hic
 Dionysij Punici de situ orbis versus ex Græcis Latinos fecit, item Aratea Phæ-
 nomena, quod vtrunque opus extat carmine hexametro expressum. Et præter
 hæc de oris maritimis librum edidit, carmine trimetro iambico, ad Probum, vi-
 rum consularem, ad quem etiam Cl. Claudianus scripsit. Quo argumēto ducor,
 vt Auienum Claudiani, hoc est, Theodosij Imp. & filiorum temporibus floruisse
 20 credam, id quod & facile Hieronymi verbis astruere possumus, qui quodam sua-
 rum epistolarum loco, nuper illum scripsisse dicit, alij Diocletiani Caesaris, non
 sitis firmo, vt mihi quidem videtur, argumēto, alij vtrunq; in cōfessum, parumve
 compertum esse volunt. Seruius grammaticus Auienum ait Vergilianas fabu-
 las, & Liuium iambicis versibus descripsisse. Sunt, qui hunc ipsum Auienum es-
 se putent, quem Aurelius Macrobius in Saturnalib. cœnis loquentem induxit.
 Vtcunq; , tolerabilis est poeta, & dignus, saltē ob rerum cognitionem, vt ali-
 quando legatur. Sed ne quid à me desideretis, extat & libellus ad Theodosium
 Imperatorem huius, vt putatur, Auieni, nisi nos fallat inscriptio, in quo plerosq;
 Aesopi apologos elego carmine complexus est, qui an legitimus sit, non mul-
 tum esse precium operæ, vt disquiramus, existimo. Cuius, quisquis ille fuit, hæc
 30 verba sunt ex præfatione, Huius, inquit, materiæ ducem nobis esse Aesopum no-
 ueris, qui responso Delphici Apollonis monitus, ridicula orsus est, vt legenda
 firmaret. Verum has pro exemplo fabulas & Socrates diuinis operibus indidit,
 & poemati suo Flaccus optauit, quod in se, sub iocorum communium specie, vi-
 tæ argumenta contineant, quas Græcis iambis Babijs repetens, in duo volumi-
 na coartauit, Phædrus etiam partem aliquam quinque in libellos resoluit. De his
 ergo vsque ad xliij in vnum redactas fabulas edidi, quas rudè Latinitate composi-
 tas elegis sum explicare conatus. Hæc ille totidem verbis, & simul de Auieno fa-
 tis. Post quem sequebatur Cl. Claudiani imago, qui & ipse Theodosij, & filiorum
 40 Arcadij & Honorij temporibus floruit. Patria ei fuit Alexandria Aegyptia, id
 quod & Suidæ & aliorum testimonio facile cognoscimus, idem & suis ipse car-
 minibus comprobatur, vt cum cecinit,

— Et nostro cognite Nilo.

Quidam tamen insulse eum Hispanum, alij Florentinum existimauere. Fran. Pe-
 trarcha, & Landinus, nulla, vt reor, autoritate nixi, vt in eiusmodi re opus erat,
 Florentinum Claudianum arbitrantur, fuisse patre natum mercatore, qui ob Ita-
 liæ bella, quæ tum forte erant, in Aegyptum secessit, quo in loco ducta vxore,
 Claudianum filium genuit. Quibus & Politianus amore, vt puto, regionis, his
 50 versibus assentitur,

Aut Pelusiaci missum de plebe Canopi,
 Pulchra suum quem nunc Florentia iactat alumnum,
 Gaudentem Strygio dominam iunxisse marito.

Idem

Idem & Florentinorum olim Scriba, P. Collutius,

*Aegypto genitum noua me Florentia ciuem
Legibus agnouit; magnis iam digna poetis,
Infernos raptus Cereris, pugnasq; deorum,
Caesareas laudes, nec non Stiliconis honores.*

Et reliqua. Et ex Aegypto illum scribit his versiculis Sidonius Apollinaris,

*Non Pelusiaco satus Canopo,
Qui ferrugineos toros mariti,
Et Musae canit inferos superna.*

Florentino, viro clarissimo & insigni, in literarum omne genus gratissimus fuit. ¹⁰
Cuius quidem Florentini apud Graecos quaedam in Re rustica leguntur, quae ab Herone & Constantino afferuntur, eius & inter legum scriptores non rara mentio. Ad hunc eundem Florentinum & Claudiani extat elegia, cuius est hoc principium,

*Ocia sopitis ageret cum cantibus Orpheus,
Neglectumq; diu deposuisset opus.*

Non multis ab hinc annis, Romae, in ruinis vetustum marmor repertum fuit, quod statuam Claudiani suppositum fuisse, Pomponius Letus, alijque viri antiquitatis periti credidere, cum huiusmodi inscriptioni, CL. CLAUDIANO V. C. Cl. Claudiano V. C. Tribuno & Notario. Inter caeteras ingentis artes, praegloriosissimo poetarum licet ad memoriam sempiternam carmina ab eodem descripta sufficiant, attamen testimonij gratia, ob iudicij sui fidem, ²⁰ D. D. N. N. Archadius & Honorius, felicissimi ac doctissimi Imperatores, senatu petente, statuam in foro Diui Traiani erigi collocari quo iusserunt.

*έν τῷ Βιργιλίῳ νόος καί μεσσαίς ὀμήρῳ,
κλαυδιανός εἰ ὤμῃ ηἱ βασιλεῖς ἔθεσας.*

Cognoscite, quanto in precio fuerit Claudianus, cum in eo vno & Vergilij mentem & Homerij Musam fuisse testentur doctissimi Imperatores. Huius quidem statuam & epigrammatis meminit ipse idem Claudianus, in quadam praefatione, cum inquit,

sed prior effigiem tribuit successus ahenam, ³⁰
*Oraque patricius nostra dicauit honos.
Annuit his princeps, titulum poscente senatu,*

Et reliqua. Christophorus Landinus Claudianum Christianae pietati additum affirmat fuisse, illum enim scribit, primo quidem tempore dijs gentium initiatum, verum mox mutata in melius sententia, Christianum factum. Ob illud videlicet, vt reor, ipsius epigramma ad Christum Deum,

*Christe potens rerum, redeuntis conditor aui,
Vox summi sensusque Dei, quem fudit ab alta
Mente pater, &c.*

Idem & alij nonnulli afferunt, qui & alia Claudiani poemata ad Christum afferunt, vt illud, ⁴⁰

*Proles vera Dei, cunctisque antiquior annis,
Nunc genitus, qui semper eras.*

Et ite alia quae paulo ante sunt in Germania publicata. Sedenim qui eadem ferme Claudiani etate claruerunt, Aurel. Augustinus & P. Orosius id ex toto falsum esse docent. Ab illo enim in v. de ciui. Dei, Claudianus a Christi nomine alienus dicitur, ab hoc in historijs paganus, vt eius verbis vtar, & quidem peruicacissimus. cum quibus & hac in re Paulus Diaconus conuenit. Quibus vsque adeo maior est fides habenda, quam Landino, & nostrae tempestatis caeteris, vt illa etiam ego ⁵⁰ carmina vel alterius Claudiani putem, vel potius in Christianissimi Imperatoris gratiam composita. Nam & Trebonianus, si Suidae stamus, a Christi religione alienus, ex Iustiniani Imperatoris sententia in Paedectis, de Christo & Trinitate admiranda

miranda scripsit. Cōposuit verò multa Claudianus, quæ in manib. habentur, inter quæ & nōnulla Græca, vt Gigantomachiam, ex qua & Græcos versus legimus, vt hi sunt, quos Arsenius in suis apophthegmatis adducit, qd' argumentū & Latine tractauit, vel potius inchoauit. Extat & Claudiani Græcorū epigrammatum volumen, de Crystallo versus, qua de re eiusdem & Latini leguntur. Extat item poema de Aetna monte, quod an ipsius legitimum sit, nec probare nec refellere ausim, ex antiquissimo certè & castigato codice, qui Francisci Petrar-chæ fuisse creditur, illud ego ipse exscripsi. Hæc cum dixissem, ratus de Claudiano haud me plura dicturum, sic Piso ait, Istius ego poetæ à primis vsq; annis studiosus fui, eius enim mihi carmen non sonorum modò & elegans, sed & floridū

10 semper visum est. Idem dicere velle videbatur puer Picus, cum ego, Nec equidem puer ego vnquam Claudiani versus contempsi, sed cum minimè numeros & liniamenta variet, idemq; sit vbiq;, ab aliquibus eo nomine in ordinem redigitur. At si cui fortè illius numeri satis placent, placeant, eius certè flaccescit inuentio. Nam cum primo animi impetu, vt videmus, pulchrè materiam apparet, & animosius feratur, mox tanquam ventus hominem deficit, nec principijs satis postrema respondent. Omnino tamen, vt Piso dicebas, est poeta canorus, volubilis & valde dulcis, sed certè parum idoneus, dignusq;, vt tantopere illum imitari studeatis. Sunt quidem in eo, si cum delectu decerpantur, flores, qui mi-

20 rū dictū est, quàm vobis prodesse possint. Sed de his satis, ne viribus maiora tractemus. Fuit & alter Claudianus Mamercus Viennensis, ex Gallia, quem miris laudibus effert Sidonius Apollinaris, eum enim excelluisse ait cum in omni poetica, tum etiam in philosophia & theologia. De quo haud mihi in præsentia sūt vobis plura dicenda, cū, si Sidonij epistolarum librum quartū legeritis, tertiam inuenietis totam in laudes ipsius Claudiani esse compositam, vndecimam verò in eius iam defuncti cōmendationē, eiusq; epitaphium. Eiusdem præterea Genadius in libro illustrium virorū meminit. Legi ego huius Claudiani librum de statu animæ, in quo multa bonæ frugis documenta, ac doctrinæ recōditæ reperi. Sunt &, qui ea, quæ de Christo carmina leguntur, non prioris Claudiani, sed

30 huius posterioris esse affirmant, ea in primis ratione persuasi, qd' & varius sit stilius, & quod ille, vt diximus, à Christiana pietate fuerit alienus, doctiorū tamen esto hæc cēsura. Et hucusq; de vtroq; Claudiano. Post quos Pamprepius erat, poeta Græcus, ex Aegypto, Panopolitanus, alij ex Thebis Aegyptijs oriundū autumant. Zenone Cæsare imperate floruit, apud quē etiā autoritate valuisse legimus. Suopte verò naturæ instituto aptus fuit ad omne doctrinæ genus, vnde cū ex Aegypto Athenas migrasset, ibi cōmuni omniū cōsensu publicus iuuentutis magister constitutus est. Hic quidē à Proclo, tum summo philosopho, philosophiā, reliquasq; bonas artes edidicit, verū cum inimicitias cū Theagene quodā, tū tēporis optimate Athenis, immodicè exerceret, inde, hominē exofus, Byzantiū profectus est, vbi Cæsaris amicitia facile adeptus, plurima versib. perscripsit, in quib. summa apud Græcos fuit cōmendatiōe celebratus. Sed præter versus, & Isaurica soluta oratione, aliāq; nonnulla literarū monumētis mandauit, vt est à Græcis scriptorib. proditū, à quibus Pamprepij ipsius vita copiose describit. Fuit & hac tabulæ parte Christodori poetæ imago, qui Panisci filius, ex Copto, Aegyptia ciuitate duxit originē, tametsi Planudes in Græcorū epigrammatū scholijs Thebanū putauit, sed alter, mea quidē sententia, Thebanus fuit, qui inter Christianos poetas est relatus, perperamq; Copitū pro Coptitio idē Planudes vocat. Videñ autē Coptitius à Copto ciuitate vocari. Anastasij verò Cæsaris tēpore & vixit, & plurima scripsit, inter quæ Isaurica libris sex, quib. eius ha-

40 losin, hoc est, si Latine licet dicere, captiuitatē, carmine heroico complexus est, quæ ab ipso Anastasio facta fuerat. Scripsit itē vrbis Cōstantinopolitanæ instituta, & cætera, libris xij, & Thessalonicā, libris xxv. & Naclen, quæ prope Heliopolin Aegypti est ciuitas, in qua ea fuerūt, quæ nunc Aphaca, nunc Alphaca

Claudianus
Mamercus.

Pamprepius.

Christodorus.

Suidas appellat. Scripsit & patriā Miletū Ionix, & patriā Trallīū, & Aphrodisiades, adhuc & ἐκφρασις, hoc est, narrationē seu explicationē statuarū, quę in gymnasio publico, qđ Zeusippi dicitur, & aurigarū epigrammata, quę Byzanti in Hippodromo posita fuerāt. Quę omnia ferē in quinto Græcorū epigrammatum volumine adhuc collecta legunt, quidā existimāt ea esse, quę Priscianus grāmaticus Casariensis à se lecta ait, in xerolopho Byzanti. Est verò Xerolophon, vt quidā putāt, colūna, in qua sint Cochlides Dianę dicata, alij tumulū exponunt, ex cōgestis lapidib. factū, addūt alij aridū & siccū, ob videlicet nominis interpretationē. Sūt, qui locū dicant à Seuero conditū quidē antea, vbi sacra multa fecerit, inibiq; oracula reddita, & virgo aliquādo sacrificata. Suidas his plura, sed implicite. Prisciani, quę citauimus, verba hęc sunt, quę tū in primo de octo partibus orationis, tū libro sexto legunt. Ostēdunt, inquit, epigrammata vetustissima, quę & literis vetustissimis scripta, in multis tripodib. legi, & maximē in tripode Apollinis, qui est Cōstantinopoli, in loco quē Xerolophon vocāt. Socrates in historia, quę ab Epiphaniō traducta est, libro xi Tripartite, Faciebat, inquit, collectas cōtra Sisinniū, suum episcopum, in loco ciuitatis, qui ξηρόλοφος appellat, in Arcadij foro. Iustinianus quoq; Imperator, libro Institutionum quarto, titulo de publicis iudicijs, Quod nos, inquit, telum appellamus, illi τήλον appellāt, admonent, ait, nos epigrammata in xerolopho scripta, etsi in vulgatis exemplaribus aliter legitur. Andreas Alciatus, nostrę ætatis Iurisconsultorum eruditissimus, hoc loco legendum existimat, Quod nos telū appellamus, illi βίλος appellant. Quod recte pcedit, sed loco Xerolophi Xenophō substituit, quod in titulo De verborum significationib. Caius ita legat, vnde Imperator seu verius Theodosianus ea verba in Institutionibus desumpsit. At quid hoc loco facit illa dictio, epigrammata: an est ociose posita: qđ ipse minimē reor. Porrò ne quid vos lateat, quis nihil hoc ad rē, verbum est apud Græcos, cum sine lauacro vngunt, ξηρολοιφην, quo Aeschines vsus est, Didymus & Nicāder exponūt, alijq;. Hęc ego vobiscum de xerolopho, nunc ad Christodorū redeo, qui & alia, præter ea q̄ supra dicta sunt, nō parum multa scripsit, quorū & quædā extant, nisi mentitur inscriptio. Fuit & alter huius nominis poeta Thebanus, à nobis inter Christianos referendus. Erat & hac parte tabulę Coluthus Lycopolites, ex ea & ipse Aegypti regione quę Thebęa dicta est. Epicus verò poeta fuit, & eadem fermē ætate claruit qua Christodorus. Scripsit autē calydoniaca, quę dicta sunt, libris sex, & Persica, & laudationes: item opusculum quod superioribus annis apud Hydruntem à Bessarione Nicæo antistite repertum audiuimus in quadam peruetusta D. Nicolai æde, cū antea ad ea vsq; tempora delituisset, illiusq; nulla haberēt notitia. Eo verò libro Coluthus agit de Helenę rapto, Peleiq; & Thetidis nuptijs, fabulā exorsus à Paridis iudicio. Post hunc fuit Callistus, qui, vt Socrates in historijs scriptum reliquit, sub Iuliano Cæsare meruit, intēq; eius familiares fuit, & ipsius Iuliani historias heroicis versib. est executus. Fuit & Theodosius Tripolites, vt puto, ex Africa, qui carmen cōposuit quod Ver inscripsit, itē alia pleraq;. Hos sequebatur Marianus Syrus, qui Romanus cognomine dictus est. Metaphrases plurimas conscripsit senario iambico, Theocriti videlicet, Apollonij, Callimachi, Arati, Nicandri, aliorū. Neq; ab his procul aberat Martianus Felix Capella, qui etsi Carthaginensis fuit, latinē tamē multa scripsit, sed nouo quodā & affectato scribendi genere, quo plerique in terra Africa vsi sunt, vt Apuleius, Tertullianus, & Fulgētius. Carmina hic multa cōposuit, suis & libris inseruit. Eius verò Philologię & Mercurij nuptiæ non aliud mihi esse videntur, quàm figmentum quoddā poeticū, quod cū soluta oratione, tum pedibus astrictum conscriptum sit. Parum ab alijs scriptoribus antiquis Martianus, quod sciam, celebratur, nisi in eo qui de disciplina ecclesiasticorū inscribit, qui à quibusdā Seuerino Boetio attribuit. Putabā, inquit Pīso, te hunc ipsum Martianū laudaturū esse, cum te eius tātopere studiosum aliquādo nouerim, & idcirco vt eius

Coluthus.

Callistus.

Theodosius.

Marianus.

Martianus
Felix Capella.

eius imaginem recenseres expectabam. Fateor equidem, inquam ego, quod ais Píso: sed nunc demum cognosco quantis in tenebris versaver. Nam tametsi multa variáque in eo sit & exotica eruditio, nihilominus non est pueris ediscendus. Neq; enim tenera ætas eruditioni, vt mea fert opinio, sed linguæ proprietati, & elegantiaë studere debet, & naturam imitari, quæ nos quidem prius verba formare, dein cum annis sapientiam assequi docet. Nímis imprudēter, ne fatuē dicam, hi faciunt doctores, qui prius huiuscemodi autores pueris ediscēdos proponunt, vt mox si lumen & elegantiaë splendor eis affulgeat, ea dediscere cogantur, quæ tanto studio, tantisq; vigilijs percepere: idq; plerunq; frustra tentatur.

- 10 Difficillimè enim abusus macula eluitur, quæ mollioris sit ætatis tempore contracta: meq; propterea adolescentiaë meæ pudet, pigētq;. Mitte quæso, inquit Píso, ista queri, dabimus nos certè operam, ne nos frustra monuisse videaris: nostra enim potius, quàm tua causa, nunc nobis ista dixisti, quare iam reliquum exequere. Tunc ego: Martianus Capella, inquam, de quo agebamus, patrem habuit nomine Felicem, è Martis curia, vnde fuit Martiano filio cognomen inditum: dignitatem proconsularem gessit, id quod vltimo voluminum suorum epigrammate Martianus ipse significat. Atq; hæc quidem de illo satis, reliqua nostro illi amico & ciui referenda relinquamus, qui in eius Mercurij & Philologiaë nuptias commentaria scribere conatus est. Fuit & alter Capella eo longè antiquior,

- 20 elegorum carminum poeta, cuius Ouidius de Ponto hoc versiculo meminit:

Clauderet imparibus verba Capella modis.

Capella ab-
ter.

- Hanc tabulæ extremam partem vltimi clauderent Fran. Petrarcha & Ioan. Boccattius, ambo poetæ, ambo Hetrusci, hic ex oppido Certaldo, propter Arní ripã in collè sito, ille ciuis Florentinus, Ancisæ tamen natus. Qui ambo, præter ea quæ multa soluta oratione vterq; composuit, nonnulla quoque carmine latino scripsere, in quibus non multò præstat alter alteri. In his licet, quod temporum tamen vitio adscribendum putarim, iudicij minus sit & limæ, multum tamen poetici spiritus habere videntur. Præter eclogas & epistolas, Africam quoq; opus heroicum Petrarcha conscripsit, quo in opere vanus de se vates fuisse videri potest, neque enim id laudis eo poemate est assecutus, quod de se ipse vaticinatus fuerat. In eo tamen, quod temporum fuit inuidia, vt iam dixi, si quædam nimis oscitanter & frigide dicta mutantur, & redundans superfluensq; oratio cohibeatur, atq; omnino aliqua arte limetur, in aliquo poterit poetarum numero haberi. At Deus bone, quæ illi lingua patria & vernacula vterq; scripsere, hic scilicet rhythmis, lyricas cantiones & epigrammata, ille soluto sermone, & cum primis facetas & iocosas decem dierum narrationes (sic enim illum græcè *δικαιμυρος* librum inscripsit) qualis est vtriusq; lepos, quæ gratia: nihil fieri potest, omnium bonorum iudicio, candidius, suauius, elegantius. Ex vtriusq; certè scriptis illa ipsa germana Hetruria redolere videtur. Hæc vos verò maxime cupio, etiam mo-
- 30 neo, feriatos pro talis & tesseris, pro omni alea, identidem ac sæpius legere: multū enim ingenio conferent, quando ex his fere non minus laudis & gloriaë, quàm ex Latinis, noster Bembus & Thebaldeus, alijq; permulti assequuti sunt. Sed iã satis. Hæc cum dixissem, Píso, Et quidem satis, ait: nam & iam solis ardor inclinat, & non nihil, vt video, tu fessus es dicendo: quare iam tempus est vt in oppidum reuertamur, prope enim hora est qua te cum principe esse oportet, Cæsaresq; & reges, ac Christianos poetas in sequentem diem transferemus.

LILII GREGORII GYRALDI FER-
RARIENSIS DE HISTORIA POETARVM DL-
ALOGVS QVINTVS, AD VIRVM DOCTISS. IOAN.
Sinaptum Germanum, philosophum & medicum illustrissimæ Re-
ginæ ac Principis Ferrariæ, dominæ
Renatæ.

Poeticam facultatem, diuinam quidem iure appellatam, vnam inter alias præstantissimam, no-
bilissimamq; esse, multis iam pridem argumentis est patefactum, eruditissime SINAPI: a-
lia enim mores, alia vitæ instituta, alia humana, alia diuina, vna hæc omnia complectitur. Suos
reliqua cultores & professores, non ex omni hominum genere habuerunt, sed priuatos quosdam:
at poetica ex omnibus eminentes ac præcipuos aliquos semper habuit, nobiles, ignobiles, mares, fæ-
minas, Græcos, Latinos, barbaros, & omnis conditionis homines, id quod faciliè ex nostris his ser-
monibus quiuis cognoscere poterit. Nunc plerosq; ex regibus & Cesaribus ostendemus ita in hac
facultate excelluisse, vt non minorem sibi gloriam ex hac quàm ex re militari, ac orbis terrarum
imperio & dominatu compararint. Ad hæc præterea vide quæso, quàm poetica sit omni laude di-
gnissima. Nostris illi proceres, à quibus Christianum nomen propagatum est, hanc ipsam à primor-
dio neglexisse & penè despectam habuisse videri possunt, vno duntaxat Paulo excepto, qui ab
ea versus nonnullos, suppressus tamen poetarum nominibus, aduocauit, quòd non parum multa à
poetis, de falsis gentium deis conficta videbant: ideoq; Christiana pietati, qua in Dei vnus trini
numinis religione & cultu consistit, minus aptam idoneamq; putabant. Verum vbi aliquo tempo-
ris processu in ea diuina mysteria, & manifestas de vero Deo sententias exquisitius nonnulli ex no-
stris explicatas animaduertuerunt, non ab Hebræis modò, sed & gentium Theologis, qui primi po-
etæ extiterunt, ad hanc poeticam ita animum induxerunt, vt inter nostros ipsos Christianos non
parum multi inuenti sint superiorum temporum curriculum, & nostris his etiam diebus longè plu-
res videamus qui hanc facultatem ita excolant, vt antiquis penè gentium poetis conferri possint.
Quare cum eam tabularum nostrarum partem, qua Casares & reges nonnulli, simul & Christia-
norum poetæ patefuerunt, literarum monumentis pro virili mea mandauerim, eandem tuo nomini
suauissime Sinapi dicare constitui, vt hoc saltem quantumcunq; munere apud omnes vtrunq; te-
statum facerem, me nec beneuolentia, qua me à Manardi nostri interitu penè incognitum prose-
cutus es, immemorem, nec beneficiorum ingratum esse. Dialogum hanc igitur nostrum attende,
si tantulum moræ datur à grauioribus tuis studijs, in quibus apprimè flores, philosophiæ & medicæ
facultatis. Quid enim hæc nostratia humanitatis studia dicã, in quibus in puerili tua sic etate pro-
fecisti, vt adhuc adolescens, ea & græcè & latinè publicè apud vestrates sis professor? Sed tu, qui
tuus est pudor ingenuus, & tuis es dotibus ingenij amplissimè notus, nostro non indiges, nec appe-
tus præconio celebrari. Dialogum, inquam, attende, in quo non eruditionem, minusq; elegantiam,
sed historiam simplicem & fidelem cognosces. Vale, & quo me soles amore prosequere.

Ferrariæ, Idibus Iunij, natali meo die, L X I I I. anni climacterici,

millesimo verò D. X L I. à Christi
natiuitate.

DE POETARVM HISTORIA DIALOGVS QVINTVS.

M tres ipsi postridie eius diei, quam alijs diebus, seruis conuenissemus, quod ego Pico patri operam naturam, primus puer Picus sic coepit: Si vobis, inquit, vtrisque placet, locum hesternum mutemus, atq; hic propè labentem canalis riuum deambulemus. Ita sanè, inquam ego, si ita comiti videtur: nam cum decurrentis a quæ lapsu, tum leni quoq; aura recreabimur: sex enim hic, aut ad summum septem confectis spatijs, omnem hanc, puto, partem absoluemus. Sic agas, inquit Pico, scenicòsq; poetas ac lyricos, reliquòsq; ad sequentium dierum potius sermones differamus. Tunc ego, Rectè mones: nam tamen Platonem videmus & M. Tullium, diuinos illos quidem viros, omnem vtrinq; suam de legibus oratione perorasse vno æstiuo die, nò ea ego sum facultate, vt id prestare possim, meq; cum ijs aliqua ex parte conferre. Quare hanc tantum partem, quæ de Cæsaris & Christianis poetis est, vno huius diei reliquo quod restat tempore, sermonè conficiam, quod cum vtrique placuisset, ita deambulando exorsus sum. Erat quidam, inquam, quasi deductus in tabula trames, in quo augustæ quædam & regis imagines erant, inter quas C. Iulij Cæsaris prima videbatur. Nà tamen multi & reges & principes viri in hac facultate enituerunt, quos sparsim his dialogis retulimus, non tamen hi fuerant hac parte depicti, quin Plutarchus quoq; Artuasdem ait Armeniorum regem tragœdias, orationes & historias scripsisse, quæ ad ipsius Plutarchi tempora extabant: id quod & Appianus Alexandrinus in eo, qui Parthicus inscribitur, affirmat, sed Artabaxen identidè nominat, quod an librariorum erratū sit, an duo, non vnus, fuerint, vel duob. his nominibus rex vnus vocaretur, non satis mihi liquet. Cornelius quoq; Sylla, q. Felix dictus est, vt est ab historico Nicolao proditū, comœdias satyricas lingua latina cõposuit. idem scribit Athenæus. Mimis verò & huiusmodi ridiculis poematibus vsque adeò delectatus, vt eorum autorib. ex publico arua & opes multas sit elargitus. Idem & Plutarchus innuit in eius vita, qui & illum versus composuisse ait, cum Athenas obsideret. Illud certè de eo proditum est, non indignū vt vobis referam hoc loco, eum scilicet cum malus quispiam poeta epigramma longiusculis versibus suarum laudum obtulisset, statim iussisse præmium dari, ea conditione, ne quid postea de se scriberet: quod argumentum est, illum calluisse poeticam. Nam quod literas sciverit, & præter versus, rerum à se gestarum historias scripserit, aliq; permulta, iam pridem est à grammaticis, cæterisq; scriptoribus annotatum, declaratumq; illud quod à Cæsare in Syllam dictum ferunt, eū nescisse literas. Sed his missis, pergo de Cæsare, & reddo quæ coeperam. Erat verò Cæsar ita in tabula pictus, vt reuocatos à vertice capillos habere videretur, laurea superimposita. Fuisse autem poetam Cæsarem facile nobis persuasum erit, si quæ de eo à scriptoribus traduntur, attenderimus. Suetonius poema ipsius celebrat, quod erat Iter inscriptum, item & Oedipi tragœdiam. Necnon Herculis laudes ab eodem compositas tradit, quas nihilominus publicari vetuit Augustus, vt quæ ab adolescentulo essent compositæ. Scribit tamen Tacitus Cæsarem & alia carmina composuisse, quæ in bibliothecis reposita fuerunt. Plutarchus quoq; ipsum, cum captus esset à piratis, ait orationes & carmina componere solitum, quæ cum piratis legeret, & parum laudarent, eos vocabat homines sine sensu, ac barbaros, dignosq; cruce, quos & paulò post liberatus cruce suffigi mandauit. Scribit Plinius xix. natur. hist. olus syluestre esse trium foliorum, diui Iulij carminibus, præcipuè iocis militaribus celebratum: alternis quippe versibus exprobrauere lapsana se vixisse apud Dyrhachium, præmiorum parsimoniam cauillantes. Verum lapsana ne hæc fuerit, quam ipse in commentarijs radicis ge

Artuasdēs.

*Cornelius
Sylla.*

nus ait quod clara appellatur, quodque lacte admixtum, panis similitudinem & usum præstabat, non satis scio. meminit & Plutarchus & Suetonius. Extant ad hunc diem apud Donatum grammaticum hi de Terentio versus, ex quibus facile cognoscere potestis, quantum in ea facultate valuerit:

*Tu quoque tam summissu dimidiata Menander
Poneris, & merito, puri sermonis amator.
Lenibus atque vitam scriptis adiuncta foret vis
Comica, ut equato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte iaceres.
Maceror, hoc unum et doleo tibi deesse Terenti.*

Atque hæc tenus quidem de Cæsaribus: nam de ipsius eloquentia, & dicendi facultate, cum ex ipsius commentariis, tum Marci Tullij testimonio notius est, ut nihil clarius. C. quoque Iulium Cæsarem, Lucij filium, oratorem illum præstantissimum, quem Marcus Cicero in secundo de Oratore, de ridiculis differentem inducit, poetam fuisse legimus, cuius rei cum alij sint testes, tum locupletissimi sunt Cicero in Bruto, qui tragædiarum ipsius lenitatem commemorat, & nostra ætate Hermolaus Barbarus. Fuit verò hic Cæsar, Q. Catuli ex Pomilia matre frater, qui civili bello inter Syllam & Marium absumptus est. Sed institutum sequamur. C. Cæsarem sequebatur Octavius Augustus, qui, licet Tran-

C. Iulius Cæsar
Lucij filius.

Octavius
Augustus.

*Quod fuit Glaphyran Antonius, hanc mihi pœnam
Fulvia constituit, se quoque, uti futuam.
Fulviam ego ut futuam, quid si me Manius ores?
Pædicem, faciam? non puto, si sapiam.
Aut futue, aut pugnemus, ait. Quid quod mihi vita
Charior est ipsa mentula? signa canant.*

Videtis in re obscœna leporem, candorem? Tragædiam verò, quam magno impetu exorsus fuerat, non succedente stylo, aboleuit: quærentibusque amicis, vel, ut scribit Macrobius, Lucio tragædiarum scriptore, respondisse ferunt, Aiacem suum in spongiam incubuisse. Achillis etiam fabulam ab Augusto compositam Græci quidam tradidere. Delectabatur verò veteri Comœdia, quam & publicis spectaculis sæpe exhibuit. Circunferuntur eius nomine versus, quibus Vergilianam Æneida cremari vetuit,

Ergo ne supremis potuit, &c.

Quos versus etsi graues alioqui autores in Vergilij vita probare videntur, nihilominus acri iudicio vitæ Ant. Theb. non eius ætatis versus esse asseuerabat, ut cunctique Augusto ascribuntur. Fescenninos item Augusti versus in Pollionem celebrat Macrobius, de quibus interrogatus Pollio cur non responderet, Non facile, inquit, est in eum scribere, qui possit proscribere. Horatius quoque studiosum poetices Augustum fuisse ostendit, ad ipsum in epistolis scribens. Elogium Drusi Neronis tumulo Augustus, versibus à se compositis exculpi mandauit, ut est apud Tranquillum. Recitantes quoque Augustus benigne & patenter audiuit, nec tantum carmina & historias, sed & orationes, & dialogos: componi tamen aliquid de se, nisi & serio & à præstantissimis, offendebar. Sed de Augusto iam plus satis. Post Augustum Tiberius Cæsar eius priuignus, adoptatus in filium, in tabula fuit, qui ut Tranquillus scribit, artes liberales vtriusque generis studiosissime coluit. In oratione latina secutus est Coruinum Messalam, quem senem adolescens obseruauerat, sed affectatione & morositate nimia obscurabat sty-

Tiberius Cæsar.

lum,

lum, ut alquanto ex tempore quam à cura præstantior haberetur. Composuit & carmen lyricum, cuius est titulus, Conquestio de Iulij Cæsaris morte. Fecit & græca poemata, imitatus Euphorionem & Arrianum & Parthenium, quibus poetis admodum delectatus, scripta eorum & imagines publicis bibliothecis inter veteres & præcipuos auctores dedicauit, & ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt, maximè tamen curauit notitiam historiarum fabularis. Atque hæcenus quidem Suetonius. Plinius quoque in secundo naturalis histor. Tiberij Cæsaris carmen celebrat, quod in stellam, quæ Græcè Acontia dicta est, visam quinto illius consulatu, perscripsit. Tiberium sequebatur ¹⁰ Germanicus Cæsar, Drusi filius, qui à Tiberio adoptatus, eiusdem (ut putatur) iulii veneno è medio sublatus in Syria à Pisone fuit, ætatis suæ anno quarto & trigésimo. Veneni signa, ut ait Tranquillus, præter liuores, qui toto corpore erant, & spumas, quæ per os fluebant, eius quoque inter cineres cor incorruptum repertum est, cuius ea natura existimatur, ut veneno tinctum non cremetur. Fuit verò Germanicus cum domi tum foris excellentis ingenij & virtutis, cuius quando vita à Suetonio & à Corn. Tacito describitur, missis cæteris, ego ea tantum quæ vel ad eius eloquentiam vel poeticam pertinent, attingam. Omnes, inquit Tranquillus, Germanico corporis animiq; virtutes, & quantas nemini cuiquam contigisse satis constat, formam & fortitudinem egregiam, ²⁰ ingenium in utroq; eloquentiæ doctrinæq; genere præcellens, benevolentiam singularem conciliandæq; hominum gratiæ, ac promerendi amoris mirum & efficacissimum studium. Orauit causas etiam triumphalis, atque inter cætera studiorum monumenta reliquit & comœdias græcas. Extant & in græcis epigrammatum voluminibus, quos legi, ipsius nonnulli versus in Themistoclem. Doctis ferè omnibus persuasum video, elegans illud epigramma, quod numeris omnibus est absolutum, de puero Thrace, huius esse Germanici, quod dignissimum est, ut hic & ubiq; recitetur. Hoc autem ipsum est:

*Thrax puer astricte glacie dum ludit in Hebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas.*

³⁰ *Dumq; ima partes rapido traherentur ab amne,
Abscidit heu tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inuentum mater dum conderet Vrna,
Hoc peperit flammis, cætera, dixit, aquis.*

Extat & in manibus habetur eiusdem Cæsaris Germanici Aratea interpretatio, quam & diuus Hieronymus post Ciceronianam agnouit. Celebrat Plinius Germanici carmen, quod in Cæsaris Augusti equum composuit. Ouidius verò poeta ubique Germanicum poetam facit, summisque laudibus effert, ut in Fastorum libris, quos eidem dicauit: tametsi grammatici quidam malint Tiberio Cæsari dicatos. At vos videte quam bene Germanico conueniant cum sic canit:

⁴⁰ *Quæ sit enim culti facundia sensimus oris,
Civica pro trepidis cum tulit arma reis.
Scimus & ad nostras cum se tulit impetus artes,
Ingenij currant flumina quanta tui.*

Sed id manifestius ad Suillium, cui nupta fuerat ipsius Ouidij priuigna, quam omnem elegiam ne vos, quaeso, legere pigeat, in ea enim de hoc ipso Germanico ita inuenietis:

⁵⁰ *Si quid adhuc igitur viui, Germanice, nostro
Resstat in ingenio, seruiet omne tibi.
Non potes officium datis contemnere vates,
Iudicio precium res habet ista tuo.
Quòd nisi te nomen tantum ad maiora vocasset,
Gloria Pieridum summa futurus eras.*

Germanicus
Cæsar.

Sed dare materiam nobis quàm carmina mauiis,

Nec tamen ex toto deferere illa potes.

Nam modò bellà geris, numeris modò verba coerces,

Quodq; alijs opus est, hoc tibi iustus erit.

Claudius
Nero.

Hæc cum de Germanico dixissem, Video, inquit Piso, & docti pleriq; mecum, Fabium Quintilianum istius etiam Germanici, quod dicere videris oblitus, mentionem facere, vbi de ingeniorum æstimatione agit. Cui statim ego: Non oblitus, inquam, sed in eo erratum esse ostendam, cum de Domitiano Cæsare paulò post agemus. Succedebat verò in tabulis Claudius Nero. Nam tamen si Claudius Cæsar, vt Diò & Suetonius scribunt, liberalibus disciplinis à prima ætate nō mediocrem operam dederit, ac sæpe experimenta cuiusq; etiam & græcæ & latinè publicarit, multaq; perscripserit, ac in primis, hortante Liuiò, historias, & Sulpitio etiam adiuuante: item de alea librum, & Ciceronis defensionem aduersus Asinij Galli libros, & comœdiam græcam Neapolitano certamine docuerit, multumq; pro tribunali etiam heroicis sit versibus locutus: nouas etiam, vt idem Suetonius & Tacitus, & cum his grammatici tradūt, literarum formas addiderit, vulgaueritq; compertum habens græcam literaturam non simul ceptā absolutamq; quæ quidem literæ eo pereunte perierunt: non tamen ideo in poetarum numero fuit, nec poetæ nomine dignus. At Nero egregiè poeticæ facultati operam dedit, & in ea est ambitiose versatus: hanc verò, vt reliquas virtutes, vt scitis, fœdissimis ac teterrimis vitijs inquinauit, omnium enim hominum perfidatissimis moribus fuit. Cornelius quidem Tacitus Neronem parum in poetica valuisse in suis historijs prodidit: cui, si coniectari licet, contradicit Trāquillus, qui illum quadam naturæ propensione ad poeticam ferri, & sine labore carmina scribere tradidit: idq; eo argumento astruit, quòd pugillares libellosq; illius manu perscriptos viderit, in quibus multa & deleta & superinducta erant, vt planè à cogitante, atq; vt ille ait, à generante exarata viderentur. Celebrat idem eius carmen in Mithridatem. Scripsit item Troica, quæ & vrbs incendio expressit. Multa quoq; à Dione in historijs, de Neronis versibus traduntur, & præcipuè quæ poemata Troica dicta sunt: quædam & à grammaticis Seruio & Cornuto. Sed & Philostratus Neronis hymnos & tragœdias commemorat: quibus de rebus omnibus id facile colligimus quod in Lucani morte recitauimus, laudis poeticæ auidissimum Neronem fuisse, præsertim in principatus exordio: nam & illum recitasse carmina non domi modò, sed & in theatro quoq;, scribit Suetonius, tanta omnium lætitiâ, vt ob recitationem supplicatio decreta sit, atq; pars carminum aureis literis Ioui Capitolino dicata. Adhuc leguntur quædam, vt creditur, Neronis carmina, quæ apud scriptores passim reperiuntur, vt illud:

Colla Cithariacæ fulgent redimita columba.

Titus.
Domitianus

Quidam & Neronis illa existimant quæ sunt apud Persium, Torua Mimallo-
neis &c. Verum de hoc immanissimo, vt cum Paulo dicam, leone, iam plus satis qui non poetica, diuina facultate dignus, sed immani vt feritate noscatur. Post Neronem duo Flauij Vespasiani filij fuerant, alter humani generis delitiæ, Titus, alter flagitium, Domitianus: vtrunq; enim poetam fuisse literarum monumentis constat. De Tito ita Suetonius: Memoria, inquit, Titi singularis, docilitas ad omnes ferè tum belli tum pacis artes, armorum & equitandi peritissimus, latinæ græcæq; linguæ, vel orando vel in fingendis poematibus præptus & facilis, sed nec musicæ quidē rudis, vt qui cantaret, psalleret, iucundè, scienter. Eutropius quoq; & Suidas cum de ipso Tito agunt, Poemata, inquit, & tragœdias græca voce egit. Sed & audiendus est Hlidorus, qui præpè ad verbum de Tito ita scribit: Regnauit Titus annos duos: hic in vtracq; lingua vsque adeo facundus, vt causas latinè ageret, poemata & tragœdias græcè componeret. Fuit & idem adeò bellicosus, vt in expugnatione Hierosolymorum, sub patre militans, duode-

duodecim propugnatores, duodecim sagittarum ictibus confoderet. Porro in imperio tantæ bonitatis fuit, ut nullum omnino puniret, sed conuictos aduersum se coniuratione dimitteret, atque in eadem familiaritate, qua antè habuerat, retineret. Huius etiam inter cætera illud celebre dictum fuit, Perdidisse diem qua boni nihil fecisset. De Domitiano verò Fabius Quintilianus, qua parte poetarum iudiciū facit, ipso adhuc Domitiano viuentē, à quo sororis filiorum institutioni præfectus fuerat, quæ mox dicam, scripsit, atque propterea nescio quo pacto adulari potius, quàm vera dicere videri potest, ad quam rem quoque propensior Hispana solet esse natio. De Domitiano igitur hæc Quintilianus: Hos, inquit, no-

10 minauimus, quia Germanicū Augustum ab institutis studijs deflexit cura terrarū, parūque deis visum est, esse eum maximū poetarum. Quid tamē ijs ipsis eius operib. in quæ donatus imperio iuuenis successerat, sublimius, doctius, omnib. denique numeris præstantius? quis enim caneret bella melius, quàm qui sic gerit? quem præsidentes studijs deæ propius audirent? cui magis suas artes aperiret familiare numen Mineruæ? Dicent hæc plenius futura secula, nunc enim cætarum fulgore virtutū laus ista perstringitur. Nos tamen sacra literarum colentes feras Cæsar, si non tacitū hoc præterimus, & Vergiliano certè versu testamur,

Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Atque hæc quidem de Domitiano Fabius. An nescis, tunc inquit Piso, à doctis
20 plerisque viris ista Quintiliani verba non de Domitiano afferri solere, sed de Germanico, ut paulò antè dicebamus? Quin, inquam, Piso istuc ipsum scio: at hinc quicumque illi sunt, tora, ut dicitur, via aberrant. Nam, ut alia omittam, quis non videt ad Domitianum viuentem, non ad Germanicum, vno iam ferè seculo extinctum, ea scribi? Tum quis Mineruam ignorat à Domitiano præcipuè cultam, sequæ eius deæ filium appellari voluisse, id quod & poetæ & historici prodiderunt? Quòd autem poeticè Domitianus operam dederit, testis in primis est Martialis multis in locis, & Valerius Flaccus, qui illum & patris & fratris gesta canere ait: ita enim Flaccus ad Vespasianum patrem, libro primo Argonauticò:

— Versam proles tua pandat Idumen,

30 *Namque potest s'olympo nigrantem puluere fratrem,
spargentemque faces, & in omni turre furentem.
Illa tibi cultusque deum delubraque genti Instituet.*

& reliqua. Appellatus verò Domitianus Germanicus fuit, quoniam cum patre in Germanica fuisse expeditione dicitur, vel quòd Batauos Germaniæ populos cum Antonio & Mutiano, ut Corn. Tacitus scribit, in ditionem redegit: qua de re & Syllius,

At tu transcendens Germanice facta tuorum

iam puer auricomis performidate Batauo.

40 Et Martialis:

Nobilis domito tribuit Germania Rheno,

Et puer hoc dignus nomine Cæsar eras.

Idem alibi ait. Domitianū tamen Tacitus scribit poeticam simulasse non amasse. Cum enim, inquit, inuidiam sibi concitasset, quòd absente patre & fratre imperij munia subiret, eludique à senioribus iuventam suam cerneret, studium literarum & carminū amorem simulabat, quò velaret animum, & fratris æmulationi subduceret. Quibus verbis manifestè cognoscimus, non ex animo, sed simulatione quadam, se literis & poeticæ dedisse, quod mox imperio potitus palàm fe-

11 *ctid quod & Suetonius subinnuit. Connumeratus quoque est inter poetas Nerua Cæsar Imperator, quod & Plinius in epistolis ostendit. Sunt qui hunc ipsum Neru. Cæsar.*

50 Neruā Cocceiū esse existimēt, qui puer cū esset, à carminis dulcedine Tibulli nomine vocaret. Fuit verò & diui Adriani imago inter poetas posita, cuius nomē Diuus Adri-
nō modò latini quidā, sed Græci quoque nonnulli cū afflatu notāt, cū melius ac fre-
quētius sine scribat, si ab Adriæ ciuitatis nomine deducāt. In antiquitatum elo-
gijs

gijis vtrunq; comperi. fuisse verò Adrianus ab usq; adolescentia græcarum literarum adeo studiosus traditur, vt vulgò Græculus appellaretur, vt Aurelius Victor & Spartianus prodidere. mox rerum summam & imperiũ adeptus, in Græcia est diutissimè versatus, id quod ante Aurelium & Spartianum multis in locis ostendit Pausanias. Sed Adriani vitam Dion & Spartianus copiose, & græcus sine autore liber, apud quos vos ea legetis: nunc ego tantum poeticam, & quæ ad tabulas attinent, vobiscum attingam. Fuit verò Adrianus in pangendis versibus versatus, sapèq; non modò cum philosophis alijsq; scriptoribus certauit, sed & carminibus faciendis cum poetis: & vt ait Sextus Aurelius, Atheniensium studia morèsq; auxit, non poetico tantum sermone, sed & cæteris disciplinis. Nam ad lacessendum pariter & respondendum, serijs, ioco, maledictis, acerrimus fuit, & protinus carmen carmini referre, vt prorsus meditatam dictu aduersus omnia crederes. vt quum aliquando poeta quidam dicacior Florus nomine, illum inter Scythas & Britannos versantem videret, in eum ita lusit:

*Ego nolo Caesar esse,
Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinas.*

Ille urbanè Floro sic statim respondit:

*Ego nolo Florus esse,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Calices pati rotundos.*

Vel culicēs, vt eruditi aliqui apud Spartianum legunt, id obscœnè interpretantes. Extat verò Fiori huius poetæ vel alterius mentio apud græcum Polianum, inter græca epigrammata. Illud quidē quod de Adriano legitur, nescio, inquam, maiore cum risu an stomacho vobis nunc referam, quòd eousq; est insano amore profecutus Antinoui, puerum Bithynum ex vrbe Cithynide, quæ & Claudiopolis dicta est, vt illi mortuo pro tumulo & sepulchro urbem, pro exequijs sacra & diuinos honores instituerit, eumq; in deorum numerum retulerit, & stellam dixerit se in coelo vidisse, quæ esset ipsius Antinoi, Dionæam (puto) Cæsaris stellam æmulatus. Eiusdem insuper oraculum celebrè statuit, in quo Adrianus ipse vates, pro Deo, à se compositis carminibus responsa dare solitus erat: quam rem vt vanissimè & leuissime factam Christiani scriptores Tatianus, Origenes, Eusebius, Prudentius, aliq; cauillis meritò infectati sunt. Composuit itē Adrianus varia poemata, vt Dion scribit. Est à Spartiano traditum, multa eum amatoria carmina condidisse de suis dilectis, quos honestiore vocabulo catamitos vocabat. L. quoq; Apuleius de illo ita in apologijs: Diuus, inquit, Adrianus cum viconij amici sui poetæ tumulum versibus ornaret, ita scripsit:

Lasciuus versu, mente pudicus eras.

quod nunquam ita dixisset, si forent lepidiora carmina argumentum impudicitiae habenda. Multa præterea, inquit Apuleius, ipsius diui Adriani id genus me legere memini. Hactenus fere Apuleius. Composuit præterea Adrianus & alia, quæ amicis dabat publicanda suis nominibus: vnde & Phlegontis libros Adriani fuisse multi credidere. Κατὰ τριανδ̄ quoq; seu, vt in peruulgatis Spartiani codicibus legitur, Catacrianos, id quod & aliquibus placere video, vel vt aliquando credidit Hermolaus, Catachlyanos, à tenebris scilicet, libros obscurissimos, Antimachum imitatus reliquit. Fuit cum ego legendum putarem apud Spartianum, κατ' ἀδριαν̄, q; videlicet ipse de se græce scripsisset, vt modò dicebam: fide verò tempore super hac re nihil plane statuo. Sunt tamen qui non Antimachũ, sed Callimachum apud Spartianum legant, quòd obscuris carminib. Apollonium Rhodium sit infectatus Callimachus, vt superiorib. sermonibus retulimus: & non catacrianos, sed catacriticos legunt, quasi dicas condemnatorios libros, τῶν ἀτὸ κατακρίνω. quæ si vobis castigatio arrideat, eam Alciano Iurifconsulto & viro docto

ro docto acceptam referatis. At verò Antimachum poetam tanti fecit Adrianus, ut eum Homero anteponeret, quod Dion & Suidas testantur. Adeò quoque antiquitatis studiosus, si non potius superstitiosus fuit, ut ineptè Ennium Vergilio, Catonem Ciceroni, Cæcilium Sallustio præferendos censeret. Sed & illi vitio iure datur quòd de abolendo Homero cogitaret, ac pro eo, ut Dion scribit, Antimachum inducere ut in scholis prælegeretur. Extant eius græca carmina in quendam semiaridum, si modò rectè ἡμιζῆνος interpretamur, qui ab ipso Adriano victum petebat. carmen est in primo epigrammatōn. Fertur & versiculus quem Pompeij sepulturæ apposuisse dicitur, quam & magnificentius extruxisse Spartianus prodidit, cum peragrata Arabia Pelusium peruenisset. Versus est huius sententiæ:

Offiæ viri magni, tenui quàm clausa sepulchro.

Legitur & græcè apud Dionem, & in primo epigrammatōn. Alij sunt eius versus, si recordor, apud Pausaniam. Equum habuit Adrianus cui Borysthenes nomen fuit, ut scribit Dion, quo in venatione plurimum utebatur, cui mortuo sepulchrum & columnam erexit, & epigramma inscripsit. quocirca, inquit Dion, minus mirum est si Plotinam, cuius potissimum opera imperium adeptus fuerat, mortuam ornaverit, & plurimum coluerit, novemque dies in eius funere pulvis vestibibus indutus fuerit, hoc est, novendiale sacrum fecerit: nam & illi templum quoque erexit, hymnosque in eam composuit. Ipse verò Adrianus cum moreretur, hos versiculos fecisse dicitur:

Animula vagula, blandula,

Hospes, comesque corporis,

Quæ nunc abibis in loca

Pallidula, rigida, nudula,

Nec, ut soles, dabis iocos.

Tales etiam nec multò meliores græcos fecit. Reliquit autem, ut Suidas ait, varia poemata. Atque hæcenus quidem de Adriani poetica. Nunc de L. Ceionio Commodo, qui Aelius Verus Cæsar dictus est, agamus, quem Eutropius & Aurelius Victor L. Annium nominare videntur. Fuit verò Ceionius ab Adriano adoptatus, sed per immaturum obitum ad imperium peruenire non potuit, literis omnifariâ eruditus, eloquentia & carmine facilis. Hunc Spartianus ait in lecto semper habuisse Ovidij & Apicij libros amorum. Idem Martialis, epigrammatum poetam, suum Vergilium appellabat, quod etiam iniquum videtur fuisse iudicium, eius tamen declarat poetices & argutiarum studium, & propterea dignus ut inter poetas connumeretur. Dignus & Marcus Antoninus, Pius cognomēto, philosophus, cuius licet versus non legerim, tantam tamen eruditionis & doctrinam fuit, ut merito cum his laudandus sit. Eius certe librum græcè scriptum legi, cuius titulus, μαρξος ἀντωνίνου ἐκ τῆς καθ' αὐτοῦ, ex quo varia & multiplicem illius sapientiam facile colligere possumus. fuit hic vnus inter Cæsares omnes æquissimus ac optimus. Expressum illud certe in eo est quod à philosophis queri solet, cur ex optimis parentibus pessimi plerumque filij nascantur. Nam quò M. Antoninus melior & iustior, eò filius Commodus immanior & sceleratior. Sed utriusque vita cum à latinis scriptoribus tum græcis est copiose descripta, & præcipue Herodiano, Capitolino & Lampridio.

L. Ceionius
Commodus.

Marcus Antoninus Pius

Fuit & L. Verus Antoninus, L. Veri, de quo paulò antè diximus, filius in poetarum numero, qui, ut Sextus Aurelius scribit, carminum, & maxime tragicorum, studiosus fuit. Optimos hic magistros habuit, Scaurum grammaticum latinum, Scauri filium, cuius quaedam in grammatica feruntur: & Valerium Harpocrationem grecum rhetorem, cuius lexicon legimus in decem græcorum rhetores, ex quo nonnulla in his exponendis imaginibus decerpfi. Harpocrationem Capitolinus celebrat & Suidas, eius tamen nominis & alios legimus. Versus verò L. Verus Cæsar in pueritia primum fecit, mox se orationibus tradidit, meliorque orator factus est quàm poeta, imò ut verius fertur, peior poeta quàm rhetor. multos tamen ille secum

L. Verus Antoninus.

difertos

P. Aelius Per
tinax.

disertos & eruditos habuit, à quibus & adiutus fuisse dicitur in ijs quæ scribe-
bat. Regnavit cum M. Antonino philosopho annis XI. Apud Altinum apo-
plexia periit, quem morbum nimis voluptatibus contraxisse constans fuit opi-
nio. eius vitam copiose describit Capitolinus & Herodianus. Potest & inter hos
Cæsares P. Aelius Pertinax annumerari, qui inter bonos potius, quàm malos
principes à scriptoribus refertur. Humili hic loco natus, patre libertino, natione
Ligus. Literis & calculo puer operam dedit, in græcis in primis eruditus. Sulpi-
tium Apollinarem, hominem illius ætatis doctissimum, cuius Gellius & Capito-
linus meminere, audiuit: post quem grammaticam Pertinax professus, doctiorq;
vt Sext. Aurelius ait, literarum fuit, atq; exinde per diuersa officia, diuersos magi-
stratus, variamq; fortunam ad imperium tandem assumptus est. quo modo ad Pō-
tificatum Romanum Nicolaus Quintus, & ipse Ligus ascendit, bonorum & litera-
torum fautor. In quo cum esset fastigio Pertinax constitutus, poetis tamen inter-
dum operam dabat, vt cum eius fatum imminebat, quo die, vt scribit Capito-
linus ad Athenæum, quam parauerat processionem vt poetam audiret, ob præsa-
gium distulit. De eo etiam fertur, cum sine amicis cœnaret, vxorem tantum ad-
hibebat & Valerianum, qui cum eo docuerat, vt fabulas literatas haberet, vt Ca-
pitolinus scribit, à quo est omnis eius vita perscripta, & item ab Herodiano. Sep-
timius quoq; Seuerus Imperator quamuis Africanus genere, literarum tamē stu-
dij iam ab ipsa pueritia & græcè & latinè apprime imbutus, in quibus, vt Spar-
tianus ait, eruditissimus fuisse traditur. Athenas quoq; studiorum & sacrorum cau-
sa iuuenis profectus est, cum philosophiæ esset & dicendi studio ac doctrinæ cu-
pidus: tamen si Aurelius Victor latinis tantum literis sufficienter instructum scri-
bit, & Punica eloquentia promptiorē. crudelior verò fuisse dicitur. Vitam ipse
suam tum publicam tum priuatam perscripsit, quæ nunc non extat. eandem Spar-
tianus & Herodianus copiose persecuti sunt. Sunt & qui poetam inter Cæsares
reponant Opilium Macrinum, quod cum in Africa exularet, sub virtutis ac li-
terarum prætextu, studijs operam non mediocrem impēderit, & versus ac epi-
grammata multa composuerit, secumq; vnā semper in conuiuijs viros doctissi-
mos esse voluerit, cum quibus de liberalibus studijs differens, necessario absti-
neret. Cum verò in eum græca quædam carmina edita fuissent, ijs ipse ita iambicis
carminibus respondisse fertur, vt ea iucundissima & optima ab omnibus haberen-
tur: quæ quidem iambica dolet amissa Capitolinus tunc, cum Macrinus ipse &
filius Diadumenus tumultu facto occisi sunt. Leguntur adhuc & eius quædam
carmina, quæ quoniam parum castigata sunt, minusq; placent, ideo vobis hoc
loco non recito. Recte, inquit Piso, facis, nam eius vitam omnem & græcè & latinè
copiose descriptam, cum libuerit legere poterimus. Sic est, inquam: sicuti & Clo-
dij Albinus, qui & ipse doctus fuit & eruditus: nam puer græcis & latinis operam
dedit, artis militaris peritissimus, vt Marci Antonini & Commodi testantur e-
pistolæ: agri verò colendi ita studiosus, vt Georgica scripserit. Oblatum Albinus
à Commodio Cæsaris nomen respuit, quod cum sub Severo sponte in Gallia sum-
pisset, Lugduni occisus est. Composuit præter Georgica Albinus fabulas Mile-
sias, quarum fama non ignobilis fuit. Id ei obiecit in calumniam Seuerus, ad Se-
natum scribens his verbis: Maior, inquit, fuit dolor, quod Albinum pro literato
laudandum pleriq; duxistis, cum ille nanijs quibusdam anilibus occupatus, in-
ter Milesias Punicas Apuleij sui, & ludrica literaria consenesceret. Quæ verò fa-
bulæ Milesiæ fuerint, quas & orationes, hoc est. λόγος μιλησιακὸς in Amoribus Lu-
cianus vocat, pleriq; docuere, quos inter Politianus & Beroaldus. Hoc genere
Milesiacon apud Græcos scripsit Aristides, cuius libri inuenti feruntur à Par-
this inter Crassarum spolia, vt Plutarchus & Appianus tradunt. Illud mirum vi-
deri potest, quod Beroaldus scribit Aristidem poetam fuisse, cum nusquam id
lectum sit: nam quos versus affert Ouidij, ita in antiquis & castigatis leguntur:

Septimius
Seuerus.

Opilius Ma-
crinus.

Iunxit Aristides Milesia crimina secum,

Pulsus Aristides nec tamen Vrbe sua.

Planius id infra ostendit idem poeta:

Vertit, inquit, Aristiden Sifenna, nec offuit illi,

Historia turpes inseruisse iocos.

Vt cunq; ego Aristiden in poetarum numerū non retuli. Fuit & alter Aristides, Adrianeus orator, cuius orationes extant, illo lōgē Aristide posterior. Sed nos potius ad nostrum institutū reuertamur, & Alexandrum Cæsarem, Mammææ
 10 filium, poetā fuisse accepimus, & eloquentem, sed græca magis quam latina lin-
 gua. Hic, vt Lāpridius autor est, versu non inuenustus fuit, bonorumq; principū
 vitæ vobis. Icripsit, modulatè cantauit & egregiè, sed nunquam alio cōscio, nisi
 pueris suis testib. lyra quoq; & tibia, alijsq; instrumētis mulicis cecinit. Platonis
 præcipuè libros legere solitus fuit: si verò latina, nō alia magis quam de Officijs
 Ciceronis legebat, id quod & te Pice facere velim: hæc enim volumina non mo-
 20 dō in manibus habenda quotidie, sed ediscenda etiam. Legebat item de repub.
 nonnunquam & orationes & poetas, in queis Serenum Sammoniacum, quem
 ipse nouerat & dilexerat, cuius Sereni alibi vitam retulimus. Et Horatium ac
 Athenæum quoque frequenter accēdebat, vt vel poetas recitantes audiret, vel
 oratores. Delectabatur & in mensa literatis fabulis. Cum eum aliquando eorum
 temporum poeta hoc epigrammate perstrinxisset:

Pulchrum quod vides esse nostrum regem,

Quem Syrum sua detulit propago;

Venatus facit, & lepus comesus,

Ex quo continuum capit leporem.

respondisse dicitur græcis versibus in hanc sententiam:

Pulchrum quod putas esse vestrum regem

Vulgari miserande de fabella,

Si verum putas esse, non irascor,

30 *Tantum tu comedas velim lepusculos,*

Vt fias, animi malis repulsis,

Pulcher, neu inuideas luore mentis.

Appellare item Alexander est solitus Vergilium poetarum Platonem, cui cum reliquis poetis latinis operam dabat quotidie. Sed vobis in prōptu est & græcè & latinè totam Alexandri historiam perlegere, atq; ideo de eo iam satis. Sunt & qui Toxotium poetam faciunt, qui ex Antoninorum familia senator fuit, & iuue-
 nis post præturam perijt. Toxotio Iunia Fadilla proneptis Antonini nupsit. Ce-
 lebrantur huius Toxotij poemata, quo tempore suam Capitolinus scripsit histo-
 riā: nunc sunt deperdita. Fuerunt & duo Gordiani poetæ, pater & filius, qui ab
 40 exercitu in Africa Imperatores creati, ab eodem post tertiumdecimum mensem
 alter occisus, alter Carthaginī laqueo vitā finiuit, ambo utiq; poetæ. Nā Gordia-
 nus pater cum adhuc esset adolescens, poemata plurima scripsit, quæ multò post
 eius mortem extitere, & quidē cūcta quæ ex Græcis Cicero traduxit, adeò vt ea
 Ciceroni nimis antiqua viderentur. Cōdidit præterea, quemadmodū Vergilius
 Aeneidos, Stati^o Achilleidos, & multi Iliados, ipse verò Antoninados, hoc est,
 de Antonino Pio versib. disertissimis libros triginta, vitam, bella, publicè priua-
 timq; gesta: atq; hæc quidē omnia cum adhuc iuuenis esset. Morib. item fuit orna-
 tissimus, ita vt nihil ei possit obijci, semper cum Platone, cum Aristotele, cū Tul-
 50 lio, Vergilio, cæterisq; veterib. agēs. Alium certè quam merebatur exitum tulit:
 At Gordianus filius & ipse utroq; genere multa cōposuit, quæ aliquandiu ab af-
 finib. cognatisq; suis frequentari solita accepimus, mediocri illo scribendī gene-
 re composita, vt neq; sublimia, neq; tenuia viderentur, & vt ait Capitolinus, quæ
 hominis esse apparerent ingeniosi, sed luxuriantis, & suum deferētis ingenium.

Alexander:

Toxotius:

Gordiani.

Hactenus quidem de Gordianis. Post quos erat Balbinus, qui à Senatu cū Puppieno, qui ab aliquib. Maximus appellatur. & Gordiano iuniore Cæsares creati sunt. Fuit quidē Balbinus nobilissimus, bisq; consul, multarum etiā prouinciarū rector; nam Asiā, Africā, Galatiā, Bithyniā, Pontum, Thracias & Gallias administrauit. Fuit & exercitūū imperator, sed omnino minor in militarib. quā reb. ciuilib. tanta verò bonitate & pudore, tanta morum sanctimonia fuit, vt ingentem sibi & populorum & exercituum charitatē atq; amorem cōpararet. Originem ipse se ducere à Cornelio Balbo Theophane dicere solebat, qui à Cn. Pōpeio ciuitate donari meruerat, cum in sua quoq; esset patria nobilissimus, idemque historiæ scriptor, & quē M. Tullius sua oratione defendit. Scripsit verò Balbinus multa poemata, quæ suo tēpore multo in precio fuerūt. Multa etiam historicos leguntur, quæ ad ipsius Balbini laudem pertinent, quæ ego nunc breuitatis causa missa faciam. Post Balbinum Gallienus fuit, seu, vt isti malunt, Galenus, id quod medici nomine recipimus: in Cæsare autem non solum in antiquis exemplaribus, sed etiam in marmoribus, GALLIENVM identidem inuenimus. Imperator hic fuit, quod negari non potest, cū oratione & poemate, tum omnib. ingenuis artib. clarus. Gallieni est illud epithalamij carmen, quod inter centum poetas præcipuum habitum fuit. Nam cum fratrum suorum filios iungeret, omnesq; poetæ Græci epithalamia dixissent, idq; per dies plurimos, ille cum nubentium manus teneret, ita cecinisse fertur:

*Itē, ait, ô pueri, pariter sudate medullis
Omnibus inter vos, non murmura vestra columbæ,
Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ.*

Longum esset eius versus orationesq; connectere, quib. suo tempore tam inter poetas, quā inter oratores emicuit. In reliquis verò luxui & gulæ deditus, quibus inglorius despectusq; omnib. vacans, patrem Valerianum à Persarum rege captum, ignobili seruitute consensescere permisit. Nam quandiu vixit, Sapores rex, eo incuruato pro scabello, pedem eius ceruicib. imponens, equum ascendere solitus erat. Gallieni igitur vitijs, atq; hac ignominia factum est, vt ipsius virtutes alioqui claræ, offuscatae sint & obrectæ. Verum hæc ex multis de Gallieno, quem in tabulis Numerianus Cæsar sequebatur, qui, vt est memoria proditum, poeta fuit optimus, & Chari Imperatoris filius, egregijs moribus præditus, eloquentiâq; mirabilis: declamationum verò magis stylo quā Tulliano. Versu quoque ita excelluit, vt sui temporis poetas omnes vinceret: nam & cum Olympio Nemesiano cōtendit, de quo antè locuti sumus: & Aurelium Apollinarem iam-borum scriptorem, qui patris eius gesta in literas retulit, velut solis radio obtexit. Numerianus cum aliquando ad Senatum orationem misisset, tantū eloquentiæ in ea posuisse fertur, vt illi statua à Senatu, quasi rhetori, in Vlpia bibliotheca decerneretur, in qua ita scriptum erat: Numeriano Cæsari, oratori temporib. suis potentissimo. Numeriani tamen nomen & decus obtexit eius in Christianos immanis crudelitas, qua cum alijs Chrysanthus, insignis tum pietate tum doctrina, supplicijs atrocissimè necatus est. Fuit & Flavius Constantinus non ineloquens, qui literarum studia coluit, & bonas artes fouit, legere ipse, scribere, meditari, vt Sex. Aurelius tradit, solitus, non tamen poetica laurea insignis. Cuius filius Constantius non parum celebratur: nam præter eloquentiam, & componendis carminibus quoque aptus fuit, cuius omnem historiam Ammianus Marcellinus, & nostris temporibus Pomponius Lætus executi sunt.

Valentinianus.

Gratianus.

Fuerunt etiam & poetæ & Cæsares Valentinianus & Gratianus Imperatores. Valentiniani quidem celebrat Aufonius Centonem, in nuptijs elegantissime conditum: atque ait ab eodem sibi imperatum, vt in eadem materia alterum faceret. Gratianus verò, vt Sex. Aurelius & Paulus Diaconus scribunt, literis haud mediocriter institutus, carmen facere, ornatè loqui, explicare controuersias rhetorum more. Fuit verò Gratianus Aufonij Galli discipulus, qui ad eum magistrum

magistrum gratus fuit, vt de eo illud græcum meritò dici possit, ἀντιπαύλας. Aufonium enim consulem declarauit: vnde extat illa, qua ei gratias agit, oratio, quã mihi puero & condiscipulis plurimum eius ætatis doctores cõmendabant: nunc quid de ea dicam, aliud nihil habeo, nisi quòd in ea crebræ quidem sententiæ, sed eloquentia Gallicana, nec ea in qua Iulius Florus, vt scribit Fabius, princeps fuit, sed longè posterior, hoc est, vt nunc nostri hi Ciceroniani dicunt, corruptior. Sed hæc nos in præsentia non quærimus. Hic ipse Gratianus senio-
 10 Eudoxiam vocant. Sed certè apud Græcos nunc Eudociæ frequentius, nunc ~~Eudoxiæ~~ nomine nuncupata est, nec vnus huius tantum, sed diuersorum alio-
 rum temporum alia, si quis legere voluerit Græcorum Imperatorum vitas, quæ incerto autore, magno volumine habentur, vel quæ à Nicephoro historiogra-
 pho scriptæ traduntur. Hæc, inquam, Eudocia Theodosij iunioris vxor fuit, su-
 pra modum carminum & poetices studiosa, Leontij sophistæ Atheniensis filia, quæ, vt Socrates ait in historia, plurima scripsit poemata versu heroico: à patre verò Leontio apprime fertur liberalibus disciplinis erudita. Sunt qui hanc ip-
 sam existiment Centonem confecisse ex Homero de CHRISTO domino, quæ græcè δμῆρον γῆρα dicuntur, alij Probam prodidere, vt cum de Proba agemus, vo-
 20 bis planius ostendam. Fuit quidem Eudocia, antequàm Theodosio nuberet, à Christi pietate aliena, nomine proprio Athenais vocitata: sed cum Theodosio placuisset, eam prius vxorem accipere noluit, quàm & moribus Christianis esset imbuta, & lustralibus aquis abluta: id quod ei vtrunque tum Atticus Magnus, Constantinopoleos anrístes præstitit, próque Athenai Eudociam nominari vo-
 luit, quòd scilicet optimè regi placuisset: ita enim εὐδοκία interpretatur. Porrò Eu-
 docia est aliquandiu Hierosolymæ diuersata, cum fortè, nescio qua causa, ab Im-
 peratore recessisset, vel potius, vt Socrates in duodecimo, & Nicephorus in pri-
 mo tradunt, cum ab Imperatore marito illuc missa fuisset, vt sacros hymnos &
 30 & ipsa votum habuerat, si filiam nuptam vidisset. Nam fuit illi filia eodem no-
 mine Eudocia, vel vt alij scribunt, Eudoxia, quam Valentianus posterior, con-
 sobrinus, Occidentis Imperator vxorem duxit. His igitur nuptijs peractis, Eu-
 docia Hierosolymam petijt, & tam ibi sacras ædes, quàm inter eundem & re-
 deundum aliubi constitutas, & honorauit, & muneribus multis honestauit, vt
 in Tripartitæ libro vltimo legimus. Sed & Theodosius eius maritus, præter pie-
 tatem & religionem erga Deum summam, disciplinarum literarumque appri-
 me eruditus, vt ijdem scribunt historici. Monet me hoc loco Eudoxiæ no-
 men, & qua piè afficior, erga D. Ioannem Chrysostomum singularis pietas, vt
 40 vobis hoc dicam: Arcadij Imperatoris Theodosij istius parentis fuisse vxorem
 & ipsam Eudoxiam nuncupatam, quam iniquissimam perpeffus est semel & ite-
 rum vir sanctissimus & eloquentissimus Ioannes ipse Chrysostomus: eius enim
 reginæ opera ac fraude exilium bis passus est, quo secundo cum reuocatus redi-
 ret, æstu, ob solis ardorem, & languore decessit. Historia est copiose à Palladio
 descripta: itemque in Tripartita, & à Suida, alijsque. Sed iam tempus vt nar-
 rationem nostram continuemus. Inter Augustos & Cæsares non multò plu-
 res memini fuisse, etsi à Musis non abhorrentes complures extitisse comperi-
 mus. Nam ex quo diuisum declinare cœp't Imperium, vt cæterę bonæ ar-
 tes, ita & bonæ simul literæ pessum iuere. Fuit quidem non incelebris Leo
 50 D C C C L X X V I I. à verbo Dei corporato, Byzantij & Orientis annis
 xxv. imperium tenuit, cuius filius Constantinus Ducas fuit, qui & de Chri-
 stiana religione probè sensit, & optimis artibus & disciplinis operam nauiter
 impendit. Huius Constantini liber ille celebratus est, quem moriens Romano

Eudocia.

Leo philo-
sophus.Constantinus
Ducas.

filio reliquit, in quo summam totius Imperij, sociorum fœdera, hostiũ vires quæ
 & quantæ essent, aliãq; omnia ad Imperium spectantia complexus est: quem li-
 brũ hodie Venetorũ respública in sua peculiari bibliotheca diligentissimè custo-
 diri facit. Huius quoq; Constantini tempore, vir cum in omni liberalium artium
Pfellus. scientia, sed & peregrinarum, floruit M. Pfellus, cuius innumerabiles penè libri
 curiosorum & studiosorum manibus teruntur. Ad hunc certè Constantinũ Psel-
 li de victus ratione, hoc est, de diætã, & de auro cõficiendo, hoc est, chrysopeia,
 libri extant, quos quidam non sanè indoctus Constantino Magno datos, per-
 peram etiam scripto credidit: vt commentaria mittam, quæ in Zoroastris Chal-
 daica symbola leguntur, & canones astronomicos, & cætera. Videndũ qui-
 dem, & sanè considerandum, an huius Constantini Imperatoris libri vlginti sint
 de tota re rustica, qui hodie leguntur, ex diuersis ac varijs scriptoribus concinna-
 ti: cuius argumenti & ordinis x x. alij leguntur sub Heronis philosophi nomi-
Michael Du ne. Fuit & huius Constantini Ducæ filius, & M. Pseli discipulus, Michael Du-
cas. cas Imperator Constantinopolitanus, qui à fame & penuria, quæ in exordio eius
 principatus Constantinopolitanam urbem inuaserat, Parapinaceus cognomi-
 natus fuit. Hic quidem Michael cætera ignauus ac secors, nisi quòd bonis artib.
 sub Psello profecit, atq; in primis in factitandis versibus, qua in re græca illum
 Imperatorum commendat historia. Ad hunc, vt reor, Michaelem extat Simeo-
 nis Antiocheni medici de facultate cibariorum libellus, quem me propediem
 spero in lucem daturum: video enim illum esse rarissimum, nonnulliusq; utilita-
 tis studiosis fore. Verum hætenus de Cæsarib. & Imperatoribus, cæterisq; dictũ
 sit, tamen si longè plures doctrina insignes extiterent: at qui in poetica facultate no-
 biliores, hi, vel paulò plures fuerunt. Quæ vbi dixissem, paulumque quiescerem,
 vt me ad cætera dicenda compararem, sic inquit Pico, idem penè innuente Pico:
 Reliquam tabulæ istius partem vt nobis expedias, non minore attentione ex te
 audire auemus, quàm superiorem, tẽque perinde moramur. Atque ego non diu
 cunctatus, sic eos attentus intuens, Restat, inquam, si tabularum ordinem se-
 qui volumus, vt poetarum vobis imagines recenseam, qui spreto deorum
 inanum cultu, & superstitione vana, vni se Christianæ religioni, & verè pie-
 tati addixerunt, & de ea carmina composuerunt. Nam & hos, quisquis is,
 qui tabulas posuit, idco in eis notari voluit, ne scilicet videretur suę re-
 ligionis pios vates minus curasse, quàm gentium. Nos verò, Pico inquit, Li-
 li libenter abs te istam quoque tabulæ partem audiemus, tum quòd Christiani
 isti sunt poetæ, tum quòd te istorum studiorum semper fuisse intelligo, vt
 & nos in hanc viam ducas. Tunc ego: antequàm hanc partem vobis exponere
 aggrediar, libet altius paulò repetere, quæ hac de re obseruaui. Poetas, qui serua-
 tis Christianorum regulis, ante Constantini Magni tempora versus scripserunt,
 non facile multos est inuenire: tamen ait Philon Hebræus, qui Christianis pro-
 ceribus, id est, apostolis ætate proximus fuit, vt qui sub Caio & Claudio floruit,
 in libro de vita contemplatiua, hoc est, *πρὸς θεωρητικὴν βίαν*, Therapeutas, (sic enim il-
 le Dei famulos vocat) Christianos solitariam vitam degentes, qui cum alibi, tum
 præcipuè non longè ab Alexandria, in multa morum sanctimonia & austeritate
 cœlibem vitam agebant, solitos canere hymnos, & sacra carmina compone-
 re. Atq; vt clarius quod dixi ostendam, eius Philonis verba recitabo: Ita, inquit,
 Christiani ipsi nõ modò exactius intelligũt hymnos, & antiquorum laudes, ve-
 rum & ipsi novos in Deum componunt, ac eos in omni versuum genere, & mo-
 dulatione decenti, insuper & suauis harmoniæ concentu canunt. Atque hæc
 quidem ad verbum ferè Philon. Eadem ferè & ab Eusebio traduntur. Diony-
Hierotheus. sius verò Areopagita ille magnus, Hierotheum, quem suum ait fuisse magistrũ,
 amatorios hymnos composuisse scribit, ex quibus & ipse quædam nonnunquã
 excerptit. Quin & de ipso Hierotheo librum edidit, cuius hæc fuit inscriptio,
πρὸς τὸ μακροῦς ἱεροθεῖς, id quod in commentarijs græcis obseruaui: licet qui in
 Dionysium

Dionysium scholia scripsere, parum hæc atq; alia multa nouisse videantur. Melitonem quoq; Asianum, quidam Christianum poetam credidere, quod apud D. Hieronymum & Sophronium legerunt, eum ἐκλογῶν, id est, eclogarum libros sex inter ceteros reliquisse: licet in plerisque exemplaribus, pro eclogarum, elegiarum perperam legatur. Fuit verò Melito Sardoniorum pontifex, cuius & Eusebius in historia meminit, qui & ipse eum eclogas, non elegias, scripsisse prodidit. Quod & Ruffinus Aquileiensis fatetur, quippe qui in Eusebii translatione excerpta testimonia Latine vertit, sacrorum videlicet voluminum: ἐκλογῶν enim electum excerptumve sermonem significat. Floruit Melito sub M. Antonino Vero, cui & pro Christianis librum obtulit. Nec defuere qui Methodium antea Olympi Lyciæ seu Patariæ, mox Tyri pontificem, poetam existimarint, quod apud eundem Hieronymum legissent, Methodium contra Porphyrium ad decem milia versuum scripsisse: parum, ut videtur, id obseruantibus; quod versus non modò apud Latinos, sed apud Græcos etiam, & de soluta oratione rectè dicitur. Et ne diutius vos in re præcipuè manifesta morer, illud Fabij Quintiliani, de Ciceronis Bruto agentis, vobis sit in præsentia satis attulisse: Quippe, inquit, in Bruto Cicero tot millibus versuum de Romanis tantum loquitur. Et si non satis est vobis id Quintiliani, legitote & Padianum Asconium, qui frequentissimè eodem modo utitur. Usurpatur & eodem sensu versiculus à M. Tullio in epistolis ad Brutum: Tribus ne versiculis inquit, his temporibus Brutus ad me: Sed quare versus sic dicantur, repetitote, si libet. quæ primo dialogo ex Isidoro, lib. VI. retulimus. Ex quibus & illud elicere possumus, duobus videlicet modis vertere stylum dicitaltero quidem, quo Isidorus modo, cum scilicet scriber do à sinistra, dextram versus stylum deducebant; deinde conuertebant stylum ipsum ad dextram versus, vnde & versus sunt appellati: altero, eo modo, quo Cicero in quarta Verrinarum, & Horatius, alijq; qua de re Politianus, & Petrus Crinitus, & Cælius Rhodiginus. Sed iam nos ad institutum redeamus. Post multa autem quæ composuit Methodius, illustri quadam & composita oratione sub Deo & Valeriano martyris coronam adeptus est. Sed enim verò versus scripsit Cæcilius Cyprianus Afer,

Melito.

Methodius.

Cyprianus.

30 pontifex Carthagenensis, qui eodem Valeriano Imperatore pro Christo neci traditus est, cuius opera soluta oratione omnibus nota, nec commendatione indigent. At versus, quia parum cogniti vobis, tantum indicare volui. Sunt verò, quos ego legi, sexagintanovem heroici, de sanctæ Crucis ligno, & ut Græci frequentius dicunt, ζωωοῦσιν: quos si semel legatis, iterum & sæpe legetis: inter quos hi sunt, quibus crucem ipsam ita describit:

*Arboris hæc species imo de stipite surgit,
Et mox in geminos extendit brachia ramos.
Sicut plena graues antennæ carbasa tendunt,
Vel cum disunctis iuga sunt ad aratra iuuenicis.*

40 Sed iam his omissis, qui non fuerant in tabulis, ad eos qui erant, me conuertam. Inter quos in prima parte Iuuenicus erat, sacerdos Hispanus, nobili genere natus, Constantini Magni temporibus, quod ipse in sui operis calce testatum reliquit. Ita enim cecinit:

Iuuenicus.

*Hæc mihi pax Christi tribuit, pax hæc mihi seculi,
Quam fouet indulgens terræ regnator aperte
Constantinus, adest cui gratia digna merenti,
Qui solus regum sacri sibi nominis horret
Imponi pondus, quo iustis dignior actis,
Aeternam capiat diuina in secula vitam.*

50 Scripsit autem Iuuenicus, quæ in manus habemus, quatuor Euangelia hexametris versibus, penè, ut ait Hieronymus, ab verbum transferens. Composuit & alia nonnulla eodem metro, ad sacramentorum ordinem pertinentia, quæ nunc sunt deperdita. De Iuuenico cum in chronico Eusebii, tum in viris illustribus memi-

nit Hieronymus . Eodem quo Iuuenius tempore fuit & Lactantius Firmianus, vnus eloquētiæ Ciceronianæ inter Christianos præcipuus emulatus, qui præter ea quæ multa soluta oratione scripsit, & quæ passim in manib. habentur, versus quoq; composuit de Christi seruatoris cruciatu & nece, itē de eiusdem ab inferis excitatione, item de Phœnice, quæ adhuc etiā leguntur. Scripsit item itinerarium versu hexametro, quod græco nomine ὁδοιπορικόν appellauit, cuius materia fuit digressus ex Africa vsq; Nicomediā Bithyniæ. Postquā, inquit Piso, in Lactantij mentionem incidimus, agē, si libet, dic quid sentias de commētarijs in Papinij Statiij Thebaidem, nunquid istius Lactantij esse arbitraris? Huius neutiquā, ego inquā, Piso: nam in ijs cōmentarijs ex Seruio grāmatico penè ad verbum multa decerpuntur, qui post Firmianum plus seculo fuit . Donatum quoq; grāmaticū Hieronymi magistrū Lactantius præcessit, qui quidem Donatus & Seruiū præcellit ætate. ad hæc in ijs commentarijs Boetius & Sedulius citantur longè Lactantio posteriores. præterea hic L. Cælius Lactantius Firmianus, ille Placidus Lactantius appellatur, id quod e: ipsius libro quinto didici: tamen si literatores quidam eum Placidum Lutatium nominent. Eiusdem in fabulas Metamorphoseon Ouidij commētarium legimus, atq; hæc tenus hac de re vobis. Satis, inquit Piso, nobis fecisti. Tunc ego: Cœpta sequar. Marius Victorinus per ea tempora floruit, quo Constantius Cōstantini filius Romani imperij habenas est moderatus, Afer quidem, & vt pleriq; existimant Carthaginensis. qui verò Massiliēsem faciunt, valde falluntur, & fallunt legentes. Romē Victorinus, vt Hieronymus prodit, rhetoricam docuit, vbi & statuum meruit in foro Traiani, quo in loco & plerisq; alijs politas legimus. Victorino operam dedisse in rhetorica Hieronymum accepimus, & iuuenem ipsum fuisse gentilium deorum cultorem, quos de matrem maturiore ætate abiurauit, vt Hieronymus & Augustinus prodiderunt, quorum hic in libro Confessionum, de eodem illud commemorat: quod cum aliquando Victorinus cum Simpliciano viro sanctissimo colloqueretur, seq; Christianum assereret, & id se minus credere Simplicianus respondisset, quoniā cum cæteris Christianis illum in sacris ædib. cōcionib. interesse non conspiceret: tum viro sancto per iocū Victorinus respondit: An, inquit, Simpliciane pater, putas parietes Christianum hominem facere? Tandē verò cū Victorinus ad tēpla deuenisset, & ei velut homini verecundo, occulti symboli liber oblatus fuisset, vt legeret: ille pulpitu, quē vmbonē & ambonē ecclesiastici vocāt, ascendit, & publice clara & alta voce symbolū pronūciauit: qua ex re cūctis palam innotuit illum Christianum esse. Sedenim præter rhetoricā & dialecticā, quas disciplinas in primis excoluit (nā & in vtraq; doctissime scripsit) in poetica etiā illum floruisse videmus: nā & versu heroico septē Maccabæorū fratrum acerbā cum matre necē sub Antiocho rege descripsit: quod non multò antè poema legi. parū licet castigatū: præter enim fenestras, quæ in eo patētes pleræq; existunt, vacillātes quoq; syllabas & pedes offendimus. Leguntur & hymni quidā eius nomine editi de sanctissima trinitate. Extāt & eius in poetica commentarij exquisitę frugis, si integri & non mutili à studiosis haberētur. Sunt præterea in manus eiusdem commentarij in duos M. Tullij de inuēuione libellos. Sunt & quæ ex Porphyrij Isagoge in latinum transtulit. Multa de Victorino Seuerinus Boetius, deq; eodem sic Hieronymus, & ex Hieronymo græcè Sophronius: Victorinus natione Afer, Romæ sub Constantio principe rhetoricā docuit, & in extrema senectute Christi se tradens fidei, scripsit aduersus Arriū libros more dialectico valde obscuros, qui ab erudit. tantum modo intelliguntur: & cōmentarios in Apostolum. Hęc quidem illi. Ad hunc diem ego illius quatuor in Arriū libros legi. Summa verò illum senectute Romæ diem obiisse legimus: sepultū vero in pago Vestienfi. Fuit & per hæc tēpora inter celebres poetas magis vitæ integritate, quā carmine cognitus Hilarius Pictauiensium pontifex, qui tum doctrina tum sanctitate insignis fuit, complurēsq; animo inuictō à falsis Christianis persecutiones per- tulit:

tulit: nam & eorum fraude in Phrygiam est relegatus, mox cum apud Constantinopolim librū pro se, ut scribit Hieronymus, Constantio Imperatori porrexisset, in Gallias est redire iussus. Sed quoniam hæc & eiusmodi alia multo plura à Ruffino in historia traduntur & in sanctorum diuorumque vitis passim habentur, ea ipse mitto: quæ autem ad poeticam pertinere video, tantum ego vobis afferam, idque in primis inter hymnos plerisque, quos quotidie nostra canit ecclesia, ab hoc primum Hilario fuisse conscriptos. Reliquit item mysteriorum librum, aliaque contra Arrianos, qui & ipsum contumelijs penè innumerabilibus affecerunt. Soluta verò oratione longe plura reliquit, quorum & pleraque hodie

10 leguntur, quæ ab Hieronymo in primis connumerantur, in eo qui est de viris illustribus: eadem græcè repetuntur à Sophronio. Duos insuper alios apud Græcos Hilarios fuisse comperi, alterum ex Syria Antiochenum, alterum Phrygium, sed qui nihil ad nostros poetas attineant: hic enim vates & futurorum præscijs, Iouiniani Caesaris Imp. tempore: ille verò doctus, sed vitæ variæ, qui Procli tempore vixit, & priore vitæ instituto misso, ad Procli dogmata deflexit. Post erat, inquam, in tabula Apollinaris Syrus, vir græca lingua impensè doctus, qui, ut Dozomenus autor est, heroico carmine Hebræorum antiquitatem scripsit ad Homeri imitationem, usque ad tempora regis Saulis, pro literarum numero viginti quatuor voluminibus. Imitatus etiā Menandrum comœdias, Euripidem tragœdias, & Pindarum lyricos perscripsisse traditur. Sed & in encyclicis disciplinis pleraque illum composuisse proditum est, adeoque in illis probatus, ut cum omni antiquitate potuerit certasse videri: & ut idem ait Sozomenus, nisi temporum fuisset invidia, ijs omnibus quos supra commemorauimus, par videri quiverit. Huius tamen, quod sciam, versus haudquaquam supersunt, ea (ut opinor) causa, quod Laodiceæ Syriæ cum esset pontifex, in Pauli Samosatæ lapsus est hæresim, vel nouam potius inuexit, eorum qui ab eo Apollinaristæ dicti sunt: corpus enim, non animam, à CHRISTO susceptum fuisse tradebat: sed cum rationibus vrgeretur, ut ait Ruffinus, sententiæ non nihil immutauit. qua de re in libro de hæresiarchis plura scribuntur. Meminit de Apollinari Philostorgius Arrianus & Suidas, à quo & duo eius nominis tradunt, pater huius videlicet Alexandrinus, qui cum in Laodiceam ex Alexandria migrasset, ibi uxorem duxit ex qua hunc filium genuit. Vixit verò Apollinaris à temporibus Constantini usque ad senioris Theodosij tempora. Sed cum Philostorgius in sua historia tres hos simul nominet, quod eodem vixerint tempore, Gregorium Nazianzenum, Magnum Basilium, & hunc ipsum Apollinarem: quibus & ego libenter quartum addo, Gregorium Emisenum magni Basilij fratrem, cuius & præclara leguntur opuscula, eosque simul ille comparet: ideo & mihi visum est, admonito etiam tabulæ pictura, vobis Gregorium ipsum commemorare, & quidem breuiter, quod eius vita à D. Hieronymo, qui illius etiam se discipulum fuisse fatetur,

40 & à Ruffino etiam copiosius descripta est, & item à Suida, & græcis in eum commentarijs. Fuit verò Gregorius tantæ excellentiæ & autoritatis, ut Theologi nomen sit assecutus: & quod de Pythagora discipuli dicere soliti erant, αὐτὸς ἴφα, id est, ipse dixit, idem de Gregorio passim iactaret: isque alienus à recta religione putaret, qui contra Gregorium auderet de fide loqui. Patri successit Gregorius, in Nazianzo breui Cappadociæ oppido pontifex. Basilio verò vsus est familiarissimè. Per plura scripsit soluta oratione. Polemonem dicendi stylo secutus, non Polemium, ut perperam in latinis codicibus legitur: id quod & ex græca ipsius

50 vita colligimus, in qua ita legitur: Polemonis Laodicei characterē secutus est, qui Smyrnæ docuit, & cuius vitam Philostratus exequitur. Sed hæc nos in præsentia mittimus, eaque tantummodò commemoramus, quæ carmine scripsisse traditur: triginta enim millia versuum, hoc est, myriadas tres, Græci prodidere. Præter verò eius carmina, quæ paulò antè typis publicata sunt, extat etiam tragœdia, quam ad Eurypididis imitationē fecit, de Christi domini cruciatu

Apollinaris

Gregorius.

- & supplicij: quo argumento & Stephanum quendam audio alteram scripsisse, quæ tamē ad manus meas etiam diligentissimē perquisitæ, non peruenere. Præterea multa Gregorij carmina vidi, quæ nondum vulgata sunt. Decessit senex Gregorius Theodosio imperante. Sequebatur in tabula Damasus, vrbis Romæ pontifex maximus, qui (vt Hieronymus & Suidas aiunt) elegans habuit ingenium in componendis versibus: multaq; volumina heroico carmine composuit: diuorum Petri & Pauli mensam ac altare, quod ille Platoniam vocabat, versibus ornauit: sed & multorum martyrum sepulchra, quæ ille Conchylia vocitare solitus erat. Circumferuntur eius nomine pleraq; in Psalterium carmina, item in diuum Paulum apostolum alia quæpiam, quæ parum mihi probantur, cum adeo ipse in poetica laudetur. Fuit verò Hispanus natione, nec ignobili genere natus. Illum post Theodosij obitum vixisse, in historia scribit Socrates. Alij octogenarium quidem decessisse sed adhuc viuente Theodosio, id quod Suidas & Hieronymus scribunt. De cuius vita in præsentia non adeo plura, quando & ab alijs, & ijs præcipue, qui Pontificum Romanorū vitas collegere, copiose perscribitur. Fuit ex eadem Hispania Latrononus, quem Sophronius Matronianū nominat: sic & in castigatis Hieronymi codicibus: tamen si historiarum sacrarum scriptor, Latrocinianum ipse nuncupet. Fuit & ipse Christianus poeta, qui etiam antiquioribus poetis suo tempore in pangendis versibus conferendus erat. Sed tamen, quod ipse sciam, nulla eius hoc tempore extant carmina, quæ diui Hieronymi ætate legebantur. Maximo tyranno, factione Hylarij & Ithacij, Treueris cæsus est, cum Priscilliano, Felicissimo, & Iuliano, & Euchrotia eiusdem factionis, vt ijdem sancti doctores scribunt. Fuit & per hæc tempera Attilius Seuerus, vel (vt alijs placet) Cæcilius Seuerus, qui ab illo Severo originem duxit, ad quem Lactantius epistolârum libros duos dedit. Composuit verò Seuerus ὁδοιπορικόν, in quo totius vitæ suæ rationem explicuit. erat autem opus illud confectum cum soluta oratione, tum metro heroico, quod κατὰ ἕρπον, siue πῆρεον vocauit, vt Sophronius scribit. Floruit sub Valentiniano principe. Duo post hos sequebantur Ambrosij, alter Alexandria, alter Mediolani pontifex: quorum hic hymnos, qui & ab eo Ambrosiani vocati sunt, & quorum adhuc pars magna Deo immortalī in sacris officijs quotidie canuntur. Citantur & alij à Beda in poetica, & in Pontificij Iuris voluminibus commendantur, vnâ cū hymnis Hylarij, de quo iam egimus in eo capite, quod est de hymnis canendis. Scribit quoq; D. Augustinus in libro Confessionum, quod cum Ambrosius ab Imperatrice Arriana perfidia damnata, persecutionem pateretur, & intra ecclesiam cum plebe catholica insidijs vrgeretur, instituit hymnos & psalmos secundum morem Orientalium decantari, ne populus mœroris tædio contabesceret: quod ad omnes fuit postmodum deriuatum. Ille verò, id est, Alexandrinus Ambrosius, Didymi Cæci auditor fuit, atque aduersus Apollinarem, de quo supra iam diximus, multorum versuum volumen scripsit, aliq; multa soluto sermone. Sed hic mihi non videtur inter poetas esse repositus. Fuerat & Pontij Paulini imago Burdegalensis, seu (vt alij putant) ex Hebromago, vtraq; Gallica vrbe, qui Ausonij Galli discipulus fuit: tamen si quidam insulse nepotem volunt, quod eum Ausonius non semel filium vocat, & eum Paulinus ipse patrem: id enim (vt scitis) præceptorum mos est, vt iuniores discipulos filios appellent, & discipuli doctores parentes: nam præceptores chari voluere parentis esse loco. Paulini vtiq; versus extant, quos aliquando legi: verū ille longè mihi, quā carminis lepore, insignior vitæ integritate ac sanctimonia fuisse videtur: si modo is hic est, qui se diui Martini gestis admirandis sanctiori vitæ tradidit, & de quo in eiusdem diui Martini vita, hæc verba scribit Seuerus Sulpitius, ad quem eius extant epistolæ: Paulinus verò, inquit, vir magni postmodum futurus exempli, & c. magni, inquam, cum sanctitate, tum doctrina: vt illius seculares dignitates mittam, cum illum consulem fuisse dicat Ausonius, antequam consul ipse fuisset, vt liquidò

liquidò ex his ad eum Aufonij versibus elicimus :

*Quanquam, ait, & fastorum titulo prior, & tua Romæ
Præcedit nostrum sella curulis ebur. Idem:*

Paulinum Aufoniumq; viros, quos sacra Quirini

Purpura, & auratus trabeæ velauit amictus.

Ambrosio & Augustino, factus Christianus, vsus: à quibus Barcinonem missus sacris est initiatus. Proditum est, illum post conuersionem gentiles poetas non modò non legisse, sed ne nominare solitum: quod mihi mirum. ipse certè de se ita canit:

Quid abdicatas in meam curam pater

10 *Redire Musas præcipis?*

Negant camœnis, nec patent Apollini

Dicata Christo pectora.

De Paulino quidam Nolano pontifice, illud præclare & piè factum scribit D. Gregorius in dialogis, & Paulus Aquileiensis diaconus, quòd pro viduæ capti uo filio se captiuū exposuit, & pro hortulano in Africa seruiuit (si modò hac in re tempora conueniant.) Dubitatur etiam an hic sit, ad quem scribit Hieronymus cum eam epistolam, quæ est in fronte Testamenti veteris, tum alteram, qua & stylum eius, & Theodosij panegyricum laudat. Eius etiam Augustinus meminit in libris de ciuitate Dei, qui illum ait, cum à Barbaris diriperetur Nola, in corde suo Deum his verbis præcatum: Domine, ne excrucier propter aurū & argentū, vbi enim sint omnia mea tu scis. Gennadius verò Paulinū ait multa breui versu scripsisse, inter quæ Hymnorum librum, ex quo quædam in Bedæ poetica citata vidimus. Scripsit item epitaphium consolatorium ad Celsum, in super & epistolas ad Seuerum. Certè nunc extant eius pleraq; typis excusa opuscula: extat & soluta oratione ab hoc ad D. Augustinum sancti Ambrosij vita composita. Alter ab hoc Nolano pontifice Pontius Paulinus fuisse à nonnullis existimatur, qui, vt scribit Aufonius, libellos treis de regibus ex Tranquillo Suetonio in Epitomen coegit: sed qui sanius se sentire putant, vnum & eūdem esse volunt, id quod argumentis probare nituntur, quæ breuitatis causa nunc ego prætereo. Illud cerè non silebo, quòd si Nolanus hic est antistes, ad summā eum peruenisse senectutem credendum, cum ab Aufonio & Martino ad Leonis vsq; pontificis tempora, amplius quam quinq; & sexaginta intersint anni, cum Paulinum Gennadius dicat Valentiniano Imperatore floruisse. Fuere per hæc fermè tempora & alij Paulini, sed hi nihil ad rem nostram: inter quos Paulinus Antiochenus, qui, vt Ruffinus ait in historia, in catholicorum semper societate permanerat, atq; perinde multis affectus contumelijs. Erat & in hoc poetarum numero Aurelius Prudentius Clemens vir consularis, quem & Pudētem vocat Beda, Hispanus quidam natione, vt qui modò se Tarraconensem, modò Cæsar-
augustanum faciat. Palatinus verò miles dicitur à Gennadio, id quod & ipse his
40 versibus innuit: Tandē militiæ gradu Euectum pietas principis extulit, Assumptum propius stare iubens Ordine proximo. Dolet ipse alicubi se iuuentutem vitijs infectam fœdasse, & in toga causas iniquas egisse, mox tamen commutata vita bonis ius reddidisse, vrbes rexisse, & religioni addictus plurima poemata vario carminum genere composuisse, quæ extant, & adhuc leguntur: quale est illud apud Græcos ingens volumen, incertilicet autoris. Perierunt ex eius operibus commentaria in hexahemeron, quæ ille Græcorum more scripserat de mūdi fabrica, vsq; ad primiparentis præuaricationem. Vixit Theodosij senioris ac
50 filiorum temporibus: eius Alcimus Auitus, & Sidonius, Isidorusq; meminere. Hæc sint à me vobis breuiter dicta de Prudentio, cuius vitam Gennadius & Aldus pluribus collegerunt: sed & ipsemet in præfatione καὶ ἡμῶν ὄν, de se multa. Fuisse verò hominē multæ quidē eruditionis ac variæ, verū in eloquentia ac lingue castitate vel parum valuisse, vel potius neglexisse, desiderio videlicet pietatis ac fidei: quod ipse innuit cum alibi, tum in hymno octodecimi martyrum
Cæsar-

Paulinus
Nolanus.

Aurelius
Prudentius
Clemens.

Cæsaraugustanorum. Fuisse & alterum L. Prudentium poetam inueni, qui tredecim annos natus Romæ in certamine sacro Iouis Capitolini, omnium iudicū consensu inter Latinos poetas coronatus est, statuamq; vt sibi poneretur, meruit. Legitur adhuc inter antiqua elogia huius rei inscriptio: L. Valerio, L. P. Prudentio. Hic cum esset ann. xlii. Romæ certamine sacro, lustro sexto, claritate ingenij coronatus est inter poetas Latinos omnibus sententijs iudicū. huic plebs vniuersa municipum Histoniensium ære collato statuam decreuit, curat R. P. Est verò Histonium, Fretanorum, id est, Brutiorum oppidum. Fuit & Probæ Falconiæ matronæ Romanæ imago, quæ Adelphi Romani viri proconsularis vxor fuit. hanc verò floruisse quidam existimant Honorij ac Theodosij iunioris temporibus: quin & Eudociæ Theodosij vxori Centonem suum misisse, qui, vt scitis, mirò est artificio concinnatus: ex Vergilianis enim versibus omnem Christi seruatoris vitam explicauit. Sunt qui idem ex Homero eam factitasse putent, cum id supra Eudociam perfecisse docuerimus. Extat certè vterq; Cento, à me summa cum admiratione perlectus, quos & D. Hieronymus ad Paulinum se legisse affirmat. quibus Hieronymi verbis elicere possumus, ante Probam etiam & Eudociam ab alijs huiusmodi poemata fuisse conscripta: quod tamen & in primo sermone diximus. Sedenim extitere nonnulli, qui perperam asserere ausi sunt, Probam Antonini Pij temporibus vixisse. Sed quæ de Centone & Latini & Græci tradidere, primo sermone vobis explicui. Fuit & poeta Licentius Hipponensis, qui Aurelio Augustino vsus est familiariter, id quod planè colligitur cum ex ipso Licentio, tum ex ipsius Augustini dialogis, quos ille de Academicis inscripsit, in quibus cum eum poetam celebrem, tum etiam eius de Pyramo & Thisbe amatorios versus commemorat. Meminit eiusdem & in epistolis: eiusdem quoq; Paulinus & Possidonius meminere. Hymnos verò scripsit, & epistolas, aliâque poemata, ex quibus eum quidem in poetica valuisse, non tamen præstitisse, planè conspeximus. Tum paulum cum conticuissemus, meq; nonnihil collegissem: Est, inquam, Panopolis ciuitas Aegypti, in qua Dei ipsius Panis simulachrum fuisse traditur, virile membrum erectū habens ad septem vsq; digitos: eius vobis ciues Panopolitæ, & Panopolitani dicuntur. Ex hac igitur ciuitate duo poetæ Christiani fuerunt, quorum prior Nonnus, alter Cyrus dictus est. Scripsit verò Nonnus virginis theologi, id est, Ioannis Euangelium heroico carmine, quod & extat & legimus. Fuit & alter Nonnus ex eadem Panopoli, qui Gigantomachiam scripsit: item Dionysiacôn libros duodequingenta, vt sunt Homeri rhapsodiæ, opus fabulis & historijs refertum, cuius & Agathias meminit in historijs. de eo quoq; hoc distichon Græcum legitur:

Νόννος ἔνω πᾶσις ἢ ἐμὴ πόλις οἷ φαεινὸς.
ἔχει Φοινίκη τινὲς ἡμῶν γιγαίτην.

Non desunt tamen qui non duos hoc nomine, sed vnum eundem esse velint. **Cyrus.** 40
Cyrus autem iocundissimus scriptor fuit, qui ob ingenij sui monumenta, ad amplissimos honores ac dignitates est euectus: præfectus enim prætorij Theodosij iunioris fuit, multarumq; urbium præses, atq; à Consulibus inter patritios annumeratus: ab Eudocia verò ipsius Cæsaris vxore amatus, quæ vt paulo antè vobis retuli, versuum ac carminum studiosa fuit, & à Græcis idcirco *Θαλαππας* nuncupata, ipsumq; Cyrum euexit. At cum ipsa à regibus descuiisset, vel potius religionis causa ad Oriētis partes Hierosolymamq; diuertisset, Cyrus ipse in dias passus, mox in Cotyaco Phrygiæ vrbe pontifex creatus, ad Leonis vsq; Cæsaris tempora vixit. Fuit & Cælius Sedulius poeta Christianus, quem nonnulli Scotum fuisse existimant, Scotorumque præsulis aliquo tempore discipulum: mox 50
quæ diuersas orbis partes studij gratia adijisse, tum demum, autore Sigeberto, pontifex creatus. Floruit anno à verbo corporato cccxxx. Scripsit verò versu heroico opus, quod Mirabilem aliqui vocant, ipse Paschale appellasse visus

vifus est, quod Pontificum Romanorum decretis insigni laude commendatur.

- Citatur à Beda in poetica, & in commentarijs à Placido Lactantio. Scripsit præterea ad Christum hymnum carmine dimetro iambico, cuius acrostichides totū continent alphabetum: item elegiam, omnia quæ leguntur. alij addunt & carmē ad Theodosium Imperatorem, cuius initium est,

Romulidum ductor clari, &c.

- Citatur & à nonnullis carmen Sedulij, quo se ille Scotigenam vocat: quæ certe Aldum latuere, qui nullo alio argumento ducitur qua ætate floruerit, nisi quod ad Macedonium sacerdotem scribit, qui Hieronymi ætate floruerit. Scripsisse & alia pleraq; dicitur, quæ quoniam mihi videre non contigit, non commemoro. Nonnihil & in Christiana poetica Alcimum Auitum præstitisse videmus, qui Viennensium pontifex fuisse creditur: cuius perperam nonnulli Eusebium in Chronico meminisse voluerunt, cum Eusebio ipse & Hieronymo posterior fuerit. Alcimus enim ipse in libro de virginitate ad sororem, Prudentij mentionem facit, qui & ipse, ut ostendimus, posterior fuit. Carmen Alcinoi, quo id comprobamus, hoc est:

*Alcimus
Auitus.*

Describens mentis varias cum corpore pugnas

Prudenti quondam cecinit Prudentius ore.

- At verò Alcimus ille, de quo cum Delphidio Eusebius meminit, multum ante Prudentium fuit. Est & Delphidij mentio apud Hieronymum in epistola ad Eudibiam, item in prologo quæstionum, & apud Sidonium: est & apud Ammianum Marcellinum lib. XVIII. quo loco pro Delphidio Celphidius perperam legitur. Scripsit verò Alcimus Auitus pleraq; cum versu, tum soluta oratione. Itē poemata hæc ad manus meas peruenere: de origine mundi, de originis peccato, de Dei sententia, de diluuiō, de maris rubri transitu: item de virginitate ad Fulcinam sororem, quam alicubi ipse Phrosynam vocasse videtur:

Graia, inquit, si voce vocetur,

significat propriam sumpto de nomine mentem.

- Floruit hic Zenone & Anastasio imperantibus, anno circiter quingentesimo à Christi natiuitate. De Auito quidem in nostris annalibus, vbi diuorum memoria censetur, ita legitur: Viennæ beati Auiti episcopi & confessoris, cuius fide & industria admirabilisq; doctrina ab infestatione Arrianæ hæreseos Gallia defensa sunt. Meminit præterea, quantum recordor, huius Alcimi Sidonius ad Lupū scribens libro octauo epistolarum: meminit & Fortunatus. Eodem Anastasio imperante Genasius Romanum pontificatum gerebat, Africanus natione, vir doctrina & vitæ integritate insignis, qui in re Christiana & ipse versus inter alia scripsit, in primis hymnos, quorum adhuc aliquos in cæremonijs & sacris ritibus habemus. Cætera quæ ad vitam eius multa leguntur, in actis Pontificum Romanorum leguntur. Inter poetas Christianos aliqui Isaacum reponunt,

Genasius.

- qui magnæ vr̄bis Antiochiæ sacerdos fuit, à quo ipsius vr̄bis direptio, elego versu est deplorata, & meritò quidem: nam & hanc tertio insignem sub Imperio Romano fuisse Iosephus est autor, eamq; primam quoq; Petrus apostolatus sui sede honestarat. Scripsit & alia pleraq; Syria lingua, Leone Cæsare & Maiorano regnantibus, ut Gennadius ait: et si alij quidam sub iuniore Theodosio eum claruisse volunt. Quo eodem Leonis tempore in Italia Prosper claruit, qui ex Hispania originem duxit, vel (ut rectius alij tradunt) ex Aquitania: qui cum chlamydatus Romam miles venisset, à Leone Pont. Max. benignè susceptus, & ad aliam militiam longè feliciorē translatus est, Leonisq; ipsius scriba fuisse creditur. quin Gennadius, epistolas Leonis, ait, aduersus Eutyche, quæ adhuc leguntur, ab ipso Prospero dictatas esse, sunt qui credant. certè ab ipso Leone non multò post Regij Lepidi Pontifex est institutus, vbi cum doctrina, tū sanctitate floruit. Longior vobis videri possim, si omnē eius vitam percurrere velim, quā non contemnendo stylo Flaminius pater complexus est: ut missam faciam quæ in ecclesia

Isaacus.

Prosper.

ecclesia legitur, & quam breuiter Gennadius in suo de viris illustribus attigit. Poeticam eius nunc ego tantum attingam, in qua (vt ea ferebant tempora) excelluit. Scripsit verò de prouidētia Dei librum vnum: *πρὸς ἀχαιστῶν*, id est, de ingratis, alterum, heroico carmine. Scripsit & Epigrammata ex D. Augustini sententijs, omnia quæ leguntur. Item libellum alterum elego versu de diuersis causis: odas insuper & hymnos, quorum aliquos citat Beda. Hoc ipsius, ad vxorem anacreontium, non vtique illepidum fertur, quod & colobon vocatur, quia mutilum est:

Agè, inquit, iam precor mearum

Comes irremota rerum,

Trepidam breuemq; vitam

Domino Deo dicemus.

Celeri vides rotatu

Rapidos dies meare,

Fragilisque membra mundi

Minui, perire, labi,

Fugit omne quod tenemus,

Neque fluxa habent recursum,

Cupidas vagasque mentes,

Specie trahunt inani

Vbi nunc imago rerum?

Vbi sunt opes potentum,

Quibus occupare captas

Animas fuit voluntas? &c.

10

20

Scripsit & Prosper alia pleraque soluta oratione, quorum magna pars extat, & ipse nonnulla legi. In diuorum quoque numero suis meritis relatus est, & Regij Lepidi maxime cultus. Fuit & in hoc numero Petrus Edissenus sacerdos, qui psalmos carmine in morem Ephrem diaconi composuisse dicitur. Declamator insuper diuine legis fuit, multaque eius generis scripta reliquit, vt est à Gennadio proditum, & ab his qui diuorum Christianorum vitas literarum monumentis mandauerunt. Alterum Petrum per hæc tempora Gallum, vt puto, plerisque in locis commendat Apollinaris Sidonius, qui vtraque niteret facundia, sed eius (quod sciam) nihil hodie legitur. Fuit & eodem tempore Victorius Gallus, cuius carmina summo studio Apollinarem, post illius mortem desiderasse videmus, vt ex eius epistola plane cognoscimus: quam quia breuis, nec illepada, vt videtur, vobis recitabo.

Petrus Edissenus.

Petrus Gallus.

Victorius.

30

SIDONIVS SACERDOTI IVSTINO ET SVIS S. D.

Victorius patruus vester, vir vt egregius, sic vndecunque doctissimus, cum cætera potenter, tum potentissime condidit versus. Mihi quoque semper à paruo cura fuit Musarum. nunc vos patruo venitis hæredes, quam iure tam merito. Licet ego poetæ proximus fio professione, vos semine: ergo iustissimum est, vt defuncto quisque nostrum succedat vt iungitur: ideoque vos patrimonia tenete, date carmina. Valete.

40

Multa quoque à Sophronio per hæc tempora scripta audimus, quæ sunt nostra hac ætate parum nota præterquam epigrammata quædam græca, nec quidem satis pia, nec religioni Christianæ consentanea. Fuit verò Sophronius Hæi o-solymæ antistes, hoc est, vt nunc dicimus, patriarcha. Hieronymus quidem alterum vt reor, Sophronium laudat, qui de Serapidis dei Alexandrinorum euer-sione, librum copiose & doctè composuit: quam rem & Ruffinus in historia executus est. Celebrat quidem Hephæstion in enchiridio Sophronij versus, præcipuè cū

50

de ana-

de anacreontijs agit. ita enim ait: Est & quando hic versus à choriambo incipit, & ionicum à minori habet, propter vltimam indifferentem, vt D. Sophronio & antiquioribus videtur: vt hoc,

Χριστιανῶν μακροῶν ἑλθέτε πῦρ δειῶ. hoc est,
Christianūm pueri currite diuūm.

Atq; ita quidem ex tribus quadrisyllabis. At si ex bisyllabis, sex habet: in prima sede trochæum, in secunda iambum, in tertia pyrrhichium, in quarta spondeum, in quinta rursus pyrrhichium, in sexta trochæum vel spondeum, quia vltima indifferentens est. Atq; hæc tenus Hephæstionis verba. Extat & huius an alterius, me fugit, Sophronij liber de viris illustribus, à Hieronymo ex Latina in Græcā linguam conuersus: verum quoniam hæc parum ad institutum nostrum, ad alios transeo. Hac quoq; parte Naumachium poetam fuisse meminisse videor, cuius versus græcos nonnullos apud Arsenium legimus de mulierum ornamentis, quorum hoc est principium:

Κεδνὰ κακοὶ φθέρουσι γυναικῶν ἡδὲ καὶ μῦθοι. hoc est,
Verba bonos vitiant mulierum turpia mores.

Erasmus quidem vir, vt scitis, eruditissimus, de Naumachio ita quodam suorum prouerbiorum loco: Extat, inquit, Naumachij Christiani, vt suspicor, poetæ carmen, quo primū hortatur ad virginitatem, matrimonium appellans secundarium cursum. Tres idem eius versus citat, quos ita ille latinè reddidit:

Quod si te vulgaris amor vitæ tenet, addam,
Hoc quod vti didici, quo pacto cursus, vt aiunt,
Hic alter tibi sit peragendus, mente sagaci.

Erant post hos duo, Fulgentius & Sidonius Apollinaris, quibus patria & domestica barbaries, non eum prestare nitore permisit, quo eorum fuerat eruditio. Eodem ferè tempore, vel non longè difremto, florere, & ambos in diuorum numero & catalogo relatos inuenio: quorum prioris, ipso anni exordio, hoc est, caleñ. Ianuarij, memoria recolitur: posterioris, hoc est Sidonij, nono caleñ. Septēbris. Fulgentius igitur Placides Teleptæ natus est, patre Fulgentio, matre Martiana, ex nobili senatorum Carthagenensium genere. Eum mater latinis & grecis literis apprimè erudiri curauit: adultus verò causarum procurator est factus. Cæterum chronographi Fulgentium claruisse notāt Anastasij I. Rom. Pont. tēpore, quo Zenon & mox Anastasius Cæsares imperarūt, anno Christianæ salutis cccc. circiter lxxx. vsque ad quingentesimum, Fulgentius ergo cum Teleptanus esset, Rhuspensium Pontifex electus est. Atqui, inquit Piso, hi aberrant igitur, qui non Teleptanum, sed Rhuspensem faciunt. Et maximè, inquā, id quod ex historijs manifestissime colligitur, ex quibus omnem eius vitam, & quæ, & quanta composuerit, cum vacauerit, facile legere poteritis: quæ enim in Grammaticorum commentarijs, & ecclesiasticis scriptoribus leguntur, minus vera esse liquidò perspicietis. Hic utiq; in exilium missus est in Sardiniam, vnà cum centum alijs & viginti episcopis Africæ, à Trasymundo Vandalarum rege. Fulgentij verò paucos libros vidi, in quibus de Christiana religione bene sentit: sed duriusculus in primis, & affectatior stylo est, adeò vt in scriptis suis spinas, & verborum asperitates, si non aculeos potius, pro verbis inseruisse videat: & in primis in Mythologico: nam alia quidem pie, & Christianè scripta, nō tam horrida sunt. Hic & expositionem Vergilianam perscripsit secundum philosophos, phisicos, & morales. Iam de C. Sollio Sidonio Apollinari agamus, qui eò tempore quo Theodoricus apud Gothos regnauit, floruit: cuius regis & statueram, & corporis filum, sua quadam epistola non illepidè descripsit: viderat enim ante Theodoricum, Anthemij, Ricimeris, & Maiorani virorum illustrium tempora, in quos & Sidonij ipsius extant carmina. eorum & meminit Paulus Diaconus, & Palmerius in Chronicis. Sed qui Gallorū regum historias scribit, Childerici tempore Sidonium vixisse tradit: Nec silentio (inquit in eius regis vita)

Naumachi-
us.

Fulgentius.
Sidonius A-
pollinaris.

Sidonius A-
pollinaris.

prætereundus est Sidonius, qui sacerdos Aruernorum ex senatore factus, cum graui fame Burgundi laborarent, quatuor egenorum millia suis opibus pauit. Tum, Memini me, inquit Piso, legere Sidonium Cassiodori ætate floruisse, in ijs qui in eum editi sunt commentarijs. Ita est, inquam: Cassiodorus enim ab epistolis & à secretis Theodorici regis fuit: id quod cum ex alijs tum in primis ex eius variarum libris liquidò datur intelligi. Sed videte quàm parum viderit qui eos confecit commentarios, cum in ijs scribitur, quòd Cassiodorus ab Hieronymo laudatur, cum planè contrarium sit: nam Cassiodorus Hieronymum in suis scriptis celebrat, atq; in primis in Psalterij commentarijs, & vno plus etiam seculo post Hieronymum vixit. Sed nec illud in iisdem æquo est animo fereudum, Sidonium scilicet à Firmico laudatum: quando Firmicus Constantini Cæsaris temporibus vixerit, vt faciliè ex ipsius lectione notum est: citaturq; ipse Firmicus à Sidonio in ea, quæ Pontio Leontio epistola scribitur: In fronte eius villæ, quæ Burgus vocitata est. Nec illud sine risu in eisdem legi, Sidonium à Gennadio Saluianū appellari: quo quid absurdius? Fuit enim Saluianus is, cuius Gennadius meminit, Massiliensis sacerdos, qui & multa scripsit, & eorum adhuc quædam leguntur. Sed quid ego hæc colligo? sunt in ijs sexcenta huiusmodi. Quibus autem magistris sit vsus Sidonius, ipse indicat: Eritium enim poetam cõmemorat, cuius etiam Musas venerabiles appellat. Nam quòd aliqui Flauium Nicetium celebrem per ea tempora grammaticum, Sidonij magistrum tradunt, à veritate deuiant: hunc certè ipse Sidonius suum vocat sodalem, & ita laudat: Flauius, inquit, Nicetius vir ortu clarissimus, priuilegio spectabilis, merito illustris, & hominum patriæ nostræ prudentia peritiq; iuxta maximus. & paulò post eiusdem celebrat habitam orationē. Fuit ergo Sidonius Aruernus patria ex Gallijs: patrem habuit Apollinarem, qui præfectus prætorio Gallicanis, vt idem ipse Sidonius ait, tribunalibus præsedit: tamen alij Gelliani filium putent. Quid verò hæc consecramur? totam eius vitam ex ipsius lectione colligetis. Illud certè hoc loco non præteribo, statuum illum Romæ meruisse in foro Traiani, duplicemq; coronam: id vtrunq; ipse ostēdit in sapphico ad Firminum, & eo epigrammate quod est ad Priscum Valerianum, in quo sunt hi versus: 30

*Vlpiæ quòd rutilat porticus ære meo,
Vel quòd adhuc populo simul & plaudente senatu,
Ad nostrum reboat concaua Roma sophos.*

Quæ autem Sidonij scripta extent, nec ego recensebo, nec vos ad ea legenda fatis impellam: in vtroq; enim dicendi genere Gallicum nescio quid & barbarum redolere videtur: tamen carmine præstat magis: & nisi Græcæ linguæ incititia, à recta plerunq; numerorum lege declinare fecisset, poterat inter mediocres poetas annumerari: vt iure fuerit eorum temporum, quæ iam linguæ sordibus erant inquinata. Fuere per hæc eadem tempora & poetæ alij, quorum quia ab ipso & ab alijs facta est mentio, tantum vobis nomina cõmemorabo: Quintianus, Paulinus, Ampelius, Leo, Petrus, Messala, Anthedius, Eritius, Lampridius, Consentius, Secundinus, alij, ne vos nudis nominibus fastidiam. 40

Arator.

Pòst fuit Arator diaconus, vt nunc loquimur, Cardinalis, qui hexametris versibus Acta quæ Apostolorum, vel historiam vocamus Apostolicam, duob. voluminibus conscripsit, & Vigilio pōtifici maximo obtulit, & prius Floriano Abbati, vt planè ex ipsius elegijs percipimus. Hoc certè traditur, cum primū Arator Vigilio Pontifici librum obtulit ad octauū idus Aprilis, in magna sacerdotū & ministrorū corona pontificem fuisse, partemq; libri ab Aratore recitam: sed labente hora, liber à Pōtifice Surgentio primicerio notariorū scholæ traditus, vt in scrinio collocaret. Sed mox instantibus, sedulò apud Pontificē plerisq; viris doctis, publicè recitari præcepit in tēplo, quod in Exquilij est ad sancti Petri vincula: quaterq; ab eodem Aratore recitatus proditur, incredibili audientium studio & attentione. vixit Arator anno à Christi natiuitate DLX sub Iustiano Cæsa-

Casare, quod & Paulus Diaconus cum in Romanis, tum Longobardicis historiis testatum reliquit. Idem & Palmerius in chronico, quorum mihi potior autoritas quam Aldi, qui XLIII supra quingentesimum, ex quoquam glossate illud claruisse prodidit: nisi fortasse hoc scripsisse tempore, illo decessisse intelligamus. videtur & magis in hoc decipi Platina, ut qui historiam scriptorum ecclesiasticorum complexus est. Sed huius ætatis alios afferamus, quos inter Boetius An- Boetius.
 tiius Manlius Severinus, Romanus patritius & ex consul, qui à nostris plerisque in martyrum catalogo ascribitur. Hic cum Symmacho & ipso patritio, Boetij (ut plerisque omnes tradunt) focero, à Theodorico Gothorum rege primū Ticinū
 10 relegati; deinde necati sunt, quod in libertatem populum Rom. viderentur velle vindicare. Fuit Boetius (ut scitis) in omni disciplina egregie doctus, quod vobis liquidò ex eius monumentis constare potest: sed quod ad præsentem materiam attinet, in pangendis versibus mira usus est facilitate. De illo plura colligere superuacaneum, quando eius volumina nota sunt omnibus. Eius certè ingenium ad eas artes, quæ supra literas sunt, mirum in modum celebrat ab eius occifore Theodorico rege, imò à Cassiodoro quadam ad ipsum Boetium epistola, fati illa quidem longa, in qua inter cætera illa est non ignobilis suspiratio: O artis, inquit, inæstimabilis virtus, quæ dum se dicit ludere, naturæ præualet secreta
 20 vulgare. Et paulò post: Et si fas est dicere, in quibusdam etiam nititur naturam velle superare: hoc enim fecisse Dædalum volare, hoc ferreum Cupidinem in Dianæ templo sine aliqua illigatione pendere: hoc hodie facit muta cantare, insensata viuere, immobilia moueri. Et paulò etiam suprâ idem dixerat: Tuæ artis ingenio metalla mugunt, Diomedes in ære grauius buccinatur, æneus anguis inlibilat, aues simulatæ, & quæ vocem propriam nesciunt habere, dulcedinem cantilenæ probantur emittere. parua, inquit, de illo referimus, cui cælum imitari fas. Atq; hæc quidem ille de Boetio, & longè plura, quæ cum libuerit, potestas est vobis legendi. Filios verò duos Boetius & ipsos cōsulares habuit, quos ut idem ipse scribit, è domo prouehi sub frequentia patrum, sub plebis alacritate vidit, & cum eisdem in curia sellas curules insidentibus, ipse regis laudis o-
 30 rator ingenij sui gloriam facundiæ quæ meruit: in circo enim duorum medius consulum, circumfusæ multitudinis expectationem, triumphali largitione satiavit.

Celebratur & Boetij vxor Helpis, à nostris, non probitate modò, sed & literarum disciplina, in primisque poetices. Extant certè hymni in Apostolos, non vulgari dicendi stylo: Aurea luce. & Felix per omnes. quos eius esse à nostris cōstanter asseritur. Et quidem hodie legitur in eius (ut fertur) sepulchro carmen, quod eius seculi videtur: sed quod mihi videre contigit, non sine mēdis est: hoc eius est principium, Helpis vxor
Boetij.

40 *Helpis dicta fui, Sicula regionis alumna,
 Quam procul à patria coniugis egit amor,
 Quo sine mæsta dies, nox anxia, flebilis hora.*

& quæ sequuntur. Hactenus de Boetio.

Fuit & per hæc eadem tempora Faustus Gallus homo doctissimus, & ut qui- Faustus.
 dam tradunt Episcopus, ad quem sunt Apollinaris epistolæ. Patria hic Vassates fuisse dicitur, vel (ut alij scribunt) Lugdunensis: sed ibi certè diu versatus, id quod ex Apollinaris epistola, & Eudij, facile percipimus. Sunt qui hunc Pelagiano errore infectum dixerunt, ego nihil certi vobis affero. Damnatur quidem à Pelagio in Pontificalibus decretis, mox tamen dicitur recantasse à Fulgentio emō-
 50 nitus. Sed in hoc parum mihi tempora congruere videntur, quare altius trutinā suspendenda. De Fausto certè poeta hos versus legimus:

*In veterum morem pangit noua carmina Faustus,
 Et per membra suum dissecat arte melos,*

Doctus ad incudem verba infabricata referre,

Quosq; facit versus, terq; quaterq; probat.

Faustus Be-
nedictinus.

Venantius
Honorius
Fortunatus.

Fuerunt & alij Fausti non ab his temporibus valde distantes, inter quos is qui diui Benedicti consecratus, & in Gallijs, & in cœnobio Cassinensi multa cum laude versatus est. Fuit & senator Faustus, qui vt Paulus Diaconus scribit, in Symmacho Pontifice Romano deligendo multas fecit turbas. At hæc ab instituto aliena. Porro poeta fuit in tabulis Venantius Honorius Fortunatus, qui & ipse Christianè permulta scripsit, eo scilicet dicendi filo, quo ea tempora ferebant. Italus hic fuit, & Rhauennæ institutus: verùm cum oculorum lippitudine ac dolore laboraret, diui Martini virtute liberatus, libros quatuor carmine cõ-¹⁰posuit, quibus Martini miracula complexus est. Dein in Gallias profectus, tandem Pictauiorum pontifex declaratus, multa eodem metro cõscripsit: inter quæ Excidium Thuringorum regni, Hymnos, Hodœporicum vitæ suæ ad Iustinum iuniorem Imperatorem, & ad Sophiam Augustam: item de gubernando ad Sigibertum Gallorum regem. Carmina diuersa ad amicos. Citantur & alia huius præterea carmina nonnunquam à scriptoribus ecclesiæ, vt à Beda illud:

Lilia, narcissus, viola, rosa, nardus, amomum,

Obletant animos gramina nulla meos.

Marcus Mo-
nachus.
Ioannes Da-
mascenus.

Floruit verò sub Iustino iuniore, anno à Christi aduentu D LXX. & in diuorum numero connumeratus est. Fuit & Marcus ex monachis, diui Benedicti disci-²⁰pulus, qui herico carmine diui præceptoris vitam elegantissimè condidit, vt scilicet ita ferebant tempora. Floruit Heraclio imperante. Fuit & Ioannes Damascenus Magnus, theologus græcus, qui cognominatus est Mansur, quæ Latinorum & barbarorum pleriq; Ioannem Melue esse putauerunt, qui de facultate medica Arabicè perscripsit, quem nunc quidam tanti faciunt. Nam tametsi Damasci regis filius à plerisq; traditur, non idem tamen, nec eadem ætate: in quæ errorem impexit Platina, qui & eum putauit Odoacris Gothorum regis ætate vixisse, cum potius per ea tempora in precio fuerit, quibus summus Pontifex erat Gregorius III. & Imperator Leo Cæsar. Sunt quidem qui theologum Damascenum Theodosij senioris tempore vixisse tradant: quare ex doctiorib. ple-³⁰rique Damascenos duos constituunt: à quorum sententia nec Pîcus pater tuus Ioan. Franciscus alienus esse videtur, si modò rectè recordor quæ mihi olim ille dixit de miraculo Traiani Cæsaris. Sunt & qui eum Theodosij tertij tempore faciant, qui post Anastasium regnavit: inter quos ille est qui eius vitam copiosè descripsit, cuius piget fabulas hic vobis referre. Hic verò tertius Theodosius annum plus minus regnavit, à Leone de Imperio defectus: pòst in cœnobio sacerdos factus, priuata quiete contentus fuit. Extat certè apud Græcos ipsius Damasceni vita, ab Io. patriarcha Hierosolymitano conscripta: ex qua liquidò eum cognoscimus ipsius Leonis tempore vixisse, qui Christi & sanctorum imagines tollere fategit: à quo & miraculum illud narratur de manus ipsius abscissiõe: sed⁴⁰ non eo quo nostri modo referunt. Sed nostrum nos potius sequamur institutū. Ioannes igitur Damascenus, de quo egimus, vir fuit (vt Suidas ait) præstantissimus, & eorum qui in disciplinis per ea tempora illustres fuerunt, nulli secūdus. Scripsit hic non parum multa, cum in omni philosophia, tum etiam in re sacra Parallelus: & segmenta comparationesve quodam delectu contexuit, quas nostri Sententias vocant. Eustathius quoq; in commentarijs in Dionysium Afrū, Susannæ ait drama à Damasceno compositum. Scripsit præterea regum Can-
ticorum, cum iambicis, tum prosa etiam oratione.

Cosmas.

Cum eo vnà floruit Cosmas Hierosolymitanus, qui à Græcis ἀγοπολίτης cognominatus est poeta: cuius & festum diem celebrant suauis quodam cãtico de-⁵⁰cima quarta Octobris: Episcopumq; ipsum Maiuma fuisse tradunt, id est, μαίυμα. Sed & μαίυμας celebritas & vrbs quæ fuerit, vide Suidam. celebritatis quoque mentio in Codice. Vir autem fuit Cosmas ingeniosissimus, totus quandam spi-
rans

- rans concinnam musicam. Extant igitur musici canones Ioannis & Cosmæ tales, ut nec comparationem iam ceperint, nec quoad vita hominū fuerit (ut Græci scribunt) sint habituri: qui & hodie apud Græcos ipsos leguntur, non sine legentium admiratione. Sunt & eiusmodi Marci Hydiuntini Episcopi, in magno die Domini, & Theophanis in Virginis matris salutatione. Cum his nunc vobis Græcos quosdam commemorabo, inter quos primus Christodorus Thebesus ex Aegypto, prius quidem hic ἱερατικὰ scripsit, quod opus ad aucupium pertinet: mox Christianæ religioni addictus, miracula quæ diui Christi martyres gesserunt Cosmas & Damianus ἀναργύροι: sic enim passim a Græcis scriptoribus nuncupantur, quod sine mercede ægrotis opem ferebant: id quod nostrorū temporum medici minus faciunt, quinimò non nisi prius mercede redempti ægris cōsulunt, vel eos inuisunt. Fuit & alter Christodorus ex Copto Aegypti, de quo a libi egimus. Fuit & poeta Ignatius, vel (ut alij legunt) Egnatius, magnæ urbis Constantini diaconus & ædituus: sic enim hoc loco latine dixerim, quod græcè scribitur σκδοφύλαξ, id est, vasorum custos. Fuit verò Ignatius metropolita Niceæ urbis primùm grammaticus, qui diuorum Patriarcharum Tarasij & Nicephori vitas versu edidit, & epistolas funebresq; elegias. Iambos etiam in Thomam Ancarten, hoc est, tyrannum, qui in principem coniurauerat: ea verò inscribuntur τὰ κατὰ Θωμαῶν. Scripsit & alia, inter quæ extat carmen anacreonticum, quod non multò antè legi in peruetusto codice, cuius mihi copia facta est à Manardo nostro. Id verò carmen in Anastasium Appionis patrem scriptum fuerat: & cum eodem erant Leontis Diaconi anacreontia tetrasticha, quæ in Halos Taurominotanae ciuitatis condita erant, quorum tale fuit principium:
- ἀπὸ τῆριγων λιγυρῶν ἀπ' ἀκρόνων τε μέσσης,
ἀγὰρ ἢ μίλθ' ἰωάφας, λύραν ὀξείως διοίησω.
- Et in hoc poetarum ordine fuit Georgius diaconus, magnæ (ut ait Suidas) ecclesie eiusque archiui præpositus, hoc est, ut Græci dicunt, chartophylax, cognomento Pisides dictus. Hexahemeron iambico carmine tribus versuum milibus conscripsit: & ad Heraclium regem, bellum Persarum. Scripsit item soluta oratione Abarica, & encomion in Anastasium, qui pro Christiana pietate occisus est. Theanus quoque poeta fuit Christianus, cuius grande volumen legitur hexametro versu compositum, de ijs quæ ad Christianam religionem maxime pertinent. Fuit etiam Aegidius Græcus, qui cum medicus & philosophus esset, veram sinceramque & medicinam & philosophiam sectatus, diui Benedicti sectam professus est, multaque scripta posteritati reliquit. Vixit Tiberio secundo Cæsare imperante, anno septingentesimo. Atque hætenus quantum ex hac tabulæ parte memoria complecti potui, de græcis latinisq; poetis. Quæ ego cum dixissem, sic ingressus est Piso: Expectabamus, inquit, ego & Piceus, ut nobis ex tabula Architrenios, Anticlaudianos, Romulos, huiusmodi alios complures narrares, hos quando nonnulli & legunt, & in testimonium vocant potius quàm bonos: ac tum sibi aliquid esse arbitrantur, cum plures eorum versus in medium attulerint. Verissimè, inquam ego, ais ô Pise: nihil enim hi ad linguæ nitorem castimoniàmque, sed ad eruditionem & historiam nonnihil aliquando faciunt. Quare tu Pice, tanquam scopulos hos effuge: candorem enim & linguæ castitatem inficiunt, magisque nos inquinatè & barbarè loqui docent: eorumque ideo vobis nonnullos recensebo, ut caueatis potius quàm sectemini. Atque in primis à Beda & Paulo Diacono, tum Alcuino & Rhabano incipiam, quod hi eodem tempore florere. Beda quidem horum senior, ut qui magister & doctor Alcuini fuerit. Sed quæ & quanta Beda scripserit, haud vobis commemoro: satis est id vobis significare, eum non ἄριστον fuisse, quippe qui & artem metricam scripserit, & librum hymnorum diuerso metro, & epigrammata versu heroico. Scripsit etiam vitam diui Eudberti antistitis, quem alij Albertum vocant, hexametris versibus. Multa quidem de eo afferuntur

Christodorus.

Egnatius.

Georgius diaconus.

Theanus.

Aegidius.

Beda.

tur, quæ monachis mittenda sunt, qui & in eo vsque ad ineptias certant, cur Venerabilis vocetur. Fertur & eius vita conscripta cum alibi, tum in diuorum Catalogo. Floruit Beda circa annum D C C X X X I I. Fuit & Paulus Diaconus historicus & poeta, qui Varnefridus Langobardus ab aliquibus nominatus est. Hic primum Aquileiæ diaconus, mox ob egregios mores & doctrinam, Desiderio Langobardorum regi charissimus, & apud eum ab epistolis & secretis fuit. Quare cū à Charolo Magno Desiderius victus esset, captus Paulus in Gallias est deductus, vbi & aliquandiu fuit: sed cum clàm fauere Desiderij rebus deprehensus esset, in insulas Diomedæas relegatus, ad Arachin Desiderij generū pfugit, vbi ab Adelberga Arachis vxore rogatus, duos Eutropij historię libros adiecit: sed postea cum Arachis fato cessisset, monachus Cassinēsis effectus est. Multa perscripsit, inter quæ carmine diui patris Benedicti vitam contexuit, & Hymnorum librum vario ac diuerso metro. Solutò verò sermone longè plura, quæ connumerare parum nostræ conuenit descriptioni tabulæ. Vixit Charolo Magno regnante, anno salutis D C C L X X X. Alcuinus verò Charoli Magni magister & amicus fuit, qui & ipse non nihil in poetica promouit: at in cæteris disciplinis abundè laudatur. Certè in Gallorum annalibus, inter cætera, quòd autor fuerit vt Parisiensis schola erigeretur: quæ quoniam res non est indigna scitu, vobis eam ex ijs referam. Delatos esse in Galliam ex Scotia aiunt, Claudium, Ioannem, Rhabanum & Alcuinum, omnes olim Bedæ discipulos, qui se nequicquam aliud præter bonas artes & sapientiam è patria exportasse profiterentur, venalemq; eam se habere. Res ad Charolum defertur, iussu eius vocantur. Iidem profitentur liberè, gratis etiam se educturos, si modò eis locus & vita presteretur. Intellexit rex ingenuas eorum mentes animùmq; eise, eos apud se retinuit: atque ita (vt fertur) ex ijs Parisiense gymnasium initium sumpsit. Tum verò non multò post Ioannes Ticinum missus: Claudius, cui nomen Demens, Parisijs manere iussus ad iuuenes bonis artibus instituendos. & hic quidem Claudius Britannus, & Alcuini collega fuit. At verò Rhabanus Maurus, cognominatus Fuldenfis, sextus Moguntinorum Pontifex, à quo multa extant composita volumina: inter quæ illud quod ab eo est tanto labore curaquè confectum, vt per carmina literas atque imagines, ac varias rerum figuras explicuerit: quo ego libro nihil laboriosius, ingeniosius etiam dixerim, si non ambitiosius fuisset, affirmauerim. Scribit Platina Rhabanum Gregorio quarto Pontifice Romano vixisse, cum omnium Sanctorum celebritas est instituta: conditumq; ea de re à Rhabano sermonem, quem nunc etiam legimus. Huius Rhabani discipulus fuisse traditur Strabus, qui inter theologos eius temporis connumeratur, & quidem insignes, vt qui interpretationem Bibliorum condiderit, quæ Ordinaria glossa passim nuncupatur. Hic vt magister, etiam poeta fuit, sed stylo faciliore, minusq; duro. Extat quod ego legerim opusculum eius, Hortulus inscriptus, carmine hexametro: quod si antiquis non collatum legatis, non vsque adeo asper nemini: numeris enim fluit canoris. In hac classe versificator est Ioannes Nantouillensis Britannicus, Anglicus dictus, qui Archithrenium carmen suum, propter materiam nuncupauit, eius quidem carmina turgida & sonora, sed incondita & barbara: nihilominus ea non legisse vos pigeat. Est & Anticlaudianus, contra Claudiani Ruffinum liber, ab Alano compositus, qui ob multifugam, quam in eo admirabantur Germani, disciplinarum cognitionem, Vniuersalis doctor est cognominatus. Scripsit hic & de planctu naturæ: & eruditionem quidem præ se fert vbique, sed stylum habet inconditum, & inquinatè loquitur. Fuit hic Germanus ex Insulis, præfuitquè aliquandiu Lutetiæ, per tempora Adulphi, & mox Alberti Imperatorum, annum circiter M C C C. Penè infinita conscripsit. In hoc genere reponendus & Hildephonsus Toletanorum Pontifex, qui & vitæ integritate & doctrina insignis fuit. monumenta reliquit multa, tum carmine, tum soluta oratione. Hymni quidam extant, & Epigrammata,

Paulus Diaconus.

Alcuinus.

Rhabanus Maurus.

Ioann. Nantouillensis.

Alanus.

Hildephonsus.

mata, parum nostris nota. Hic primus Virginis matris conceptionis celebritatem instituisse à plerisque creditur. Per tempora quoque Zenonis & Anastasij in aliquo Christianorum scriptorum numero fuere, Theodolus & Godelbertus, quorum ille de miraculis veteris Testamenti, & poetarum fabulis, hic versu heroico opus ingens, per historias, & earum allegorias, à mundi creatione usque ad partum Virgineum complexus est: & vtriusque extant monumenta.

Theodolus
et Godelbertus.

Fuit & Hydalbertus in aliquo (vt mihi quidem videtur) poetarum numero: hic etenim stylo candidior, & antiquis propior, & mirè facilis. Cenomaniensium hic fuit antistes, & à regibus suorum temporum varijs afflictus persecutorum procellis tandem ab Honorio secundo Pontifice maximo, misso priore sacerdotio, Thronense adeptus est. Occubuit anno à natiuitate Seruatoris millesimo centesimo. Contigit mihi eius heroicis, & elegias videre, quæ non displicere. Succurrit nunc mihi hoc eius de Roma distichon:

Hydalbertus.

*Vrbs felix, si vel dominis vrbs illa careret,
Vel dominis esset turpe carere fide.*

Scriptis & hymnos, & de exilio suo, aliisque nonnulla. Gildam etiam memini me legere Britannicum poetam, his (vt puto) longè antiquiorem, cuius tum mihi elegiacum carmen mira facilitate conscriptum visum fuit, nec ideo aspernabile penitus: quem postea citatum etiam reperi in peruetere Britanica historia. Postet & inter hos poetas reponi Romulus ille, qui ad Tyberinum filium librum scripsit, quem ab imitatione apologorum Aesopi illius Phrygis, fabulas Aesopi nuncupauit: non, vt aliqui rati sunt, transtulit. Mirum vobis dicam, quam anxie Parmenses quidam, non Romulum huius libelli autorem asserant, sed suum quendam Salonem municipem, qui poeta dum Athenis studeret, è Græco fabulas has nostris moribus (vt aiunt) aptando, carmine composuerit. Sed certè hoc ipso vel Romulo vel Salone, me puer. o nullus liber æquè triuialibus magistris terebatur, post Alexandri ineptias.

Gilda Britannus.

Romulus.

Possent & cum his numerari is, qui libellum de gemmis & lapidibus composuit, qui à Vincentio & Alberto, aliisque huiuscemodi autoribus Liliarij, vel Lapidarij, interdum etiam Euacis nomine citatur: cuius quidem vel autor vel confector existimatur Marbodæus Gallus. Sed utcunque, præter facilitatem nihil ille satis castum habet: nam elocutionem nec puram, nec syllabas præcipuè græcas probè satis enunciat: viderint hi an rectè sentiam, qui libellum manibus terunt. Me verò præterit, an hic idem sit Marbodæus Gallus ille, qui præsul fuit Rhedenensis, quiq; Thebarorum vitam vno libro carmine complexus est, aliisque in Canticis Solomonis. Vixit hic tempore Henrici tertij, anno à natiuitate Christi millesimo quinquagesimo. Fuit & Gallus Milo, qui Charoli, Calui nuncupati, tempestate floruit: atque ad eum ipsum, quæ de sobrietate carmina scripsit, misit. Condidit & sancti Amandij vitam, cuius cœnobij ipse antistes fuit, anno à Christi natiuitate DCCCLXXX.

Marbodæus Gallus.

Gallus Milo.

Quo etiam tempore Hugubaldus floruit, cuius inter cætera, poema illud ab aliquibus legitur, quod de laude Caluorum inscribitur, ad Charolum ipsum Caluum, quod opus à cappacissimo exorsus est:

Hugubaldus.

Carmina clarifone Calui cantate camœne.

Extat & opus ingens Gualtherij, de Alexandri Magni vita: item eiusdem poetica.

Gualtherius.

Extat & Lygurini de Henrico Aenobarbo, hoc est, Barbarussa. Extat & Gualtheri Germani opus duodecim libris digestum, carmine heroico, quibus Federici Caesaris gesta continentur: quos si legere vacet, interdum ad leuandos æstus, quosdam quali Lucani poetæ spiritus sub cœlo Scythico spirare videatis, tumentes scilicet & inflatos. Scripsit præterea hic vitam diui Cyriaci eodem penè carmine, circa annos Christi M C.

Gualtherus Germanus.

Theodoricus.
Rholoita
monialis.

Hildegardis.

Petrus de
Riga.
Guidus, vel
Vidus.

Theodulphus.

Gamphredus.
Pamphilus.
Sigebertus.

Conradus
Moguntinus.
Petrus monachus,
Ioann. Gerson.

Danthes Aligerius.

Quo eodem tempore Theodoricus Leodiensis, quorundam & ipse Diuorum vitas carmine complexus est. Nec multò longè ab his apud Saxonas, id quod mihi miraculo proximum videtur, floruit Rholoita monialis, vt nunc dicimus, Othone videlicet primo & altero Cæsaribus & Imperatoribus, quæ non modò latine, sed & græcè sciuit. Scripsit hæc Panegyricum de Othonum gestis: item comœdias sex, laudes Virginis matris elego versu, quo etiam diui Dionysij vitam, & alia. Hanc eo tempore floruisse quidam prodiderunt, quo Ioanna Britannica simulato sexu virili summum pontificatum iuuisse dicta est. Fuit & Hildegardis Moguntina, non tã poetica & doctrina virgo celebranda, quàm pietate & religione: cœlesti enim afflatu ab ipsa vsque pueritia prædicta fuisse dicitur, adeò vt inde omnia didicisse quæ scripsit, in nonnullorum monumentis proditum sit. Eugenius quidem tertius Romanus Pontifex in concilio Treuerensi, in quo & diuus Bernardus aderat, cum publicè Hildegardis opuscula recitata fuissent, approbauit. Floruit anno à Christi natali MCLXXXVIII. Sed nunquid præteream Petrum de Riga Remensem: qui omne Testamentum vetus & nouum, quod ipse Auroram inscripsit, carmine complexus est. Nunquid & Guidum, vel Vidum, si minus latinæ linguæ regula patitur, vt Guidum dicamus, indictum mittam: qui sacerdos cum esset. postea & præsul creatus est. Poeta hic fuit dictionis facillimæ: scripsit enim ad Clementem quintum Pontificem maximum carmine, super vetus & nouum Testamentum, quam Bibliæ margaritam nuncupauit. Sunt & alij plerique huiusmodi scriptores, qui versus eius generis scripserunt, vt Theodulphus pontifex Auielianensis, qui cum in suspicionem Ludouici regis venisset, in vincula cōiectus est: vbi cum aliquandiu fuisset, in die quem Palmarum ex re appellamus, illac transeunte Ludouico, carmen quod composuerat, concinuit:

Gloria, laus & honor tibi sit rex Christe redemptor,

& cætera. quo carmine delectatus rex, eura statim in integrum restituit. Scripsit hic idem hymnorum librum, aliaque nonnulla. Fuerunt verò eius generis versus scriptores & alij plerique, vt Gamphredus, qui poeticam nouam condidit: item Pamphilus, cuius elegi de amore, me puero a plerisque legebantur. vt Sigebertus Gallus, qui multa carmine perscripsit, quæ enumerare haud vacat. Adhæsit hic Henrico, contra Gregorium septimum Pontificem maximum. Fuit & Conradus Moguntinus, qui suis temporibus, hoc est, Charoli septimi, per multa cecinit. Fuit & Petrus monachus Germanus Rosenheimensis, qui ad Brandam sacre Romanæ ecclesiæ Cardinalem scripsit. Et carmina non parum multa, theologus insignis Ioannes Gerson, quæ in eius opusculis leguntur. Claruerunt duo hi, quo tempore Concilium Constantiense celebratum est, hoc est, MCCCXX à natiuitate Christi anno. Fuerunt & poetæ, sed quo tempore, parum mihi compertum, Facetus, Floretus, Antigammaratus.

Sed nunquid vobis mittam Florentinum Dãthem Aligerium, quòd vernacula Hetruscorum lingua carmen suum condidit: neutiquam, eoquæ minus, quòd eum ex Ferrariensi nostra familia originem traxisse, testis eorum temporum interpres Benuenutus Imolenis. Scitis enim non minus eum poetam à quibusdam existimatum, eo sermonis genere, quàm vel Lucretium, vel quem alium eius generis. In eo quidem eruditione, & multarum rerum cognitionem offendetis, & in primis eius theologiæ, quæ Parisiensibus attribuitur. In eo salis et mordacitatis ad fastidium interdum vsq;. Certè in eo poeticam dispositionem maioremque diligentiam plerisque desiderare video, eiusquæ linguæ nitorem: quos Ioannes Stephanus eremita, & amicus charissimus, & muniticeps noster, qua est eruditione, & quo à teneris erga Danthem fuit studio, mirabiliter solutus est refellere. Sed nunc quæ ad eius vitam pertinent, præteribo, vel quòd iam

iam omnibus nota, vel quò iam serum diei imminet. Scripsit verò præter cantica comœdias & alia Danthes, inter quæ *Symposium*, & *Parilino* (quod aiūt) stylo quædam. Fuere ex eadem familia & alij, in quibus vnus Veronæ natus, Danthis & ipse nomine, qui (vt audiui) quintus ab illo est, & latina & vernacula lingua, non sine laude versus scribit. Cæterùm, ne quid vobis hodie præmittam eorum quæ mihi in mentem veniunt poetices, vidi qui latinum Danthem fecerat carmine hexametro, ex Oliuetanis videlicet sodalibus Pistoriensem quendam eorum temporū: quem librum (prò summe optime Deus, quanta custodia asseruatum in Oliuetano cœnobia) ipsi non sine ambitione mihi, tanquam rem sacram aliquam ostenderant.

Sed iam plus satis de hoc poetarum genere: nam qui per nostra tempora, vel paulò supra scripserę, in his tabulis non fuerant: proprius tamen his locus quidam, nudus omni imagine, relictus esse videbatur. Verùm quoniam iam dies serum instat, & ego non nihil fessus, eoque magis hac poetarum turba, nedum face, ad Scenicos craftinum conferemus.

Cúmque hæc dixissemus, ab-
iuius.

30

ILLVSTRISSIMO DVCI HERCVLI
BENTIVOLO LILIVS S.

*Ingens ó decus Aonum sororum
Firma & Bentiuolæ domus columna,
Hic versis tibi frontibus reposta est
Scena, & scenicus omnis apparatus,
Ludi, pægmata, vela, ludiones,
Omnes denique scenici poetae:
Quæ dono tibi cuncta destinamus,
Tuo digna favore, si putaris.
Quare te decet æstimationi
Rectè consulere vtriusque nostrum.*

AD IL.

AD ILLVSTRIS. D. HERCVLEM
BENTIVOLVM, LILII GREGORII GYRAL-
DI DIALOGI TRES DE TOTÀ SCÈNA, ET
EIVS POETIS.

P R A E F A T I O.

Insituenti nunc demum mihi illustrissime HERCVLES Bentiuole, eos sermons referre, & ¹⁰
his libris mandare quos ego & Piso & Picus puer aliquando habueramus de tota scena sceni-
cisq; poetis, acerba sane recordatio veteres animi curas, molestiasq; renouauit. Nam post eos habi-
tos sermones, & Pici pater per nocturnas insidias à suis propinquis atrocissima nece occisus, vitã
cum ditione amisit: & Picus ipse puer exulare compulsus est. Piso verò, quem propter eius summã
probitatem & humanitatem, à primis vsq; annis summopere amaueram, pestilentia cum tota fa-
milia absumptus est. Hic vtriusq; interitus Hercules semper mihi futurus est acerbissimus. Sed cū
fatis ad horum casuum deplorationem mihi nec animus, nec verba nunc suppetant, & mœror do-
lorq; abundet, vtriusq; memoriam cum grata animi recordatione complectar. Cupienti igitur mi-
hi hos sermones alicuius protectioni commendare, vnus tu mihi Hercules doctissime occurrebas.
Nam (vt mittam atauorum tuorum & proauorum stemmata, non modò Italiae, sed toti planè ter-²⁰
rarum orbi notissima: quæ enim tam adeò barbara, tam disita regio, ad quam nõ penetrauerit Bē-
tiuolũ nomen? quis tam semotus, ac in longinquis regionibus vel Rex vel dynastes, qui eius ami-
citiã & benevolentiam vel vtrò non expetierit? Sed quæ tibi cum cæteris cõmunia sunt, mis-
sa facio) quis te in optimis artibus est eruditior? Tu à teneris semper non tam literis quàm moribus
operam dedisti: tu asperratus aule licentiam & aulicorum in ea insolentiam, tu adulantium blan-
ditias & assentationes, esse malens verecundè bonus, quàm impudenter vocari. Hinc totum te
candori & integritati tradidisti: quare inter nobiles & vnicus es, & haberiis. Tu mãsuetiores Mu-
sas, & earum studia amplexus: tu musicam illam antiquam cum nostratè reuocas: tu vernaculum
dicendi genus excultius limatiusq; indies reddis. Non possum cuncta referre, quæ de te mihi dicen-
da, sese ingerunt, cum & tu (qui tuus est pudor) nec illa coràm libenter audire soleas. Vnum illud ³⁰
non prætermittam: in fabulis docendis, in quibus velut in speculo humana omnis vita relucet, ita
te præscorum arte eminere, vt puritate Terentium, iocis & salibus Plautum æquare videaris.
Quid dicam de epigrammatum argutia & lepõre? Vnum hic adscribam, quod cum castum purũq;
sit, his diebus cum peregrinarum pellium ocreis ad arcenda crurum frigora, mihi muneri dedisti.

Iam pater Autumnus syluis decussit honorem,
Plenaq; iam gelidi frigoris instat hyems.
His igitur libeat furas vincire cothurnis,
Quos mitto, inualido congrua dona seni,
Frigore vt infirmas possis defendere plantas,
Sitq; molesta minus seua podagra tibi.

Accipe & tu HERCVLES ornatissime tris hos, cùm alijs multis de causis tibi debitos nostros
Dialogos, tum etiam ea, quòd Vido Rangono amitino tuo viro illustrissimo viuenti designati fu-
erant, cuius tu meritò & sanguine & virtutibus honestissimè apud me hæres existis. In quorum
primo totius scenæ fabularũ genera, quantũ in nobis fuit, complexi sumus, & quæ illis sint necessã-
ria, quæue accidant, studiose & accuratè retulimus. Deinceps poetarum ex scena, non latinorum
modò, sed & græcorum vitas collegimus, tabulisq; his nostris addidimus. Quæ omnia, candida
illa tua, acriq; censura castigari emendariq; desidero, vt scilicet te digna, in publicum
exeant, in tuoq; appareant nomine. Vale. Ferraria, calend. A-
pril. M. D. XLI.

LILII GREGORII GYRALDI FER-
RARIENSIS AD INCLYTVM COML-
TEM GVIDVM RHANGO-
NVM.

Xenophon ille Atheniensis, cui ob singularem quandam eloquentiam Græci apud Atticæ & Musæ cognomentum indiderunt, cum Imperatorem ac duces, ut animo ipse & mente gerebat, nullum haberet quem describeret, Cyrum Persarum regem non qualis erat, sed qualem esse voluisset, scripsisse dicitur. Mihi verò longè aliter euenit. Nam cum ego Ducem te unum inter alios nactus sim, in quo, tanquam splendidas quasdam faces, militares omnes artes ac disciplinas elucere video, ingenio ac eloquentia ipse in te Duce describendo deficio. Xenophon quidem Imperatore ac Duce, non eloquentia caruit: ego eloquentia, non Duce, careo. Ille verbis & oratione quadam diuina, quem non habuit, suum Ducem illustrauit: ego verbis & qualicūq; oratione meū quem habeo Ducem, ne quidem ex parte referre, nedum quantus est æquare, parem me sentio. Verum cum tanto huic meo desiderio satis nunquam, minus in præsentia facere queam, pauca colligā potius, quàm ut aliquid te dignum me scripturum putem. Ergo tu quidem GVIDE, cum admodum puer esses, patre Nicolao viro clarissimo amisso, quantum per ætatem concedebatur, paternas amicitias ac necessitudines continuasti, nouas ac insignes comparasti: vnde à Bononiensibus militiæ præfecturam penè puer es adeptus: in qua tandiu admirabili quadam laude præfuisi, donec à confœderatis destituti Bentiuoli, quibus ut sanguine, ita amore ac beneuolentia coniunctissimus eras, ab Iulio II. per exercitum Regiū Rononia sunt eieci. Iam verò cum senatus Venetus tuæ iuuentutis diligentiam intueretur, & animi alacritatem ingeniumq; cognosceret, te serentarijs & leuis armaturæ equitibus præfecit: in qua administratione opinionē ita vicisti omnium, ut superiorū quoq; gloriam adæquaris, & ob id postea cataphractis equitibus, ab eodē ipso senatu es præfectus. Sed incredibilis quadam ingenij tui vis ac magnitudo, nec disciplinā, nec vsutum multum desiderabat: ista enim tibi partim comparaueras à peritis percontando, partim in rebus gestis & libris legendis, partim & quotidiana & assidua quadam exercitatione. Nam cum primum domo profectus es, literarum & rei militaris rudis non fuisti: adhuc enim penè infans, cum armis literas, libros & stylum cum equis & hastis contulisti, tantūq; profecisti, ut longè post te æquales reliqueris. Quid nunc dicam de carminibus abs te in adolescentia compositis? quid de mira illa tua in perscribendis quotidiani sermonis epistolis elegantia? qua non modò tui ordinis viris, sed & qui eā studiofissime profitentur industriam, scribis, à secretis & epistolis vocatis, longè antecellis. Memini Leonem X. & deinde Clementem VII. Pontifices maximos, quoties in eorum manus tuæ literæ peruenirent, id constantissimè affirmare solitos. Quid verò de astrorū peritia? qua ita tu stellarum vel traiectiones vel concursus percalle, ut (si quid modò ex ijs prævideri possit) tu longè antequàm fiant, futura præuideas. Rerum etiam diuinā quandā memoriā semper habuisti, quā in Themistocle singularem fuisse scribit M. Cicero, eumq; propterea inter græcos duces principem ponit. Tantus tu ergo penè adhuc adolescens, in omni genere bellicæ facultatis & virtutis fuisti, ut B. Liuianus Comes, Dux & imperator inclytissimus, maiorem te Ducē neminē, ipse palam fateretur: neq; iniuria, nec enim tu in bello tantū & prælijs acer, sed singularis quoq; certaminis adorea insignis. Memini te à Pepulo Comite prouocatum, quali virtute & clementia in certaminis medio te gesseris, sed hoc est omnium sermone diffusum. Idem futurus aduersus Ioan. Med. illum deorum hominumq; contemptorem, etiam illustrior, quò is etiam te iniquius lacefferat, eum nisi è tuis manibus, mors illi nimis amica, sustulisset. Agè verò iam qualis existis in moderandis, temperandūq; ciuitatibus & municipijs? mira hic tua est prudentia, tanta æquitas, ut tui primum subditi, & alieni, vbiq; præfuisi, omnes te summis laudibus efferant. Sed maximis istis tuis virtutibus quanquā non defuit aliquando inuidia, è loco tamen moueri non potuerit, quin sunt maiora semper adiecta.

5. Nam te Leo X. Pontifex verè maximus, militiæ ecclesiæ Romanæ tuendæ, primum cum Iuliano fratre, deinde cum Laurentio fratris filio, adsciuit, teq; à senatu Veneto, multum eo etiam reuente ac reclamante, abduxit. Atrox Iuliano & Laurentio immatura morte sublatis, Pontificijs omnib.


copijs præfecit. Tum sub Clemene VII. iisdem Pontificijs & Florentinis copijs præfuiſti, quandiu
 vel ipſe voluiſti, vel è re eſſe duxiſti. Dein à rege Chriſtianiſſimo Gallicæ militiæ, & clariſſimo or-
 dini aſcriptus. Nunc demum Carolo V. Cæſ. Aug. cõtra magnum Turcarum tyrannum apud Pan-
 nonas ſtrenuam operam nauaſti. Sed nunquid ſunt alijs iſta minora, quæ ipſe tantum attingo, mu-
 niſcentia ac liberalitas? quis à te vnquam, quocunq; ille virtutis genere ornatus, in donatus abi-
 uit? Illud de te veriſſimè dicere, ac prædicare poſſumus, nullum te vnquam diem perdidiffe. Quo
 Verò animò, quàm infractò, minimeq; populari, tuorum immaturos obitus tuliſti? atque in primis
 Hercules ſacraſſimi collegij P. ampliſſimi, tanta ſpe delectus? Sed nunquid (quod nulla me ratio-
 ne præſtare poſſe ſentio) tuas virtutes, rariſſimasq; tum corporis tum animi dotes, hoc breui & in-
 condito ſcripto, parum prudens comprehendere poſſe conſido? minime, neq; enim tam hebes ſum. 10
 Verùm ne ſine aliqua præſatione hos meos qualeſcunq; ad te Dialogos mitterem, in hac me diuer-
 tere non ab re viſum fuit: ſimul & vt præ me ferrem aliquam, quoquo modo, grati animi ſignifi-
 cationem. Accipe igitur iam Dialogos ipſos, in quibus & ſcenam ipſam, & totius ſcænæ poetas
 ferè omnes breuiſſimè collegi, omnemq; (vt eſt in prouerbio) ſcenicum ſiparium expli-
 cui: quod exiguum ſit licet munus, non exiguum tamen perpetui
 mei erga te amoris pignus erit.

L E C T O R I A M I C O .

Sed præ fatorum inclementiam. Dum horum Dialogorum editionem pa-
 ro, nondum hac perfectà præſatione, ecce ſubita morte nobis ſurreptus eſt
 VIDVS, ſui bonis omnibus deſiderium relinquens. Quare cum illi viuen-
 ti Dialogos dare nequiuerim, eius amitino Herculi Bentiuolo, viro illuſtri &
 incomparabilis exempli, dare conſitui: ſic etenim vno hoc munere,
 & viuentem Herculem demerebor, ſimul nec manes
 talis amici fraudabo.
 Vale.

LILII GREGORII GYRALDI FER-
RARIENSIS DIALOGI TRES DE SCE-
NA ET POETARVM SCENICORVM
HISTORIA.

L I L I V S.

10  D id pīso deuenimus, vt qua sit parte dolēdum magis, ignore-
mus: crudelis (vt ait poeta) vbiq; luctus, vbiq; pauor, & pluri-
ma mortis imago. Nam, quod citò ex Iulij sermone sperabam⁹,
patriæ liberationem, nunc longè aliter euenire videmus, cum
non modò illic sedata non sit pestilentia, sed & hic quoq; non-
nihil serpat, & (vt audio) iam per aliquot nō ignobiles familias
gratletur. Tum ergo, inquit Pīso, ego cinerem vitans, vt dicitur, in prunas incidī.
Sed quid agam? hinc ne etiā abeundum? Minimè, inquam: nam si modò hinc
abeundum fuerit, in proximum huic Nouorum oppidulum secedemus, vbi
(quod saepe ex indigenis accepi) ex quo patrum est memoria, nulla vnquam est
de bacchata lues. Interim tamen cum Pico puero reliquas poetarum tabulas ne
20 mittamus, atq; in hortos, vt consueuimus, pergamus: sic enim vos minus cura
mordebit. Quò vbi peruenimus, Pīso prior, Sic agamus, inquit, omnemq; scenā
nobis aperias. Idem cum se cupere Pīcus puer annuisset, ita ego sum exorsus.
Erant in prima huius tabulæ parte, duæ mulierum imagines, plaustris, quæ qui-
nis e quis trahebantur, insidentes. sed non eodem illæ habitu & forma esse vide-
bantur: altera enim se uero quodā erat aspectu ac subtristi, altera miti, & vt non-
nunquam euenire solet post curas & anxietates, læto hilariq; illa versicolore
pallio, & regali quadam cyclade, hæc veste alba, quam exomida Græci vocant,
aderant vtriq; tamen & aliæ vestes, vt togæ, prætextæ. Illa in pedibus cothurnos,
hæc foccos habebat: illa sceptrum, hæc myrti virgulam manu tenebat, vtriq; ti-
30 biq; cantores aderant, qui tibias inflarent. Ponè harum plaustra, Saty-
rorum variæ erant & multiformes species, hilari quidam, ebrij, saltantes, muto-
niati, hirti, procaces, petulantes, cicuticines, & id genus turbæ: sub ijs verò in-
gens tractus, & longus poetarum ordo. Cum hæc puer Pīcus quæ dicebam at-
tentè admodum audiret, sic ait Pīso: Videris nobis quodammodo tragœdiam,
& comœdiam, ac satyram descripsisse, quarum valde cupimus vt altius nobis in
præsentia repetas imagines, & eas exponas: nam cum mihi rem gratam feceris,
tum & Pico huic nostro vtilem & iucundam: vides enim quàm te attentè & li-
benter audiat, atq; ex ore pendeat. Tametsi, inquam, longior erit ista repetitio,
& fortasse curiosior, paucioribus tamen agam quàm potero, ne à me frustra ali-
quid petisse videamini: primùmq; earum inuentionem, definitionemque, tum
40 species & partes afferam, cæteraq; quæ eis attinere videbuntur: atq; ita cœpi.
Δραμα τῆν, quæ sic græcè dicuntur, latinè fabulæ, siue (vt ait Diomodes) factibu-
læ, hæc sunt species: Tragœdia, Comœdia, Satyra, Mimus: & ab his palliata, seu
togata: tum Comœdia ipsa, aut prisca, aut media, aut noua. Sic & apud Latinos,
Togata, Prætextata, Tabernaria, Attellana, Rhinthonica, Planipedia. A Tra-
gœdia igitur incipiemus, quoniam vt Aristoteles ait & Donatus, alijs fabulis
vetustior esse dicitur. Tragœdia est heroicæ fortunæ in aduersis comprehensio,
! vt nostri definiūt: vt verò Theophrastus, τραγῳδία ἡραϊκῆς τύχης ὅτι πῶδισσασις. quasi
dicatis, Tragœdia est fortunæ heroicæ calamitas, seu infortunium. tragœdiæ e-
nim propria est tristitia, & luctus. Ideoq; Euripidem poetam accepimus, peten-
50 te Archelao rege vt de se Tragœdiam scriberet, abnuisse, deoq; precatum esse,
ne Archelao ipsi aliquid accideret quod esset Tragœdiæ proprium, quibus ver-
bis sapiētissimus poeta significauit aliud nihil esse Tragœdiam, quàm quod di-

Tragœdiæ
definitio.

xi, miseriarum comprehensionem: vnde & in prouerbium Tragœdia exiuit, de re turbulenta, & molestiæ plena. Polybius verò cum contra Philarchum de historia differit, ait, Tragœdiam verisimili oratione audientium animos in omnes affectus deducere: id quod etiã conuenire videtur definitioni, quam Tragœdiæ attribuit Aristoteles cum ait in Poetica: Est ergo Tragœdia imitatio studiosæ & perfectæ actionis, magnitudinem suauis oratione habentis, separatim ab vnaquaq; specierum agentium in particulis: & non per annũciationem, sed misericordia quadam & timore perficiẽs talium affectionum purgationem. Mox subiungit: Dico, inquam, suauem orationem, habentem numeros, harmoniã & melos. Separatim verò ab vnaquaq; specierum dico, quibus quædam perficiuntur, & rursus alia per melos. Atq; hæc quidem ille.

Sed his difficilioribus missis, nunc fabularum primordia disquiramus, vt planius vobis res tota pateat. Diodorus igitur, vt ab hoc incipiamus, scenicam omnem artem, & in primis Tragœdiam, in Liberum patrem, hoc est, in Dionysium autorem refert, ex quo & histriones græcè τεχνίται διούσις à Græcis dicuntur, id quod Aristotele & Plutarcho testibus, cæterisq; facillè cognoscimus. quinimò & Demosthenes ἐν διούσις dixit, pro eo quod est, in theatro, si Vlpiano stamus. Alij vnum similiter, idemq; principium fuisse trium, hoc est, Tragœdiæ, Comœdiæ, & Satyræ, idq; apud Athenienses. quin & tria ipsa poetarum genera vno vocabulo Comicos vocitatos legimus: quoniam ex vicis & pagis, hoc est, κώ- 20
μους, qui ijs initia dederunt, prodire: mox est distributa scribentium ratio. Scribit tamen Aristoteles in Peloponneso inuentam Tragœdiam. Verùm hæc seorsum agamus. Donatus in suis in Terentium commentarijs: Initium, inquit, Tragœdiæ & Comœdiæ à rebus diuinis est inchoatum, quibus pro fructibus vota soluentes operabantur antiqui: nam incensis iam altaribus, & admoto hircò, id genus carminis quod sacer chorus reddebat Libero patri, Tragœdia dicebatur, ἐπὶ τῷ ἱρῶ, id est, hircò, hoste vinearum, & ab ὠδή, id est, cantilena: vel quod hircò donabatur eius carminis poeta, vt canit Horatius,

Carmine qui tragico vitem certauit ob hircum.

Quinetiam hircus Liberalibus, die festo Libero patri, ob hoc ipsum immolabatur, quia (vt ait Varro) depascit vitem. Verg. 30

*Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & veteres ineunt proscenia ludi,
Præmiãq; ingenij pagos, & compita circum
Theside posuere, atq; inter pocula leti,
Mollibus in patris vnctos saliere per vtres.*

Quæ sacra ἀσκάλια græcè ab vtribus dicta sunt, & ab ipsis factum est verbum ἀσκάλια: qua de re Græci multa, & nos non nihil superiorum dierum sermone retulimus. Sunt alij qui Tragœdiam dictam velint, quòd hirci vter musto ple- 40
nus, solenne præmium esset cantorib. Vel, vt ait Diomedes, à vino ipso dicta est Tragœdia, propterea quòd olim τρυφὴ vinum dicebatur, à quo & hodie τρυφή
vindemia græcè vocatur: quia apud Atticos Liberalibus, die festo Liberi patris, vnum cantoribus pro corollario dabatur, cuius rei testis est Lucillius. Vel Tragœdia sic vocata est, quasi τρυγεία, vt ait Porphyrio, quòd ora facibus scenici perluebant, ante personarum vsum ab Aeschilo repertum: facces enim græcè τρυγεία dicuntur. Vnde Horatius ait:

*Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent agerentq; peruncti facibus ora.*

Vel Tragœdia dicta est quasi tetragodia, quòd τετραγώνιστος, vt ait Isaacijs, consti- 50
tuta est, hoc est, quatuor cartaminum. Sed & Tritagoste dicta est, qua de re alibi. Vel ab eo etiã dicta est, ὅτι τραχέως ὠδὸς, i. asperos habeat cantus, eodẽ autore
Isaacio.

Isaacio. Porro vobis etiam audiendus est Aristoteles, qui de Tragœdiæ partibus differit, atque has quidem dupliciter diuidit, in eas quæ ad quantitatem, & quæ ad species pertinent. Sed quæ ad species, quoniam philosopho potius quam poetæ, & speculationi magis quam actioni conueniunt, missas faciam: tantum vobis recensēbo quæ ad quantitatem attinent, idque meis verbis exprimam, quoniam quæ interpretata latinè hæctenus vidi, partim confusa, partim inemendata sunt. Sunt ergo hæc Aristotelis verba: Partes Tragœdiæ, quibus ut speciebus uti conuenit, antea diximus: iuxta verò quantitatem, & in quas separatæ diuiduntur, hæc sunt: Prologus, epifodion, hoc est, ingressus vel introductio: exodus, id est, exitus: & choricon, hoc est, pars quæ ad chorum pertinet. & huius sunt parodos, & stasimon, hoc est, accessus, & status: atque hæc omnibus communia. Propria verò sunt, quæ à scena & commo, id est, luctu. Prologus igitur est pars Tragœdiæ tota, ante chori accessum. At Epifodion pars & ipsa tota Tragœdiæ, inter choricos cantus integros. Exodus pars est Tragœdiæ tota, ubi non est chori cantus. Chorici verò accessus, id est, Parodos, prima totius chori dictio. Stat⁹ autem, hoc est, stasimon, chori cantus sine anapæsto & trochæo. Commus verò, cōmunis lamentatio chori & scenæ. Atque hæctenus Aristoteles in Poetica: qui & in Rhetoricis hoc annotatione dignum scribit, antiquissimos videlicet poetas non histrione, sed per seipsos Tragœdias pronunciaſſe. Porro quoniam & hoc à nonnullis quæri audiui, quid sit ἐπιπόδιον apud Aristotelē: Epifodion propriè, scribunt Theophilus, & item Suidas, id in fabulis appellari, quod risus gratia infertur, extra subiectum vel argumentum fabulæ, id est, hypothesim: abusiue verò quodcunq; omne allicit negocium, hoc est, τὸ ἰσχυρῶς ἀπὸ ἀνὰ πρῶτα. Sūt & alij qui ita tradant, epifodia carmina esse quæ canerentur, cum primùm Imperatores urbem ingrederentur: sed in Poetica Aristotelis epifodia ab epopœis eo differre, quòd his quæ propria fabulæ sunt, contineantur: illis. i. epifodijs, reliqua vniuersa. Verùm iam de Tragœdia satis, si tamen prius quantæ sit vtilitatis, vobis ostendero, idque ex Timocle Comico, qui ait, apud Tragœdiam totius vitæ & conditionis esse exempla, atque documenta: nam si pauper es, inquit, inopiã ferre discēs à Telepho: si filij ante diem pereunt, à Niobe: si furor arripuit, furorē sedare discēs ab Alcmeone: si oculis captus, à Phineo cecitatem, ut à Philoctete claudicatem: & sic ab alijs alia æquo animo ferre discēs: omnia enim maiora quã quiuis patitur infortunia, qui alijs accidisse contēplatus, suas ipsius calamitates æquius faciliusque ferre consuevit. Est & apud Athenæū legere, quæ documenta ex Tragœdia habere possimus, lib. 7. & non nihil apud Aristotelem in Poetica. Verùm quæ de Comœdia traduntur, iam attendite.

Tragœdiæ
vilius.

Comœdia est priuatæ ciuiliſque fortunæ, sine vitæ periculo comprehensio. Græci itidē sic definiunt: κομῳδία ὅστις ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκινδυνῶς περιούχῃ. Donatus verò ita: Comœdia est fabula, diuersa instituta continens affectuū ciuiliū ac priuatorum, qua discitur quid sit in vita vtile, quid contrā euitandū. M. Tullius Comœdiam esse ait imitationem vitæ, speculum consuetudinis, imaginem veritatis: id quod est visus accepisse à Liuiō Andronico, qui Comœdiam ante Ciceronem esse dixerat quotidianæ vitæ speculum: nec iniuria: nam ut intenti speculo veritatis lineamenta faciliè per imagines colligimus, ita lectione Comœdiæ imitationem vitæ, consuetudinisque non ægerrimè animaduertimus. Vnde etiam scriptum est, Comœdiam esse poema sub imitatione vitæ, atque similitudine compositum. Aliam tamen definitionem affert Aristoteles, quæ & alium habet finem: ita enim ait: Comœdia est imitatio improbius quidem, nō ad omnem tamen malitiam, sed turpitudinis quædam est ridicula particula. Ridiculum enim peccatum quoddam est, & turpitudine doloris expers, correptionem minimè afferēs: veluti ridicula facies, quæ statim est turpe quiddam & peruersum, sine dolore. Videtur ex his verbis Philosophus innuere, Comœdiam inuentam esse ad oblectandos populos: & propterea varia quæ tradunt de eius

Comœdiæ
definitio.

inuentione recitabo. Scribit Aelius Donatus, præter ea quæ supra diximus, nõ-
dum coactis in urbem Atheniensibus, cum Apollini Nomio, id est, pastorũ vi-
cinorumq; prædidi Deo, constructis aris in honorem diuine rei, circum Atticę
vicos, villas, pagos, compita, festum carnẽ solenniter cantarent, ortam esse Co-
mœdiam, ἄρχη τῶν κωμῶν, quod est, comessatum ire cantantes. Alij κωμῶν ἄρχη inter-
pretantur, cum quadam lasciuia & petulãnta saltationib; & carminib; indulgeret
alij nocturnis etiã amorib; petulantĩsq; operam dare, vt solent amatores: quę-
que plura græci grãmatici colligunt, quæ & ipsi Comœdię conuenire possunt.
Varrõ sic inuentam Comœdiam voluit: Iuuentus, inquit, Attica cum circum vi-
cos esset ire solita, & questus sui causa hoc genus carminis pronunçiaret, ἄρχη τῶν
κῶμων, id est, luctu, vel ἄρχη τῶν κῶμων, hoc est, a pagis & cõuenticulis rusticorum,
nomen inuenit. Vel certè posteaquã ex agris Athenas commigratum est, id
quod à Theseo factum Valerius Maximus & Plutarchus tradunt, hi ludĩ consti-
tuti sunt: sicut Romę compitalitiũ, in quibus ad canendum prodibant: atq; à κῶ-
μων & ἄρχη Comœdia dicta est, vel quod τῶν κωμῶν δῶμα, id est, viculorum & hu-
milium domuum fortunæ comprehenduntur, nõ vt in Tragicœdia, publicarum
regiarũmq;. Vel ἄρχη τῶν κῶμων, hoc est, comessatione, quæ olim in eiusmodi fabulis
amantium iuuenum canebantur, dicta est Comœdia. Quam etiam sunt qui di-
ctam putent à Co insula, in qua Comœdiæ inuentor exulauit Epicharmus, vt in
eius imagine dicemus. At Græci quidam expositores ita tradũt: Cum apud A-
thenienses iam bella sedata essent, & ad ocium ciues se contulissent, cœperunt
agrestibus iniurias inferre: qua causa agrestes ipsi in urbem se recipere soliti erãt,
interdiũq; de iniurijs cum apud ciues quererẽtur, nullus eis tamen opem auxi-
liumq; ferebat. Tum igitur illi noctu, cum mortales omnes somno & quieti in-
dulgerent, vrbis vicos obeuntes nominatim ciues compellabant, a quibus es-
sent iniurijs affecti, eorũmq; in se malefacta atq; delicta in publicũ proferebãt.
& hæc quidem noctu cum sæpe vicini audirent, postridie audita inter se referre
solebant, eiq; cui vitio dabatur, cuius noctu fuissent audita conuitia. Cum verò
ea res plerisq; prodesse videretur, nec in rusticos adeò sæuirẽt diuites, cognitum
fuit id ciuitati vtile esse, quòdq; ea exprobratio quoddam veluti esset malorum
remedium. Hac igitur causa vrbis principes, vt ea in theatrum deferrentur quæ
in malos ciues noctu iactabantur, iusserunt, quòd videlicet ea res ciuitati simul
& placeret, & prodesset: sancitũmq; vt qui ingenio præstarent, de huiusmodi re-
bus carmina facerent, eãq; publicè in teatro recitarent, idque liberè & impunè
quin & præmia addita. Quare cum id noctu agi cœptum esset, ἄρχη τῶν κῶμων, hoc est, a somno Comœdiam dictam voluere. Primi verò qui huiusmodi car-
mina fecerunt, fuisse dicti sunt Sufarion Tripodiscus, & Rhullus, qui à Diome-
de grammatico Nullus vocari videtur, vel (vt ab alijs) Mullus, & Magnes, de
quibus in hoc ipso sermone, suo loco nonnihil meminimus. Alij non in Atti-
ca, sed in Sicilia repertam esse Comœdiam voluere. Solinus de Sicilia loquens: 40
Hic, inquit, primũ inuenta Comœdia, hic & cauillatio comica in scena stetit.
Sed si Aristotelem in Poetica audiamus, in varias sententiã mens distrahetur:
alicubi enim hoc quod Solinus ait, his verbis astruit: Fabulas, inquit, fingere E-
picharmus & Phormus incœpere, atq; hoc quidem, ait, primũ ex Sicilia venit.
Athenis verò primus Crates cœpit, omittens prorsus formæ iambicæ fabulas &
orationes facere. Idem autem Aristoteles cum superius eandem rem tractasset,
sic ait: Dorienses, inquit, sibi Tragicœdiam & Comœdiam vendicarunt, Mega-
renses verò Comœdiam tantum, quoniam apud ipsos democratia, hoc est, po-
pularis status prius sit constitutus: & qui ex Sicilia sunt, quòd scilicet ibi natus
est Epicharmus poeta, qui est longè prior quàm Chonides & Magnes fuerint: 50
quo loco legendum potius Chionides, vt suo loco ostendemus, quàm Chonni-
des. Tum addit: Nonnulli Tragicœdiæ initium apud Peloponneses fuisse volu-
erunt, vocabulãq; in eius rei signum esse illi aiunt, κῶμων vocitari villas, seu loca
circum

- circum urbem ædificata: Athenienses verò populos vt Comædos, non ἀπὸ τῶν κομῶν δικτοῦς dictos, sed ea ratione, quòd per vicos & pagos inhonorati neglectiq; ex vrbe errore quodam vagabantur. Item ipsi quidem agere dicunt κομῶν, Athenienses verò κομῶν. Atq; hæc hactenus quidem ille totidem ferè verbis. Ex quibus, inquam, omnibus quæ attuli, videtis quanta sit varietas, quanta penè inexplicita opinionum diuersitas, quas nec temporum nec locorum ratione habita defendere possumus. Nunc quid inter Tragœdiam & Comœdiam distet, disquiram. Inter Tragœdiam & Comœdiã quid intersit.
- In Comœdiã quidem mediocres fortunæ hominum, parui impetus, periculâq; lætîq; sunt exitus actionum: at in Tragœdiã omnia contraria, ingentes personæ, magni timores, exitus funesti habentur. & illic turbulenta prima, tranquilla vltima: in Tragœdiã contrario ordine res aguntur. tum in Tragœdiã fugienda vita, in Comœdiã capessenda exprimitur. postremò omnis Comœdiã de fictis argumentis, Tragœdiã sc̄pe de historica fide petitur. Illud etiam à multis quæri solet, vtrumne Tragœdiã an Comœdiã prior inuenta sit. quibus his verbis respondet apertè Donatus: Itaq; inquit, vt rerum, ita etiam temporum ipsorum cœpto ordine, Tragœdiã primò prolata esse cognoscitur: nam vt ab incultu & feris moribus paulatim peruentum est ad mansuetudinem, vrbèq; sunt conditæ, & vita mitior atq; ociosa processit: ita res tragicæ longè ante Comicas inuentæ. quamuis retro prisca voluentibus reperiat̄ur Thespis Tragœdiã primus inuentor, & Comœdiã veteris pater Eupolis, cum Cratino Aristophanèque, esse credatur.
- 20 Plato tamen in Minoe dialogo, Tragœdiam ait longè antiquiorem ciuitatis Athenarum fuisse inuentum, quàm Thespis ipse & Phrynichus: nisi fortè malimus Eusebio credere, qui in chronico ita scribit: Quadragesima secunda Olympiade in agone certantibus Πύλοσ, hoc est, hircus præmiò datus, vnde aiunt Tragædos nuncupatos: hæc ille. Sedenim Homerus, qui omnis poeticæ largissimus fons est, his carminibus exempla præbuit, & velut quadam suorum operũ lege præscripsit, qui Iliaden instar tragœdiæ, Odysseam ad imaginem Comœdiæ fecisse monstratur, id quod & Macrobius aliq;. Aristoteles tamen hoc ipse aliter in Poetica tractat: proportionem enim Tragœdiam habuisse ait ad Iliaden & Odysseam, Comœdiam verò ad Margiten eiusdem Homeri opus, de quo vobis locutus sum. Atq; ita ait Aristoteles Tragicos ab Iliade & Odyssea, Comicos à Margite sua duxisse poemata. Post Tragœdiam successit Comœdiã vetus: vt ipsa quoq; olim Tragœdiã, simplex carmẽ fuit: suo verò tempore moribus multum profuit ciuitatum, cum vnusquisque caueret, culpa ne & spectaculo cæteris extitisset, & domestico probro. Sed cum poetæ abuti licentius stylo, & passim ledere ex libidine cœpissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmẽ infame proponeret lata lege sanxerunt, id quod etiam in Eupolide planius referemus. Idem & apud Romanos factitatũ est, qui vt in quarto de Republica libro testatur Cicerò, & Aurelius Augustinus in secundo de Ciuitate Dci, duodecim tabularum lege cauerunt, vt is capite puniretur si quis actitauisset, siue carmen condidisset, quod infamiã faceret flagitiũve alteri: sed & mox fustuarium supplicium cõstituisse dicunt in autorem carminum infamium, quod innuit Horatius poeta, apertè verò scribit Porphyriõ.
- 30
- 40

Post legem latam ab Atheniensibus, voluit Donatus Satyras exordiũ sumpsisse. de quibus nunc agendum. Has voluit Acron Athenis cum Dionysia celebrarentur, à Cratino primùm inductas. Satyræ verò appellatæ à Satyris syluestribus, quos illos semper ac petulantes deos esse scimus, & similiter in his ridiculæ res pudèdæq; dicuntur. Alij à satyra lance, quæ referta varijs multisq; primitijs, in sacris priscorum deis inferebatur, & à copia & saturitate rei Satyra vocabatur: cuius lancis & Verg. meminit, cum ait,

50 *Lances & liba feremus.*

Siue à quodam genere farciminis, quod multis rebus refertum satyram Varro vocitat. Est autem hoc positum in secundo libro Plautinarum quaestionum: Sa-

Satyræ exordium.

tyra est vbi passa & polenta, & nuclei pinei ex mulso conspersi: ad hæc alij addunt, & de malo punico grana. Quidam Satyram dictam putant à lege Satyra, quæ vno rogatu multa simul comprehendat, quòd scilicet & Satyra carmine multa simul poemata comprehenduntur: cuius legis meminit Lucilius in primo:

Per satyram adilem factum qui legibus soluat.

& Sallustius in Iugurtha: Deinde quasi per satyram sententijs exquisitis in ditionem accipitur. Meminerunt & huius legis Iurisperiti, & Canonici, & Isidorus. Quidam ineptè Saturam per v legendum putant, atq; à saturo verbo deducunt, vel quod ita conuitia & crimina hominum liberè inuadat, vt saturi homines, id est, ebrii: quod scribit Acron. In satyricis verò fabulis non reges & heroes, sed satyri, cani, barbati, imberbes, sileni, pappi, & similes, vt Autolycus & Burrhus inducuntur, vt est apud Pollucem & Diomedem, qui ait ideo satyros induci, vt ludendi iocandiq; causa essent, simulq; vt spectator inter res tragicas seriâsq; satyrarum quoq; iocis & iustis delectaret: quod & Horatius sentit his versibus,

*Carmine q; irragico vilem certauit ob hircum,
Mox etiam agrestes satyros nudauit, & asper
Incolumi grauitate iocum tentauit, eò quòd
Illecebris erat, & grata nouitate morandus
Spectator, sanctusq; sacris & potus & exlex.*

Hoc & Aristoteles ferè in poetica. Sed deinde Satyræ ipsæ versæ ad conuicia & maledicentiam, vt est Satyrorum, qui in his prius inducebantur, natura. Græci verò expolitores Satyras ita incœpisse tradunt, quod & archæis Comœdijs conuenire video. Morè hi aiunt Atheniensibus fuisse, cum per pagos adhuc dispersi viuerent, & agricolationi inseruirent, vt cum ab opere & labore cessarent, voluptati genioq; indulgerent, atq; inter se dicta ridiculis iocisq; referta iactarent: qui & in deorum solennitatibus mos fuit: sic enim deos laudabant. At hæc in curribus & plaustris insiliētes factitabant, & exinde in scommata & dicteria flectere cœperunt, & in quædam extemporanea poemata: vnde Satyræ, & prisce exortæ sunt Comœdiæ. Atque quòd ex plaustris id primùm factitatum est, Græcis verbum inoleuit *Ἰζαμυλῶ*, quod in eos qui conuiciantur & maledicunt, vsurpari solet: quod si non vidit Erasmus, illud certè quod idem est, multis est executus, *Ἰζ & μυλῶς λαλῶν*, hoc est, de plaustro loqui. Sed quod de plaustris poemata recitarentur, meminit & Horatius, cum ait,

Dicitur & plaustris vexisse poemata Thespiis.

At verò Chamæleon in eo quem de Thespide libro composuit, & Suidas tradunt, apud antiquos ante poetas de Dionysio scripsisse, & in his certasse, quæ poemata satyrica dicebantur: posterius verò cum Tragœdias scribere cœpissent, paulatimq; ad fabulas & historias conuersi essent, nullam de Dionysio mentionem faciebant, ex quo illud factum est prouerbiū, Nihil ad Dionysium. Quòd si vera scribunt, antiquior Satyra quàm Tragœdia esse videretur, quod nos non ita esse ostendimus. Sed ne à proposito recedamus, eiusmodi satyrica fabula fuisse proditur, vt in ea, quamuis duro & veluti agresti modo, de vitijs ciuium, tamē sine vlllo proprii nominis titulo carmen esset: quod genus fabulæ multis obfuit poetis, cum in suspicionem potentibus ciuibus verissent, illorum facta rescripsisse in peius, ac deformasse genus stylo carminis: quod primò Lucilius nouo conscripsit modo, vt poësin inde faceret, id est, vnus carminis plures libros vnde nostra tota latina manauit Satyra, qua post Lucilium, Horatius, Persius, Iuuenalis, alij claruerunt, de quibus egimus. Hoc ergo, quod supra diximus, malo poetæ coacti sunt omittere Satyram, & aliud genus carminis *τὴν ἑστὴν κομῶδιαν*, hoc est nouam Comœdiam reperere poetæ, quæ argumento cōmuni magis, & generaliter ad omnes homines qui mediocribus fortunis agunt, pertineret, & minus

& minus amaritudinis spectatoribus, & eadem opera multum delectationis afferret, concinna argumento, consuetudine congrua, utilis sententijs, grata salibus, apta metro. Sunt igitur tres comœdiarum differentiæ, quas ita recenset Platonius: vnam inquit archæam esse, hoc est, priscam: alteram *νέαν*, id est, nouam: tertiam *μέσην*, id est, mediã: quarum vnaquæq; proprias quasdam virtutes habet. Sed de hac fabularum diuisione, cui & poetæ ipsi subduntur, vt infra videbitis, frequens est apud Athenæum & Suidam mentio, nec eam ignorauit latinus Diomedes. Sed iam dictum sit de Comœdiã fatis. Nunc ad Mimos transeamus. Mimus est sermonis cuiuslibet motus sine reuerentiã, vel factorum cum lasciuia imitatio. Mimus dictus est à diuturna imitatione vilium rerum & leuium personarum, vt ait Donatus: vel vt Diomedes, quòd quasi solus imitetur, *μῖμος ὁ μιμουμένης*, cum & alia poemata idem faciant, sed solus, quasi priuilegio quodam, quod fuit commune possedit. Sanè ab ea imitatione prouerbij vice Theophilus *μῖμος ὁ βίβος* dixit, quòd scilicet vita nostra sit Mimo similis. Vnde & illa apud Fulgentium Beatinij seu Vatinij Vrbici mimologi similitudo ad ridiculos honores, vt ipse ait, ciuius fugiuos. Apollonius quoque Tyaneus tyrannos similes esse dicere solitus erat minorum regibus, qui modò summi sunt, modò imi. Ab ea igitur imitatione Græcè Mimus poema & actor dicitur. Latine verò, Diomede teste, Planipes & planipedia fabula, sic ob humilitatem argumenti eius ac vilitatem actorum vocata: mimi enim non cothurno aut socco vtuntur in scena, aut pulpito, sed plano pede, hoc est, nudo, vt ait Festus. vel quòd in plano orchestræ positis instrumentis mimicis fabulam agitent. vel ideo, quod non ea negocia continet Planipedia, quæ personarum in turribus, aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in plano & humili loco: vnde & humilis locus dictus est, planus pes, quomodo Vitruius in primo vsus est: Sed, inquit, non in omnibus locis est aggeris ratio faciendã, nisi quibus extra murum ex alto loco plano pede accessus fuerit ad mœnia oppugnanda. quem imitatus est is qui ex Antyllo Orbasium est interpretatus in nono Collectaneorum libro: Plano pede, inquit, & terreno habitationes & cubicula, grauiter & acutè languentibus commodiora sunt, quàm in solarijs & tabulatis. qua ratione Planipes & Planipedia dicitur. Alij ineptè à Plano prima correpta, id est, fatuo & impostore, planipedem dictum putant. Planipedis Actor togatarum scriptor meminit in Aedilitia fabula: Datum est, inquit, aurum, exultat planipes. Meminit item Fabius Quintilianus: Vt Caius, qui istam faciem planipedis senis torques. Item ad Paulum Ausonius. Sed etiam Mimorum actores & poetæ varijs nominibus dicuntur: nam & Mimographi, & Mimologi, & Mimiambi vocati sunt. Mimorum verò species longè plures, vt est apud Pollucem, Suidam, Strabonem, & Athenæum copiosius: nam & masculi & feminae Mimi dicti sunt, & Hilarodi, qui & ab autore Simodi: sunt & qui Magodi, & ab his parum differenter Lysiodi, 4^o item Sotadici ab autore, qui & Ionici. Sunt quoq; Cinædologi, qui & Cinædi, de quibus præcipuè Aristocles in eo quem de Musica libro scripsit. Dicelista quidem, vt Sosibius Lacon grammaticus ait, ex Comœdiarum genere sunt. Sed verius Mimi à Lacedæmonijs, teste Plutarcho, vocantur: quorum diuisæ sunt species: nam & à locis interdum vocantur, vt Sicyonij, Thebani, Itali. Sunt verò inter hos præcipui qui Phallophori & Autoabdali, vel vt alij, Adocabdali vocati sunt, quorum hi coronati, Ille etiam sine persona in scenam prodibant: de his Athenæus & Suidas multa. De celestian (nisi sit error in codice) Plutarcho in Laconicis apoph. mimum à Lacedæmonijs vocari ait: nam & Eudemus scribit *δὲ ἐπιπέλας* simulachrum & exemplar significare. Inter mimorum præterea genera & Phryax, & Ethelontes, qui & Iophista, & Ethologus interdum dicitur, reponuntur. Sunt item Iambi, & Mimiambi, & Ithyphalli. Est verò inter mimos castior Hilarodos: nam & propterea alba veste, & corona aurea, & calceis utebatur, vt scribit Aristocles. Magodus autem cymbala & tympana ha-

Mimus quid

bebat, & vestes muliebres, eumq; ad Comœdiam pertinere Aristoxenus prodidit. Sunt qui Magodiam inde dictam existiment, quod in ea magica, & pharmacorum potestates proferrentur. Sed Pantomimus à multifaria, vt Cassiodorus ait, imitatione nomen habet: cum primum in scenam plausibus inuitatus aduenit, assistunt consoni chori diuersis organis eruditi, tunc ille sensum manibus, oculis canorum carmen exponit, & per signa composita, quasi quibusdam literis edocet intuentis aspectum in illa quæ dicuntur apices rerum, & non scribendo facit, quod scriptura declarauit. Idem corpus Herculem designat & Venerē, fœminam representat in mare, minari Regem facit & militem, senem reddit & iuuenem, & in vno credas esse multos, tum varia imitatione discretqs. & hæc ¹⁰ quidem de Pantomimo in libris variarum Cassiodorus. Lucianus verò consona his in eo qui *πῶλον ὀρχήσας* inscribitur: Non indecenter, inquit, & Itali saltatorem Pantomimum vocant, ab eo quod factum est. & cætera, quæ paulò post vobis afferam, cum de scenæ saltationibus agemus. Meminit & Pantomimi Seneca, Plinius, Diomedes, Capitolinus, alij. Suetonius, Primis, inquit, temporib. quæcunq; in scena fierent, in Comœdia quoq; agitari consueuisse: nam & Pantomimus & chorales in Comœdia canebant, postea separata sunt comœdorū à Pantomimis artificia. Causam verò Diomedes exequitur. Quidam Pantomimorum duo genera faciunt, mythicum, & scenicum. Illud est etiam vobis obseruandum, quod sicut Mimus pro poemate & histrione capitur, sic etiam Pantomimus. Sa- ²⁰ nè histrionus, quoniam & hoc ad propositum facit, vocabulum est latinum (*αρχιμυς δριούρος* græcè dictus est) vel ab Histrion Hetrusco ludione, qui, vt Ruffus & Plutarchus tradunt, Romam accitus fuit, cæteris pestilentia absumptis: vel quod eo nomine ab Hetruscis vocarentur ludiones, vt Liuius & Valerius Maximus scribunt: vel ab Histrion regione, vt Pomp. Festus ait. Sed & ludios & ludiones histriones vocamus, vel à Lydis, id est, Hetruscis: vel à ludo, vt grammatici obseruant. Ouidius:

Ludius æquatam ter pede pulsat humum.

Hinc & Ludia fœmina Iuuenali & Martiali. Sunt & in hoc genere histrionum ³⁰ apud Græcos Tragœdi & Comœdi. Nec id vos latere velim, non apud Romanos modò infames ac famosos fuisse histriones, sed etiam apud Græcos. Aristoteles siquidem in Problematis causam perquirat, cur histriones improbis sint moribus magna ex parte: refert ille, quod solidæ sapientiæ minus dent operam, & sint incontinentes. Apud nostros verò cum per leges pontificias & ciuiles damnantur, tum præcipuè in tertio Digestorum, vbi hi qui in scenam ob præmium prodierint, & omnes qui operas suas locauerint arti ludicræ, famosi esse iubentur. Marcus quoque Cicero in Libris de Republica, eos probro duci ex verbis Scipionis tradit, & non modò honore ciuium reliquorum carere, sed etiam ⁴⁰ tribu amoueri notatione censoria. Idem scribit Aur. Augustinus. Nonnullos tamen in historijs legimus & diuites factos, & in honore habitos, vt apud Græcos Polus Chariclei filius Suniensis, & Satyrus Theogitonis, Marathonius & Aristodemus, cuius aliàs meminerim: & apud Latinos Bathyllus, Pylades, & huius discipulus Hylas, & his priores Roscius & Aesopus. Sed & hodie ipse noui qui sacerdotia, & quidem ampla, hac histrionica arte sunt affecuti. Porro histriones, ludij, artifices, personæ & actores, ijdem ferè sunt: qui & primarum & secundarum partium ac tertiarum etiam dicuntur. quando videlicet sæpius in fabularum actibus ingrediuntur, primarum actores vocantur: secundarum, cum minus: tertiarum verò, cum eo minus etiam in scena agunt. Hinc Terentius:

Primas partes qui aget, is erit Phormio.

Horatius in Epistolis:

*Vt puerum seuo credas dictata magistro
Reddere, vel partes mirum tractare secundas.*

M. Tullius

M. Tullius in Verrem: Ut, inquit, in actoribus græcis fieri videmus, sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multò summittere. Quo loco Asconius Pedianus: Actoribus, inquit, Græcis palliatarū scilicet fabularum: in ijs enim etiam si latinæ sunt, græca omnia seruantur: nam latine fabulæ per pauciores agebantur personas, vt Attellang, togatæ, & huiusmodi aliæ. Tum mox idem subdit: Comœdia quinque actus habet, hoc est, quinque dicitur in scena. Est ergo persona primarum partium, quæ sæpius actu regreditur: secundarum & tertiarum, quæ minus minuscq; procedunt. Nunc illud etiam annotandum, quod locupletius tamen primo sermone narraui, scenam quoq; in primis proprias & peculiare saltationes habuisse. Emmeleam tragicam, Cordaca comicam, Siciniam Satyricam: quanquã alij aliter, vt in primò ostendimus. Hoc verò loco illud addendum quod de saltatione Lucianus scribit, prisco videlicet tempore eisdem & cantores, & saltatores fuisse: sed demum cum animaduertent assiduo saltandi motu anhelitum immutari, & propterea cantum turbari, magis è re fieri censuerunt, si canentes alij, alij saltantes essent: id quod & hodie cōmodius fieri videmus. Ea autem laus maxima in fabulis agendis saltatoribus dabatur, vt personis in scenam introductis saltatores ipsi per omnia gestu ac motu responderent, ne ab introductis discreparent, vt in vnoquoque demonstraretur proprietas & excellentia. Sed præstat vt audiat quæ de saltatoribus ex Luciano excerpti. Oportet, inquit, spectantem saltationem, quod ait Pithicum oraculum, & mutum intelligere, & non loquentem saltatorem audire: quod & Demetrio Cynico contigisse aiunt, qui & ipse orchestren, id est, saltationis artem accusabat: dicebat enim, tibiærum & fistularum & sonitus parergon quoddam saltatorem esse, hoc est, præter rem additamentum, & nihil ad fabulæ perfectionem afferre. Subiungit historiam, quam & vobis, si libet, recitabo. Imò, inquit Piso, vtriq; placet. Erat, inquit ego, cum Nerone saltator quidam eximius, nec, vt dicebant, imprudens, sed si quis alius, in historiarum vel fabulæ memoria, & motus elegantia præcellens: hic Demetrium Cynicum sapientissima, vt visum est, oratione precatus est, vt se saltantem videret, & ipsum deinde accusaret: recepitq; sine tibijs, sine canticis, sese illi ostensurum: vt & fecit, & silentio indicto sonis & tibijs chori, ipse per sese saltare cœpit. Veneris & Martis adulterium, Solem id manifestantem, & Vulcanum dolum cogitantem, & ambos, Venerem scilicet & Martem, vinculis irretitos, deòsq; spectaculo assistentes, Venerem pudore suffusam, Martem subuerentem & supplicantem, omnia deniq; quæ hac ipsa fabula contenta sunt, adeò vt Demetrius his factis exhilaratus, maximam hæc retribuerit saltatori laudem: exclamauit enim, & magna voce pronūciavit, ἀκὼ ἀνδρωπεῖ ἄπριε, εὐχὲ δὲ μόνου, δὲ μοι μοι θεοῖς ταῖς χερσὶν ἀπὸ ταῖς λαλαῖς. hoc est, ò homo, audio quæ facis, non solum video, sed ipsis videris mihi loqui manibus. Alias hac de re historias addit idem

Lucianus, quæ breuitatis causa prætereo. Vnum hoc non silebo: Cum barbarus fortè quispiam personas quinque paratas videret (quinque enim actibus constat fabula) & nō nisi orchestren vnum, id est, saltatorem, quisnam quæso, dixit, quatuor reliquas personas ager, & cum vnum illi responsum fuisset. tūc barbarus, ὀπτίμε, fefellisti, inquit, corpus istud quidem vnum, multas verò habens animas. hoc est græcè, ἐλελήθει ὃ βέλιπε, σῶμα μὲν ἕν, οὐκ οἶ, πολλὰς δὲ τὰς ψυχὰς ἔχει. Atque de scenicis saltationibus hæcenus: quare reliqua quæ restant subiungamus. Scribit Acron Horatianus interpres, sex esse Comœdiarum genera, Statariam, Motoriam, Prætextatam, Tabernariam, Togatam, & Palliatam: cum nos tamē multo plures ex probatis autoribus collegerimus, quas hoc vobis loco commemorabo. Togatæ igitur, vt ab his incipiam, fabulæ dicuntur, quæ scriptæ sunt secundum ritum & habitus hominum togatorum, id est, Romanorum: vnde & togatarius histrio appellatus est. Suetonius in Augusto, Stephanionem togatariū vocat, cuius & Plinius meminit: Minus, inquit, miror Stephanionem, qui primus togatas

Comœdiarū
genera:

togatas saltare instituit. Toga namq̄, vt planè scitis, Romana est vestis: vnde togatæ: veluti fabulas græcas ab habitu æquè palliatis Varro ait nominari. Me fugit an & hæ ab Aelio Donato in Adelphorum comment. crepidatæ vocitentur, quòd crepidæ Graforum sunt, vt pallia: an magis, quòd in quodam fabularum genere crepidis vterentur. Togatas quidem, cum sit generale nomen, specialiter tamen pro tabernarijs non modò communis error vsurpat, quòd Fannius & togatas appellat, sed & poetæ, vt Horatius, qui ait:

Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

Togatarū fabularum tot ferè sunt species, quot & Palliatarum. Nam prima species est, quæ Prætextatæ dicuntur, in quibus Imperatorum negotia agebantur, & publica, & reges Romani, vel duces inducebantur, personarum dignitate & sublimitate Tragœdijs similes. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè regum vel magistratum, qui prætexta vtuntur in ipsis fabulis, acta comprehenduntur. Prætextata verò in hoc à Tragœdia differt, quòd in Tragœdia heroes introducuntur: in Prætextata Romanæ personæ, vt Brutus, Decius. Altera Togatarum species Tabernariæ dicuntur, humilitate personarum & argumentorum similitudine Comœdijs pares: in quibus non magistratus regesq̄, sed humiles & priuatæ personæ inducuntur, quòd olim tabulis tegerentur domus priuatorū, nuncupatæ. Tabernariæ differt à Comœdia, quòd in Comœdia græci ritus inducuntur, personæq̄ græcæ, in hac verò latinæ. In Tabernarijs Aphranius & Ennius: floruerunt. Tabernarias eo versu innuit Horatius:

Migret in obscuras humili sermone tabernas.

Attellanæ & ipsæ latinæ sunt fabulæ, vt iam dictum est, iocis & salibus compositæ, quæ in se nō habēt nisi vetustam elegantiam, ab Oschorum ciuitate vel Campania (vt ait Donatus) Attella, quæ nunc Auerfa vulgò existimatur, dictæ, in qua primū cœptæ sunt, argumentis dicisq̄ue iocularibus similes satyricis fabulis græcis. Attellanæ à Satyra differunt, quòd in Satyris ferè Satyrorum personæ inducuntur, aut si quæ ridiculæ sunt Satyris similes, vt Silenus, Autolycus, & Burrhus: in Attellana obscœnæ personæ. Sanè & personata fabula fuit, quam quidam putant primū à personatis histrionibus dictam: sed cum post multos annos Comœdi personis vtī cœpere, verisimilius esse ait Sext. Pompeius, eam propter inopiam Comœdorum actam nouam per Attelanos, qui propriè vocantur personati, quia ipsius ius fuit nō cogi in scenam ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse fuit. Rhinthonica fabulæ dictæ sunt ab autoris nomine vt ait Donatus. Sed qui fuerit Rhinthon, nos suo loco dicemus. Sunt verò Rhinthonicæ Hilarotragœdiæ dictæ, & Italicæ. Est illa præterea fabularum differentia, quòd statariæ aliq̄ue, aliq̄ motorie, & mixtæ quædam dicuntur. Statariæ, quietiores: motorie, turbulente: mixtæ, ex vtroque actu consistunt. Alij sic: Statariæ, aiunt, res continent quietiores, vt Cistellaria. Motorie, res turbulenta inducunt, vt Amphitryo. Mixtæ, quæ ex vtroque consistunt, vt Eunuchus. Atque hucusque quantum de fabulis à principio sum pollicitus. quædam tamen his superaddam, quæ ad fabularum cognitionem vobis conducere existimo. Nos verò, inquit Picus puer, te libenter audiui: sed peruelim dicas, cur non ita Comœdiam in partes, vt Tragœdiam diuisisti: iam dudum enim istuc ipsum expectamus. Et id, inquam, eram dicturus, sed paulò post: verum quando ita vos velle video, id in præsentia agam. Membra, inquam, Comœdiæ, teste Diomede, tria sunt: Diuerbium, Canticum, Chorus. In latinis duo tantum, quòd in Comœdijs nos choro caremus. Sūt vero Diuerbia Comœdiarum partes, in quibus diuersorum personæ versantur. Personæ autem diuerbiorum aut duæ, aut tres, aut rarò quatuor esse debent: quod & noster Horatius astruit, cum ait: Nec quarta loqui persona laboret. vltra enim augere loquentium numerum non licet. In canticis vna tantum esse debet persona, aut si duæ fuerint, ita debent esse, vt ex occulto vna audiat, nec loquatur, sed secum si opus fuerit verba faciat. Chori apud

apud scenæ poetas frequentes, ducti ex antiqua institutione, quæ fuit, ut Maximus Tyrius scribit, talis: Antiqua, inquit, Atheniensium Musa in choris consistebat, chori verò ex pueris & viris constabant, ruris colonis tributim cōgregatis, qui necdum deposito puluere, quem ex agro nuper vel fato, vel arato contraxissent, carmina tunc primùm composita canebant: à qua re animus paulatim ad aliam artem declinans cum propter dulcedinem eius sitim explere non poterat, in theatris ac scenis corrupendę ciuitatis principium fecit. hæc Maximus. Chori igitur in fabulis ita inducti, qui licet in latinis non sint Comœdijs, sunt tamen in Tragœdijs: atque ideo nonnulla vobis afferam, quæ cognitione non indigna cenleo. Præcis igitur temporibus chori in plaustris constituti circa vicos Tragœdias dicebant, ut scribit Acron: quin, ut est apud Laertium, chorus ipse totam fabulam agebat, cum nondum histriones essent. postmodum Thespis histrionem vnum inuenit, ut chorus aliquando quiesceret. mox Aeschylus secundum adhibuit, & ut ait Aristoteles, πρῶτος τῶν τραγῳδιστῶν. Tertium verò & scenæ descriptionem, quam Græci σκηνωγραφίαν vocant, addidit Sophocles: vnde & à Græcis quibusdam τραγῳδιστῆς est vocitata, id quod & in Sophoclis imagine dicemus. atq; in hunc ferme modum consummata est Tragœdia. Canticum quoque, ait Vitruuius, Græci poetæ Comici interponentes è choro, diuiserunt fabularum spatia, atque ita cubica ratione partes facientes, intercapedinibus leuarunt actorum pronunciationes. Quæ autem in choro agenda & tractanda sunt, ita exequitur Horatius, ut nullius melius verbis, quàm illius versibus sint tradita, si modò probe versus ipsi intelligantur: perperam enim in commentarijs exponuntur:

*Autoris, inquit, partes chorus, officiumq; virile
Defendat, neu quid medios intercinat actus;
Quod non proposito conducatur, & hereat apte.
Ille bonis faueat, & concliatur amicis,
Et regat iratos, & amet peccare timentes.
Ille dapus laudet mensæ breuis, ille salubrem
iustitiam, legesq; & apertis ocia portis.
Ille regat commissa, deosq; precetur & oret,
Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.*

Et ita quidem Horatius de ijs quæ in Choris tractanda, modestus verò Columella de Chori numeris & certa canendi lege hoc modo, ut mihi quidem videtur, rectè prodidit: Nam vbi chorus, inquit, canentium non ad certos modos, neq; numeris præeuntis magistri cōsensit, dissonum quiddam & tumultuosum audientibus canere videtur: at vbi certis numeris ac pedibus, velut facta conspiratione consensit, atq; concinuit, ex eiusdem vocum concordia non solum ipsis canentibus amicis quiddam, & dulce resonat, verumetiam spectantes audientescq; lætissima voluptate permulcentur. Quæ Columelle verba sumpta videntur ex Xenophontis Oeconomico. A quo præterea & illud scriptum legimus, & Chorum alium esse, qui Cyclius vocetur, pulchrum exhibens spectaculum: nam spatium in termedio vacuo puròq; pulchram admodum speciem offert spectanti. Hinc tanta igitur apud antiquos Græcos Chori cura & voluptas fuit. Et licet latini grammatici in choris numerum personarum non esse definitum aiunt, quippe quod iunctim omnes loqui debeant, quasi voce confusa, & concentum in vnam personam reformantes, Græci tamen in Tragœdiæ choro personas xv. à Sophocle demum institutas habuere, cum antea ex xii. tantummodo chorus constaret. In Comœdia vero personas xxiiii. esse debere tradunt. Sed nec illud vos latere volo, quod ex Græcis didici: Chorus, inquiunt, Comicus in orchestram, quæ nunc demum λογῆος dicitur, inducebatur: qui cum histriones alloqueretur, scenam spectabat: cum vero hi abirent, ad populum conuertebatur, &

ῥυθμὸν dicebatur, & quidem iambicis tetrametris fiebat: tum & iisdem iambicis ἀπὶ ῥυθμοῦ adijciebatur: erant ut plurimum ex sedecim carminum: vocabantur autem hæc ἀδριερήματα, id est, aduerbia. Totius autem Chori transitus, hoc est, πρὸς ἑσπέραις, ideo dicebatur, quod ab legitima statione in aduersum theatri ac spectaculi prospectum transitus fieret, id quod agebatur cum aliquid per chorum poeta pronunciare vellet præter rei subiectæ argumentum sine histrionibus. Πορνηγορήματα dicta fuere, cum chorus aliquid ageret intus, quod tamen in theatro exaudiretur, velut Ranarum chorus apud Aristophanem, & eiusmodi alia. Sed denique Chori totius ordines, eiusque partes & nomina, cantica etiam & saltationes curiosè admodum Græci, & in primis Pollux exequitur. Sanè fabularum cantica, ut scribit Donatus, modis temperabantur, non à poeta, sed à perito artis musicæ factis: neque enim omnia iisdem modis in vno cantico agebantur, sed sæpe mutatis, ut significant qui tres numeros ponunt in Comædijs, quæ tres continent mutatos modos cantici illius. Qui huiusmodi modos faciebat, nomen in principio fabulæ & scriptoris & actoris superponebant. Huiusmodi ad cò carmina ad tibias fiebant, ut his auditis multi ex populo antè discerent, quam fabulam acturi scenici essent, quàm omnino spectatoribus ipsis antecedens titulus pronunciaretur. Agebantur autem tibijs paribus aut imparibus, & dextris aut sinistris: & dextræ quidem sua grauitate seriem dictionemq; Comædiæ pronuntiabant: sinistra & Serranæ, acuminis leuitate iocum in Comædia ostendebant: 20 ubi autem dextra & sinistra acta fabula inscribebatur, mixtim ioci & grauitates denunciabantur. Varro quidem dextram non aliam quàm sinistram tradit, ita tamen, inquit, ut quodammodo altera alteri coniuncta: altera enim eiusdem carminis modorum incentiua, altera succentiua. Sedenim Seruius in nono: Tibiæ, inquit, Serranæ dicuntur, quæ sunt pares, & æquales habent cauernas: aut Phrygiæ, quæ impares sunt, & inæquales habent cauernas. Ergo cum dicit Vergilius,

Biforem dat tibia cantum.

biforem dixit difsonum, & dissimilem: non enim sunt pari modulatione compositæ: nam ut ait Varro, tibia Phrygiæ dextra vnum habet foramen, sinistra duo, quorum vnum acutum sonum habet, alterum grauem. Scribit tamè Diomedes, 30 quod cum paribus tibijs vel imparibus inuenimus scriptum, hoc significare, quod si quando monodio agebant, vnam tibiam inflabant: si quando synodio, utranq; quando verò chorus canebat, choricis tibijs, id est, choraulicis artifex concinebat, in canticis autem Choraulicis responsabat. Erant autem præter has quas diximus, tibiæ genera alia, Præcentoria, Vasca, Puellatoria, Miluina, Gingrina, quam quidam perperam Giguicam vocant: tum erat & Lydia, quæ & Corania, vel Choraulia: erat & Corinthia, & Aegyptia, itemq; Gingria: erant & Assæ, aliaq;. Sed de tibijs hæcenus: nam si quæ traduntur à Græcis & à nostris, nunc vobis colligere velim, quòve repertæ modo, nimius sim: quare ipsius iam partes Comædiæ, quas Pice desideras, attende. Sunt verò, ut Donatus scribit, Prologus, 40 Prothesis, Epitasis, & Catastrophe. Prologus est velut præfatio quædam fabulæ, in quo solo præter argumentum aliquid ad populum, vel ex poetæ, vel ex ipsius fabulæ, vel ex actoris commodo loqui licet. Vel sic: Prologus est antecedens veræ fabulæ cõpositionem elocutio. Inter verò prologum & prologium hoc interesse voluerunt, quod prologus est ubi aut poeta excusatur, aut fabula commendatur. prologium autem est, cum argumentum tantum describitur: vel, ut ait Donatus, cum tantum de argumento deducitur. Sanè prologium, ut ait Festus, & proloquium ab antiquis dicebatur. Illud tamen etiam vos scire oportet, Græcos nostro more prologos in Comædijs non habuisse. Prothesis est primus actus fabulæ, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur, ad populi expectationem tenendam. Epitasis inuolutio est argumenti, cuius elegantia connectitur. Vel sic: Epitasis est incrementum processusq; turbarum, ac totius, ut ita dixerim, modus erroris. Illa, id est, prothesis, latinè propositio, hæc intentio dici potest.

test. Catastrophe verò est explicatio fabulæ, per quam euentus eius approbatur. Vel sic: Catastrophe conuersio rerum est, ad iucundos exitus patefacta cunctis, cognitione gestorum. Sa nè Catastrophe apud Græcos aliquando prouerbij vice vsurpatur, & à Luciano in primis. Crates quoq; Mallotes & Dionysius in quatuor partes fabulam dirimunt, sed non sicut Latini, nè iisdem nominibus: quippe qui prologum, chori melos, Epifodion & Exodum appellarunt. Et prologum quidem vsque ad Chori ingressum esse dixerunt, in ingressu verò Chori locutionem, Chori melos. At Epifodion melos esse volunt, inter cantus & Chorum binorum locutiones. Exodum autem aiunt, vsq; ad Chori finem, locutionem. Sed hæc in græcis, in latinis verò fabulis parum congruunt. Porro ex latinis scriptoribus quidam in quinque partus diuisere, & ijs quatuor partibus supradictis Argumentum addidere. Quinq; etiam sunt actus fabularum, hoc est, vt ait Pædianus, quinquies dicitur in scena: neq; enim vel productiores, vel contractiores esse debent scenicæ fabulæ, sic Horatio canente:

Né ve minor quinto, neu sit productior actu

Fabula, quæ posci vult, et Spectata reponi.

adeò vt res vsq; sit in vitæ quoq; prouerbium deducta, Actus extremus, vel supremus: tamen hodie hoc nonnulli parum interdum obseruant, multò contractiores fabulas actitantes, & præcipuè in Hetruria. Actus verò fabularum apud antiquos facile discernebatur, quoniam ab vno quoq; Chorus intercebat: paulatim dein is in Comœdia sublatus est: ex qua re factum, vt in latinis fabulis haud facile plerunque distinguantur, quod nostri Comici choro penitus abstinerunt. Quo tamen modo, & vnde distingui possint, operæ precium duxi hoc vobis loco Donati verbis significare. Principio inquit, dicendum est, nullam personam egressam quinquies, vltra exire posse. Sed illa re plerunque decipimur, quod personam, cum tacuerit, egressam falso putamus, quæ nihilominus in proscenio tacens loquendi tempus expectat. Est igitur attentè animaduertendum, vbi & quando scena vacua sit ab omnibus personis, vt in ea chorus vel tibicen audiri possit: quod cum viderimus, ibi actum esse finitum debemus agnoscere. Con-

30 fundit sæpe lectorem id, quod persona in superiori scena desinens, & in proxima incipiens loqui, non intelligitur ingressa: quod ipsi experientes statim diiudicant de rerum ac temporum quantitate: potest enim fieri vt & ingressa sit ac egressa, quam prauè credimus de proscenio non recessisse. Posse autem quinto egredi personam, non & necesse esse; dicimus, vt appareat vltra exire non posse. In Tragœdia & parcius exire, & solere pariter & licere. atque hæc quidem Donatus. Nunc & de scena vobis, quoniam & res & locus exposcit,

40 aliquid dicere non pigebit. Erat verò scena antiquis vmbra culum, ex arborum frondibus vmbrae causa à rusticis constitutum, id quod *σκηνή* significat: vbi festis diebus conuenientes, diuersa ludorum & iocorum genera exercebant: id quod & hodie in pagis multis in locis seruari videmus. Hac de re Cassiodorus libro variarum quarto sic ait: Theatri frons scena dicitur, ab vmbra luci densissima, vbi à pastoribus, inchoante verno tempore, diuersis sonis carmina canebantur: ibi actus musicus & prudentissimi seculi dicta floruerunt. Tria tamen postea facta sunt scenarum genera, vt autor est Vitruuius: vnum Tragicum, alterum Comicum, tertium Satyricum: quorum ornatus inter se dissimili erant dispariq; ratione. namq; Tragicæ deformatae columnis fuerant, & fastigijs, & signis, reliquisq; regalibus rebus: Comicæ autem, ædificiorum priuatorum & mœnianorum habent speciem, prospectusq; fenestris dispositos, imitatione & communium ædificiorum ratione. Agatharchus Athenis dicitur, Aeschyl'o Tragœdiam docente, scenam huiusmodi fecisse, & de ea commentarium reliquisse.

50 Ex eo moniti Democritus & Anaxagoras de eadem re scripserunt, quemadmodum oporteat ad aciem oculorum radiorumq; extensionem, certo loco centro cõstituto, ad lineas ratione naturali respondere, vt de incerta re certæ imagines

Scena

ædificiorum in scenarum picturis redderent speciem: & quæ in directis planisque frontibus sint figurata, alia ascendentiâ, alia prominentiâ esse videantur. Et ego constructas huiusmodi ligneas, cum Romæ aliquando, tum Ferrariæ conspexi. At verò Satyricæ scenæ ornantur arboribus, speluncis, montibus, reliquisque agræ sibus rebus, in topiarij speciem deformatæ, ut ait Vitruuius. quare Horatius cum Satyrographos signare vellet, sic in Poetica cecinit:

Sylus deducti caueant me iudice Fauni.

& reliqua. Fuerant præterea alia scenæ temporariæ, alia stabiles, tum etiam quæ versatiles seu versatiles & ductiles dicebantur. Versatiles quidem, quæ subito totæ machinis quibusdam conuertebantur, & aliam picturæ faciêm ostendebant: ductiles verò, tractis tabulatis hac atque illac, species picturæ nudabat interior, ut Varro & Suetonius apud Seruium testantur. Idem innuit illo versu Vergilius:

Vel scena ut versis discedat frontibus.

Mitto vobis hoc loco, quæ portentosissima scribit Plinius xxxvi. naturalis historiæ, de theatris & scenis Scauri & Curionis: hic enim ex ligno, versatili libramento quodam, ille ex marmore confecit, ne ab instituto discedam. Quod autem ante scenam pulpitum erat, proscenium vocabatur: episcenium verò, scenæ pars superior. Vitruuius quidem de scena apud Alabandenos ab Apaturio constructa: Præterea, inquit, supra eam episcenium, &c. Scena quidem histrionum propria est, ut inquit Pollux: Orchestra verò chori, in qua erat thymele, siue pulpitum id esset, siue etiam ara. Hinc Vitruuius: Ampliorem, ait, habent orchestram Græci, & scenam recessiorem, minoræque latitudine pulpitum, quod *ὄρχηρον* appellant: ideoque apud eos Tragici & Comici actores in scena peragunt, reliqui autem artifices suas per orchestram præstant actiones: itaque ex eo scenici & thymelici græcè separatim nominantur. Erant præterea Perfacti, ut ait idem Vitruuius, loca in scena ad ornatum comparata, quorum & Plutarchus meminit & Pollux. Athenæus etiam sellas *πρωάντες* vocat, quasi nos versatiles dicamus & circumductiles: qualibus hoc tempore vtuntur podagrici, ut nostra illa, de qua sic in nostro epigrammate:

*Qua facili impulsu quouis referorq; ferorq;
Dum plantæ partes lubrica sphaera facit.*

Sed & Brontæum erat sub scena, machina ad tonitru imitandum, vnde & illi nomen: qualia & Latinis, ut Pompeius scribit, Claudiana tonitrua. Fuit & Ceraunoscopion in altiore eminentiori que scenæ loco ad fulmina imitanda, à quibus & illi nomen græcè factum. Legimus & varia pægmata, automata, quæ sponte & minimo impulsu agerentur: itemque quæ Neurospasta dicta sunt, quorum meminit Gellius libro xiiii. capite i. item Athenæus & Aristoteles in libro de mundo ad Alexandrum, quem locum ita vertit, vel potius circumscribit Apuleius: Astutia vnus conuersionis multa & varia administrant, etiam illi qui in ligneolis hominum figuris gestus mouent: quando filum membri, quod agitari solet, traxerint, torquebitur ceruix, nutabit caput, oculi vibrabunt, nec inuenustè totum videbitur viuere. hæc ille. Videor & me huius dictionis meminisse apud Lucianum. Sed postquam in hæc ludicra scenarum incidimus, alia nonnulla referam, quæ cum apud alios Græcos, tum maxime apud Pollucem in quarto legi. Fuit ergo Crade pægmatis species in Comica tantum scena: in Tragica verò *μηχανή*, hoc est, machina, qua in aere dei & heroes agebantur, ut Perseus & Bellerophontes. Tametsi quidam Craden hamum ferreum seu vinculum significare scribant, quo in aere pendere videntur, qui ita sustolluntur, ut hodie quoque in celebritatibus fieri conspiciamus. Sed Pollux à ficus imitatione *κράδης* dictam autumat: nam *κράδην*, inquit, ficum Attici vocant. Sed & de Crade est apud eos proverbium. Theologium quoque supra scenam facere consueverunt, ubi Iupiter ceterique dei in Tragædijs ita agerentur, ut repente apparere viderentur,

rentur, & fabulæ finem afferre. Aristoteles meminit in Metaphysic. & Cicero in primo de natura deorum. Sed hac de re lōgē plura collegit in prouerbio Erasmus, Deus ex improviso apparens: quo loco & non nihil de μηχανή. Erat & Germanon machina, qua veluti Memnon ab Aurora, vel Endymion à Luna rapi videretur, talis scilicet qualis Martialis de tauro libro primo;

Raptus abit media quod ad aethera taurus harena.

Aeoræ præterea funes vehementius intenti dicuntur, quibus ij sustinentur qui per aera ferri videntur heroes, deique. Eccyclema etiam pægmatis genus, quo rotis circumactio, quæ intus agerentur, ostendebantur. Erat & Acrobatica machina ad scandendum in spectaculis idonea. Et hæc quidem & alia plura Græci habuerunt: ego ad latina redeo. Claudius Pulcher, vt Valerius scribit, scenam primus varietate colorum adumbravit, vacuis antè pictura tabulis extentam: quam totam argento C. Antonius, auro Petreius, vel vt alij legunt, P. Eteilius, vel P. Beteius (adeo variant vetusta exemplaria) ebore Q. Catulus prætextit. Versatilem fecerunt Lucius & Cinna: locum quem argentatis choragijs P. Lentulus Spinther adornauit. Sed & in hoc loco varij sunt codices: quidam enim lucum, non locum habent. Scenæ autem ornamenta sunt aulae, peripetasmata, siparia, vela, & velaria, choragia, & id genus cætera. Ornabantur ad hæc & inspergebantur scenæ & theatra plerunque floribus & croco, aquaq; crocea, id quod Lucretius, Horatius, Propertius, Statius, Martialis, Seneca, alij palam ostendunt. Plinius: Crocum, inquit, mirè congruit, præcipuè dulci tritum, ad theatra replenda. In scena præterea ante fores, vt Pollux scribit, ara ponebatur, quæ Halius dicta est. Sed & qui Comœdiam celebrant, in Apollinis honorem, quem Cassium Menander vocasse dicitur, aram constituere solitos legimus: hæc verò an sit, nescio, quæ comœdiæ ara vocabatur. Sedenim Donatus duas in scena fieri aras ait: dextram, quæ Libero patri dicata erat: & sinistram, quæ illi deo in cuius laudem ludij fiebant. Sed quoniam in ludorum mentionem incidimus, par est vt ludorum etiam genera, in quibus fabulæ agebantur, vobis referam. Illudquæ in primis vos scire oportet, ludos apud Latinos, religionis, non voluptatis causa fuisse institutos: quod Liuius & Valerius ostendunt, & post hos Aurelius Augustinus. Ex qua re palam fit, id quod à principio diximus, fabulas à rebus diuinis inceptisse, non modò apud Latinos, sed etiam Græcos: quod & Horatius inuuit, cum de Tragœdia ageret & Satyris,

Eò, inquit, quod

Illecebris erat, & grata nouitate morandus

Spektor, functusq; sacris & potus & exlex.

Ludorum igitur in quibus fabulæ recitabantur, quatuor apud Latinos genera Donatus enumerat, quos Aediles curules munere publico curare solebant: Megalenses, qui & Romani, & Magni, & à circo Circenses dicuntur, magnis deis consecrati, quos ludos Græci μεγαλήσια appellant: Funebres, ad retinendum populum institutos, dum pompa funeri decreta in honorem patricij viri plenè instrueretur: Plebeios, qui pro salute plebis luduntur: Apollinares, Apollini consecratos. quorum ludorum omnium apud scriptores, & in primis Liuium, est crebra mentio. Honorarios etiam ludos Suetonius nominat: Triginta, inquit, amplius dies, qui honorarijs ludis occupabantur, actui rerum accommodauit. Honorarios verò ludos alio nuncupari nomine Liberalia, docet Festus: dicti quidem videntur, vt lus dicitur honorarium, prætorium. Fuerunt & ludij Attelani, ab Oscis acciti, vt Valerius docet. Thrasylus quoq; apud Græcos ait Tragicos & Scenicos poetas certasse Dionysijs, Lenijs, Panathenjs & Chytris: quorum hoc vltimum Satyricum fuit, & propterea à numero, τετραλογία vocata est apud Laertium. Hinc & quidam Tragœdiam, quasi τετραγωνία dictam putant, vt ex Isaacio recitauimus, quasi quatuor certaminum. hinc & πασερολογία & τετραλογία περιμῆτι. Porro in Alexandria à Ptolemæo rege Musis & Apollini ludij consti-

Ludorum genera.

tuti, in quibus, ut ait Vitruvius, scribentium poetarum certamina fiebant: ut Græcorum celebratissimos mittam, Olympicos, Nemeos, Isthmicos, & Pythicos. Sed & in quinto Symposiaco Plutarcho teste, vetustissima fuerunt poetarum certamina, id quod & in primo dialogo latius docuimus. Fuerunt & apud Latinos alij ludi, ut votiui, compitalitij, & seculares: sed non omnia complecti possumus. Restat iam ut de vestitu habitūq; scenico non nihil agamus: eo enim pro qualitate vel personæ inductæ, vel discretionē, vel moribus, vti convenit. Hinc Vlysses palliatum semper inducunt, siue quod insaniam aliquando simulavit, quo tempore tectus esse voluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire: seu ob singularem sapientiam, qua tectus munitusq; plurimum socijs profuit: huius enim virtutis erat, animi semper decipientis ingenium. Nonnulli Ithacę incolas, sicut Locros, palliatos fuisse commemorant. Achillis siue Neoptolemi personæ diademata habebant, quauis regalia sceptrā nunquam tenuerint: cuius argumenti probatio inducitur, quod nunquam cum reliqua Græciæ iuuentute ad gerenda cū Troianis bella, sacramenta coniurationis inierunt, nec vnquam sub Agamemnonis imperio fuerunt. Comicis senibus candidus vestitus inducitur, quod is antiquissimus fuisse memoratur. Adolescentibus discolor attribuitur: ut verò Pollux ait, purpureus. Serui comici amictu exiguo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia, vel quod expeditiores agant. Sext. Pompeius tales ferme vestes, exomidas vocat Comicas, quod exertis sint humeris. Polluci verò vestiuntur alba tunica, quæ græcè ἐκνήθωρα dicitur. Parasiti cum intortis pallijs veniunt, Iulio Polluci cum nigris vel phæis, hoc est, fuscis: præterquam in Sicyonio, cui datur album, quod ipse sit ducturus vxorem. Læto vestitus candidus, ærumnoso obsoletus, diuiti purpureus, pauperi phœniceus datur. militi chlamys purpurea, puellę habitus peregrinus inducitur. Ieno pallio varij coloris vititur, cui virgam rectam in manu dat Pollux. meretrici ob avaritiam luteum vestimentum est attributum. Lenæ & meretricum matres tæniām seu vittā purpuream habent circum caput: anus verò vestes melinas, seu aereas: præter sacerdotes, quibus albæ attributæ sunt. Sanè nō modò Comicæ & Tragicę vestes distinctæ esse debent, sed etiam Thymelicę & Citharædicę, quarum crebra mentio apud scriptores. Sed & Iurisconsultus Callistratus has contineri vestis appellatio ne censet, libro quarto de cognitionib. Cætera huiusmodi haud exequi par est: magis necessaria vobis retulim: si plura vultis, Pollucem adite. Syrmata dicta sunt ab eo quod trahuntur: quæ res, trahendi scilicet vestes, ob scenicā luxuriā instituta est. eadem in luctuosis personis incuriam sui per negligentiam significat. Sunt & calceamenta, focci & cothurni, ἐμβάδων & ἐμβάτων à Græcis nūcupata, ut idem Pollux scribit. Hammonius: Embades, inquit, Comica sunt calceamenta, embata Tragica. Idem & Thomas Magistri: qui & illud ait, ἐμβάδια simpliciter calceamenta sunt. Aristophanes in Pluto:

τοῖς δ' ἐμβάδιοις τίς χρῆσεται;

hoc est, quis calceamentis vtetur? ἐμβάδια & ἐμβάτων, idem ait Thomas, tragica sunt calceamenta. In aliquibus etiam fabulis crepidis vtēbantur, quæ crepidatæ dictæ sunt, ut antè relatū est: tametsi etiam Græcorum philosophorum crepidę vocantur. Aulæa quoque humi in scena sternebātur. Erat autē aulæum, ornatus pictus ex Attalica regiā Romam vsque perlatus, pro quibus suppara, ætas posterior accepit. Est autem minutum velum, quod populo obfistit. Plerique hoc loco apud Donatum non supparum legunt, sed siparium, quod teste Festo genus veli est mimicum. Vtitur hac voce M. Cicero, Quintilianus, Seneca, Iuuenalis & Apuleius, quod recordor. Sunt & qui non siparium, sed supparium vocent. Porro de velis alia plura in nostris nauigijs retulimus. De personis ratur sum nihil mihi dicendum, etsi in his describendis multis versibus vsū esse Pollucem videmus, qui Tragicas, Satyricas & Comicas seorsum narrat. Hoc tantum nō mittam, me apud Dioscoridem legisse, Arcion herbam ab aliquibus appella-

Scenicus ornatus.

40

50

- appellatam profopida & profopion, à Romanis personaciam: quo loco ab interprete notatur, moris fuisse antiquis, ante personarum vsum hac herba, quoniam lata, vt cucurbita, habet folia, pro persona vfos fuisse, vnde & illi nomen. Vidimus & nos hoc tempore paganos aliquando hac ipsa personatia faciem obtegere, itaque risus spectantibus ciere. Porro personarum inuentionem Diomedem & Græcorum plerosque Thespidi, alios nonnullos Aeschilo attribuisse legimus, id quod in imaginibus explicandis planius percipietis. Aristoteles tamen in Poetica, personas & prologos & histrionum multitudinem quis protulerit, & hoc genus cætera, ignorari scribit. Sanè Mæson persona comica appellatur, vt coci, aut nautæ, aut eius generis, dicta ab inuentore eius Mæsonne comædo, vt Aristophanes grammaticus & Festus tradunt. Alij Mæsona scribunt histrionem comicum quempiam fuisse Megarenses, eundemque primum personam excogitasse, quæ & mæson ab eo est vocata. Scommata quoque quibus mordaces id genus homines vtuntur, mæsonica sunt appellata. idem hoc & Athenæus. Lucianus verò in quadam Saturnalium epistola, in comædijs ait personas quasdam induci solitas, quæ barbam promissam in acutum haberent in cunei speciem, à qua re nomen est factum illis *σφλωσπώρονδον*, quasi dicatis cuneibarbi. Illud præterea in fabulis obseruandum, vt quæ latinè scribuntur, hoc est, latino argumento, per pauciores agantur personas, quam quæ græcè: quod
- 10^o Alconius Pædianus diligenter annotauit. Sed & illud attendendum, vt histrionibus alijsque personis introductis nomina imponantur, quæ conuenientia aliqua ratione sint, etymologiamque habeant fabulæ vel personæ congruam: id quod parum obseruarunt nostris diebus quidam, qui fabulas docuerunt. est enim absurdum, vt ait Donatus, poetam aperte argumenta confingere, vel nomen personis incongruum dare, vel officium quod sit à nomine diuersum. Hinc seru⁹ fidelis Parmeno, salutifer Sofia, infidus Syrus & Geta, iuuenis Pamphilus, & id genus plura: in quibus summum poetæ vitium, si quid è contrario repugnans diuersumque protulerit, nisi per contrarium ridendo, vt misargyros apud Plautum trapezeta. Aristoteles & ipse in Poetica subobscurè de hac nominum im-
- 30^o positione in Comædia & Tragædia præcipit, sed ita vt vix intelligatur. Fabulis etiã imponenda sunt nomina, quæ vel à loco vel factò, vel euentu, vel vocabulo ducantur. Porro & apud antiquos quinque iudicibus dabatur negocium, vt de Comicatorum fabulis pronunciarent, vt Epicharmus apud Zenodotum paræmiarum scriptorem testis est: vnde illud exiit, *ὅτι πῶτε κείδεν γουῶα δὲ κείτου*. hoc est, in quinque iudicum genibus facit. Sed iam satis, vt puto, de ipsis scenæ fabulis pro tempore dixerimus, & nisi aliud à me expectetis, ad tabularum imagines deinceps sermonem nostrum conuertam. Nihil, inquit Piso, aliud in præsentia expectamus: tantum si quid in referendis poetarum imaginibus de rebus istiusmodi occurrerit, ne prætermittas. Sic faciam, inquam. Igitur attendite. In
- 40^o hac tabularum parte inter primos, quãtum ex titulis conijcere potui, fuerunt Epigenes & Thespis: quorum prior Epigenes Tragicus Sicyonius fuit, à quo nonnulli volunt proverbium illud emanasse, *ὅδ' οὐ πῶς δίουλου*. Nam cum is Tragædiam Bacchi scripsisset, quæ deo ipsi parum visa fuerat conuenire. indignaque deo esse, tum è spectatoribus quidam acclamare cœperunt, *ὅδ' οὐ πῶς δίουλου*, hoc est, nihil ad Bacchum. Non me præterit, & alia à scriptoribus multa de huius adagij interpretatione tradi solere, vt etiam antè meminimus: quæ quoniam ad Dionysium nostrum nihil, hoc est, ad poetas attinent, ea nos missa facimus. Citat Athenæus Bacchas Epigenis in nono Dipsosoph. itè Heroinas & *μημέτρον*. Idè & Suidas, qui Comicum, non Tragicum, perperam (vt puto) Epigenem facit.
- 50^o Alter verò Thespis fuit decimus sextus ab hoc ipso Epigene, vel (vt alijs tradunt) secundus. alijs quoque ipsum primum tragicum fuisse prodiderunt. Fuit verò Thespis ex Icario Attica, non vrbe, vt est apud Suidam, sed populo Aegeidos tribus,

Epigenes.

Thespis.

vt Stephanus scribit. vterq; Atheniēsis poeta vocatur à scriptorib. Thespis igitur hic, vt non multò antè vobis dicebam ex Horatiij sentētia, Ignotum Tragicæ genus inuenisse camœnē dicitur, quod circa vicos in plaustris perliti fœcib. ora actores agebāt. At verò Porphyriō: Tragœdias, inquit, scripsit Thespis genere Atheniensis, ad quas agendas plaustro circa ciuitates egregias Græciæ vehebatur, quas canerent agerentq; peruncti fœcib. ora. Ex hoc etiam putāt quidam Tragœdiam appellatam, quasi *τρυφιδία*, quia fœcem Græci *τρυφά* appellant, id quod & paulò suprā retulimus. Scribit Suidas, Thespin primum faciem cærussa oblitum Tragœdias actitasse: dein portulaca obtexisse: tum demum & personarum vsum induxisse, quæ ex solo linteo confectæ essent. quare quod ait Diomedes personas à Thespide inuentas, indignè à grammaticis quibusdam hoc tempore impugnatur. Vixit Thespis, vt est in græcis commentarijs, L X I. Olympiade: quo etiā tempore Solon, vt Plutarchus scribit: nam cùm Athenis fabulas Thespis ageret, rei nouitate Solon pellēctus, se spectatorem ei præbuit, qui simulatq; acta fuit fabula, Thespin accersiri iussit, illiq; ait, Num ipsum puderet coram tot testib. mentiri: Thespide respondente, per iocum licere: tum Solon terram baculo pulsans, inquit, Id scilicet propè diem videbitur in nostrarum legum tabulis, an iocus iste tuus laudem honoremq; mereatur. Addit Laertius Diogenes, ipsum Thespin Athenis prohibuisse Tragœdias docere. Hæ verò Thespidis fabulæ feruntur: Certamen Pelix, vel Phorbas: Sacri iuuenes, & Pentheus. Atq; hæc quidem de Epigene & Thespide. Post quos erat Phrynichus Atheniensis Tragicus, Polyphradmonis filius, siue vt aliq; Mínyri: vt aliq; Choroclis: qui & Thespidis discipulus fuisse traditur Olymp. circiter L X V I I. Primus muliebrem personam in scenam introduxit, fuitq; tetrametri inuentor carminis. Filium hic habuit & ipsum tragicum, Polyphradmonis nomine. Scribit Herodotus, & repetit Strabo, quòd mille drachmis Phrynichus ab Atheniensibus mulctatus fuerit, quòd fabulam fecisset Miletum à Dario captam, interdictumq; ne deinceps ea fabula ageretur. meminuit & huius rei Plutarchus in præceptis Politicis. Sunt qui dicāt ideo mulctatum, quòd in ea Mileti deploratione in teatro omnibus spectatorib. lachrymas exciuerit. Videtur Suidas dicere à Persis mulctatum, nisi sit, vt reor, maculatus codex. Plutarchus primo Symposiacōn libro asserit à Phrynicho, & mox ab Aeschilo fabularum argumenta ad historias & calamitates esse traducta. Hunc ipsum Phrynichum cum Thespide Plato memorat. Huius verò fabulæ nouem fuisse tradūtur, Pleuronía, Aegyptij, Actæon, Alcestis, Antheus siue Libyes, Dicaei siue Persæ, & Synthoci, & Danaides. Fuisse dicitur & alter Phrynichus & ipse Tragicus poeta & Atheniēsis, Melanthæ filius, inter cuius fabulas Andromeda & Erigone numerantur: edidit & Pyrrhichas. Sunt & qui tertium Phrynichum addant, Phradmonis filium, qui sub Apollodoro principe vixit X C V I. Olymp. & in Sicilia perijt. hic veteris Comœdiæ poeta inter eos qui *ἰδιόδωτοι* à Græcis cognominati sunt, fuisse traditur. Quo eodem tempore & Lycis, qui & Lycus, & Amepias, Comici fuere, qui inter ineptos, & (vt Græci dicūt) subfrigidus & parū probatos vnà cū Phrynicho reponūtur, in quos Aristophanes est inuectus. eorum meminuit nec semel Suidas, & Aristophanis interpretes. Sed præter hos de Amepia meminuit & Laertius Diogenes, illumq; ait in Socratem scripsisse, palliatumq; ipsum in fabula induxisse. Ita enim ait: Socrates paucorum optime virorum, multorumq; vanissime, & ipse ad nos pergis, patensq; est vnde tibi palliū hybernum: hoc incommodum per coriarij cōtigit malignitatē. Hæc quidē Amepias, quo de & nōnihil in Aristophane agemus: quare ad Phrynichum redeo, qui taxatur quoq; vt peregrinus, propter eius poematum nugacitatem, & quòd à proposito aliena dicere solitus: malus etiam versificator. ride- tur & quòd vt apis dulces odas semper ferat. Quidam tamen duos hos Phrynichos faciunt, quod alicubi Suidas ait, & Hephæstion: quanquam nos quatuor eius

Phrynichus

Lycus.
Amepias.

eius nominis fuisse comperimus. Prioris eius has fabulas ferunt, Ephialtes Connus, Cronus, Comastæ, Satyri, Tragœdi, vel Apeleutheri, Monotropus, Musæ, Mystes, Proastriæ. Sed enim comicum hunc Phrynichum, qui solitus erat agere choros, ducem Atheniensium fuisse in Samo scribit Suidas ex Thucydidis sententiâ, exercitumque prodidisse nauarcho Lacedæmoniorum, tametsi eius literas interceptas Alcibiades Athenas misisset. huius rei longior est historia. Hinc factum est prouerbiū de ijs, qui astu dolisque res gerunt, Phrynichi palæstina, id est, stratagemâ seu lucta, quo utitur Aristophanes, meminit Diogenianus, quem secutus est Erasmus, sed historiæ non meminere. Fuerunt in hac prima parte tabulæ cum Thespide & Phrynicho, Alcæus poeta tragicus Atheniensis, quem plerique inter Tragicos primum putauere. de hoc quidem pauca admodum legi, nisi quod eius fabulas citatas reperi, Cœlum à Macrobio, Endymiona à Polluce, quas aliqui etiam Alcæo Comico, vt reor. peperam ascribunt, qui poeta fuit Mitylenæus, vel vt alij putant, Atheniēsis & quintus inter prisca Comœdię poetas, Micci filius. Scripsit & fabulas decem. De Lyrico verò Alcæo suo loco inter Lyricos agemus. Post hos Tragicorum maxima turba sequebatur, quos vt memoriæ succurrerint, vnâ cum Comicis recensebo. Nunc attendite alteram tabulæ partem, quæ Comœdiæ imagini subiacebat. Erant verò sub ea tres imagines ante alias, Susarionis prima, quem Comœdię nomen dedisse quidam voluere, eiusque primum poetam fuisse. Altera erat Rhullus, licet in Diomedis grammatici libro Nullus legatur, & ab alijs Mullus vocetur. Tertia Magnetis erat imago, qui perperam ab aliquibus Machnes dicitur. hi certè primi Comici à Diomede produntur. Fuit ergo Susarion Megarensis Tripodiscius, Philini filius, qui cum morosâ admodum atque infestâ iunctus esset mulieri, in Dionysiorum celebritate theatrum ingressus hæc quatuor carmina cecinisse traditur:

Alcæus.

Rhullus.

Susarion.

*Audite populus, Susarion hæc dicit
Filius Philini Megarensis Tripodiscius:
Malum sunt mulieres, sed tamen ô populares,
Non est domum inuenire sine malo.*

atq; hæc quidem tantum, quod sciam, de Susarione inueniuntur. Erat deinde Epicharmus, de quo varia à Græcis traduntur, quæ quo breuius potero, vobis recitabo. Quidam, vt ait Suidas, Epicharmum Syracusium faciunt, alij Craestinum, à Craesto videlicet Siccanorum vrbe, vt Neanthes in libro de viris illustribus, & Stephanus prodiderunt: quamuis hoc loco apud Suidam mendum subsit: ira enim legendum est, ἐκ πόλεως κρήσου τῆς σικανίας. Alij Megarenses ex eadem insula faciunt, vnde Aristoteles in Poetica Epicharmum, & Horatius in Epistolis Siculum tantummodo appellarunt. Alij tamen eum Samium, alij Coum faciunt, vnūq; ex ijs qui cum Cadmo in Siciliam emigrarunt. Grammaticus tamen Diomedes ideo Coum putauit, quod in ea insula exularit: quin & à Cou insula Comœdiam ait à plerisque denominatam videri. Non tamen desunt qui duos Epicharmi nomine fuisse velint: alterum hunc ipsum Siculum, quo de agimus poetam: alterum Coum Pythagoricum philosophum, cuius vitam Laertius Diogenes explicat. Parentes Epicharmus habuisse traditur Chimarus, seu Tityrum, & matrem sicida. Aristoteles & Plinius duas ab Epicharmo literas inuectas prodidit, ὅτι ἔστιν & φ. sunt qui cum Phormo Epicharmum inuenisse comœdiam asserant, id quod etiam affirmat Aristoteles & Suidas. Autor est Demetrius Phalereus, in epichæris excelluisse mirum in modum Epicharmum, quo loco eius etiam quosdam versus affert. Ab Epicharmo quoq; dicendi modus effluxit, quæ Epicharmi non ideo à Græcis vocatū videmus. Proditum est, cum liberius obscœnum nescio quid Epicharmus ante Hieronis tyranni uxorem locutus esset, à tyranno male multatum fuisse, solūque vertere

Epicharmus.

coactum. Quo autem tempore vixerit variè traditur: quidam enim ante Persarum tempora fuisse credunt, quo tempore Athenis Euetes, & Euxenides, & Mylos celebrabantur. alij eodem Persarum tempore, atq; etiã post. quæ omnia vera esse possunt, nam inter longæuos connumeratur. Vixit enim, vt in macrobijs obseruat Lucianus, annos XCVII. Fabulas multas docuit, Suidas quinquagintaduas, Lycon trigintaquinque, alij longè plures, adeò vt Apollodorus eas in decem volumina digesserit, vt in Plotini vita scribit Porphyrius. Eius fabularum & Athenæus persæpe meminit, Hebesq; in primis nuptias celebrat. Vult Horatius Plautum latinum poetam in fabulis componendis imitatum fuisse Epicharmum. Alcimus verò Platonem multas ex Epicharmo sententias mutuatum fuisse scribit. Clemens Alexandrinus in Stromatis, & Eusebius versus Epicharmi oppidò quàm eruditos de verbo diuino, id est, πῶς θεοῦ λόγου, in mediũ afferunt ex fabula quæ Politia inscribitur: ita enim cecini:

Hominum vita verbo & numero valde indiget:

Viuius enim in numero & verbo,

Etenim hæc ipsa mortales seruant.

Tum posthac hoc idem palàm magis enunciat:

Verbum, inquit, homines gubernat, & cum modo seruat:

Nam si est hominum verbum, est & diuinum.

Est verò (vt sciatis) græcè hoc loco verbum λόγος & λογισμός, id est, ratio & cogitatio, quasi verbum conceptum & prolatum possimus intelligere. Sed hæc nunc nostri non sunt instituti, at reliquos potius afferamus, quos illi Epicharmi versus subiungunt: hi verò sunt,

ὁ δέ γε τὰς τέχνας ἔν' ἀφ' ἑν,

ὁ δ' ἑὸς τῶν τεχνῶν, ὁ δέ γε τ' ἀθροῶν

• λόγος τὴν φύσιν ἀπό γε τ' ἑὸς λόγος.

hoc est, diuinum hoc verbum omnibus artes suppetit, docens quid conducibile facere opus sit: neq; enim homo ipse artem aliquam inuenit, sed Deus affert: hominis autem verbum à diuino verbo prouenit. hæc quidem illi. Gellius quoq; illud affert, quod sic Gaza Theodorus interpretatur: Non ad dicendum idoneus, sed ad tacendum impositus. Xenocrates verò Platonis senariolum hunc Epicharmo attribuit:

Manus manum lauat, digitusq; digitum. hoc est,

χεῖρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλος δ' ἀκτύλου.

Et hoc à se conuersum Epicharmion, Q. Cicero de cōsulatus petitione celebrat:

Nervos atq; artus esse sapientiæ, non temerè credere.

quod & ad Atticum Marcus Cicero Epistolarum primo græcum adducit. Est et apud Suidam ex Polybio, sic quidem græcè,

νῆφι καὶ μέμνηθ' ἀπιστῆρ, ἀρ' ἄρα τῶν τε φρονῶν.

40

Sed nimis longus sim, si vobis omnes eius sententias colligam. Filium quoq; Epicharmus habuit & ipsum Comicum, Dinolochum nomine, qui vt pater Dorica lingua fabulas quatuordecim condidit, & post patrem LXXII Olympiade claruit. atque hæc quidem de Epicharmo. Erat verò cum his & Magnes, quem hucusque distuli commemorare, vt ordinem seruarem. Magnes enim, vt legimus, iam Epicharmo seni iuuenis conferebatur. Fuit autem Magnes ex Icaro ciuitate, ex qua & Thespis, vt modò diximus. Sunt qui Atheniensem, quàm Icarientem potius fuisse velint. Lydijs hic modulis valde est delectatus, quos & scripsit. Voces quoque omnium ferè animantium illum imitatum fuisse legimus: nam & gallinas, & psenas, & ranas, earum etiam ante personarum vsu colore infectus, æmulatus est, à quibus & fabulis etiam nomina indidit. Comœdias verò nouem docuisse fertur, in quibus bis vicit. Inter Magnetis fabu-

Magnes.

50

tis fabulas hæ censentur, Ornithes, Lydi, Pfenæ, quæ ficornum culices esse dicuntur: & Batrachi, vnde & à ranis color quidam & vestis etiam genus βατραχίων & βατραχίς vocitantur. Cum verò iam senex cauillari ac maledicere ciuibus desisset, Barbyttas (id nomen est fabulæ ab instrumento musico) composuisse dictus est, & ad vltimam vsq; senectutem vixisse. Legimus eum prisca Comœdiæ poetam fuisse, multaq; diuersis in regionibus de concertantibus aduersarijs victoriæ trophæa statuisse. Huius magnetis meminit in Poetica Aristoteles, & Athenæus, item Suidas, & grammaticus Diomedes. Cum magnetem in Poetica Chioniden memorat Aristoteles: tametsi in græcis peruulgatis codicibus, pro Chionide, 10 Chonnidas, vt puto, perperam legatur. Fuit verò Chionides Atheniësis, Comicus antiquæ Comœdiæ poeta, qui annis octo ante Persica tēpora floruisse proditur, & protagonistes, id est, primus in archæa comœdia certator. Inter huius fabulas Heros, Ptochi, id est, mēdici. & Persæ vel Assyrj memorantur. Huius post Aristotelem meminit Vitruuius, Athenæus & Suidas. Fuit & eodem tempore quo Epicharmus, vt etiam superius meminimus, Phormus Syracusius Siculo, Phormus. qui Phormis, nisi mendū subsit in codice, ab Aristotele vocatur in Poetica. Fuit verò familiaris Gelonis Siciliæ tyranni, illiusq; filiorum educator. Phormi fabulæ septem feruntur, Admetus, Alcimus, Alcyones, Iij depopulatio, Hippos, Cepheus siue Cephalæa, Perseus: addit & Athenæus Atalantan. Primus Phormus 20 podere, hoc est, talari veste in scena vsus est, scenamq; ipsam puniceis pellibus obduxisse dictus est. Huius præter Athenæum & Aristotelem meminit & Suidas. Sunt qui huius nomen deductum fuisse velint à Phormo vase, vel vitilis quodam genere vasis & plicatilis, qualis est sporta, cuius frequens Græcis mentio, Herodoto, alijs: vnde & Protagoras philosophus cognomine dictus est Phormophoros. Sed nos, quàm ista, potius poetæ referemus. Sic agas, Piso inquit. Et ego:

Post hos erat Chœrilus Atheniësis, licet apud Stephanum Iassæus vocetur, sed mendosus est, vt puto, codex: nam non Chœrillum duplici Il, sed Chœrilum simplici I, est legendū. Fuit verò hic Chœrilus Tragicus, & Olympiade LXIV. 30 in certaminibus clarus, centumq; & quinquaginta fabulas composuisse traditur, & ter decies vicisse: personis quoq; & scenæ ornamentis ordinem atque initium dedisse creditus est. Nunc non satis exploratum mihi est, an hic Chœrilus sit is poeta, quem Plutarchus semper lateri Lysandro, dum floreret, iunctum fuisse scribit, vt scilicet eius res gestas versibus ornaret. De Chœrilo verò Alexandri, si recordamini, poeta, suo loco planè egimus. Fuit & inter antiquissimos poetas Antiphanes Caristius, ab eo vsque tempore quo Thespis floruit, à quo & Comœdia, & versus Antiphanius dictus est, vt est apud celebres tum Græcos tum Latinos grammaticos. Verùm post hunc & alij plures fuere poetæ hoc nomine, non eadem licet ætate, quorum vnus Smyrnæus, vel vt alij putant, Cianus, vt verò Dionysius, Rhodius fuit, mediæ Comœdiæ poeta. ex feruorum genere natus creditur, nonagesimatertia circiter Olympiade. partem habuit Demophanem, vel vt alij tradunt Stephanum, matrem Oenoen. Innumera- 40 rables autem ferè scripsit Comœdias: quidam CCC & LXV, alij CCCXC fuisse prodiderunt: ex his terdecies vicit. Citantur quidem huius fabulæ cum ab alijs, tum ab Athenæo & Stobæo. Filium Stephanum habuit Antiphanes, & ipsum Comicum poetam, cuius fabulæ commendantur. In Chio mortuum esse Antiphanem annos natum LXXXIII lego, eiusque ossa Athenas tralata. Illud tamen non nihil me mouit, quòd quidam eum Thessalum ex Laryssa oriundū apud Græcos scripsere, versatumq; esse Athenis Olymp. XCVIII. sub Demosthe- 50 ne videlicet, habitumq; fuisse ingeniosissimum cum scribendo, tum meditando. Sed hæc in medium relinquo, neq; enim anxie tēpora sub examen contuli. Fuit & alter Antiphanes Atheniësis, qui Panætio philosopho iunior fuisse perhibetur. Fuit item alius Bergæus, vt in eo qui est de vrbibus scribit Stephanus. Est autem

Phormus.

Chœribus.

Antiphanes.

autem Berge Thraciæ vrbs. Scripsit & hic Comœdias, in quib. ἀπίσα, hoc est, incredibilia finxit, adeò vt ab eo prouerbiũ factum sit, βόρῃαιζον, pro eo quod est incredibilia & vana dicere. Gryphis quoq; & scirpis Antiphanem delectatũ lego, eiusq; duo in primis afferuntur, alter quidẽ de mugile & melanuro piscibus, alter verò de epistola: quos adolescens memini me interpretatũ tibi Pice fuisse, in eo quem nomini tuo inscripsi libello ænigmaton. Alium præterea Colophonium Antiphanem comperimus, qui Thebaida scripsit, ex quo poemate & adhuc carmina quædam leguntur apud Athenæũ: apud quem & Antiphanis quoq; poetæ nomen Comici alterius est legere, vt etiam apud Irenæum libr. 2. aduersus hæreses, quo loco ipsius fabula Theogonia citatur, in qua de mundi origine agit: ait enim de Nocte & Silentio Chaos emissum, dehinc de Chao & Nocte
Eriphus. Cupidinem. Fuisse & Comœdiarum poeta creditur Eriphus, & Antiphane posterior: eo enim loco in Dipnosophistis, vbi de Citrio Athenæus varias scriptorum sententias repetit, inter cætera Eriphum ait in fabula Melibœa Antiphanis versus integros surripuisse. Et cum his erat Cephisodorus Atheniensis, antiquæ Tragœdiæ poeta: ad Aeschylum enim fermè Tragici poetæ archææ Tragœdiæ fuerunt, vt ex Græcis scriptoribus colligimus. Huius verò Cephisodori fabulæ traduntur, Antilais, Amazones, Trophonius deus, Sus. Fuit item Atheniensis Apollophanes, qui eodem genere, quo Cephisodorus fabulas scripsit. Suidas tamen Comicum Apollophanem antiquum facit, & eius fabulas commemorat, Daulis, Iphigeron, Cretes, Danae, & Centauri. Verum Fulgentius cum de Saturno agit, Apollophanis epicum carmen affert. Celebratus etiam fuit in prisca Comœdia Hipparchus, qui de mulieribus fabulas scripsit. In hac tabulæ parte erat Aeschylus Atheniensis Tragicus, Euphorionis, vt ait Antipater poeta, filius, & Cynegiri frater, eius qui (vt scitis) fortiter contra Persas in Marathone pugnavit. Herodotus tamen Euphranorem, non Euphorionem, appellasse videtur. Aeschylus cum quintum & vigesimum annum ageret, in poetarum certamine depugnauit, & vt docet Horatius, personam & pallam inuenit, quod & Græci non negant: quorum inconstantiam mirari oportet, cum hæc ipsa & alijs attribuunt, vt alibi ostendimus. Sunt & qui arbylas, quod calciamenti vel soleæ genus est, inuenisse putent: vt verò Porphyrius scribit, syrma, cothurnos, & personam. Sedenim Philostratus in Apollonij vita ita scriptum reliquit: Cum Aeschylus, inquit, artem Tragicam confusam nimis, & crudelem immitẽmque videret, eam aliquantum moderatus est: nam in vnum Choros contraxit, qui antea disiuncti fuerunt: abstulit & frequentes crebræque histrionum responsiones: nec in super in scena fieri vetuit, ne scilicet præsentẽ populo homines trucidarentur. addidit præterea habitus heroicos, & ornatiores apparatus, item pulpita, quo è sublimi recitantes facilius & viderentur & audirentur: quare, inquit Philostratus, Aeschylum Athenienses Tragœdiæ parentem appellauere, mortuumque etiamnum in Dionysijs vocabant. hæc ille ferè totidem verbis. A Baccho verò per somnium (vt à Pausania proditur) iussus est Aeschylus Tragœdias scribere: nam cum adhuc adolescens esset, atque in agro vuas custodiret, somno correctus, à deo monitus est vt fabulas Tragicas doceret: qui consurgens, dei monitis obtemperauit, & perinde id opus ei facillimè successit. Vini quoque semper appetentior fuisse traditus est: vnde & illum Callisthenes, vt Lucianus refert, in vino Tragœdias scribere. dicere solebat: & ideo eum quoque Sopater rhetor Dionysij amicum nuncupat. Tum subridens Piso: Omnes, inquit, ferè vni nosi admodum atq; bibaces Græci fuere poetæ, an ea causa, quod à Baccho amari dicuntur? Cui ego: A mantur sanè Piso: nam vina, vt poeta noster ait, parant animos. Flaccus verò:

*Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt,
 Quæ scribuntur aquæ potioribus.*

Scribit item Plutarchus in Symplosiacis, ideo Aeschylum Tragœdias potando scripsisse dictum esse, quoniam vini calor inueniendi vim excitat, quæ in sobrijs torpet aliquando: imaginationes mouet, impetumq; & fiduciam ministrat. Ad-
 dit, non rectè Gorgiam suam Tragœdiam Marti tribuisse, cum magis Baccho a-
 scribenda fuisset. Nec vos id lateat, quod à doctissimis probatur, vel Platone &
 Aristotele etiã tradentibus, quòd Bacchus quidam sit furoris deus, sine quo
 vates & poetæ parum proficere gentes arbitrabantur. Sed & in Dionysij thea-
 tro poemata, & præcipuè scenica recitabantur, quin & omnem scenam in Dio-
 nyssium autorem refert Diodorus, vnde & technitæ, id est, artifices Dionysij hi-
 10 striones nuncupantur, id quod in primis ostendit Aristoteles, qui cur improbis
 sint moribus, vt plurimum in quæstionibus inquit: & Plutarchus, qui cur hi-
 striones à Romanis sic vocentur, perscribit. Sed his missis, quæ huius non
 sunt loci, reliquam Aeschyli vitam prosequamur. Fuit ergo Aeschylus, vt Gel-
 lius obseruat, ea tempestate, qua post victoriam Marathoniam Miltiades in vini
 culis mori cõactus est, quo primùm tempore Romæ Aediles propter seditio-
 nes creati sunt Olympiade, vt notat Eusebius, LXX. quo etiã tempore mor-
 tuus est Pythagoras, cuius & Aeschylum sectatorem fuisse, se ait accepisse M.
 Cicero. at vero vt ipsius Aeschyli scribit interpret doctus sanè grammaticus,
 LX Olympiade claruit, qua etiã tempestate Pindarus floruit. Ex quibus cer-
 20 tè colligimus mendã eïse apud Suidam, qui nona eum certasse Olympiade scri-
 bit, nec Aeschylum amplius XII Olympiadibus vixisse legimus. Sed hæc vt-
 cunq; sunt ceteris scribentium vitia in numerorum notandis figuris. Scripsere cū
 alijs de Aeschylō, tum verò Chamæleon in libro de eius vita, quòd Sophocles il-
 lum sit accusare solitus, quòd etsi opportuna faceret, non ea tamen quæ faceret
 videret: hoc est, vt ille græcè protulit, ὁ ἀχάλλε, ἐκκαὶ τὰ δέοντα ποιῆς, δὴ ὄλας εὐκ ἐ-
 δὲς γειποιῆς. Narratur etiã cum aliquando in Isthmiaco spectaculo fortè specta-
 tor adesset, alterq; è duobus gladiatoribus grauiter esset faucius, & omnis spe-
 ctantium turba acclamaret, tum Aeschylus tandem Chium manu prehensens
 ait, Viden' quanta est exercitatio? vulneratus tacet, spectantes clamant. Sed hu-
 30 iusmodi sententiæ eius multæ feruntur. Diem ille suum obiisse miro quodam
 prorsus & fortuito modo traditur. Cum enim caluus esset, & annos natus octo
 & quinquaginta, in agro sedens, acciuit fortè vt aquila inde volans, testudinem
 in caput eius demitteret, rata scilicet caluum Aeschyli caput saxum esse, quo
 ales ipsa eiusmodi animalia solet conquassare: qua quidem testudinis ruina, e-
 ius ita cerebrum & caput comminutum est & contritum, vt statim interierit. hi-
 storiam præter alios Aelianus, & Valerius Maximus perscribunt. Idem hoc ver-
 ficulo Sotades testatus est:

ἀχάλλε γέροντε ἄδι πέντακε χεχρῆνι.

40 Sunt qui tradant, in aprico loco ideo illum fuisse, quòd tabulati ruina metu-
 eret, quam ei oraculum prædixerat. filios duos Aeschylus post se reliquit, Eu-
 phorionem & Bionem, qui & ipsi Tragici poetæ fuere, quorum prior Eupho-
 rion cum patris fabulis quater vicit. Scripsit idem & proprias fabulas. Bion
 verò inter eos reponitur qui Tharsici cognominati sunt, quasi vos dicatis, con-
 fidentiores & arrogantes: acerbi enim & dicaces poetæ fuere, atq; ideo sunt, qui
 Horatium velint, cum in Epistolis cecinit,

Ille Bionis sermombus et sale nigro,

hoc est, gaudet: potius de hoc ipso Bione Tharsico poeta intelligant, quàm de
 Bione Boristhenite philosopho. Non me præterit, quòd Porphyrius de Bione
 50 intelligit, quem Aristophanis patrem fuisse, ait ille vnus: Acron verò de Bione
 eius nominis sophista, qui tanta fuit dicacitate, vt nec Homero pepercerit. Sed
 cum de poetis agat eo loci Horatius, de his minus intelligendum reor. At hæc
 ego vobiscum. Fuit & alius Lyricus poeta Bion, atque item alius Bucolicus,
 de quo

de quo alibi meminimus. Sed nos reliqua de Aeschylō, quem grandem natu cum Sophocle admodum puero certasse scribit Plutarchus, victumq; ab eo fuisse: quod cum iniquo ferret animo, in Siciliā demigravit, ubi & diem ultimū clausit, sepultusq; apud Gelam fluuium, quod & ipsum hoc epitaphium ostendit:

αἴχνηλον εὐφορίωνος ἀδελφίου ποδὲ καὶ θύμῳ,
μῦμα καὶ φαθμίλων περὶ σφόδρον γέλας.

quod sic est latine factum:

*Atticus Euphorione fatus sub mole sepulchri est
Aeschylus, hæc iuxta pingua culta Gele.*

Non igitur id mirum videri debet, quod est ab Athenæo libro nono proditum, quod Aeschylus Siculorum vocibus vtatur, quod scilicet in Sicilia diu est versatus: tamen si ea parte Athenæi exemplar mendosum videtur: neque enim mihi satis compertum est, an de altero Aeschylō agat, de quo & Macrobius meminit, & Siculum fuisse ait: hoc doctiores viderint. Scripsit verò Aeschylus fabulas nonaginta, & de ijs octies & vigesies vicit. Elegias quoq; composuisse legimus, ex quibus versiculum illum citat Theophrastus:

Gens Tyrrhena suis clara veneficijs.

Tanti verò Aeschylum Lycurgus celeberrimus ille Atheniensium orator fecisse dicitur, vt statuam illi ahenam poni curarit, & alteram Sophocli, amborumque Tragœdias publicè custodiri mandarit: publicum quoque scribam constituit, qui eas histrionibus lectitaret. Hactenus quidem ego de Aeschylō, tu contra Piso recita quæ de illo scribit Fabius. Id libenter faciam, inquit Piso. Sic verò ille ait: Tragœdias primus in lucem Aeschylus protulit, sublimis, & grauis, & grandiloquus sepe vsq; ad vitium, sed rudis in plerisque & incompositus, propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre, posterioribus poetis Athenienses permisere, suntq; eo modo multi coronati. atq; hæc quidem Fabius: quæ verba mihi notiora sunt ex ijs, quæ tu paulò antè de Euphorione eius filio recitasti. Tum ego: Fuit & alter Aeschylus patria Alexandrinus, qui & bene eruditus fuit, & fabulam Amphitryonem docuit: sed & præter hanc Messenica carmina composuit, vt est ab Athenæo proditum. Aeschylum ex eadem familia, hoc est, eius sorore seu fratre, poetæ quinque continuato ordine sequebantur, id quod rarissimè aliàs contigisse puto: illud enim notissimum, raro ad nepotes transire discipulas, tamen & apud Romanos & in Crassorum familia contigit, & in Græcis quoq; vt in Nestore poeta retulimus. Sed & hodie nos Ferrariæ exempla habemus in Varina familia, auum, filios, et nepotes. An id ea fortè causa euenit, inquit Piso, quod ex prudentibus patribus leues & fatui plerunque filij nascuntur: atque ea causa minus sapientia successores gignit, quod philosophi prodidere. Cui ego: Mitte ista, inquam, in præsentia Piso, & tabulæ potius ordinem sequamur. Primus igitur inter hos quinque Philocles erat, ex Aeschylī fratre vel sorore natus (ita enim id quod græcè est ἀδελφίδης, interpretamur) pater verò Polypithes vocabatur. Tragicus fuit circa Euripidis tempora, moribus verò asper vsque adeo & amarus, vt Bilis, id est, χολή vulgò diceretur. Fabulas centum composuisse creditur, inter quas hæc reponuntur: Erigone, Nauplius, Oedipus, Oeneus, Priamus, Penelope, Philoctetes. Fuit & alter Philocles aspectu deformis, qui eò quod vt vpupa acutum caput haberet, περικέφαλος cognominatus est: vnde & vulgò prouerbiū in eos qui eiusmodi sunt capite, iactari solet. Homerus utiq; eos leues & fatuos, vel Therfitis exemplo, esse manifestat. Fuit verò Philocles Comœdiarum poeta, sororis Aeschylī filius, quem propter morum amaritudinem Halmiona Græci cognominatum tradunt: ἀλμύνη enim, vt Suidas ait, πικρία, id est, amaritatem vocant, alij falsuginem: sunt qui solum sterile & maritimum nuncupēt, alij herbarum quarundam morbum, alij ius piscium: vtcunq; Halmiona Græci Philocli cognomē indiderūt, quod & forma & mori-

Philocles.

& moribus amarior esset: vnde etiam adagium factum est in hominem iniucundum & insuauem, ἀλμυρὸν οἶος ἄνθρωπον. hoc est, in hoc non est falsedo. meminit Suidas, Diogenianus, Zenobius seu Zenodorus. Eadem ratione Latini insulsum hominem, vel contra, falsum vocant. Sunt inter eruditos, qui non duos Philoclis nomine, sed vnum tantum putarunt: quibus & assentiret, nisi quod vnus Comicus, alter Tragicus fuisse proditur Philocli astabant eius duo filij, Morsimus scilicet & Philippides, quorum patri Morsimus stylo fuit æqualis, atque vt ipse, asper & insulsum, eoq; amplius, quod medicinæ operam dedit: vnde vt oculus medicus, oculis medicinas adhibebat, vt Suidas notat. Irridetur quidem ab Aristophane multis cauillis, & cum eo Melanthius quoq; de quo suo loco agemus: eos enim cum alijs vocabulis, tum his appellat, βαλιδόσκωπος, id est, piscium heluones: γρηώβρις, hoc est, hircuolentes: μαρῆς, hoc est, scelestos & fatidos: τραγομαχάλλας, hoc est quorum sub alis (vt ait Catullus) habitet hircus: & ichthyolymas, hoc est, pisciperdæ: vt notiora alia mittam, Gorgonas, harpyias, gulones. Sed de Morsimo idem Aristophanes, cum vellet dicere, Εἰς αἶα atq; exhiber seu explodar, inquit:

καὶ διδάσκει μὲν περὶ αἶα μὲρσίμῳ τραγῳδίῳ. hoc est:

Et doceat accinere Morsimi tragœdiæ.

- 10 cum enim eius poemata mala & incondita essent, id poeta in deuotionis parte posuit. Atq; ideo etiam putarim illud ab Apollonio Tyaneo proditum, cum in custodia à Domitiano seruaretur, Non me Rex occides, non enim Morsimus ego sum: id quod cum dixisset, Apollonius euanuit, & inuisibilis abiit. At verò Philippides nouæ Comœdiæ poeta fuit, & (vt dixi) Philoclis filius Atheniensis. Fabulas XLV. docuisse traditur. De Philippide sic Gellius: Philippides, inquit, Comœdiarum poeta haud ignobilis, ætate iam edita cum in poetarum certamine præter spem vicisset, & lætissimè gauderet, inter illud gaudium repente mortuus est. Scribit non semel Plutarchus, quod cum à rege Lysimacho Philippides amaretur, interrogarum ab illo quod potissimum munus cuperet, illum respondisse, Quæcunq; præter arcana. πλὴν, inquit, τῆν ἀρχῆν τῶν. Atque vt huius
- 30 Philippidis vitam melius teneatis, attendite quæ ex Donati Acciaioli verbis in vita Demetrii regis vobis afferam. Fuit, inquit, Philippides poeta summa cum Lysimacho familiaritate coniunctus, multaq; per eum populus Atheniensis beneficia suscepit à rege: compellebatur enim rex ad hunc hominem diligendum, ob eius integros mores, vitæq; probitatem: in eoq; præcipue viro admirabatur, quod cum secum versaretur assidue, ab omni tamen astutia & adulatione, quibus regis domus abundare solent, quasi à perniciofa peste abhorreret: itaq; in animum suum induxerat, vt quodcumq; sibi ad bellum resq; gerendas proficiscenti occurrebat Philippides, hoc pro bono omine & auspicato haberetur, quasi aliquod faustum felixq; portenderet. & ex eo hætenus. Talis tamen cum
- 40 esset Philippides, æmulo non caruit Stratocle apud Lysimachum, in quem & eius adhuc ex Comœdia versus leguntur. At verò Morsimi, cuius antè meminimus, filius fuit Astydamas, qui vt auus & pater, & ipse Tragœdiarum poeta fuit, & vt illi, Atheniensis. Innumerabiles penè fabulas docuit, ducentas enim & quadraginta fuisse legimus, in quibus quindecies victoriam retulit. primum tamen eloquentiæ operam dedit sub Isocrate, & mox ad tragœdiam conuersus est. Filium hic habuit, & ipsum Astydamantis nomine, & tragicum, cuius hæ fabulæ traduntur: Hercules Satyricus, Epigoni, Aïax furens, Bellerephontes, Tyro, Alcmena, Phœnix, Palamedes. At verò Astydamantis cuiuspiam histrionis à Zenobio fit mentio, qui Morsimi & ipse filius dictus est, atq; ideo etiam cum
- 50 priore idem: cui cum in theatro statua ponenda esset, quod in Panathæonorum celebritate præclare egisset, titulum ipsemet scripsit, in quo proprias laudes collegerat. quatuor versusum epigramma fuit, quod Suidas affert, & ita latinè reditum ait Erasmus ab iuvene quodam eruditissimo:

Morsimus.

Philippides.

Astydamas.

Vixissent vt mecum illi, aut inter ego illos,
 Quos penes est lingua suaueloquentis honos,
 Præmia prima equidem citra certamen haberem:
 Nunc adimunt, in quos nil habet inuidia.

Quod ubi in concionem detulit, vt senatus populique approbatiōe statua adde-
 retur, ipsum senatus populūque reiecit, Astydamantēque cōtemplit: quæ res pri-
 mūm quidem à Comicis taxata hoc versiculo:

ὁ αὐτὸν ἐποιεῖς ὡς πρὸ ἀστυδάμας γύνῃ. hoc est,
 Laudas teipsam, vt Astydamas mulier.

Pratinas.

Ion.

mox est in prouerbiū deducta, in gloriosos & laudatores sui, quo eodē nomīne ^o
 quidā sanē doctus Ferrariæ passim ridetur. Sed attendite, iam enim ad missum po-
 etarum ordinem redeo, quem vt rectius poterō in ijs recensendis seruabo, hos
 quando generis & sanguinis cognatio simul narrare compulit. Erat igitur post
 hanc Aeschylī profapiam, Pratinas Philiāsus, Pyrrhonidæ, vel (vt alij scribunt)
 Encōmij filius, poeta Tragicus, qui primus Satyras docuit. Certauit verō Prati-
 nas cum Aeschylō & Chœrilo septuagesima circiter Olympiade. Fabulas hic
 penē innumerabiles scripsit, inter quas Satyricas triginta & duas fuisse compe-
 rio, in quibus singulis est victoriā adeptus. meminit huius Athenæus, & Isaa-
 cius, & Plutarchus cum aliubi, tum in Musica, & Suidas, à quo illud proditur:
 Cum fortē, inquit, Pratinas fabulas Atheniensi populo exhiberet, contigit vt ra- ²⁰
 bulata caderent, in quibus spectatores, dum fabulæ agerentur, sedere consueue-
 rant: vnde postea factum est, vt Athenienses stabile theatrum construerent. Pra-
 tinam sequebatur Ion, qui, vt Strabo & Athenæus scribunt, Chius fuit. hunc in-
 ter Tragicos, Lyricos & philosophos connumerat Suidas & Harpocratiō. Pa-
 trem habuit Orthomenem, cognomine dictum Xuthum. cœpit verō Tragœ-
 dias scribere Olympiade octuagesima secunda. Eius incertus est fabularum nu-
 merus, alij enim duodecim, alij triginta, nonnulli quadraginta existimauere. Scri-
 psit item de ijs quæ in superiori fiunt, hoc est, Meteora, & orationes compositas.
 Citantur illius quoque dithyrambi in commentarijs Apollonij. At verō Harpo-
 cratiō Valerius Triagmon Ionem scripsisse prodit, id quod negasse dicitur Cal- ³⁰
 limachus, vt opus Epigenis, in quo de philosophia multa perscripsit. Sunt qui
 Triagmos plurium numero efferant, vt est apud Demetrium Scepsium, & A-
 pollonidem Nicæum, cuius hoc initium fuisse legi: Huius, inquit, orationis mi-
 hi principium, omnia tria, & hoc plus, plus minus istorum trium vnus; cuiusli-
 bet virtus trias, prudentia, potentia, fortuna. Sed nihil prohibet hæc græcè di-
 cere: ἀρχὴ δὲ μοι τῶν τριῶν πάντων τρία ἢ πλεον: τῶν δὲ πλεον ἐλάσσων τῶν τριῶν ἑἷς, ἕκαστον ἀρ-
 τήν τριῶν, (ὡς δὲ τῶν τριῶν) ἢ τρία. vt minus mirum vobis sit, si Ausonius Gallus a-
 pud nos de ternario numero luserit, cum Ion tam anxie eius frustra serio conscī-
 derit: ita enim Triagmon interpretamur. Sunt qui non Triagmos, sed Triasmos
 potius legant, vt in Orphei imagine diximus. Est autem Triasmos, vt ego quidē ⁴⁰
 interpretor, de ternario numero ratio, veluti de quaternario Tetracismus: tam-
 etsi M. Musurius vir doctissimus, carmen quod in triatericis caneretur existi-
 maret triasmos dici: alij nonnulli id quod in iusta caneretur. Hunc certē scrupu-
 lum mihi intecere Harpocratiōnis & Suidæ exemplaria. Sed de Ione iam finia-
 mus, cuius nec semel meminit Plutarchus, item Isocrates in ea quæ est de retri-
 butione, hoc est, πρὸς ἀνδράσιν. meminit & Athenæus, qui ait, ab eo amatam
 Chrysilam Corinthiam fuisse. Illud quoque de Ione traditur, quod cum adhuc
 adolescens cum Cymone apud Laomedontem quempiam cœnasset, & libatis
 poculis de more iussus esset canere, id ipsum lepide atque ex arte fecisse, & id-
 circo à conuiuis omnibus mirifice laudatum. Ionem tamen illudens Aristopha- ⁵⁰
 nes Comicus αἰῶν appellat, vel vt alij legunt, αἰῶν, quod scilicet incertus esset au-
 tor, vel minime viola, eius vocabulo alludens. Scribit Plutarchus, quod Ion po-
 eta dicebat, Periclem in congressu & consuetudine superbum esse, aliōsq; despi-
 cere

tere ac negligere solitum: contra æmulum Periclis Cymonem commendabat, quod facilis ac humanus erga omnes esset. Ridetur & Pericles ab Ione cum Salmios deuicisset: ait enim Agamemnonem decennio Troiam barbaram urbem cepisse, Periclem decimo duraxat mense Ionum principes ac potentissimos. Ionis præterea huius nomine Plato de Poetica dialogum inscripsit, atq; de Ione dictum hactenus. Iam de Crateie agendum, qui patria quidem Atheniensis fuit Crates. & priscaurum Comœdiarum poeta, tresq; illius tantum comœdias celebratas inuenimus, Thesaurum, Ornithes. Philargyrum. hunc videtur Aristoteles in Poetica inter primos reponere, qui apud Athenienses fabulas docuerint. meminit & Aristophanes in ea, quæ Equites fabula inscribitur, ubi eius Aristophanis interpres septem ait illum fabulas scripsisse. Sunt qui Tragicum Craten faciant, quem tamen ego alterum fuisse existimo, eius quando & imago erat in tabula. Patria hic Thebanus fuit, Scondi filius, Cynicæ sectæ studiosus, cuius institutionis causa diuitias abiicisse dictus est. Sed quoniam eius & Hipparchiæ vxoris vita à Laertio copiosè traduntur, ideo quæ ab alijs, atq; in primis à Suida scribuntur missa facio, ne vobis per partes colligere videar, quæ ab illo pluribus prodita sunt. Vnam tamen eius sententiam non mittam, quæ ad sedandum amorem ab illo tradita est: Amorem, inquit, sedat fames: at si non hæc, tempus. Si verò ijs minimè tolli potest, laqueus. Hanc sententiam vobis ideo libentius narrauerim, quoniam in græcis epigrammatis his tribus senariolis ab incerto autore lepide perscriptam eam legimus:

ἔρωτα πικρὸν λιμὸς, εἰ δὲ μή, χροῖται.
 ἔαρ ὃ μὴδὲ ταῦτα πλὴν φλόγα σβέσσει,
 θείρα πείρα σοὶ τὸ λοιπὸν ἠρτῆσθαι βροχῶ.

Scripsit verò Crates Tragœdias, vt Diogenes ait, altissimo philosophiæ sensu ac stylo: soluta autem oratione Platoni similis. Centesimam circiter & decimam tertiam Olympiadem vixisse proditur, ad extremam vsque senectutem. huius et amicus fuit Phalereus, & de eius fabulis meminit in Rhetoricis. Cætera, quæ multa sunt, apud Laertium & Suidam, cū libebit, legetis: nunc ad cæteros (quoniam ex his plurimi supersunt poetæ referendi) descendamus. Fuit & alius Crates Comicus, Epilyci heroici poetæ frater, cuius alibi imaginem retulimus. Fabulas hic Crates septem docuit, inter quas sunt Vicini, id est, Γείτονες, Heroes, Pederæ, Lamia, aliaq;. Scripsit & soluta oratione quædam, vt ait Suidas. Alium ab his Craten epigrammatum scriptorem Diogenes prodidit. Legimus præterea & alium vetustissimum in Lyrica facultate poetam Olympij illius Phrygis discipulum: hunc Polycephali, hoc est, musici cuiuspiam nominis inventorem Græci nonnulli prodidere, vt est in Musicis à Plutarcho obseruatum. Sed omnino huius nominis decem & amplius fuisse comperio, quos Græci scriptores collegere. Nunquid, ait Piso, Mallotes cum ijs, an grammaticus potius? Tunc ego: Crates Mallotes. Tametsi haud poeta Crates Mallotes, poetarum tamen cæsor acerrimus dictus est. Cur ergo, inquit Picus puer, eius vitam nobis non recitas? Quoniam, inquã, in tabula non fuit: sed tamen vt rem vobis gratam faciam, eam paucis expediam. Crates igitur à Mallo Ciliciæ ciuitate Mallotes dictus, vt docet Strabo, Timocratis filius fuit, inter philosophos Stoicos connumeratus: adeò vt eius discipulum Panætium quidam existimarint. grammaticæ verò ita studiosus, vt Homericus & Criticus cognominatus sit. Omnis quoq; ferè eius intentio ac studium circa grammaticas & poeticas orationes versabatur. Eo tempore vixit, quo Ptolemæus Philometor rex, & Attalus, quo Aristarchus etiam. In ordinem redegit, ac correxit Homeri Iliada & Odysseam, scribit Suidas, atq; ea de re libros octo reliquisse, aliaq; multa. Sed præstat vos quoque audire sueronium de Crate sic loquentem in libro de grammaticis: Primus, inquit, quantum opinamur, studium Grammaticæ in urbem intulit Crates Mallotes, Aristarchi æqualis, qui missus ad senatum ab Attalo rege inter secundum & tertium bellum

Menippus.

Puncum, sub ipsam Ennij mortem, cum è regione palatij prolapsus in cloacæ foramen crus fregisset, per omne legationis simul & valetudinis tempus plurimas acroases subinde fecit, assiduèq; disseruit, ac nostris exemplo fuit ad imitandum. hæcenus Tranquillus, & de Cratete satis, & quot eius nominis. Nunc Menippi imaginem referamus, quem Strabo patria Ascaloniten facit, Stephanus Gadareum: Gadaram enim Cœlesygiæ urbem esse docet. Laertius verò, Menippus, inquit, & ipse Cynicus, patria quidem Phœnix, conditione seruus fuit, vt in Ethicis scribit Achæus. Diocles Batonem Poaticum ipsius dominum fuisse prodidit. Hermippus ab vsura diurna nautica, quam exercebat, cognominatum ait ἡμπεδοκωμίστω. Sedenim cum pecuniam ita coegisset, per insidias ea priuatus est, cuius rei mœrore laqueo sibi vitam extorsit: qua de re græcum extat Diogenis epigramma. Menippus libros scripsit multo risu refertos, non secus atque Meleagri, qui eodem tempore vixit. quidam tamen hos non Menippi, sed Dionysij & Zopyri esse tradunt, qui ioci gratia eos conscripserunt, eiq; vt disponeret tradidere. Scripsit & nœnias, aliâq; vsq; ad tredecim libros. Sed & Satyras ridiculas quas Marcus Varro apud Latinos imitatus est & re & nomine, vt diximus. Stephanus cognominatum eum ἀνεπιγέλιον ait, vt qui ridicula confectaretur. Idem & Strabo: tamen in peruulgatis codicibus ἀνεπιγέλιον perperam scribatur. Cognominatus fuit (quod nunc succurrit) & Philogelœus, Blæsus poeta, qui patria Capriates fuit, vt Stephanus & Athenæus produnt, cuius & versus cum a- 20
libi, tum in XIII Dipnosoph. ex Mesotribe citat idem Athenæus. Sed de Menippo ridicula profectò narratur historia à Suida, quæ tamen ex Hippoboti sententia Menedemo Lampfaceno à Laertio ascribitur: eam vobis, quia risu digna est, ipsius Suidæ verbis recensebo. Menippus, inquit, Cynicus vsque adeo in monstrosam superstitionem processit, vt Furix figuram indueret, se asserens ab inferis missum delinquentium inspectorem, vt illuc rediens ea dæmonibus nunciaret. Erat huic vestis talaris phæa, id est, fusca: zona Persica, vel Punica: pileus Arcadicus in capite, in quo XII inerant elementa: in pedibus embata, id est, cothurni Tragici, barba promissa, & in manu virga fraxinea. Fuit & alter Comicus Menippus, cuius in primis fabula ea fuisse dicitur, quæ Cercopes inscri- 30
pta est. Post hos erat Anaxandrides Anaxandri filius, Camiræus ex Rhodo insula, vel vt alij scribunt, Colophonius, natus (vt creditur) Philippi macedonis temporibus, Olympiade ferè CI. Fabulas sexaginta & quinque scripsisse, deciesq; vicisse proditur. Ab hoc nonnulli volunt amores in scena primùm inductos fuisse, & virginum raptus. Hic formoso admodum corpore & procero fuit, & delicijs deditus, vnde & comam præter morem nutriebat, tanta verò iracundia & animi indignatione afficiebatur quoties fabulam aliquam docuisset, nec ex ea victoriam reportasset, vt versus quos edidisset, scindere ac lacerare solitus esset, eosq; ad vilissima queq; rerum inuolucra destinare, dignum vtiq; malis carminibus supplicium. Scribit Eustathius in Ethicis Aristotelis, vbi hoc Anaxan- 40
dridæ citat carmen,

Vrbs consulit leges pias quæ negligit.

Anaxandrides, inquit, contra Athenienses scripsit, quos sanctissimas quidē leges habere affirmabat, prauissimis tamen vti: quare ab eis fame atq; inedia mori coactus est, quibus verbis illud Ouidij in Ibin exponitur:

Vt ve parum stabili qui carmine læsit Athenas,

Inuisus pereas deficiente cibo.

Non Athenas modò lacerauit Anaxandrides, sed & diuum Platonem maledictis incessit, vt ait Laertius. huius fabulas plerasque Athenæus citat. Aristoteles in tertio Rhetoricorum, Gerontomaniam huius fabulam fuisse innuit: qui & a- 50
libi hoc eius celebrat, Satius esse mori, quam quid morte dignum facere. Citatur & à Macrobio. Sed iam Plato & Cratinus recensendi, ambo prisæ Comœdiæ poetæ, ambo Athenienses, ambo eadem ferè ætate: simul enim eos circa octuagessimam.

Anaxandrides.

Plato.

- gesimam primam Olympiadem enumerat Eusebius: meminit & Laertius. Platonem tamen Suidas ait fuisse per tempora Aristophanis, Eupolis, Pherecratis & Phrynichi, quod mihi parum verisimile videtur. Idem viginti & octo eius fabulas connumerat, quarum ferè hæc nomina: Adonis, Aphieron, hoc est, Deo dicatus, Grypes, Dædalus, Celebritates, Hellas vel Insulæ, id est, *ἡ Ἰσουλῆ*, Europa, Iupiter male habitus, Io, Cleophon, Laius, Lacones vel Poetæ, Inquilini, Myrmeces, Menelaus, Victoriæ, Nox longa, Xantæ seu Cercopes, Anxius & dolens poeta Pisander, Senes, Pædion, Sophistæ, Symmachia, Apparatus, id est, *οὐδὴν*, Syrphax, hoc est, sordidus & turbatus: quod cognomentum Pyrrho Achillis conuenire dicitur. Hyperbolus, quod proprium nomen est viri principis Atheniensis, cuius Cicero meminit in Republica, & de Dei ciuitate Augustinus: de quo hæc apud Græcos extat historia, illum videlicet ex humili stirpe post Cleonis potentiam ad principatum vrbs Athenarum sua versutia peruenisse: cum enim prius lucernas areas factitarèt, plumbum æri immiscebat, vt pondere euentes fallere. Sed è Republica tandem & ipse eiectus, vt Thucydides ostendit, non timore aliquo potentia, sed ob eius improbitatem & vrbs dedecus, Samumque profectus inimicorum insidijs periit: nam culeo insutus, in mare deiectus est. Hyperboli & Theopompus & Antiphon meminere. Scribit Andocides: De Hyperbolo dicere erubescō, cuius pater inscripto vultu in argyrocopeo publicè seruiuit (id est officina vbi cudiur pecunia) eius verò mater panem venditabat. Sed & hoc nomen Hyperboli lapidem significat, qui collo noxij aquis summergendi suspendi solet, vt est apud Aristophanem. Phaon quoque Platonis fabula, & Androphonos, & Mammacuthus: de qua voce, quoniam varia traduntur à Græcis, ne id vos lateat, non nihil hic vobis afferam. Aristarchus quidè id nomen ait fictum esse per onomatopœiam. Demetrius putauit consuetum & familiare nomen esse, quo fabula sit integra conscripta, quam Aristophanis quidam, plures huius Platonis existimant. quidam Mammacythum, quam Mammacuthum potius vocant. Didymus Mammacuthum, sicut & Militiden, per fatuitatem dici solere ait, prouerbij loco, quo modo Butaliona, & Corœbum. Dicitur autem Mammacuthus, vt Mammothreptus, quasi à mammis nutritus. Hæc ego de Platonis fabulis, quas identidem cum alij scriptores citant, tum maxime Athenæus, qui & poetæ huius stylum fuisse ait splendidum atque illustrem. Galenus certè non modò arte medica, verum etiam eruditione varia insignis, in Hippocratis Aphorismis huius Platonis in Cinesiam versus in medium protulit. Hæc quidem de Platone. Cratinus verò Callimedis filius Atheniensis, vt modò dicebam, fabulas vnam & viginti scripsit, ex quibus nouies victoriam consecutus est. Cratini meminit Horatius & Persius Flaccus, à quo audax dicitur est, quod mira dicendi acerbitate Athenienses profciderit. Primum scribit Acron in Horatij poetica, Cratinum Athenis, Dionysia dum essent, Satyricam fabulam induxisse: ex Tragœdijs enim satyrica dramata instituta, in quibus salua maiestate, maiestatis, vt idem Acron ait, iocos exercere consueuerant. Post hæc archæa comœdia successit, vt planè ostendit Horatius, vt alios mittam: nam alia est Satyra illa mordax Lucilij, Persij, Iuuenalis, tota nostra, Græcis incognita. Cratinus quidem inter longæuos connumeratur à Luciano: septem enim & nonaginta annos vixit: tamen Luciani exemplaria parum castigate legantur. Aristophane senior fuit, vt est apud Græcos interpretes. Periit verò cum Pytinen fabulam docuisset, & ex ea victoriã retulisset: quo tempore primum in Atticam Lacedæmonij irruerunt. Sunt qui perisse scribant, cum pleno vase vinum effundi videret. Usque adeo autem vini appetens fuisse traditur, vt supra pelles recumbere sit solitus, in quibus & meiere consueuerit: & propterea crebra apud Græcos Cratini codij, hoc est, pellis villosæ mentio, quod & græcum carmen ostendit Aristophanis, vt puto:

Cratinus.

ἢ μὴ σε μισῶ, γλυκίμω αἶ κρητίνος κώδιον.

Ni te odero, unum fiam Cratini codion.

quasi dicat, nisi te odio insequar, fiam quā vna Cratini pellis vilior: qua re aiunt Cratinum ipsum iritatum, cum iam comœdias scribere destitisset, scripsisse eam quam paulo antè dixi, Pymen fabulam, à vase scilicet vinario sic nuncupatam: & Methen, id est, ebriam: cuius fabulæ tale fuit argumentum. Comœdiam suam finxit esse vxorem, quæ ab eius contubernio recesserit, dicens se cum eo deinceps non futuram, vindictamq; sumpturam: amicos verò Cratini eam precatos esse, ne quid contra Cratinum immodestius faceret, inimiciorum causam rogantes: tum illam Cratinum accusasse, quòd non conuicijs obiurgaret, ac vt ¹⁰ antè Comœdias conscriberet, potiusq; ebrietati vacaret, & proinde à Græcis etiam cognominatus est *οἰλοπότης*, quod & græcum epigramma in eius monumento positum testatur. A deo, inquam, vini appetens fuit Cratinus, vt suis in fabulis poetam quempiam fieri posse negaret, qui non vini esset appetentior: id quod & Horatius credidit: qua de re in Equitibus fabula Aristophanes eum incusat. Extat Nicerati epigramma, quo vinum canit magni equi poetis vice esse, nec aqua bonum condici carmen posse. Ista, inquit, ô Dionyse dicebat spirabatq; non vnus vtris Cratinus, sed totum odoratus dolium: hoc est, *τοιῦτοι ἐλεγευδίωνουσε. Σὲ ἔπειθεν ἔχ' αἶδος ἀσκῆ κρητίνου, δ' ἄλλ' ἀπαρξῆς ὠδὸς εἰς πίθος.* Huius præterea temulentiam tanta consequebatur libido, & pueforum maximè, vt speculis cubiculum ornaret vndiq; quò se facilius coeuntem spectaret: quam rem similiter Horatium fecisse, sunt inter grammaticos qui (vt reor) falso confingant. Hoc & Tiberium Imperatorem fecisse Suetonius prodit. Illud certè de Cratino à Suida traditum, sub pellibus illum in stadium ingredi solitum, cū futuros imbres prædiuinaret. Scribit Aelianus, mures salacissimos Cratinum in fabula, quæ Fugitiui inscripta est, tradidisse. Sed & de his iam satis. Hos pleriq; sequebantur eiusdem archææ Comœdiæ poetæ, inter quos Diocles, Philylius, Sannyrion, Aenicus, & aliij. Diocles Atheniensis fuit, vel vt aliij putant, Philius, qui eiusmodi harmoniam excogitasse fertur, quæ acetabulis & testaceis vasculis pusillo quopiam ligno pulsatis fiebat, qualis nunc quoq; pueros passim vti Ferrariæ, Bononiae, & aliubi certo quodam anni tempore conspeximus. Scripsit verò Diocles fabulas multas, inter quas has Athenæus & Suidas reponunt: Apes, Bacchas Somnia, Thyestem geminatum, & Thalassam, quod meretricis nomē est. ²⁰ Philylius verò & Sannyrion ambo Athenienses & Comici fuere. Philylij quidem hæ fabulæ traduntur: Aegæus, Antea, quod meretricis nomē est: Hercules, Dodecate, id est, duodenaria, Plyntria seu Nausicaa, Ciuitas Helena, Atalanta, Pireorychus, quæ dictio apud Græcos significat genus quodpiam quod fuit Athenis, vel eum qui puteos effodit. Sannyrionis verò fabulæ sunt, Risus, Danae, Io, Psychastæ. frequens horum mētio apud Athenæum in Dipsosophistis, & Suidam. At Aenicus & ipse prisca Comœdiæ poeta, & Atheniensis, quæ ⁴⁰ perperam Ennicum alicubi in Iulij Pollucis codicibus scriptum reperiatis. Inter huius fabulas Antea à scriptorib. reponitur, ex qua hoc carmen Iulius Pollux citat:

Prehendens per aures da mihi Chytræ osculum.

quo carmine, vt sciatis, ad antiquorum consuetudinem in dandis osculis alludit, quam Chytran Pollux, Chytron Suidas nuncupat, qua & nonnulli nunc videntur: apprehensis enim vtrinq; auribus pueros puellasve exosculabantur. cuius moris rationem Plutarchus in eo, qui De audiendo inscribitur, esse ait, in ea maximè ætate referre, si puerorum aures bonis imbuantur colloquijs. meminit & Theocritus in Edyllio, quod *ἀδελφοί* inscribitur, suppresso Chytræ nomine. Ego hac de re plura in annotationibus, cum ex vetusto exemplari Tibulli carmen illud emendarem, ex secundo Elegiarum libro, ⁵⁰

Oscula comprehensis auribus eripiet.

Alludit

Alludit & Plautus huic consuetudini in Pœnulo, cum Milphionem ita loquentem inducit:

*Sine te exorem, sine teprehendam auriculis,
Sine dem fauim.*

Hactenus tui gratia Pice retuli, ad reliquos iam poetas redeo. Erat & Philonides Atheniensis, vt Suidas ait, vel Melitensis, vt scribit Erasmus: ego tamen Meletei filium interpretor ea verba, ἀπειδύτοφ. ὁ φιλονίδου τῆς μελετίας. Fuit hic antequam fabulas componeret fullo, & perinde ineptus ac rudis, si modò Aristophani stamus, qui eam ideo carpit. Proceræ etiam staturæ fuisse perhibetur, quæ iracundis plerunq; & leuioribus attribui solet: & idcirco in insanos & indoctos prouerbium factum est, Indoctior Philonide Meletei. Eidem obijcitur, quòd parasitos & sycophantas aleret, quòd q; Laïdis meretricis amore Corinthi versaret. Incessitur quoq; vt fordidus, & quòd suillis esset moribus simul cū amicis, quos Capros vocabat, & Laïda Circen, quòd scilicet amatores quasi veneficio quodam afficeret. Huius tamen archæ Comœdiæ celebrantur Cothurni, ἀπολῶν, id est, vehiculum seu rheda, & Philæteros. Philonidæ filius fuit Nicochares, ex tribu Cydathenæa, & ipse vt pater Comicus, in aliquo precio Aristophanis tempore. Inter huius fabulas numerantur, Aymone, Pelops, Galatea: quam fabulam citatam reperi in commentarijs Aristophanis. eiusdem Deliada in Poetica adducit Aristoteles, Lemniades Pollux & Suidas. Huius præterea sunt Hercules nubens, Hercules Choragus, Centauri, Cretes, Lacones & Chirogastores: quo loco apud Suidam legendum puto ἐγχερογάστροφ, quæ dictio significat eos qui manu victum quærunt. Ab his non longè fuit Timocreon Rhodius, priscae & ipse Comœdiæ poeta, qui, vt Athenus scribit, certator fuit, & Pentathlo, hoc est, quinquertione victor. Inimicitias verò cum Themistocle & Simonide poeta exercuit, cōtra quos & fabulas scripsit: nam vt est apud Plutarchum, in exilium missus est, quòd in Themistoclem inuectiuum carmen edidisset, ex quo adhuc multa leguntur. cum autem Themistocles & ipse exulasset, ab eius aduersarijs incitatus Timocreon, in eum impunè scripsit: cuius poematis initium tale fuisse idem tradit Plutarchus:

Philonides.

Prouerb.

Nicochares.

Timocreon.

Pande agè Graiugenum carmen mea musa per ora.

Scripsit & in Simonidem, vt est apud Suidam. Citatur ex Scolio cantico Timocreontis hæc particula in diuitias, quam hic vobis meis verbis referam: Vtinam ô cæce Plute neque in terra, neque in mari, neque in continenti apparuisses, sed Tartarum & Acheronta incoluisses: per te nanque omnia hominibus mala. Sic habetur græcè, si libet audire: ὄφελι δὲ τυφλῆ πλῆσθε μήτε οἱ γῆ, μήτ' οἱ θαλάτῃ, μήτε οἱ ἀπείρω φανήμεαι, δὴ γὰρ τὰρ τὰρόν τε ναίειν κ' ἀχρόνισα, δὴ γὰρ σὶ γὰρ πάντα αἰθρῶπις κακία. Sed enim uero hunc ipsum Timocreonta helluonem bibacemq; ac loquacem ex hoc eius epitaphio collegimus, quod quoniam apud Athenæum legi, vobis hic recitabo:

*Πολλὰ πῶν, κὴ πολλὰ φαζθῆν, καὶ πολλὰ κακ' ἐπῶν
ἀνθρώπου, κείνου τιμοκρέων ῥόδιου. hoc est,
Multa bibens, & multa vorans, mala multaq; dicens
Ipse viris, iaceo Timocreon Rhodius.*

Fuit & alter longè posterior, vt putò, Timocreon epigrammaton poeta, cuius & Hephæstion versus in medium affert. Prior quidem LXXVII circiter Olympiade claruit. Porro erat Eupolis Atheniensis, priscae Comœdiæ & ipse scriptor, qui LXXXVIII Olympiade Athenis floruit Apollodoro

Eupolis.

se malè interpretentur in Ibide, quum reuera de alio non poeta intelligat, qui Niciæ filius, cum coniuge Glycerio cubiculi ruina prima nocte oppressus est: quam historiam in tertio Epigrammatum Græcorum volumine legimus. At de poeta Eupolide Horatius, Persius, Diomedes, alij meminere: item Fabius Quintilianus de prisca Comœdia agens, cuius tu Piso verba recitabis, qui totâ eius censuram edidicisti. Atqui nec piget, inquit Piso, & simul. Fabius igitur: Antiqua, inquit, illa Comœdia tum synceram illam sermonis Attici gratiam propè sola retinet, tum fœcundissimæ libertatis: etsi est in insectandis vitijs præcipua, plurimum tamen virium etiam in cæteris partibus habet: nam & grandis, & elegans, & venusta, & nescio an vlla, post Homerum tamen, quem vt Achillem semper excipi par est, aut similior sit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. plures eius autores, Aristophanes tamen & Eupolis Cratinusq; præcipui hæcenus ille. Quæ cum dixisset Piso: Sed non ea, inquam ego, in præsentia à te Fabij verba Piso petebã: ista enim potius ad omnem archæam Comœdiam pertinent, quàm ad vnum Eupolin: sed ea quæ in primo leguntur, cum de Musica agitur. Cum enim Grammaticen Musicæ subesse ostendere niteretur, id cum aliorum multorû autoritate, tum Eupolidis facit, apud quem, inquit, Prodamus & Musicen & literas docet: & Maricas, qui est Hyperboreus, nihil se ex Musicis scire nisi literas confitetur. quo loco Pomponius Latus, seu quicumq; alius, obseruat Prodamum & Marican Scythen introductos ab Eupoli. sanè id vos scire volo, Maricam significare apud Græcos cinædum, & vt grammatici obseruant, diminutium esse pueri masculi barbarici: vt mittam nunc vobis Maricam apud Latinos nympham Minturniensium, de qua in primis Maro & Horatius meminere, quoniam ad finem properandum, & iam in vesperam inclinat dies: quare monemur, vt ex viridario ad ædes redeamus. Fuit ergo Eupolis stylo ipso Cratini præcipuus imitator, verùm illo rudior, magisq; ridiculus. Hæ ipsius fabulæ feruntur, Aeges, Androgyni, Colax, Scripsit & in Homerum poema, quo illum mendacia & immania monstra finxisse falsus est. Celebrant Lucianus & Hephæstion, & Apollonij interpretes, & Eupolidos Baptas, de qua fabula inter grammaticos apud Iuuenalem non mediocris altercatio. meminit & Platonius, qui & mortē ipsius his verbis perstringit: Scimus, inquit, Eupolin cum Baptas fabulam docuisset, eiectionem fuisse in mare ab illis in quos fabulam composuerat. Sedenim & M. Tullius in sexto ad Atticum epistolarû, de Eupolidis morte sic refert: Quis enim non dixit ὅτι πολλὸν ἀπὸ τὰς ἀρχαίας ab Alcibiade nauigante in Siciliam, deiectionem in mare? Redarguit Eratosthenes: affert enim quas ille post id tempus fabulas docuerit. Quæ verba eò libentius vobis recensui, quoniã cū Platonio ex nostris nonnulli, quos aliàs suspicio, decepti sunt. Quidam eo bello submersum prodiderunt, quod apud Hellepontum contra Lacedæmonios gestum est: in quo mox statutum perhibetur, vt nullus deinceps poeta stipendia militaria faceret. Cæterum non desunt qui historiam hanc ita prodant. Archæam aiunt Comœdiam ad Eupolin vsq; peruenisse, qui quòd Alcibiaden Atheniensium principem perstrinxisset, ab eo est in mare deiectionem, & (vt quidam aiunt) diu inter vndas iactatus, tandem euasit. Sedenim ex Aelian libro de animalibus, Eupolidis interitum ita didicimus: Eupolidi, inquit, poetæ Augeas Eleusinius canem Molossum genere & specie conspicuum dono dedit, quem cum gratissimum haberet, de nomine amici Augeam vocauit: is erat domino fidelissimus, adeo vt cum Ephialtes Eupolidis ieruus quasdam eius fabulas surripuisset, illum mordicus arreptum vsque adeo traxit, vt demum interemerit. Porro in Aegina cum Eupolis vita excessisset, ibique sepultus fuisset, canis ad tumultum primum diu luxit, tum demum mœrore & tabe extinctus est: vnde & loco nomen inditum, Canis luctus. Atq; hæc ferè Aelianus: ex quibus variã colligimus de huius poetæ interitu historiam referri. Huius ergo tempore Alcibiades reipublicæ edicto cauit, ne quis nominatim quempiã suis carmi-

carminibus perfringeret: ex quo factum est, ut priscae Comœdiæ acerbitas in leniorem formam immutaretur, ut alibi diximus. Idem mutuati Romani ab Atheniensibus, ut puto, duodecim tabularum lege cauerunt, ne in quempiam famosum carmen scriberetur: id quod præclare Cicero in libris de Republica, ubi Scipio disputans ait: Nostræ contra duodecim tabulæ cum perpauca res capite sanxissent, in his hanc quoque sancendam putauerunt, si quis actitauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiûmve alteri. hæc ille. Legis huius meminît quoque Horatius, aliique. Verum etiam nunc Cæsarum leges capitæ pœnam irrogant famosos scribentibus libellos, vel inuulgantibus. Sed hæc nunc iam satis de Eupolide dictum. Et sic his dictis, sermoni finem fecimus, & in oppidum perreximus.

LILII GREGORII GYRALDI DE HISTORIA SCENICORVM POETARVM

DIALOGVS SECVNDVS, AD ILLUSTRIS-
simum D. HERCVLEM Bentiuolum.

20 **OSTRIDIE**, ut consueueramus, ornatissime **HERCVLES** Bentiuole, cum pomeridiana hora in viridarium tres ipsi conuenissemus, & confectis aliquot de more spacijs, de rebus communibus nonnihil ego & Piso collocuti fuisset, tum puer Pîcus nos intuens, iam, inquit, tempus Lili ut nobis reliquos Græcos scenę poetas narres ex tabulis. Recte, inquam ego, mones Pice, & simul consedimus, atque ita cœpi. Duo, inquam, primi in hoc poetarum agmine fuerant, Sophocles & Euripides, qui (ut olim Socrates) sic & ipsi ab Apollinis oraculo sapientes appellati fuere, id quod contra Celsum obseruat Origenes. Fuit verò Sophocles, ut à seniore incipiam, prior natus quàm Euripides, *Sophocles.*

30 quod scribit Gellius: atque idcirco in tabula eius imago præibat: eadem tamen tempestate vixerunt, qua Aulus Torquatus filium, quod contra edictum cum hostibus victor dimicauerat, securi percussit. Sophoclis nomen dictum Græci arbitrantur ab eius sapientiæ gloria: tametsi videtur Plinius iunior *ἡ ἀπὸ σοφῆς καλῆσαι*, per iocum (ut puto) deriuare in eos videlicet, qui ad ostentationem auidiores ad sua scripta laudanda conuocant. Sed leuiora hæc mittamus. Fuit Sophocles Sophili filius ex Colonia, vel potius Coloneo (quem locum cum alij, tum Cicero, in ipsius poetæ memoriâ in quinto de Finibus celebrat) Socrate decem & septem annis senior, cum eo tamen vnâ claruit. Philostratus iunior in imaginibus Sophoclem effinxit, eumque multis laudibus euehit: nam & Musarum socium, ac tripudij choreisq; earum interesse ait, Musasq; ipsas consecrari, & apes quasi roris guttas eius labris infundere, etus scilicet poetæ suauitatem significantes. Nam & Apis ipse, hoc est, *μέλιττα*, propter sermonis dulcedinem cognominatus est. Tres autem histriones primus Sophocles instituisse perhibetur, & eam quæ *τετραγωνιστὴν* dicitur. Fabularum quoque chorum ex quindecim personis confecit, cum antea ex duodecim constaret. primus item dicitur fabularum aduersus fabulas certamina instituisse. Versatus est etiam in Republicæ administratione & magistratibus: nam & domi & militię præfuit. Cum Pericle quidē imperator cōtra Lacedæmonios missus, victor redijt. Videñ Strabo cōtra Samios scripsisse, nō contra Lacedæmonios: Iustinus tñ ex Trogo alterius est sententiæ. Marcus certē Cicero prætorē eum cū Sophocle fuisse tradit: cumque, ait, ambo de cōmuni officio cōuenissent, & casu formosus puer præteriret, Sophocle dixisse, O puerū pulchrū Pericle. Tū Periclem respondisse, Prætorē Sophocle decet non solū manus, sed etiam oculos abstinentes habere. Plu-

tarchus

Iophon.

rarchus hoc quidem in Periclis vita: sed Isocratem hunc, non Periclem fuisse scribit, in ipsius Isocratis vita. Filios Sophocles habuit Leosthenem, Stephanum & Menacriden, & Iophonem ex Nicostrata, à quo senex delirij ac vecordix accusatus est, vt Lucianus alijq; tradunt. Fuit autem & ipse Iophon Tragœdiarū poeta, vt pater, cuius fabulæ fuisse dicuntur, Achilles, Telephus, Actæon, Ilios, aliaque permultæ. meminit & huius Valerius Maximus. Alium præter hos legimus Sophoclis filium Aristonem, qui nothus fuit ex Theoride Sicyonia, quā senior amasse perhibetur. Somnium Sophoclis vobis hoc loco referre libet, quod Cicero secundo de Diuinatione affert, vt illius hoc de poeta iudicium etiam agnoscatis. Adiungam, inquit Cicero, philosophis doctissimum hominem 10 poetam quidem diuinum Sophoclem, qui cum ex æde Herculis patera aurea subrepta esset, in somnis vidit ipsum deum dicentem quis fecisset: quod semel ille iterumq; neglexit: vbi idem sapius accepit, in Areopagum rem detulit: Areopagitæ comprehendī iubent eum, qui à Sophocle fuerat nominatus: is quæstione adhibita, confessus, pateramq; retulit, quo facto sanum illud Indicis Herculis est nominatum. hæcenus Cicero. Præter hæc quæ modò diximus, quod deus gratus fuerit Sophocles etiam illud ostendet, quod dudum de eius obitu recitabo. sed & Plutarchus in Numa tradit, apud Sophoclem deum Aesculapium hospitatum fuisse, cuius etiam rei testimonia affert. Apollonius verò Tyaneus in ea oratione quam pro se scripsit, dicturus Domitiano Cæsari, Sophoclem inquit Atheniensem ventos demulisse, non opportuno tempore Atticam perflantes regionem. sed vt mirandum hoc, ita dignum quod vobis etiam referam quod M. Cicero scribit: Sophoclem cum à quodam interrogatus esset, an cum senex esset adhuc rebus venereis vteretur, respondisse accepimus, Dñj meliora, libenter enim istinc tanquam ab aliquo profugi furioso domino. Idem scribit Plato, idem Valerius & Marcellinus. Id græcè vobis referam, vt est à Plutarcho quoq; relatum, in eo qui inscribitur à πρῶτον πρὸς Περικλέον, & in eo qui πρὸς Πλάτωνα, ὁ γὰρ Σοφοκλῆς, inquit, ἀσμεγῶς ἔφη τὰ ἀφροδίσια γυναικῶς ἀρπεφάγειν καὶ θάπτει ἄγριον ἢ λιτῶντα δευότιον. Idem & Philostratus in Apollonij vita. aliàs tamen ego ad amores proniorem illum etiam iam propè senio confectum apud plerosque 30 comperi. scribit Athenæus, eum iam senem Theoridem amasse, ex qua (vt dixi) filium sustulit. Hegesander verò, eundem iam prope occasum vitæ Archippen deperisse cecinit: vnde & puellæ dictum aliquando à smicrine eius puellæ amatore, idem prodit Hegesander, ἀρχίππῃ ὡσπὲρ αἱ Λαυκὸν ἰδί τὰ φων καὶ θηται. Archippe, inquit, vt noctuæ, apud sepulchrum sedet. Fuisse & præter hæc in adolescentium amores & lasciuiam propensioem, apud eundem Athenæū legimus: vnde illi à Græcis cognomentum inditum εὐλαμείραξ, scribit Hieronymus Rhodius, Sophoclem aliquando formosissimum puerum extra muros vrbis duxisse, vt eo abuteret: quò cum peruenissent, puer super herbam statim vestem suā explicuit, Sophocles verò chlanidion circūduxit: sed postquam ὀμιλία, id est, Ve- 40 neris opus peregere, puer raptò Sophoclis chlanidio confestim aufugit, sua ibi veste relicta: itaq; elusus Sophocles ab Euripide. historiam copiosius recitat Athenæus. Ion quoq; historiam recitat de huiusmodi puerorum amoribus Sophoclis, quam quoniam longum esset recensere, in præsentia prætermittò: colligit in decimotertio Dipnosophistôn Athenæus. mitto quæ supra etiam paulò antè retulī: nam hac de re iam satis superq;. Variâ verò de Sophoclis morte traduntur. Plinius enim & Valerius Maximus scribunt eum accepto de victoria nuncio interijisse: Lucianus autem grano vix illum strangulatum prodidit, cum annum quintum & nonagesimum ageret: quod & sotadis versiculus etiam probat,

σοφοκλῆς ῥᾶ γὰρ φατῶν σαφυλῆς πινγῆς τέθνηκε.

Sophocles grana vorans vna strangulatus interijt.

adeò vna eademq; de re varij diuersique sunt plerunq; scriptores. Quin Plinius idē, Obsidentibus, ait, Lacedæmonijs Athenarū vrbē Liber pater iussit Sophoclem

clem Tragicæ cothurni principem sepeliri, Lyfandro rege in quiete sæpius ad-
 monito, vt pateretur humari delicias suas: requisit rex, quinam supremum di-
 em Athenis obiisset, nec difficulter ex ijs, quæ deus significarat, intellexit, pa-
 cémq; funeri dedit. Pausanias à Plinio parum dissentit: Sophocle, inquit, mortuo
 Lacedæmonij Atticam inuasere, eorúmq; ducem in somnis Bacchus admonuit,
 vt nouam Sirenen omnibus honoribus qui defunctis haberi solent, ornaret: vñ
 brámq; illam Sophoclem poetam sibi visam, Sophoclis poema tenentem. Hinc
 illud emanasse dicitur, vt cum alicui blandiri volumus, Sophoclis Sireni æqui-
 paremus. Tum ad me Pífo: Quid est, inquit, quod nobis paulò antè dixisti, So-
 phoclem à filio vecordix accusatum, nec rem planè expressisti? Ira est, inquam:
 10 sed nunc attendite, eam vobis M. Tullij verbis ex eius Catone recitabo. Sopho-
 cles, inquit, ad summam senectutem Tragœdias fecit, qui propter studium cum
 rem familiarem negligere videretur, à filijs in iudicium vocatus est, vt quemad-
 modum nostro more male rem gerentibus patribus, bonis interdici solet, sic il-
 lum quasi desipientem à re familiari remouerent iudices. Tum senex dicitur eã
 fabulam quam in manibus habebat, & proximè scripserat, Oedipum Colone-
 um, recitasse iudicibus, quæsißeq; num illud carmen desipientis videretur: quo
 recitato sententijs iudicum est liberatus. hæc tenus totidem verbis Cicero. Hi-
 storiam Apuleius in priori suæ Apologiæ oratione recitat, vbi illud addit: Ibi,
 20 inquit, ego comperio omnes iudices tanto poetæ assurrexisse, & miris laudibus
 eum tulisse, ob argumenti solertiam, & cothurni facundiam, nec ita multum ab-
 fuisse, quin accusatorem potius dementiæ condemnarent. Sed & apud hunc &
 Lucianum fabulæ nomen perperam enunciatur: Lucianus enim Epicoloneum,
 Apuleius Coloneum, cum Oedipum Coloneum vbiq; legendum sit. Fuere
 autè in terra Attica loca duo Coloni nomine, vt Pollux in septimo prodit, quo-
 rum alter dictus est Κολωνός, alter Ἰππιό Κολωνός, vel Ἰππιό, vt est apud Pausaniam:
 quare aliquis, quod est apud Lucianum Epicoloneum, Hippicolonon legere si-
 ne culpa possit. Sanè ab hoc Hippono, illud Philostrati in Damiano sophista recti-
 us exponemus: Et virum, inquit, vidi proximum equo Sophocleo: hoc est, Σό-
 30 φων ἀπόφορα πρὸς Ἀπολλώνιον ὅτι σοφὸς κλέϊσθαι Ἰππιό. quòd scilicet cū ætate imbecillis foret, impe-
 tum tamen quendam iuuenilem in studijs obtineret. Scio viros alioqui eruditos
 hac in re hallucinari. Sed hac de re satis. Egit quoq; causas Sophocles, id quod
 cum ex alijs, tum ex Rhetoricis Aristotelis collegimus, qui & eum ait pro Eu-
 ctemene orasse. Fabulas verò centum & viginti docuit, & de ijs quater vicies vi-
 ctor extitit. Scripsit item elegiam, vt Hephæstion obseruat: item mutos vel sur-
 dos fatyros, vt est in commentarijs Apollonij notatum. præter hos & Pæanas,
 atq; alia etiam soluta oratione. Contra verò Sophoclem librum composuit Phi-
 lostratus, quo eius furta ostendit, quem Eusebius in testimonium adducit. Le-
 gunt & hodie Sophoclis Tragœdiæ quædam, ex quibus miram illius cum in
 40 sententijs, tum in verbis amplitudinem et grauitatem colligere possitis, quibus
 Vergilianum illud testimonium verissimum comprobatur:

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

& M. Cicero ad Tyronem: An pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Scri-
 bit Lucianus, qd quidam in libra Sophoclis & Euripidis versus suspendebat, ac So-
 phoclei quidem deorsum, Euripidis verò sursum vergebāt, huius vt leuiores, il-
 lius vt grauiores, verum quam equum examē hoc, viderit ipse Lucian. Extant in
 Sophoclis laudē carmina multa, vt Simonidis, Erycij Dioscoridis, & aliorum, quæ
 vt recitē nec tempus nec memoria suppetit. multa & Græci rhetores, Hermoge-
 nes & alij: multa & in cōmentarijs græcis, ex quib. nos pauca hæc vobis retuli-
 mus: quare iam satis de Sophocle. Nunc ad Euripidis vitam veniamus, cuius no-
 50 men scribit Priscianus grammaticus, quòd sit ab Euripo deductum. Sunt & qui
 eo die natum asserant, quo in Euripo pugnatum est: atq; idcirco secunda eius no-
 minis syllaba ab Ione poeta & alijs doctis producit. Terentianus:

Euripides.

Fabula.

Fabula sic Euripidis incluta monstrat Orestes.

Latinorum tamen quidam corripiunt. Sed enim Sidonius Apollinaris eius tertiam præter normam extendisse videtur, cum ita cecinit:

Orchestram quatit alter Euripidis.

Verùm hæc quæ in scholis quotidie à triuialibus proponuntur mittamus, nisi quatenus Pico huic nostro profutura duxerimus. Historiam nos igitur prosequamur. Euripidi, quem poetarum *τραγικώτατος* vocat in Poetica Aristoteles, pater fuit Mnesarchus seu Mnesarchides Capelus, id est, caupo: mater verò Clito, quam Theopompus & Aristophanes & Valerius, agrestia *ολωρα* venditasse scribunt, atq; inde victum sibi quaesisse: quod genus hominum *λαχανοπώλης* Græci ¹⁰ vocant. quidam & *σκαιδοπώλλω* nuncupant, quòd Clito ipsa inter cætera olera & scandicem venderet. meminit Plinius. vnde & verbum compositum Græcis *διασκαιδομίλην*, quod significat ad Euripidis imitationem aliquid vel dicere, vel facere. Videntur verò hi qui Euripidis genus tam humile existimant, refelli cum Philochori sententiâ, tum ipsius Euripidis græci expositoris ac Suidæ: apud hos enim Euripidis parentes ingenuos fuisse proditum est, eosq; primùm in Bœotiam aufugisse, mox Athenis habitasse. Stobæus tamen ex Nicolao scribit, Euripidis patrem cum æs alienum soluendo non esset, corbis ignominiam passum esse, cum Bœotius esset. Corbis verò ignominia apud Bœotios ita instituta erat vt cum aliquis æs alienum non dissolueret, in forum duceretur, sederetq; iuberetur, dein super ipsum sedentem corbem iniiciebant, tum hac notati ignominia infames censebantur. Veruntamen illum satis locupletem fuisse, ex ijs quæ Theophrastus & Rhodius Hieronymus Aristotelis discipuli tradunt, facile colligere possumus: eum enim ijs qui Orchestæ Athenis nominati sunt, vinum ministrasse, apud Athenæum prodiderunt. Saltabant verò Orchestæ ferinis vestibus induti circa Apollinis templum: tametsi & his iisdem verbis humilitas eius colligi possit. Natus autem Euripides in Salamine Atticæ insula, Callia principe, primo LXXV Olympiadis anno, vt Laertius: vt alij verò, LXX. quando Persæ duce Xerxe victi sunt. Valerius tamen Harpocration non in Salamine, sed in populo tribus Cecropidos, qui Phlyes appellatur, natum Euripidem ait: quo nato ab Apollinis oraculo, vel, vt ait Gellius, à Chaldæis responsum accepit pater, eum puerum cum adoleuisset victorem in certaminibus fore. Id ei puero fatum esse pater interpretatus, athletam debere esse, in Olympiam certaturum deduxit, ac primo quidem in certamine per ambiguam ætatem receptus non est: post tamen Eleusinio & Theseo certamine pugnavit, & coronatus est: & Pancratio etiam victor, mox à corporis cura, ad excolendi animi studium transgressus, auditor fuit Anaxagoræ Clazomenij Physici: atq; vnâ etiam cum illo vixisse Dionysius Halicarnasseus in Rhetoricis scribit, id quæ præcipue cognosci asserit ex ipsius poetæ fabula Menalippe sapiente, vbi eius philosophi placita inserit. Meminerere huiusce rei Græci scriptores, inter quos Diodorus & Eusebius, alij. Vi- ⁴⁰ truuus verò de rerum principijs agens ita propemodum: Euripides, inquit, auditor Anaxagoræ, quem philosophum Athenienses scenicum appellauerunt, &c. Idem Athenæus in quarto, vbi de Phace agit: καὶ ἄλλοις δὲ φησιν ὁ σκλικὸς οὗτος φιλόσοφος. In Rhetoricis Euripides magistrum habuit Prodicum Ceum, in morali philosophia Socratem. Tragœdiam scribere annos natus duodeuiginti adortus, vt verò Græci, vigintiquinq;. Scribit Philochorus, in insula Salamine speluncam esse tetrâ & horridam, quâ Gellius se vidisse ait, in qua Euripides Tragœdiam scriptitauit. Sed pictorem quoq; nonnulli Euripidem primò fuisse prodiderunt, monstrariq; apud Megarenenses ipsius poetæ pictas tabellas. Apud Diogenem verò Laertium legimus, in Aegyptum nauigasse Euripidem cum ⁵⁰ Platone ad prophetas & sapientes & sacerdotes, vbi fortè cum nescio quo casu ægrotaret, marina est aqua à sacerdotibus pristina restitutus valetudini: vnde postea ipse in fabulis, Hominum, inquit, procellosum mala abluuit mare. hoc est,

Corbis ignominia.

δαλαωρα

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακῶν. In componendis quidem fabulis à Socrate inuitatum in Nebulis autor est Aristophanes. Mnesilochus verò fabulæ Phryges ligna, hoc est, materiam ministrasse Socratem cecinit, quod & suo carmine ipse Euripides non negauit. Scribit Cicero, quòd cum Orestem fabulam componeret, eamq; ita exorsus esset:

Neq; tam terribilis vlla fundi ratio est,

Neq; fors, neq; ira cœlitum inuectum malum,

Quod non natura humana patiendo hæc efferat.

- 10 Socratem statim aiunt hos tres primos versus reuocasse, admiratumq; esse. Philosophus igitur (vt dixi) vulgò Athenis appellatus, quando & noua de rerum principijs suo carmine placita vel ex se, vel ex magistro induxisse dicitur: aera enim & terram ex cœlestium imbrum conceptionibus inseminatam, omnium gentium et animalium fœtus procreauisse eecinit. Vxores verò duas Euripides habuit, primam quidem Chœrinan Mnesilochi filiam, alteram verò Melio. ex qua prima filios tres sustulit, Mnesarchiden mercatorem, Mnesilochum histionem, tertium sibi cognominem Euripidem, qui in dicendis orationibus versat⁹ est. Putat Gellius ambas Euripidem eodem tempore vxores habuisse, quòd id Atheniensium decreto liceret, vt etiam de Socrate legimus. Moichopelus verò, seu qui alius est, qui Euripidis vitam in scholijs conscripsit, vnam post alteram commemorat, & seorsum. Fuit Euripides moribus asper atq; ferus, & vt græcè dicitur, μιγέλας: sed & arrogantem & superbum Valerius Maximus prodit. Cum enim aliquando fabulam recitaret, à populo rogatus vt sententiam quandam mutaret, in scenam progressus dixit, se vt populum doceret, non vt ab eo disceret, Tragœdias componere solere. Alcestidi quoq; poetæ Tragico obijcienti, quòd triduo tria tantum carmina composuisset, se verò centum: respondit, Sed hoc interest; tua triduo tantummodo, mea verò in omne tempus sufficient. Scribit in Rhetoricis Aristoteles, Euripidem olim impietatis accusatum ab Hygenone, cum scripsisset peierandum esse: respondisse, iniuriam sibi ab Hygenone fieri, cum Dionysiaci certaminis iudicia in forum deferat, seq; ea de re ibi dicturum, si accusare voluerit. Nec illud præteribo: cum iam Athenienses necis Socratis pœnituisset, quòd iniquè eum condemnassent, edicto cauerunt, ne publicè Socratis nomen enunciaretur, ne scilicet in populo motus fieret. At Euripides edictum veritus, Palamedē induxit, vt sub eius personā occasionem haberet ea verba exclamandi, ἐκταίνε, ἐκταίνε, id est, occidit is Græcorū optimum, quæ verba vbi spectatores quorsum dicta essent intellexissent, totū theatrum in lachrymas conuerterunt. Sed nos reliqua de Euripide sequamur. Celebrat quadam ad Lucillum epistola seneca duodecim hos Euripidis iambicos, quos hoc vobis loco recitabo; quòd in peruulgatis epistolis senecæ parum e-
- 40 mendatè leguntur. senarij hi sunt:

Sine me vocari pessimum, vt diues vocer.

An diues, omnes querimus, nemo an bonus.

Non quare, & vnde, quid habeas tantum rogant.

Vbiq; tanti quisq; quantum habuit, fuit.

Quid habere nobis turpe sit, queris? nihil.

Aut diues opto viuere, aut pauper mori.

Bene moritur quicumq; dum lucrum facit.

Pecunia ingens generis humani bonum,

50 *Cui non voluptas matris, aut blandæ potest*

Par esse prolis, non sacer meritis parens,

Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,

Meritò illa amores cœlitum atq; hominum mouet.

Cum hi nouissimi versus in Tragœdia Euripidis pronunciati essent, totus populus ad eijciendum & actorem & carmen confurrexit vno impetu, donec Euripides in medium ipse profiluit, petens vt spectarent viderentq̃, quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellerophontes, quas in sua quisq̃ dat: nulla enim auaritia sine pœna est, quãuis sit satis ipsa pœnarum. atq̃ hæc quidem Seneca. Alludit verò Euripides duobus vltimis versibus, vt puto, ad auream Venerem quam vocant poetæ, qua de re in deorum cognominibus agendum. Mulierosum quidem Euripidem fuisse scribit Athenæus, hoc est, *θηλυμίω*, mulierumq̃ amatorem immodicum: at verò oforem *Gelius* & *Suidas*, id est, *μυθημίω*, nisi vel hæc vel illa exemplaria mēdosa sint. vel potius vt interpretatus est Sophocles. Nam cum Sophocli nescio quis Euripidem mulierū oforem esse dixisset, ei respondisse Sophoclem tradit Hieronymus in historicis commentarijs: In Tragœdijs, inquit, odit, quoniam in lecto vxores nostræ non tales sunt mulieres: quasi id innuat, quòd in fabulis odisse videatur mulieres Euripides, sed in lecto minimè. Quid est, inquit Piso, quòd vno dixisti spiritu, & vno propè verbo, Euripidem fuisse mulierum oforem, et amatorem? Nō inficior, inquam, Piso: sed ita vos intelligite, vti Sophoclem modò respondisse dicebam. vel potius, vt alij putant, quòd hoc iuueni, illud seni ei cōtigerit. Nam cum *Gelius* mulieres Euripidem odisse ait, causam non affert, quam hic ego vobis ex Græcis scriptoribus afferam. Aiunt enim illi, cum histriionem suum aliquando vnum cum vxore misceri reperisset, ea causa mulierum genus exosum habuisse, atq̃ in Macedoniam fugisse, Comicoꝝ veritum calumnias: fuisse verò ab Archelao rege benignè susceptum, & inter amicos intimos annumeratum, ita vt Euripidis causa regem ipsum interfectum, in quinto Politicoꝝ scribat Aristoteles à Decamicho, qui regis iussu ab Euripide vapularat. quidam Decaniticum, alij, inter quos Aristoteles, Decamichum vocant, & ex ijs vnum autem fuisse, qui in aula regis versaretur: qui cum aliquando Euripidi *σώματ' ἔδυσθαι*, hoc est, oris graueolentiam obiecisset, à rege Euripidi propterea concessum, vt eum impunè verberaret: quod postea & regiæ necis & poetæ causa fuit. Gratus, inquam, Euripides adeò Archelao fuisse perhibetur, vt ei petenti nihil denegaret. quinimò cum quidam à rege aureum scyphum dono petisset, Euripidi illum rex dari iussit, dicens, Tu enim petere, ipse verò capere dignus est vel non petens. hoc est græcè, *οὐ γὰρ ἴαι τῆν, ἔτ' ἂν λαμβάνω ἀξίως ὅτι καὶ μὴ αἰτῶν*. Item cum Agathonem iam pubescentem deoscularetur Euripides, rex ait, Ne admiremini, pulchrorum enim autumnus etiam bonus est. hoc est græcè, *μὴ θαυμάσητε, τῶν δὲ καλῶν ἡ ῥ' μετόπωρον καλὸν ὄσι*. quod est in Plutarchi Apophthegmatis ascriptum: tamen si idem in Erotico, à poeta dictum, non à rege videamus. Sed is Plutarchi liber parum castigatus legitur. Celebrat Dicæarchus Euripidis versus, quibus Archelao regi ita scripsit: Non esse prudentis hominis, cum sit pauper, munera diuiti dare. Scribit Diomedes grammaticus, Euripiden Archelao petenti vt de se Tragœdiam scriberet, respondisse, non se facturum, deòsq̃ precaturum ne quid regi Tragœdiæ proprium vnquam accideret. Euripidē tradit Eparchides, cum in Icarium Atticæ locum fortè iuisset, & in agris mulierem inuenisset, quæ cum virgine puella & duobus filijs, quòd fungos edissent, extincti essent, in hæc fermè verba epigramma composuisse: O non senescentē axem ætheris sol secans, talēne vidisti antea tuo malum oculo, matrem & virginem filiam & consanguineos duos eodem fatali functos die? Sed his missis, iam varia quæ de eius morte traduntur, attendite: ea quàm potero breuius referam. Mortuum Euripidem ferunt tetro quodam & horribili mortis genere. Cum enim aliquando ab Archelao cœnatus noctu rediret, quod scribit Valerius, laceratus est à canibus, qui in eum ab Aribœo Macedone & Crateua Thessalo, vel Crateu poetae eius æmulis (vt ait Suidas) immissi fuerāt. Alij à Decamicho, de quo paulò antè. Diogenianus tamen Promeri regij ministri eos canes fuisse scribit,

qui

qui Promerius mirādum in modum Euripidem est odio insectatus: ab eo enim regi aliquando insimulatus fuerat: atque inde factū prouerbiū, Promeri canes, de ijs qui læsi clam summitunt, qui lædentes vlciscantur. Sunt qui canes in Euripidē immiſſos tradant, cum poeta ad Craterum regis catamitū proficisceretur: alij cū ad uxorem Nicodemi, seu, vt alij, Nicodici Arethulij: quod mihi parū verisimile videtur, cum quintū & septuagesimū annum ageret Euripides: ea etenim ætas minus habiles ac validos homines facit ad Veneris illecebras: & propterea alij aliter rem prodidere. Cum in vico, aiunt, Thracen Macedoniae canis quidā Archelai aberrasset, Thraces illum canem macerant (ita enim mos apud illos erat) & simul vorarunt: quod cum Archelaus persensisset, eos homines talento mulctauit: illi verò cum soluendo non essent, Euripidem rogarunt, vt apud regē pro se intercederet, qui & eis veniam & remissionē impetrauit. Post verò cum Euripides per sylvas meditando, vt cōsueuerat interdum, solus incederet, rege venante, canes ipsum circumuenientes dilaniarunt, & penè vorarunt. Canes autem illi crediti sunt ex eo esse progeniti, qui fuerat à Thracibus occisus: & inde ex eo factum in eos adagiū, qui præter spem eis pœnas pendunt, quos aliquando læsere, Canis vindictam eos morari. hinc, puto, est illud Ouidij poetę:

*Vtq; cothurnatum Vatem tutela Dianæ,
Dilaniant vigilum te quoq; turba canum.*

Vnde etiam Ion poeta:

20 *Teq; sibi ponant prandia grata canes:*

si illud rectè reponimus, καὶ σὲ λυκερραΐαδ' ἀέπων ἐθροῖ κώδω. Locum verò illum in quo à canibus, quos Macedonum lingua Estericas vel Estreaticas à monte Macedoniae vocant, discerptus fuit Euripides: Bormiscum appellatum tradit Stephanus, quæ regiuncula est Macedoniae. At ne quid prætermittam, scribit græcus interpretis ipsius Euripidis, cum poeta apud regem versaretur, & cogitabundus esset, in quodam nemore contigisse vt à canibus ipsius Archelai deuoraretur, qui fortè in venationem prodibat: fuisseque tum Euripidem septuagenario maiorem. hæc quidem ille. Porro alij non à canibus lacertum Euripidem scribunt, sed à mulieribus. At verò sepulchrum & Euripidis memoriam eo Macedones dignati sunt honore, vt in gloria quoque loco prædicarent,

30 *οὐ γὰρ σὲ μνήμα θυεπίδης ὀλετό πρ.*

hoc est, vt Gaza transtulit,

Nulla etate tua Euripides monumenta peribunt.

Positum est autem eius sepulchrum, autoribus Plinio & Vitruuio, inter duos confluentes riuos, alterum saluberrimi quidem potus, alterum verò mortiferi. Sed cur non Plutarchi verba vobis recitem: qui de sepulchro Euripidis ita prope modum scribit: Dicitur autem, inquit, Lycurgi sepulchrum fulmine ictum fuisse: id verò non facile alteri cuiquam ex illustribus præterquam Euripidi accidisse & mortuo & condito in Macedonia secus Arethusam. Itaque argumentum ac testimonium magnum est ijs, qui sunt Euripidis studiosi, illi soli post mortem contigisse, quæ prius dijs immortalibus dilectissimo pijsimoque Lycurgo contigisse legimus. atque hæc quidem Plutarchus in Lycurgo. Sophoclem quoque proditum Euripidis morte ita consternatum, vt atrata & pulla tunica se induerit, ac sine corona suas Tragœdias ab histrionibus actitari voluerit. Philemon insuper comicus eius mortem carmine defleuit. Exerat & Alexandri Aetoli de Euripide carmen apud Gellium. Perisse verò traditur nonagesimatertia Olympiade, annos natus septuagintaquinque. Athenienses quidem eo mortuo in Macedonia legatos petitum miserunt eius ossa: quibus cum negata fuissent, inanem nihilominus tumulum, id est, cenotaphium ei struxerunt, in quo inscriptio talis à Thucydide, vel, vt alij, à Theophilo poeta posita traditur:

Μνημα μὲν Ἑλλάδος ἄπασ' εὐριπίδ' ὄσσεα δ' ἴαψ
 γῆ μακεδ' ὄσσεα, ἢ τ' δέξατο τὸρμα βίης.
 πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλάδος ἀθλίωαι, πλεῖστα δ' ἴαψ
 τὸρμας, ἐν πολλῶν καὶ ἴαψ ἔποιον ἔχει.

quod ferè sic latinè sonat:

Est monumentum Græcia tota Euripidis, ossa

Terra tegit Macedon, hic vbi fata tulit.

Patria Græcia Græcia. Athenæ, plurima musas

Deléctans ex multis hoc quoq; laudis habet.

Euripidis tamen ossa in ciuitatem Pellam delata accepimus, & ibi honestè con-¹⁰
 dita. Strabo in Argiuorū foro sepulchrū Euripidis ait fuisse; appellatūmq; Plin-
 thum. Fabulæ verò Euripidis duæ & nonaginta fuisse feruntur, inter quas o-
 cto Satyricæ: in his quindecies tantum vicit. At verò M. Varro eius fabulas
 quinque & septuaginta commemorat, & quinquies tantum iudicium iniuria
 vicisse ait. Sunt qui quater dicant, item semel post mortem, eius docente ne-
 pote, qui & ei fuit cognominis. Fuit etiam Euripides primus qui fabularum
 principijs argumenta inseruit. Eundem præter Tragœdias lusisse gryphis, at-
 que ijs in primis qui per literarum circumscriptionem fiunt, annotauimus in
 eo, quem ad te Pice dedimus, Aenigmatum libello: quo genere & Sophoclem
 vsus Athenæus scriptum reliquit. Quantæ autem authoritatis fuerit Euripi-²⁰
 des, etsi ex ijs quæ superius commemorauī abundè vobis ostensum puto, mul-
 tò tamen, si quæ à Plutarcho referuntur attulero, locupletius id vobis testimo-
 nium fuerit. Nam cum cladem descripsisset Atheniensibus illatam à Syracusa-
 nis Gylippo duce, & Niciæ & Demosthenis Imperatorū necem, captiuorūmq;
 seruitia, subiungit: Multi ob Euripidē poetam saluati sunt: eius enim poetæ ver-
 ses præ cæteris Sæculi admirabantur, & si quos à captiuis habere poterant, per-
 discebant: vnde captiuorum multi liberati Athenas reuertentes, Euripidē ad-
 huc viuentem salutatum ibant, asserentes se eius versibus esse seruatos. Alij qui
 dam cū illius versus dominos suos discentes docuissent, ab eis præmij loco ma-
 numissionem acceperunt. Plurimi post præliū per ciuitates dispersi ac vagi, vi-³⁰
 ctum sibi horū versuum recitatione cōparabant. Mirū est, inquit Piso, quod nar-
 ras: neq; enim vnquā aliquid tale villo de poeta, eo præcipuè viuente, vel legi, vel
 audiui. Ita est, inquā, profectò Piso. Verūm & noster quoq; M. Cicero tantū Eu-
 ripidem fecisse videtur, vt ad tyronem scribens dicat, singula Euripidis verba,
 singulas sententias existimare, citans eius hoc carmen senarium:

Frigus tenui quàm corpori contrarium. hoc est,

ψυχῆ δ' ἀπὸ χροῦ πολυμώτατος.

Sed & tu iamdudum Quintilianus de duobus his poetis verba recita, quando e-
 go sententiam, non verba teneo. Libenter, inquit Piso, faciam: & ad Picum con-⁴⁰
 uersus, de Tragîcis, ait, loquens Fabius, Sed longè clarius, inquit, illustrauerunt
 hoc opus Sophocles atq; Euripides, quorum in dispari dicendī viâ vter sit poe-
 ta melior, inter plurimos quæritur: idque ego sanè, quoniam ad præsentem ma-
 teriam nihil pertinet, iniudicatum relinquo. Illud quidem nemo non fateatur
 necesse est, ijs qui se ad agendum comparant, vtiliorem longè Euripidem fore:
 nanque is sermone, quo ipsum reprehendunt, quibus grauitas & cothurnus &
 sonus Sophoclis videtur esse sublimior, magis accedit oratorio generi, & sen-
 tentijs densus, & in ijs quæ à sapientibus tradita sunt penè ipsis par, & in di-
 cendo atque respondendo cuilibet eorum qui fuerunt in foro disertī, compa-
 randus: in affectibus verò cū omnibus mirus, tum in ijs quæ miseratione con-⁵⁰
 stant facillè præcipuus. Hunc & admiratus maximè, vt sæpe testatur, & eum se-
 curus, quanquam in opere diuerso, Menander. atque hæc quidem Fabij verba,
 Cui ego: Ista tu quidē memoriter Piso: at non sic ego, quæ nūc vobis ex Galeno
 Pergameno

Pergameno, cum de castigatis Hippocratis exemplaribus agit, recitabo. Cum enim, inquit, Ptolemæus ab Atheniensibus petisset Sophoclis & Euripidis autographa exemplaria, ad eorum emendationem quæ in Alexandrina bibliotheca ille positurus esset, ñq; negassent, cumque mox hi frumento indigerent, propter Atticæ eius temporis penuriam, Ptolemæus ex Aegypto frumentum eos exportare prohibuit, quousq; illi punuria compulsi, illa ipsa exemplaria regi dono misere: quibus acceptis, non modò gratus rex ut frumenta ex Aegypto exportarent, concessit, sed sine etiã vectigali: tanti scilicet rex literarum studiosissimus, casta & emendata exemplaria faciebat, quam rem eò vobis libentius

1^o retuli, ut vos etiã ad codices emendatos & castigatos omni studio ac diligentia comparandes inflammarem, si Galenus tantus medicus, hoc exẽplo faciendum monet. Sed cur & ego, ubi in hæc incidimus, quæ ex alijs collegi ad hanc rem pertinentia, vobis hoc loco non subiiciam? Aratũ poetam ferũt, quo pacto emendata Homeri carmina esset habiturus ex Timone philosopho quæ siuisset: Arato Timonem respondisse, id illum consecuturum, si in antiqua exẽplaria incidisset, non quæ fuissent à recentioribus inuersa interpolatave: quo pacto hæc tempestate à plerisq; fieri conspiciamus. Nostri quidem hac in re diligentissimum fuisse Valerium Prøbum tradunt, ut qui ex vetustis codicibus verã germanãque lectionem scriptorum eliceret. Idem cum in cæteros scriptores, tum in Plautum in primis Varro præstitit. Laudantur & in Græcis præter Aristarchum & Aristophanem, Appion, & is Nicanor, qui à frequenti, qua in autores vitiatos utebãt signi nota, Stygmatis cognominatus est. Sunt & qui hodie in Vergilio & M. Tullio hoc studij & diligentia magna cum sua laude exhibent, qui cum moribus, tum hoc nomine mihi charissimi. Sed in viam redeo. Fuerunt duo alij Sophoclis nomine, ex priori quidem ambo genere procreati, quorum alter Aristonis filius & senioris nepos, qui fabulas quadringinta, vel ut alij tradunt, vndecim tantum exhibuit, in quibus quidem decies victor. Præter fabulas elegias quoq; scripsit. Fuit verò inter eos numeratus, qui moribus & castitate ac vitæ sanctimonia apud gentes celebrati fuere, adeò ut eum nonnulli scriptores Apollonio compararint. Tertius verò Sophocles & ipse ex senioris Sophoclis stirpe genitus, Atheniensis fuit, Lyricus & Tragicus, inter eos connumeratus, qui Pleias Tragica dicti sunt, de quibus aliàs egimus. Fabulæ huius quindecim dicuntur. Sed & alterum quoque Euripidem poetam fuisse legimus, qui senioris ex fratre, ut sic dicam, nepos fuit, ut est à Dionysio in chronicis scriptum. Hic Homericam scripsisse fertur editionem, quam priori tamen quidam ascribunt. Huius fabulæ existimantur, Orestes, Medea, Polyxena. Et cum his etiã fuit Theophilus, cuius modò in Euripide meminimus. Comœdias verò scripsit, inter quas medicus Epidaurius, Pancratia, Bœotia, Prætidis, & Neoptolemus: quæ fabulæ ab Athenæo & Suida citantur. Extat Theophili opus, conscriptũ, ut arb. tror, quo Apollinis oracula Theophilus ipse colligit: Apollinẽ enim interrogat inter multa alia, an vnus sit Deus, an alius: aliãq; eiusmodi plura, quæ hexametro cum sint carmine conscripta, non ideo Comici poetæ crediderim: ut cunq; tamen, hoc vobis loco recensui. Quæ cum dixissem, & me nonnihl colligerem ad cæteros poetas referendos, ad me conuersus Piso: Nequeo, inquit, Lili satis mirari Græcorum studium, ne verius dicam curiosam nimis in omni vel re minima diligentiam: nihil enim ab ñs quantumuis leue intractum audio: cuius rei nomine nostrorum pleriq; eos imitati, leuitatis & affectationis insimulantur. Cui ego: Recte, inquam, ais Piso: sed quorundam fuere, non omnium, inania ista quæ dicis studia, nec antiquorum modò, verum huius ætatis etiã, atq; in primis adolescentium, qui ingenij potius ardore ac impetu, quàm iudicio feruntur, sicuti Macremboliti, & Oloboli, & aliorum qui ænigmata carmine scripsere, id quod in præfatione nostræ ad te Pice, ænigmatum interpretationis scripsimus: ut cætera huiusmodi cæterorum in præ-

Theophilus:

sentia mittam, quæ inter narrandum poetas ex me audietis: quare nunc attendi te. ad reliquos enim scenæ poetas redeo. Erat in hoc poetarum ordine Aristarchus Tegeates poeta Tragicus, qui iisdem ferme temporibus quibus Euripides, floruit, Olympiade videlicet LXXXII. ut est in Eusebii Chronico. Hic cum ab Aesculapio morbo liberatus fuisset, *χαριστία*, hoc est, gratias agentia dona vel laudes perfoluit. Sanitatis, inquit, mercedem dei quidē ipsi nec postularent, nec acciperent. quomodo enim? si quæ maxima bona sunt, & vltro nobis elargiunt, permittunt. Solem videlicet ipsum aspicere ac tanti dei tam felices radios sine vilo precio, ac tam varios aquæ & ignis vsus habere, denique vitalem hanc aeris auram capere, & pro arbitrio frui. Verū enim vero in his quoque minimis nos neque¹⁰ ingratos, neque profus beneficiorum immemores videri volumus, nostramque eo etiam modo spectari virtutem. Docuit verò fabulas hic Aristarchus LXX. atque in his his tantum vicit. Primus hic etiam fabulas in eam sensus prolixitatem constituit, ut Suidas ait. Inter huius poetæ fabulas memoratur Achilles, quam Ennius post traduxit, unde illi nomen, Ennii Aristarchi Achilles, quod vel ex his Festi verbis intelligi datur: Prolato, inquit, ære astitit. Ennius in Achille Aristarchi, cum ait, significat clypeo ante se protento. Voluitque rem hanc vobis dicere, ne illud Plauti ex Pœnuli prologo perperam exponatis: Achillem, inquit Plautus, Aristarchi mihi commentari libet, ubi interpretes confingunt, quæ parum sunt poetæ congrua. Vixit verò hic Aristarchus annos supra centum.²⁰ Me latet an hic sit, quem Plutarchus Theodecti filium scripsit, in eo qui *πρὸς Ἀλαδέλφους* inscribitur, hic fratrum amorem adeo rarum esse dicebat, quam sint Molionidæ. Tum Picus puer ad me conuersus: Istos, inquit, Molionidas nunquam amplius audiui, eos velim libenter nosse, cum exemplo sint tam fraternæ gratiæ raræ. Cui ego: Putabam, inquam, te meminisse obseruationum mearum, in quibus id copiose explicatum. Fratres hi duo fuere *συμφυεῖς*, ut Greci dicunt, id est cōgeniti aurigæ, & concordēs, quorum alter habenas & lora, alter scuticam & flagellum moderabatur: hos Homerus à patre Actore Actoridas, Plutarchus & magnus Gregorius à matre Molione Molionidas vocarunt. Duplicis hos naturæ fuisse fabulantur: nam duo vterque capita, quatuor manus & totidē pedes, vnum verò corpus habuisse feruntur: hos cum Hercules vincere nequiret, insidijs intercepti. Elinque obtinuit autores Pherecydes & Mnaseas, item Pindarus alijque. Sed horum quoque propria nomina, simul & alia pleraque leges vel in obseruatione mea, vel in Herculis vita, quam non modò concepī, sed iam parturio: atque ideo hoc tibi loco parcius. Satis tu quidem de Molionidis, Picus ait: sed nunquid grammaticum Aristarchum nobis piget referre, de quo tam sæpe scriptores, ut nomen eius iam serè transierit in censuræ nomen? Libenter, inquam, Pice vobis, si non omnia, aliqua saltem de ipso retulero: nam & ipsum vatem, hoc est, *μαίτις* Panætius philosophus Rhodius appellauit, ea ratione, ut scribit Athenæus, quòd facillè poematum sensus quasi diuinaret. Fuit igitur⁴⁰ Aristarchus patria quidem Samothrax, licet Alexandrinus habitatione: est enim Alexandria diutius versatus. patrem sibi cognominem habuit Aristarchum. claruit centesima & quinquagesima Olympiade, quo tempore Ptolemæus Philometor rex erat, cuius & filium erudiuit. Commentariorum libros solummodo scripsit supra octingentos. discipulus fuit illustris grammatici Aristophanis & cum Cratete Mallothe, qui & Pergamenus vocatur, diu Pergami certasse dicitur. discipulos plus quam quadraginta reliquit. anno LXXXII diem obiisse tradunt inedia: cum enim hydrope laboraret, ipse sibi cibum subtraxit. Aristarchum & Aristagoram filios reliquit, insipientes ambos & fatuos. diuenditum verò Aristarchum fuisse, atque ab Atheniensibus redemptum, sunt qui prodiderunt.⁵⁰ Hic utique Aristarchus Homericos versus & in ordinem rededit, & illustrauit, ut etiam Aelianus in omnimoda historia scribit. Marcus quoque Cicero ad Appianum, Aristarchum ait, Homeri versum negare, quem ipse non probet. Huius certè illa

Aristarchus
grammaticus.

sententia

sententia fertur, digna vt memorię ipsi præcipue mandetur, qui tanto scribendi versus desiderio tenentur, & plerunq; genio auersante, vt dicitur, & inuita Minerva, versus tamen inconditos & nugas effutire non cessant. Cum enim Homeri poemata concinnaret, & in ordinem redigeret, interrogatus cur ipse non scriberet, respondit, Neq; se posse quemadmodum vellet scribere, neq; velle quemadmodum posset. Ad quam sententiam Horatius in Epistolis ad Augustum alluisse videmus, si antiquis stamus grammaticis:

Nec, inquit sermones ego malle

Repentes per inanimatum, quam res componere gestas.

10 Deinde subiungit:

Si quantum cuperem possem quoq;

Quidam Aristarchum falso Piliistrati vixisse tempore putauere, vt alibi meminimus. Sequebatur verò in tabula Achæus Pythodori, vel Pythoridos filius, Eretrien- Achæus. sis, vt Suidas & Athenæus tradunt, poeta Tragicus, qui LXXIIII Olympiade floruit. Plures autem fabulas scripsisse fertur, sed quot numero, incertum: quidam enim XLIII. alij XXX. nonnulli quatuor tantum & viginti prodiderunt: vna verò tantum vicit. Sophocle paulò iunior fuit, & cum Euripide aliquo tempore vixit, hoc est, vsq; ad LXXVII Olympiadem. Meminit Achæi & Laertius in vita Menedemi, vbi & philosophum ipsum ait ex Satyra Omphale hos se nariolos vsurpare:

ἡλίσκετ' ἀρχῆς καὶ πρὸς ἀσφραδῶν ταχίς,

καὶ πρὸς χελώνης ἀεὶς γὰ βραχέϊ χρόνῳ.

Carina est profectò celer ab imbecilibus,

Et aquila tempore in breui à testudine.

hoc est,

Eiusdem fabulam, Alcæon Satyricam, citat Athenæus: alij & Philocteten, & præcipue cum de hac voce in bello prodeuntium ἡλελυ' differunt. Fuit & alter Achæus Syraculius iunior, qui & ipse Tragœdias decem scriptitauit. Erat & Xenophon, non Socraticus ille philosophus Attica musa, sed alter veteris Comœ- diæ poeta. Et cum his pariter fuit Chærephon Tragœdiarum scriptor, quem Socrati pleriq; familiarem & amicum putant: cui Pythia, cum oraculum consuleret de ipso Socrate, id responsum tulit:

αἰδῶν ἀπαίτην σωκράτης βρότατ'.

id est, omnium hominum Socrates sapientissimus, vt est apud Laertium. Sed tamen mirum est Pythiam iambico trimetro respondisse, cum heroica solita esset oracula reddere: nisi fortè Chærephon ipse oraculum in Tragœdia retulerit. Vt cunq; inter fabulas quas scripsit Chærephon, Heraclides reponuntur, hoc est, Heraclidarum descensus. verum quoniam nocturnis lucubrationibus extenuatus erat, ac pallore & macie confectus, Nycteris, id est, noctua cognominatus 40 est: vnde etiam prouerbium, *ἔδω δίοσις χειρῶν ἴσ' ἴσει*, Nihil differt natura à Chærephonte. Cui alludit Aristophanes in Nephelis: Nihil, inquit, natura differt à Chærephonte. Idem in Pluto, suppresso Chærephontis nomine: Nihil penitus discrepas ab Heraclidis: id est, ab ea Chærephontis fabula, vt Suidas obseruat. Meminit & huius Philostratus in Sophistarum vitis. Fuit, inquit, Athenis Chærephon quidam, sed non is, quem comœdia *πίξινοϋ*, hoc est, buxum vocat, à pallore scilicet, quem nimio studio corrupto sanguine contraxerat. Fuerunt & duo Carcini nomine nuncupati, quorum prior Agrigentinus Tragicus, licet Comicus à Laertio dici videatur. Polycritus quoq; Mendesius in primo comicum illum facit, & cum Aeschine Socratico Dionysio tyranno Syraculis astitisse. Carcini præterea meminit Aristoteles tum in Rhetoricis, tum etiam in Ethicis, vbi Eustrathius id tradit, quòd cum fabulam meditare- 50 tur, à serpente morsus occubuit. eius fabula de Cerere Proserpinam queritante, à Diodoro valde commendatur in libris Bibliothecæ, item Athenæo, qui eius

Chærephon.

Carcini duo.

versus citat, in senes qui puellas vxores ducunt. Alter verò Carcinus Theodecti, vel vt Lyllias apud Harpocracionem putat, Xenoclis filius, Atheniensis, Tragicus, qui centum & sexaginta fabulas docuit, & in sola victoriam est affecutus. Floruit per tempora Philippi Macedonis centesima Olympiade. Inter fabulas ipsius Achilles, Semele vel Arche, vt scribit Athenæus, reponuntur. Carcinus ab Aristophane cum aliubi, tum in fabula quæ Pax, hoc est, ἐρήνῃ inscribitur, maledictis incessitur, atque eius pariter filij, quos Strobilos nuncupabat, id est, cochleas: id enim, & buccinas marinas *χοχλῆλαι* significant, vt Suidas ait, præter alia significata. Id certè innuens Aristophanes, patrem quidem Cancrum, filios verò Cochleas vel Buccinas (à quibus & prouerbiū factū, Felicior Carcini strobilis, id est, *βουδαιμονέσσι καρκίνῃσσι στροβίλοι*, in improbos & parū fortunatos) eisdemque quod domi inter se contentiosi essent, ortygas *οἰκογενῆς* vocabat, quasi dicatis, domigenitas & altiles cothurnices: scimus enim quòd huiusmodi genus auium inter se certantium passim ludo hoc tempore haberet, & ab antiquis etiam habebatur, id quod ex Polluce, Luciano, Herodiano, Plutarcho & Ouidio, alijsquē, in obseruatis meis ostendi. Nunc ijdem filij, quòd colla & ceruices longas & angustas haberent, Gyliauchenae & Gyliatrachelos idem appellabat Aristophanes: est enim gylios texti seu vasis cuiuspiam militaris genus oblongum, & in acutum desinens, in quo, vt Suidas Græci quæ alij scribunt, caseus seruaretur, cum capis, addunt alij & oliuas: vnde & opsothecæ, hoc est, obsonij theca & repositorium militare dicitur. Addit Suidas & Chærogyllum, id est, porcū spinum sic vocari, & Herculem: alij porcū seu leonem. Sed hac de re & in Herculis vita differui. Erant verò hi Carcini filij reliquo corpore mutili collo autem oblongo, ad eius gylj similitudinem. Vnde ridendi sunt hi, qui Glycytracheleos legunt, inter quos Erasmus. quo fit vt eadem ratione eisdem etiam, quod pomiliones essent, interdum vocaret Nannophyes. Nanni etenim (vt scitis) parui sunt homines, vt hinni equi, quod Græci obseruant grammatici. Item à caprarum stercore Sphyradon *ἐσφηνισμαῖα*, & quòd à patre saltantes in fabulis inducerentur, Orchestas, item Mechanodiphras vocabat, hoc est, currus vel sellas machina & arte confectas. Carcinus enim in fabulis machinas ac monstrositates quasdam inducere solitus erat, & propterea dodecamechanon eum vocat Plato, vel quoniam in fabulis euntes & redeuntes deos è cælo imitaretur. Damnatur item ipse Carcinus, quòd fabulam composuerit Myes, id est, Mures, præter expectationem, hoc est, cum labore: & galen, id est, mustelam vel felem dixit strangulasse nocturnos mures: ea quando mustelarum seu felium (ita enim quidam Galen interpretantur) est natura, vt noctu mures captent & strangulent. Sed de conuicijs Aristophanis satis diximus, nunc reliqua vobis quæ de Carcino meminī, afferam. Ab hoc ipso Carcino poeta adagiū illud exiuit, Carcini poemata, de ijs quæ obscura nimis, & ænigmatis similia sunt. Orestes enim fabula, à Carcino composita fuit, ita vt Orestem induceret, dubijs ac obscuris verborum inuolucris matricidium fatentem. Meminī huius prouerbij Menander in fabula, *ψεύδ' ἠρακλεῖ*, hoc est, falso Hercule, & Suidas & Athenæus, qui, Stratonicum, ait, cum audisset quempiam parum scitè canentem, interrogasse cuius id foret carmen: cumquē ei responsum fuisset, Carcini, illum dixisse, Multò quidem magis quam hominis: alludens videlicet ad Carcini significatum: *καρκίνῃ* enim cancer à nostris dicitur. Sunt præterea qui Alopem ipsius Carcini poetæ fabulam apud Aristotelem in Ethicis interpretentur: alij ipsius poetæ filiam, quæ adultera fuerit, vt est apud Eustrathium. Sunt qui sanius se Aristotelem interpretari putent, & Carcini nomen non poetam, sed cancrum significare, eo Aristotelis loco affirmant: nam à cancro Alope morsu fuit, sicut Philocteten idem Philosophus paulò antè à vipera morsum dixerat. Sed vt hoc loco vobis nihil mittā quod succurrit, fuit alius Carcin⁹ Naupaetius, qui carmina, quæ à Græcis frequētissime Naupaetia, sine autoris nomine afferuntur,

composuisse traditur: cuius sententiæ Charon Pythoclei Lampſacenus fuit, quæ sequitur Pausanias in Phocæicis: tamen exemplaria vulgata eo loco parum castigata legantur. Apollonij porrò Grammatici in secundo Argonauticôn, non Carcino carmina Naupactica, seu Naupactia, vt alij legunt, sed Neoptolemo cuiusdam poetæ ascribunt. Atque de Carcinis hæc tenentur: nunc pauca de Xenoclide, quem per hæc ferme tempora fuisse colligimus. eum certè Demosthenes Xenoclide. non obscuri nominis poetam fuisse ait, & si Vlpiano rhetori credimus, Atheniensis fuit, qui in Macedonia Philippj temporibus plurimum versabatur: verum cum Egesippum ciuem quidem esse ostendisset, sed inhonoratum, ex eo à rege ipso est prohibitus in Macedonia diutius obuersari. Tum erant in tabula duo Sophrones, quorum prior Syracusius, Agathoclis & Damasyllidis filius, qui Xerxis primùm temporibus, deinde Euripidis floruit, Mimorum verò Sophrones duo. scriptor. Sunt autem, vt etiam antè diximus, Mimi, qui & Planipedes à Latinis, teste Diomede, dicuntur, poemata festiua & ridicula, maximèque iocosa, qualia apud Latinos scripsit Laberius & Mattius, apud Græcos Sophron, de quo nunc agimus, & Philistion: quorum quidem poematum poetæ Mimographi, Mimologi, ac etiam interdum Mimiambi, vt antè latius executi sumus, & propterea nunc Sophronem ipsum potius referamus, quem vsque adeo Fabius & Valerius Maximus, alijq; probatum à Platone prodiderunt, vt dormiens semper eius libros, atq; etiam cum moreretur, capiti suppositos habuisse feratur. Scripsit verò Sophron mimos masculos & fœminas soluta oratione, vt ait Suidas, lingua Dorica. Difficilis verò admodum in scribendo & obscurus fuisse dicitur, & propterea à Statio implicitus vocatur. Demetrius quidem Phalereus, vbi agit de sermonis gratijs, mirum in modum Sophronis gratiam orationis celebrat: ex rebus enim, inquit, gratiæ sumuntur, non ex prouerbij: vt cum ait Sophron, *ἐπίης ὁ δὲν πατὴρ ἀνίχεται* inquit, patrem suffocans, quod in eos dici putarim, qui cum ipsi oblectemur, suis perniciem comparant. Idem aliubi quoque ait, *ἐκ τοῦ ὄνυχου ὁ δὲν λείονα ἐγγράφει*, ex vngue leonem pinxit: quo prouerbio alio quidem modo Lucianus & Philostratus vtuntur. Quidam à Phidia emanasse tradunt, qui ex solo vnguè totius leonis statum metiebatur, vt ex Herculis pede Pythagoras Herculem, vt ex Plutarcho Gellius. Sunt qui prouerbium hoc ita proferant, Ex vnguibus leonem cognoscere. Sophronis item, eodem Demetrio autore, & illud, *τορῆν ἐξισον*, est enim Toryna instrumentum ad ollam commouendam. Alij ex Eupolide *ἕξων* legunt, vt à feruendo, non à radendo intelligatur. Eiusdem quoque & illud, *κίμινου ἕσπερε*, id est, Cuminum seuit: cuius & Plutarchus meminit in secundo Symposiacôn. Item alibi ait, quòd olim ferebatur à male precantibus, atque ita felicius prouenire putabatur. Possumus & ex Aristotele & Theocrito legere *ἕπει*, hoc est, Cuminum seuit: vnde & Cuminopristes: quod prouerbium est in hominem parcum admodum & sordidum.

40 Omnes ferè, inquit Phalereus, adagiones in Sophrone inueniuntur. At verò Vlpianus in Demosthenis orationibus, Sophronis mimos ait ad virtutem homines inducere: vt minus mirum videatur, si tantopere à Platone legeretur. Alter quoq; fuit Sophron Comicus, vt Suidas refert, cuius & nonnullas tabulas Athenæus memorat. Amasse verò Sophron perhibetur Danaen Leontij Epicuri amicæ filiam: quæ de re historiam Phylarchus recitat. Numeratur & inter mimiambos Cercidas Megalopolita, qui & optimus legislator & poeta fuit, vt Stephanus scribit: tamen in vulgatis exemplaribus mimiambon legatur. Alij tamen iambicum poetam faciunt, cuius hoc est scazon: *ὠ καμινίην ζύγην ἄσρακούς.* hoc est, pulchrinatum fuit iugum in Syraculis. Quippe duæ in agris forma

50 conspicuæ sorores educatæ fuerunt, quæ inter se de natium specie persæpe certabant: hæ pari consensu se vrbani adolescentis iudicio pexmiserunt: qui vtraq; conspecta, pro maiore pronunciauit, sibi que eam vxorem delegit: eius verò frater non inuitus alteram accepit: vnde Veneri templum Syraculis est conditum, quam

quam ex re Callipygon vocauere meminit, sed subobscurè, alterius Suidas. Pro-
 mathidas etiam Heracleota Mimiamborum poeta fuisse perhibetur, etsi apud
 Græcos alicubi Hemiambus non rectè vocetur. Silanionem quoque poetam
 scribit Plutarchus in eo qui inscribitur, Quomodo oporteat adulescentes poe-
 tas audire. Fuit etiam poeta Samyrion, qui cum macilentus ac tenui corpore
 esset, ea causa à Strattide Comico Canabus vocabatur, vt Pollux scribit: est enim
 canabus lignum gracile, id quod pileum vitilibus aut centonibus intexitur. alij
 lignum illud significare tradunt, circum quod dum fit cæra primum adhibetur:
 & ab eo exiles homines & macilenti, Canabi à Græcis vocantur. Sannion ve-
 rò, vt nonnullis in locis ostendit Hermogenes, quispiam fuit, qui Tragicos cho-
 ros docebat. meminit & Vlpianus rhetor in ea Demosthenis oratione, quæ est
 pro Media. A Latinis verò Sannio accipitur pro homine ridiculo, qui fatua
 loquatur, à fanna, vt Nonnius & Probus obseruant: etsi quidam Sannio le-
 gunt. hos græcè moros & moriones dicimus, vt illud Ciceronis in epistolis me-
 lius intelligatis, Salis satis, sannionum parum. quo prouertij loco vti possumus,
 vbi plura sunt quæ rideri & taxari queant, sed qui rideant desunt Porro & in Græ-
 cis commentarijs legimus, sannion pudendum significare, quasi dicas penicu-
 lus, dictus quasi καὶ κλον σούμφη, à caudæ videlicet motu. Est & quando cauda appel-
 letur, hoc est, ἔρα, vt apud Eupolin. Tunc, Sic agas rogamus, inquit Piso. & no-
 bis interdum ex tuis annotatis aliqua imperti. id verò & sibi Picus gratissimum
 esse fatebatur. Ista scilicet, inquam ego, causa libenter faciam: nam & doctiores
 apud Græcos & Latinos istuc ipsum aliquando faciunt, nostri licet parcius, nisi
 cum necesse, vel expedire videtur. Igitur vt ad rem redeam, Nicomachus Athe-
 niensis Tragicus sequebatur in tabulis, qui, nescio qua fortuna, Euripidem &
 Theognin poetas præter omnem opinionem vicit: nisi fortè illud diuinationis
 genus, quam & Migi Arithmantiam vocant, verum esse credamus, quod Pytha-
 goricos, & à Pythagoricis alios deinde obseruasse legimus, illis scilicet in certa-
 minibus victoriæ palmam cōtingere, quorum nominum literæ maiorem nume-
 rum continent: sic, vt Terentianus ait, Patroclum Hectorea manu perijisse: sic He-
 ctora tradunt mox cecidisse Achilli: plures etenim in Nicomacho numeri sunt
 quā vel in Euripide, vel in Theognide: quā numerorum rationem, vt Magos &
 Græcos nunc fileā, & in Nuptijs Philologiæ & Mercurij Martianus Felix secu-
 tus fuisse videtur. Sed hac in parte tantum ponderis apud me habere scitote hæc
 Pythagoricorum, seu, vt alij volunt, Aegyptiorū, imò Magorum inuenta, quan-
 tum poetarū somnia, quæ mitti eburnea porta dicuntur. Hoc etiamnum cōmen-
 to videntur Marcus quidam & Colarbalus suam constituisse hæresim, vt Tertul-
 lianus scribit in eo, qui de hæresib. dicitur. Idem & Ireneus & Philastrius: hi qui-
 pe hæretici, ex literis numeros educebant, si vobis stat memoriæ, quæ de literis
 primo sermone retulimus. Sed iam nos ad institutū redeamus. Fabularum Nico-
 machi aliæ parum celebratæ, præter Oedipum. Et alterum fuisse legimus Nico-
 machum Alexandrinum ex Troica regione, à quo Tragœdiæ sunt vndecim cō-
 positæ hæ: Alexander seu Eriphyle, Geryones, Aletides, Neoptolemus, Myli,
 Oedipus, Persis vel Polyxena, Trylogia, Metecbænusa, hoc est, trāsegrediētes,
 Tyndaris vel Alcmæon vel Teucer, & Ilithya: in qua fabula coquum inducit in
 histriones inuehi, cuius rei iocosa carmina apud Athenæum leguntur. Et cum
 his pariter Theognis fuit poeta, quem modò cum Euripide à Nicomacho in do-
 cendis fabulis victum diximus. Fabulæ ipsius parum cognitæ, vt pote poetæ qui
 illepidus & subfrigidus esset: vnde & Chion, à niue videlicet cognominatus est.
 Eum præterea Comici cauillis sunt infectati, vt illud est, propter eius poema-
 tum frigiditatem ineptiasque: εἰ μὴ κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ χιόνι παρὰ μὲν, καὶ εὖν πταμὸς ἔστιν
 ἢ τὸ αἰὶ τὸ ἰ χρόνον, λῶν καὶ θεογνίς ἠγωνίζετο. At verò si meministis, Theognin mega-
 ricum elegorum poetam in alia tabulæ parte vidimus. Post hos erat Theogne-
 tus, quem pleriq; Thessalum faciunt, poeta fuit Comicus, inter cuius fabulas hæc
 repositas

repositas reperi, Phasma vel Philargyrus, Philodespotus, & Centaurus, de quibus & Athenæus in Sophistarum cœnis. Huius quoque sacri sermones fuisse feruntur, qui in viginti quatuor rhapsodias distincti fuere. alij tamen hos in Orpheum referunt, ut in secundo sermone retulimus. In hac verò parte tabulæ multi fuere poetæ, inter quos Morychus Tragicus, qui cupediæ ac gulæ artibus deditus fuit: quare etiam ab Aristophane notatur. Quidam Morychon Dionysij cognomentum esse aiunt, ἀπὸ τῆς μὲν ὕψαι factum, quod significat inficere & contaminare: cuius dei persona in fabulis ridicula & imprudens inducitur: unde factum est proverbiū in eos, qui ridiculum quippiam & fatuum faciunt, Magis es Morycho fatuus, hoc est *μωρὸν ἔχεις ὡς Μωρὸν*, seu *μωρὸν τὸν μωρὸν*, de quo plura Zenobius ex Polemone, & Suidas, alijque. At nos quæ ad poetam tantum attulimus, cætera Erasmo relinquimus, qui hac in re nescio quem acriter castigat. Post hunc erat Euages pastor, qui & poeta Comicus fuit, eundem & Stephanus idiotam & illiteratum tradit, reliquarumque disciplinarum expertem, celebrem tamen poetam habitum. adeò verum est, quod vobis alibi prodidi, poetam afflari numine. Scribit de hoc eodem Euage poeta Dionysius in libris historiæ musicæ. Fuit verò Hydreates patria, ex insula Hydrea, quæ ante Trœzena sita est, ut Hecataeus in Europa, & Pausanias in secundo prodidere. Dein erat Egesippus, qui à Suida & Athenæo celebratur, cognominatus Crobylus: non is quidem est quem Demosthenes celebrat septima Philippica. In eius fabulis est Philetæus, ut scribit Athenæus. De Egesippo autem Alexandrino Iudæo historico nunc non est dicendi locus, cum eius vita à D. Hieronymo in libro de viris illustribus describatur. Illud tantum vos monuerim, quod quæ nunc circumferuntur eius Egesippi historiæ, parum mihi legitimæ videntur, cum loca commemoret, præter alia, quæ post Egesippum his nominibus nuncupata fuere: tamen si forte id D. Ambrosio ascribi posset, qui eius historiæ interpretis fuisse traditur. Fuit in hac poetarum turba Timotheus Atheniensis mediæ comœdiæ poeta, cuius fabulæ pleræque apud antiquos, hæc vero apud Suidam & Athenæum commemorantur, *Πυκτίς*, *Κυνάριον*, id est, *Κατέλλος*: *Παρακαταθήκη*, id est, *ἀσπίς* vel *ἀσπίς*: & *μῆτις*, *Βαλλομένη* & *ἡ μῆτις ἀφ' ὀφθαλμοῦ*. Fuit & multò iunior alter Timotheus, qui in Anastasium Imperatorem Constantinopolitanum Tragœdiam composuit de Demosio, qui dicebatur Chrysargyrus. grammaticus hic fuit Gazæus patria. Scripsit verò præter Tragœdiam, hexametris versibus de animalibus quæ apud Indos, Arabas, Aegyptios & Libyos inveniuntur, item de cicurum & syluestrium avium natura, decemque serpentibus etiam libros quatuor. De Lyrico verò Timotheo tunc agemus, cum ad Lyricorum tabulam venerimus. Celebratur quoque hac ferme tempestate Sthenelus, qui Tragicus poeta fuit, cuius Lysias meminit in oratione quam pro Dionogene habuit. meminit & Aristoteles in Poetica. & Harpocration, qui ait Sthenelum calumniari, quòd Platonis Laconas scribens, ut proprium poema sibi vendicari. Aristophanes quoque ita nominat, ut illius verba aceto & salis comparet. Ea verò Stheneli sententiâ circumfertur: *οὐδὲν ἔστι φρονέειν τὰς βέλτερας ἀφ' ὀφθαλμοῦ αἰεταμῆν*. vinum, inquit, etiam prudentes in imprudentiam trudit. Erat porro in tabula Aristophanes. & simul hoc dicens obticui, ut quæ de Aristophanis vita multa aliàs obseruarem, in memoriam reuocarem. cum Piso suscipit: iam mecum, inquit mirabar, quid istum tandiu differebas: putabam ipsum tibi excidisse. Non, inquam ego, exciderat, sed tempus expectabam ut & ordinem sequerer, & non nihil me colligerem. Cumque eos attentos intuerer, sic ego cœpi: Hic, inquam, erat Aristophanes ille, qui inter cōiucia Eupolidis & Cratini, & nouæ comœdiæ illecebras, medium quoddam dicendi genus atticissimum adinuenit. Fuit verò Cydathe-
neus, ex Pandionis tribu. patrem Philippum habuit, quem Aegineten fuisse quidam prodiderunt, alij Aegyptium, quidam ex Rhodo Lindium vel Camiræum: quidam eum ex seruili genere ortum prodidere, ut scribit Suidas. Porphy-
rion

Morychus.

Euages.

Egesippus.

Timotheus.

Sthenelus.

Aristophanes.

tion tamen Bionem Aristophanis patrem putauit, hominem miræ dicacitatis, atque ea causa illud ait ab Horatio dictum:

Ille Bionis sermonibus, & sale nigro.

Aliæ tamen ab alijs sententiæ, vt supra ostendimus, super hoc afferuntur. Fuit Aristophanes forma & corporis habitu quadrato, ingenio ad omnia facili ac prompto, indole præstanti, qua puer omnes quod superaturus poetas esset, indicia certissima exhibuit: vir verò factus malus adeò est infectatus, vt nec proceribus ac reipublicæ principibus pepercerit, nec Cleoni ipsi, qui ea tempestate tribunus plebis patriam suppilai dicebatur: atq; illum in primis in ea fabula est infectatus quæ *Ἰππῆς* inscribitur: cuius cum nullus histrio, propter eius impotentiam, personam auderet agere, Aristophanes ipse faciem minio oblitus egit: cuius causa ab equitibus quinque talentis multatus est, vt idem in Acharnane fabula scribit. Nec Niciæ iummo duci, quauis mitis & liberalis esset, pepercit, vt pote qui in fabula, quam Georgiam inscripsit, acriter, vt desidem & agricolam illum taxauerit, vt est à Plutarcho proditum. Hinc adeò Aristophanes ab ijs qui rempub. administrabant timebatur, vt mediam quandam viuendi viam fecerentur, ne in eos videlicet ille styli aciem verteret (nam hoc ipso tempore legem promulgauit Alcibades, ne Comici proprio quenquam nomine in fabulis infectarentur.) In Comædijs *ῥόωλυ* quandam & conuersionem adinuenit nouæ comædiæ in Cocalo, vnde & fabula ab eo Cocalon inscripta: qua in re mox illum sunt imitati Philemon & Menander. Primas ille quidem, parum sibi fidens, præstanti licet ingenio, ob Callistratum fabulas & Philoniden composuit, quibus ipse histriónibus vsus est: Callistrato quidem ad priuata, Philonide verò ad popularia. Ab Aristonymo autem in ijs ipsis fabulis & Ameipsia poetis, de quibus alibi egimus, carptus est, obijcientibus illum res alias agentem, quater in proœmio aberrasse. Sedenim vt Græci obseruarunt grati martii, scurras & Sycophantas haud quaquam libenter in fabulis admisit, quos in Vespis *ἰππῆς*, hoc est, febre quadam querquera agitato vocat. Sacræ hic oliuæ ramo coronatus fuit, insuper & Atheniensium eloquentissimus habitus est, ingentióq; maximè excellenti: in sententijs creber, inuentione varia & iucunda, arte summa & præcipua, vsque adeo vt omnium iudicio post se rel. quos eius generis poetas longo quidem interuallo reliquerit. Sunt qui illum stylo Euripidem imitatum fuisse velint, sed eo tenuior & exilior, quo ille Tragœdiam, hic Comœdiam scripsit. Diminutus etiam vocabulis, teste Aristotele in Rhetoricis, vsus est, atque id quidem cum mordacitate plerunq; & venustate, & præcipue in Babylonijs fabula, vt *αὐτὴν ἔχουσιν ἡρωϊδῶν*. Quales verò illius sint sales & argutiæ, nullibi melius est legere quàm in libello Plutarchi, qui inscribitur Epitome seu compendium comparationis Aristophanis & Menandri, in quo de vtriusq; differentia multa. Ego verò, inquit Piso, aliquas istius poetæ fabulas præ legentem Demetrium audiuit: mirum est quantum sim ea lectione delectatus. Et ego ad puerum Picum versus: Et tu, inquam, Pice accinge te ad huius lectionem: audisti? que dixit P. de huius poetæ lectione: totus est tibi ediscendus, quâdo in eo sunt omnia linguæ Atticæ ornamenta, & nisi Socratem hic mihi impudentissimè suis Nebulis proscidisset, parentem scilicet morum & philosophiæ, in primis fuerat colendus. Sed ferendum hoc nobis, vt diuus Plato gratissimus eius discipulus tulit qui cū à Dionysio Siciliæ tyranno rogaretur, vt aliquam quasi sibi speciẽ & imaginẽ re. pub. Atheniensis ostenderet, ille Aristophanis *νεφέλας*, id est, nebulas, ei misisse dicitur: quã fabulã cõtra Socratem nõ multo antè scripserat. Platonẽ ego certè crediderim poematis perfectionẽ, non autoris crimina commensasse. At vos iam reliquum vitæ attendite. Filios Aristophanes tres habuit, Phlippũ, Nicostratum, & Ararota. alij duos tantum dicunt, id quod ipse alicubi inuere videtur, inter quos Araros, qui & Araro, & ipse comicus, cuius fabule Ceneus, Adonis, Hymæus, Parthenicon, Campylion. Legi & apud Suidam Philetaron

letæron fuisse Aristophanis filium : nisi fortè alterius cuiuspiam Aristophanis : qui quidem Philetærus Atheniensis comicus fuit, & fabulas viginti & vnâ com Philetærus. posuit, ex quibus hæ sunt : Achilles, Corinthiætes, Cynegias, Philaulus, Cephalus, Tereus, Oenopion, Antyllus, & Autophiletæros. at verò alij nōnulli, Nicoftrata, Atalanta, Lampadophori : Iulius Pollux Philetærum, Comœdiodidasca- lon vocat, in septimo. Non defuere qui Aristylon quoq; Aristophanis filiū pu- tauere, vt alibi diximus. & hæc quidem de Aristophanis filiis. Tantæ verò auto- ritatis etiã viuens fuisse legitur, vt cum Persarum rex in Græciam descendisset, quæsisse traditur, vbi nam esset Comœdiæ poeta: eo nomine per excellen- 10 tiam Aristophanem intelligens. Est autem Athenis mortuus, in quem cum alij multi, tum Plato ipse, vt plerique prodiderunt, epitaphium condidit, quod tale est,

αἱ χαρίσθαι τέμνός τε λαβάν, ὅπῃρ ἔχῃ ποσειδάων

Ζητῆσαι, ἢ χλωῖον ἀεισφαίρας. quod ferè ita Latine:

Quærentes templum Charites quod non cadat vnquam,

Inuenere animam vatis Aristophanis.

• Scripsit præterea Aristophanis laudes insignis sophista Libanius. Ab Aristophane Aristophanium carmen nomen accepit, eius licet non fuerit inuentor, sed quòd eo frequentissimè vsus sit: ante ipsum enim Cratinus, & ante Cratinū

20 Epicharmus eo genere carminis vsi sunt, vt Hephæstion tradit, ipsiusque Aristophanis expolitores. Suidas tamen tetrametri & octometri autorem facit. Quot verò fabulas docuerit, incertum habetur, vt de plerisque aliis: quidã enim quatuor & quinquaginta, alij quatuor & quadraginta dixerunt. earum tamẽ qua- tuor incertæ & illegitimæ iudicatæ fuerunt: nam Archippi cuiusdam poetæ eas aliqui asseruere, illius inquam Archippi, qui, vt Zenobius, vel vt aliis placet, Zenodotus, in collectaneis prouerbiorum ait, Comœdiã scripsit, cui titulum fe- cit, ὅπῃρ ἄνθρωποι. Atq; hæc tamen, inquam, de Aristophanis vita. Tum Piso: Quo- niam, inquit, priorum dierum sermone de commentariis, qui in his quæ legun- tur Aristophanis Comœdiis sine autoris nomine circumferuntur, non nihil te

30 dicturum recepisti, nunc id promendi tempus, antequàm ad aliorum poeta- rum narrationem descendas. Rectè, inquam, mones Piso: paucis verò expedi- am. Sunt verò conflati illi, seu magis collecti, ex multorum, non vnus inter- pretamentis, vt ex antiquis diuersorum grammaticorum scholiis, atque ex Sui- da maxime & Theophilo, & Hesychio aliisque. Et ne me falsa dicere arbitreris, huiusce rei testem & autorem exhibeo Marcum Musurum Græcum hominem, Latine & Græcè apprimè eruditum, qui Aldo Manutio rogante, eorum com- mentariorum fuit (vt sic dixerim) compilator & confector. Quare aliquis for- tassit iure existimet, quæ nunc incerto nomine Græcorum commentaria ferun- tur, simili fuisse ordine collecta. Quæ cum dixissem, fuit (inquam) & alter Ari-

40 stophanes Byzantius, inter grāmaticos celebratissimus, qui Alexandriæ in pri- mis docuit, & Aristarchi magister fuit, de quo in præsentia nobis non est agen- dum. Post Aristophanem sequebatur magnus poetarū numerus, inter quos

Nicophon Theronis filius Comicus Atheniensis, qui eodem quo Aristophanes tempore aliquo in precio fuit, huius fabulæ traduntur, Veneris foetus, hoc est, ἀφ᾽ ὁδοῦ τῆς γοναί: ἢ ἀδὲ ἀνδρῶν, id est, ex inferis rediens: Sirenes, Pandora, & ἐγχε- ροχάσορσθ, quo vocabulo Græci eos significant, qui ex labore manuum victum quæ- runt. Per hæc tempora Telecliden quoque floruisse sunt qui tradat, cum

tamen apud Plutarchum, quo Pericles tempore vixisse legamus. Fuit & ipse Atheniensis comicus, inter cuius fabulas hæ censentur, Amphictyones, Pryta- Teleclides.

50 tanes, & σεῖροί, id est, solidi, vt Athenæus scriptum reliquit in Dipnosophistis: meminuit & Plutarchus in vita Nicia. Sunt et qui huic eidem attribuant Telchi- niacen historiam carmine heroico conscriptam, quam alij Epimenidi, vt suo lo- Dionysius. co meminimus. Dionysius etiã notissimus ille Sicilia tyrannus in tabulis

& ipse inter poetas locum habuit: nam Tragœdias & Comœdias, vt alia mittã, condidit: qui tyrannide electus, Corinthi lucum aperuit, vt ante alios M. Cice-
Prouerb. ro in epistolis tradidit: vnde prouerbiũ factum est, *Διονύσιος ὁ ἐν Κόρινθῳ*, quoties ne-
 minem tam sublimi esse fortuna ostendere volumus, qui nõ etiam ad humilem
 & abiectam rure possit: Notissima est historia Philoxeni, quem in lapidicinas
 tyranus detrusit, quod eius poematibus illudebat, quam copiosẽ in Philoxeni
 inagine recitabimus. Lucianus quoq; de Dionysio illud prodidit, in eo qui ad
 indoctum multos emptitantẽ libros inscribitur: Cum, inquit, Dionysius se con-
 temni, & vulgari fabulam esse cognosceret, nulli rei parcerat, vt Aeschylis pugil-
 lares, quibus ille sua poemata describere fuerat solitus, assequeretur: quibus ad-
 eptis, iam se Aeschylis doctrinam omnem & scribendi rationem habere existi-
 mabat, & cætera quæ Lucianus tales homines irridens affert. At verò hũc Dio-
 nygium ob læticiam de Tragœdiæ victoriã perijisse, testis est Plinius. Sed quo-
 niam plurima tam à Græcis, quàm Latinis de Dionysio scribuntur, & ea notis-
 sima sunt, ea recensere supersedeo, ad alios poetas transiens. Non longè à Dio-
Antiphon. nygio erat in hac tabulæ parte Antiphon Sophili filius Atheniẽsis, qui à Rham-
 nunte Atticæ pago, Rhamnusiũ dictus est. poeta fuit & orator, vt Suidas scri-
 bit: quocirca Aristoteles in principio quæstionum mechanicarum, Vt poeta, in-
 quit, Antiphon ait, eodem modo res se habet: arte enim superamus ea, à quibus
 natura vincimur. Marcus verò Tullius Antiphonem de insomnia scripsisse in
 primo de diuinatione, & in secundo *ὀνειροκρίτων*, cum de piscibus agit Artemi-
 dorus, tradunt: vnde & illum Græci ὀνειροκρίτων, hoc est, somniorum coniectorem
 vocant, vt est apud Suidam. At Philostratus in Sophistis, & Plutarchus copiosẽ
 Antiphonis vitam describunt. hic quidem cum de eius poetica agit, Traditur,
 inquit, & Tragœdias vnã cum Dionysio Tyranno composuisse, atque etiam ex
 se solus. vnde & comicam eius orationem vocat Philostratus, vt quæ comica es-
 sent contineret. Cum autem in studiis poetices versaretur, vt idem Plutarchus
 scribit, artem ad mœrorem animi leuandum commentus est, quæ veluti medi-
 corum artes male habentium corporibus medentur, ita hæc ægris animis sub-
 ueniret. atq; ideo cum Corinthi versaretur, prope forum domicilium habuit, scri-
 pto proposito professus se ægris animis curationem adhibere: id scilicet in pri-
 mis faciens, cum aliquis curandus accessisset, diligenter languoris & mœroris
 causam percontabatur, dein congrua oratione consolationẽ afferebat: eiusmodi
 eius erat medicina. Sunt præterea qui Rhegyni Glauci librum de Poetis An-
 tiphoni ascribant. Thucydides scriptum reliquit, neminem vnquam capitis cau-
 sam melius orauisse Antiphone, cum ipsum se defenderet: eiq; causæ se astitisse
 dum diceretur, idem ait Thucydides. Aristoteles verò secũdo Rhetoricæ libro,
 Cum ad supplicium, ait, à Dionysio raperetur Antiphon, moriturosque socios
 capita velasse videret per portam exeuntes, Quid ita? inquit, an ne horum quis-
 piam cras vos videat timentis? Duos tamen Antiphonis nomine fuisse, pluribus
 ostendit Hermogenes rhetor, ea parte vbi de ciuili oratione agit. Tres verò Sui-
 das commemorat, primum Thucydidis magistrum, cuius nullus cognoscitur
 fuisse magister, hoc est, *ἀπομαχός*, vt ait Philostratus: tamen quidam eum à pa-
 tre Sophilo edoctum scribunt, Nestorem nuncupatum. alterum prodigiorum
 interpretem, *λογμαχέας* cognominatum. tertium autem somniorum fuisse in-
 terpretem. Qua ex re mihi dubitandi ansa facilè datur, eorum quisnam poeta
 fuerit. Secundum quidem idem Suidas Epici carminis conditorem facit, & pa-
 tria Atheniensem dicit: Plutarchus verò primum oratorem & Tragicum, Phi-
 lostratus & Comicum addit. Sed his à nobis in præsentia missis, iam ad alios
Theopompus. transeamus. Subsequebatur Theopompus, non ille Isocratis discipulus, ora-
 tor & historicus, sed alius, Theodectis, siue vt alij tradunt, Theodori filius, Athe-
 niensis, archææ Comœdię scriptor, cuius & Pollux meminit & Athenæus. He-
 phæstion verò ab hoc carmen Theopompeion denominatum ait. Hic quidem
 post

post Aristophanis tempora floruit. Fabulas quatuor & viginti docuisse traditur, inter quas Aesculapius. Celebratur & illa ipsius quæ βατύλη inscribitur, qua dictione foeminam pomilionem significari Græci grammatici scribunt, alij speciem quamdam plantæ tradiderunt. Fuit verò Theopompus in ijs quæ ad disciplinas pertinent prudens ac peritus, sed quapiam narium tabe & destillatione male affectus, à qua cum liberatus esset, rursus ad fabulas scriptitadas rediit: cuius rei & marmor in eius patria cū inscriptione ostendebatur, quæ & apud Suidam legitur. Hunc ipsum deltrare scribit Plutarchus, cum Lacedæmonios perstringit, quòd cauponarum & vina vendentium mulierum eos persimiles dixit: quia Græciæ libertatis gustum propinarint, cæterum in vinum acetum instillarunt: nō multò enim post Lysandri victoriam, quæ quasi prægustatio visa libertatis erat, nulli administrandarū rerum autoritas permissa fuit. Huius Theopompi fabula citatur Autocharis, in qua Platonē perstrinxit acerbè: citatur item in Cypriaco carmine à Fulgentio in mythologico. Fuit & alter Theopompus Colophonius, poeta Epicus, seu vt Græci dicunt, Epopœus, qui Harmation cōscripsit: musicum id nomen est. huius meminit Athenæus. Post Theopompum erat Nicostratus, qui, Laertio teste, Clytemnestra est cognominatus. Comicus verò fuit multi nominis, vt docet Athenæus, qui & has ipsius fabulas percenset: Pandarum siue Anthyllum, quæ tamē ab aliquibus Philetæro ascribitur: & Hierophantes, & alias non parū multas, quæ in loculo repositæ repertæ sunt, cum diutius latuissent. Hic quoq; Nicostratus optimè histrionicam exercuit: et ab eo propterea, in eos qui aliquid rectè & peritè faciunt, prouerbiū factum est, ἐὼς ποιῶ πάντα καὶ νικῶ πάντα, id est, vt Nicostratus omnia faciam. Nicostratū alterum Macedonem egregium oratorem describit Hermogenes rhetor, quem delectatum scribit fabulis non solum Aesopæis, sed & dramaticis. Hos sequebatur Melitus Larij filius Atheniensis, Tragicus poeta, parum incitatus & vehementens: quare apud Græcos est ἀποψυχρῶς, hoc est, subfrigidus dictus. Hic cum Lycone & Anyto, Socrati philosopho sapientissimo diem dixit, quò iudicio Socrates cicuta hausta perit, vt res est notissima apud Platonem & M. Tullium & alios. Describitur certè ita à Platone Melitus in Euthyphrone: Iuuenis, ait, quidam ignobilis esse videtur, vocant illum (vt puto) Melitum, ex Pitheo populo, si quem tu Pitheum Melitum noscis, prolaxis deciduisq; capillis, aquilino & incuruo naso, barbaq; rara. hæc Plato. Quibus verbis præter ironiam, signa quoque quasi physiognomii cuiuspiam cognoscimus, describentis hominis superbissimi infidissimique improbitatem atque audaciam. Irridet & Melitum Aristophanes, eiusq; Scolia, quæ sunt carminum genera à cithara sic vocata, vt nobis autor est Diomedes, de quibus in primo sermone actū est abundè, & à Plutarcho in Musica: tametsi aliter Erasmus, τῶν κακῶν ἀληθῶς nuncupauit, quæ lugubria sunt & flebilis carmina, de quibus & Suidas, Pollux & Athenæus. Sed cum non multò post Athenienses quantum reipublicæ detrimenti ex nece Socratis prouenisset, cognouissent, Melitum ipsum lapidibus obruerunt, vt scribit Suidas: vt verò Laertius & alij, neci tradiderunt. Fuisse autem Melitum abusque Eleatæ Zenonis temporibus et Empedoclis legimus: quo factum est, vt eum natu grandiozem fuisse existimem, cum Socratem accusauit. Reponitur verò etiam à Græcis Melitus inter rhetoras. Scripsit præter fabulas ποδὶ τῷ θυτῶ, hoc est, de eo quod est, & si placet, de ente. Egit & pro Samiis imperatorem, & contra Sophoclem poetam nauali pugna conflixit, Olympiadè circiter quarta & octogesima. gessit & rempub. aduersus Periclem. Fuit & alter Melitus & ipse Atheniensis, puer formosus, qui à Pausania Meles dictus est, cuius historia copiosius à Suida describitur, qui à Pausania non nihil variat: nam hic amatorem, ille amatum facit. Amatus cum esset Meles à Tirhagora ardentius, post multa, nihil puer eum miseratus, mortem illi demum imperauit: ille dicto parens, se ex arce, id est, Acropoli præcipitem dedit. Non multò post

Nicostratus.

Melitus.

& Melitus ipse deorum, si non dæmonum potius instinctu & voluntate, ex eodem loco præcipitem se dedit. quare, inquit Pausanias, in vrbe erecta est Anterotis ara, quam ἀνάθημα μετόικων, hoc est, inquilinorum oblationem vel donarium, seu peregrinorum votum, vt Domitius interpretatur, esse dicunt, quòd scilicet erat inquilinus Timagoras. Statuam verò illam fuisse ait Suidas, nudæ & formosi pueri, qui duos in vlnis generosos gallos contineret, seque ipsum in caput impelleret. Porro Anteroten deum, quem Cæcilius noster Anticupidinem Latinè vertit, amorem reciprocum facere gentes existimabant, cuius Cicero de natura deorum meminît, & Serulus in quarto Aeneidos, super ea poetæ verba:

*Tum si quod non æquo fœdere amantes
Cura numen habet.*

Meminit & Suidas in ea dictione ἀντίκος, vbi & historia est amoris mutui Charitonis Melanippum amanti, & quòd hoc cognomine Apollonius Alexandrinus Anteros vocatus fuit. Cæcilius verò ex Alexandro, vt inquit, ex Aphrodisiade, ita scribit: Venerem à Themide fatidica monitam, Cupidinem iustos autus non habiturum, donec alterum non pepererit: quare dea cum Marte rem habens, cum filium peperit, cui nomen imposuit Anterotis, ceu vos Anticupidinem dicatis. Porro apologum istum non Alexandro, sed Porphyrio ascriptum, in Græcis legi. Hæc verò vobis parergos & præter propositum narrasse placuit, & non nihil re parum nota ab audiendi molestia leuarem: quare iam attendite. 20

*Myrtilus &
Hermippus.*

Post Melitum Myrtilus & Hermippus fratres veteris Comœdiæ poetæ sequebantur, qui Lysidis filij fuere, Athenienses. Myrtili quidem fabulæ sunt Tentanopanes, hoc est, arrecti Panes, & amores. At verò Hermippi Comœdiæ quadraginta produntur, quarum aliquæ etiam nunc citantur, atque in primis ab Athenæo, apud quem etiam iambicum carmen ipsius est legere, in quo Musas inuocat, rogatque, vt Bacchus quæ fecerit negocia referat, & vnde nam gentium merces suas deuexerit, quæ tunc vsquã & certis locis laudata proueniunt, colligit. Citatur & idem poeta in iambicis Stratiotis, item in Cœlo, aliisque fabulis. Fuit verò hic Hermippus altero captus oculo, hoc est, vt Græci dicunt, ἐπὶ ὀφθαλμῷ. 30

Xenarchus.

Hermippi insuper cum alia multa leguntur apud Plutarchum, tum in Periclem versus etiam anapæstici. Hic idem poeta Aspasiam accusauit, quòd cum Pericle lenocinium faceret, cum ingenuas rem cum Pericle habituras apud se haberet. Fuerunt Hermippi nomine insignes aliquot, sed in primis celebratur Hermippus Pythagoricus, cuius Iosephus contra Appionem, & Laertius alijque meminere. Hos sequebatur Xenarchus & ipse Comicus, cuius hæc fabulæ ab Athenæo & Suida referuntur, Bucolion, Porphyra, Scythæ, Gemini, Pentathli, Priapus, Somnus, & Stratiotes. At verò in Poetica Aristoteles inter Mimiambos

Ophelion.

poetas Xenarchum reponit. Et erat Ophelion poeta Comicus cum his, cuius & Suidas & Athenæus meminere. Fabulæ verò ipsius hæc feruntur, Deucalion, 40

Strattis.

Callæschros, Centaurus, Satyri, Musæ, Monotropi. Et cū his vnà Strattis Athenensis Tragicus, cuius fabulas quindecim ijdem Athenæus & Suidas commemorant, Anthroposten, Atalantam, Agathos, vel ἀργαίου ἀφαισιμῶν, id est, pecuniæ interitum, Iphigeronta, Limnomedonta, Macedonas, Medeam, Troilon, Phoenissas, Philocteten, Chrylippum, Pausaniam, Psychastes, Callipedem, Cinesiam: quã fabulam aduersus impium & irreligiosum Cinesiam poetam scripsit, vt Harpocratiō testatur. Sunt qui hunc ipsum Strattin antiquæ Comœdiæ poetam faciant, & has eius sedecim fabulas esse asseuerent: quod & Plutarchus in Isocrate probare videtur, cum ait, ab Aristophane & Strattide Theodorū Iso-

Timestheus.

cratis patrem ob filiam in Comœdiis notatū fuisse. Fuit & Timestheus Tra-

Clearchus.

gicus, cuius Tragœdiæ fuisse feruntur, Danaides duæ, Hectoris redemptio, Ixyon, Capaneus, Memnon, Proci, Iouis proles, Helenæ repetitio, Orestes, Pylades, Castor & Pollux. Fuit itē Clearchus poeta Comicus non quidem Sol-

lenis

lenfis ille Peripateticus, nec Ponticus alter, qui Platonis aliquando auditor, sed alius, cuius non frequens apud autores mentio, huius certè ex Corinthiis fabula, in ebríos sententiá celebratur: Si bibacibus, inquit, contingeret vt quotidie caput doleret, cum merum hauriunt, & siccant pocula, futurum vt nostrum nullus potet, quam sententiám in Sophistarum cœnis recitat Athenæus libro decimoquarto. Fuit & Straton mediæ comœdiæ poeta, inter cuius fabulas Phœnix à Suida reponitur. Legimus tamen & alterum Stratonem epigrammaton scriptorem. Et cū his fuerat Heniochus Atheniensis, mediæ & iplæ comœdiæ poeta. Trochilus verò, & Epiclerus, & Gorgones, & Polypragmon, Theostyges, Polyuctus, Apophras, hoc est, inauspicatus dies, Baryorgetus, Cocy-
 10 tus, Thorycion, quod nomen cuiuspiam proditoris fuit præfecti militum, à quo fabula nuncupata, & aliæ sunt Heniochi fabulæ apud Suidam: meminist Athenæus & Theophilus Græcus in lexico. Erat item Diogenes, qui & Oenomaus dictus est, Tragicus Atheniensis, quem post triginta Tyrannorū eiectionem fuisse comperio. hæ ipsius fabulæ feruntur, Achilles, Helena, Hercules, Thyestes, Medea, Oedipus, & Semele. Non desunt qui hunc ipsum Diogenem Synopæum esse existiment, qui Canis est cognominatus, cuius vita à Laertio perscripta, & cuius fabulas commemorauit, quas tamen Satyrus Philisei Aeginetæ, non Diogenis fuisse prodidit. extant ipsius quedã epistolæ, quæ & à non-
 20 nullis suppositiæ & adulterinæ creduntur. eius licet passim nomine circumferantur, & citentur. Fuit & alter Diogenes Alexandrinus, cuius inter ea quæ non pauca adolescens poemata condidit, tragica pleraque reponuntur, vt est à Strabone traditum. Scribit Plutarchus in eo qui est de Audiendo, Melanthium cum de quadam Diogenis Tragœdia interrogaretur, respondisse, se fabulam vocabulorum & dictionum tegmentis, & quibusdam inuolucris adopertã, conspiciere non posse. delectatus enim vsque adeo Diogenes fuit obsoletis quibusdam vocabulis & affectatis, & vt dicere solebat Augustus, fœtoribus, quibus (prò hominum plerunq; vecordiam, ne dicam amentiam) & hoc ipso tempore quidam non alioqui ineruditi, nomē sibi & immortalem gloriam ambitiosè comparare laborant: quos satis à Gellio quidem, sed à Luciano magis in Lexiphane & Rhetore derisos esse videmus. Verùm hæc, quæ aliàs, in præsentia mittamus.
 Fuit autem hic Melanthius, cuius modò meminimus, & ipse poeta Tragicus, vt est non semel apud Athenæum, qui de eo etiam ita tradit: *ελεγεια*, inquit, composuit. Sunt & eius versus apud Plutarchum in vita Cimonis, qui & illum scribit cum Archelao simul poemata ad ipsum Cimonem scripsisse, citatq; elegias. Fuit verò Melanthius voracitatis & adulationis crimine seu palpi suo tempore incusatus. addit etiam Suidas, & ipsum muliebria pati consueuisse. Porro & huius meminit Aristophanes, Pherocrates, & Leucon, & post hos vetus Hesiodi interpres. Hos sequebatur Comicus Sopater, qui, vt est ab Athenæo
 40 proditum, *φλοιακγράφος* est cognominatus, hoc est, si augurari licet, qui in libro, id est, cortice scriberet; nisi fortè *φλυαρογράφος*, id est, nugarum scriptor legere maluerimus. hæ ipsius Comœdiæ feruntur, Eubulus, Theombrotus, Hippolytus, Phylologus, Silphia vel Cnidia, Necyia, Pylæ, Orestes, Phace. Fuit & alter Sopater qui Parodias scripsit, cuius fabula est Bacchis, vt ait Suidas: vt verò Athenæus in quarto *Διπνοσophιστὸν*, Bacchidos proci, qui & ipsum cognominatum ait Phacium. Fuit autem Bacchis meretricis nomen. Fuit & alius Sopater Apameus, seu magis Alexandrinus Sophista, quem quidam eum existimant, cuius adhuc quedam extant in arte rhetorica. Me fugit an fuerit in
 50 tabula Aristodemi Atheniensis imago, qui à nonnullis poeta creditur, quod in quarto de Republica M. Tullius de eo ita scripserit, vt Aurelius Augustinus in secundo de Ciuitate Dei refert. Aristodemum, inquit, Tragicum autorem maximum, de rebus pacis ac belli legatum ad Philippum Athenienses sæpe miserūt. & hæc quidem de Aristodemo M. Cicero & Augustinus, cuius & Lucianus me-

Straton.

Heniochus.

Diogenes.

Sopater.

Aristodemus

minit. Gellius verò ex Critolai sententia scribit, quòd Demosthenes cum suam illam argyranchen confinxisset, Aristodemum interrogauit actorem fabularū, quantum mercedis vti ageret accepisset: & Aristodemus cum talentū respondisset: At ego plus, inquit, accepi vt tacerē. quibus verbis inducor, vt apud Aurelium legendum esse actorem, non autorem, existimem. Plutarchus quoq; in Aeschine, Aristodemo illum ait operā dedisse in tritagonistis & Dionysiis, idq; ex Demosthenis sententia astruit: At sicuti de hoc alia pauca comperi, ita plura de Aristodemo, qui Μαλακῆς cognominatus est, vt Dionysius Halicarnass. & Suidas scribunt, qui molli quadam & effœminata arte Cumarum adeptus est tyrannidem. Sed hic nihil ad tabulas, sicuti nec is qui compendium omnium Herodiani operum composuit, quare nunc ideo superque satis. Fuit in hac tabula parte Sophilus Sicyonius, siue Thebanus, vt alij malunt, mediæ comœdiæ poeta. Dramata seu ipsius fabulas Athenæus & Suidas multas connumerant, inter quas hæ sunt, Citharædus, Phylarchus, Tyndaris, quæ & Leda. Diogenes & Gamon celebrat, in qua fabula Stilponē philosophum Megarensē irrisit. Scripsit & alias. Aderat & hac parte Spintharus Heraclæotes, qui Tragicœdiarum scriptor fuit. Fabulæ ipsius dicuntur, Semele fulminata, Hercules ardens. Est verò Spintharus ludibrius habitus, vt Phryx & barbarus: commendatur tamen à Diogene Laertio in Heraclidis vita. Cum his & Damoxenus Atheniensis Comicus fuit, qui vt in tertio Dipnosophistôn tradit Athenæus & Suidas, ab eo Syntrophos fabulam edidit, & alias insuper, quod cū aliubi, tum in decimo idem Athenæus testatum reliquit. Fuit item Dexicrates poeta, qui & ipse Atheniensis, Comicus. Scripsit ἡφ' ἐαυτῶν παλαιωμένους, hoc est, à semet ipsis aberrantes, id est, mente abalienatos: quod idem scriptum reliquit Athenæus, & ab eo Suidas. Erat simul Phœnicides Comicus, qui iisdem testibus fabulam Phylarchum μισσημοίως, id est, inuisum seu odiosum scripsit. Perperam huius poetæ nomen & quamplurimum aliorum nuper legi in magno codice Romæ publicato, viri cuiuspiam, vt mihi quidem videtur, docti atque eruditi: neq; enim ego ipsum coram cognoui: quo in opere, illo quidem multiplici, omnem ferè disciplinarum orbem autor ille euoluisse visus est: certè maiora promisit, quam exhibuit. in eo præter alia multa inuerfa, pleraq; interpolata offendit, ne errata dixerim. Sed de libro hæctenus, quem & vos, si vacat, aliquando euoluatis. Cum his verò vnà Dicæogenes, qui Tragicœdias & dithyrambos composuit, vt Val. Harpocratiō & Suidas testatur. Erat item Theodectes Phaselites ex Lycia, patre Aristadro. Fuit verò Tragicus, vt obseruat Sephanus, quum prius arti oratoriæ operam dedisset. Hunc etiam Græci discipulum tum Platonis & Isocratis, tum Aristotelis prodidit, & vnà cum Naucrate Erythraeo, & Isocrate Apolloniæ, ac Theopompo Chio, in dedicatione Mausolei certasse, quod Mausolo viro suo & fratri, Artemisia Cariæ regina Olympiade CIII construxit, & victoriã consecutum: tametsi alij Theopompum dicant primas tulisse, inter quos Gellius libro decimo. Hyginus vtiq; in exemplis refert, suo tempore Theodectis Tragicœdiã extitisse, quæ Mausolus inscriberetur, in qua eum magis placuisse quàm in prosa prodidit. Plutarchus in Isocratis vita, vbi de eius discipulis agit: Et Theodectes, inquit, Phaselites, qui postea Tragicœdias scripsit, cuius est monumentum in Cyamiten euntibus iuxta sacram viam in Eleusinen, hoc tempore desertum, vbi & generosos poetas secum restituit, quorum tamen solus hodie seruator Homerus. Hæc Plutarchus. Scribit Aristæas Ptolemæi Philadelphi satelles, vel vt Græco vtar verbo, ὑπὸ βασιλεως, in eo opusculo quod ad Philocraten fratrem de Septuaginta duobus diuinæ legis interpretibus edidit, hunc ipsum Theodecten luminibus captum, cum in quapiam Tragicœdia sacra quædam prodere voluisset: cuius causam vbi ipse intellexit, Deū opt. max. multorū dierū supplicatione & precibus placauit, vnde & visum recepit. Idem scribit Iosephus libro antiquitatū XII. idem Eusebius: tametsi in vtriusq; exemplari

plari Latino parum emendatè legatur. De Theopompo verò historico, cui eandem ob causam mentis alienatio contigit, in Pythagoræ Symbolis, si meministi Pice, ad te scripsi: veluti etiam de Numenio philosopho, qui ab Eleusiniis deabus in somnis correptus fuit, quòd se prostitueret, cum earum sacra prodere tentaret. quibus exemplis monemur, de deo non sine lumine, id est, afflatu loquendum: tamen alij hoc loco lumen pro igne interpretentur, ex Magorum sententia, quod in Symbolis non meminerim. Verùm iam reliquum de Theodecete quod superest referamus, qui, vt Stephanus testatur, Tragœdias quinquaginta scripsit, inter quas illa fuit, quam modò retulimus, Mausolus. Philocteten celebrat Aristoteles in Ethicis, & ab eo Pachemerus & Eustrathius, in qua Philocteten induxerat a serpente morsum. Carmine quoq; scripsit artem rhetoricam. Theodectem insuper scribit Hermippus & alij gryphos callidissime proposuisse, & ipsum propolitos absoluisse. Celebratur etiã illius ænigma de umbra: rem ait natura esse circa generationem & corruptionem maximam, minimam verò vi ac virtute: quod latius tibi Pice in ænigmatibus prodidi. Ea autem Theodectem memoria excelluisse legimus, vt semel auditos quamlibet multos versus, protinus reddere solitus esset, vt Fabius scribit. Dicti sunt etiam nostris diebus idem facere magnus tuus patruus Pice, Ioannes Picus, & Ioannes Sadoletus Iurisconsultissimus, nostri Sadoleti pater, & alij: sed mihi nunquam, vt ipse, cum id facerent, interesset, contigit. Diem verò clausit extremum Theodectes Athenis, vt Stephanus autor est, annos natus, vt quidam prodidere, vnum & quadraginta, eius adhuc superstite patre: atque eius sepulchro hoc inscriptum fuit epitaphium:

ἢ ὃ θεῶν κέλευσις φασηλίτῳ θεοδέκτῳ
 κρύπτει, ὃν ἠέριεν (γενέσθαι ὀλυμπιάδου)

hoc est, vt ex tempore vobiscum ludam,

Ista Phaselitem tellus gremio Theodectem
 claudit, Olympiades quem coluere deæ.

Alexander Macedo cum in Lyciam contra Persas iturus peruenisset, & in vrbis Phaselidis foro Theodectis statuam positam conspexisset, recordatus quòd condiscipulum eum sub Aristotele habuisset, illius memoria commotus, & illi parentauit, coronasq; & honores epulatus post cœnam exhibuit. hoc quidẽ Plutarchus in Alexandro, qui & in eo quo oratorum vitæ describuntur, ait illi positum monumentum cum Isocrate Athenis iuxta viam sacram, quæ ducit ad Eleusina, quo loco & aliorum illustrium vatum imagines erectæ fuerant. Theodectis verò versiculi ex fabula citantur, quibus figmento quopiam poetico causam affert, cur Aethiopes adusto sint & colorato aspectu, & crispis capillis:

Quibus, inquit, propinquam Phœbus admonet rotam

Populis, fauilla corpora inficit virum,

40 Caloribusq; adurit præpotentibus,

Retorridasq; crispat illorum comas.

Huic Theodecti filius fuit eodem nomine, qui rhetor fuit, & multa perscripsit. Fuit cum crederem Theodectem vnum & eundem esse cū Theodoto poeta, quem bis citatū repereram apud Eusebium Pamphili nono περὶ πρῶτου βιβλίου: sed cum eius Græci exemplaris copia mihi facta esset a parente tuo Pice, cognoui omnino diuersum: hic enim heroicus de Iudæis historiam carmine complexus, in qua, vt Eusebii ipsius verbis vtar, Sicema, quæ vulgò Sichima, ait à Sice-mo Mercurij filio nomen accepisse, qui eam urbem condiderit, & eius poetæ plurima carmina affert, quæ omnia collegisse & magnus mihi, & parum vobis gratus foret labor. Sunt inter grāmaticos qui Theodoton scribāt contra Mnesarchū regem carmen seu Tragœdiam quampiã scripsisse, qua ex causa in eū iratus rex, illū insequēbat: at cū se Theodotus in Apollinis tēplo abdidisset,

ibidem regis iussu occisus est: quam historiam duobus versibus in Ibin sic Ouidius complexus est:

*Victima vel Phæbo sacras mactêris ad auras,
Quam tulit à seuo Theodotus hoste necem.*

quo loco Theodotus proceleusmaticus esse videtur pro dactylo, vt in illo Claudiani in Ruffinum,

Theodosius terris, en aurea nascitur ætas.

vt per synæresin figuram dictum sit. quin potius ego per diphthongum vtrunq; nomen pronunciare soleo, quod frequentissimum apud Græcos inuenietis: θεός enim θεός per figuram *κρησιμ* Doricā enunciant, qua frequentissimè potest vtuntur, vt Theodotus pro Theodoto legatis: quam tamen historiam ex grammaticis non habeo vnde erutam vobis ostendam. Porro & in Græcis epigrammatis legimus *θεοδοσιμ* pro Theodosio. Verum pro re de his satis, ad reliqua procedo. Theodotus quoque magister Isocrates, præter numerosam orationem, cuius ipse vel autor, vel certè excultor fuit, cuius & orationes extant & legunt elegantissimæ, triginta quoq; & septem fabulas Tragicas docuisse traditur, inter quas duas non legitimas fuisse scriptores prodidere. Sed de hoc Isocrate plura non sunt in præsentia à me referenda, eius quando vita copiosè est à Plutarcho descripta, & à Philostrato, qui inter cetera, Theopompum Chium, inquit, & Ephorum Cumeum ipsius fabulas calumniari solitos, ingratos scilicet hac parte discipulos, vt tibiarum artificis, seu tibicinis cutuspiam, & vt ille Græcè ait, *ἀλωποις*. Fuerat namq; (vt Suidas ait) Isocrates Theodori tibicinis filius. Hoc tamen vos scire velim, duos eadem fuisse tempestate Isocratis nomine, hunc videlicet rhetorem & poetam, cuius laudes Græca & Latina lingua celebrat: alterum huius discipulum qui ex Ponto Apolloniates fuit, vel, vt alij, Heracleota, qui in Mausolei certamine, vt modò retulimus, certauit. Erat & cū his Asclepiades, eiusdem Isocratis discipulus, quem Tragedias scripsisse testis est Plutarchus. Erat porro Ebulides Milesius, vnus ex Euclidis sectatoribus, qui ab ipsius Euclidis patria Megarici dicti sunt. Scripsit verò Ebulides Tragedias multas, quibus in certaminibus excelluit. In arte etiam differendi, quæ Dialectice Græcè dicitur, longè plura, quam in poetica conscripsisse traditur, atq; in primis quæ Sorites & Ceratinæ vocatae sunt: illam Cumulum Latini, seu quod dubitat Cicero, acrualem argumentationem interpretantur, hanc corneam, quarum Cicero, Fabius, Seneca, Gellius, Capella, Ammonius, Laertius, alij meminere, & omnibus his longè locupletius Io. Fr. pater tuus Pice, in libris quos ad te missurus, de omni institutione dialectica, in manus habet. Fuit & in hac poetarum parte Eubulus Cettius Atheniensis poeta Comicus, quem Atarnitem (nisi fortè sit alter hic Eubulus) facere videtur Pollux in nono, cū de Phocæite statere nomismate agit: quo loco ex Callisthenis apophthegmate tradit Persium poetam de Eubulo Atarnite scripsisse: *διότι τὰς φονκίτας, ἃς ἔργον ἔχον ἰδιον ἢ μνηστικὴν μάλλον ἢ ἢν ἀταρνέι.* Est autem Atarna, è Lesbii regione oppidum. Patrem verò habuit Eubulus, vt Suidas scribit, Euphranorem. docuit quidem fabulas quatuor & viginti, inter quas illa fuit, quam à meretriculæ nomine Clepsidram vocauit: quæ vtique sic vocata est, quòd ad clepsydram, quousque ea exinanita & vacua esset, Veneri dare operam solita erat, vt Asclepiades Arii scriptum reliquit in opere de Demetrio Phalereo, qui & ipsius nomen proprium Metichen prodidit. idem & Athenæus libro XIII. Floruit verò Eubulus c1 Olympiade, propinquus poetis mediæ & antiquæ comædiæ. Ammonius tamen mediæ ipsum Comædiæ poetam scribit, cuius & fabulam Calathophori citat. huius poetæ leguntur adhuc versus non parū multi, & inter hos hi, quibus non aspernendas esse lactucas ait: in id enim olus Venus morientem Adonin deposuisse canit, vnde & mortuorum cibus dicitur. huius crebra apud Athenæum mentio, vbi Gnidia & Megarica & Sicala etiam
yafa

Isocrates.

Asclepiades.
Ebulides.

Eubulus.

vafa celebrat. Delectatus est in fabulis suis Eubulus gryphis, vt in fabula Sphingocariōne de podice, cum ait, Loquentem & elinguem, ventorumq; custodem, vulnus sine vulnere, hirsutum lauemq; : vt ad te paulò antè Pice in Aenigmatū libello scripsi. Nannion quoq; eiusdem, non Philippi dē fabulam fuisse inuenio. Est autem Nannion meretricis nomen, cuius & Alexis & Timocles poetæ meminere. Næ dignum annotatione illud est, quòd suo carmine idem finxit Eubulus Dionysium dicentem, Treis, inquit, crateres tantum sapientibus tempero, sanitatis primum, amoris secundum, somni tertium. Mitto hoc loco cætera, quæ de hac re pluribus Athenæus recenser: nam ad decimum vsq; cætera numerat.

10 mitto item quæ aij de huiusmodi bibendi lege tum Latini, tum Græci scripserunt: nam & nonnulla in Panyasis imagine retulimus: alias verò plura, cum gryphum ternarij numeri Ausonij poetę puer interpretarer. Eubulum sequebatur Mnesimachus mediæ Comœdiæ poeta, cuius has Comœdias celebrant Athenæus & Suidas, Hippotrophus, Busiris, Philippus, alia. Sequebat & Pherecrates Atheniensis, quem ex ijs vnū, qui Atticissimi dicti sunt, fuisse ait Athenæus. Comœdias plerasq; scripsit, & ab eius nomine Pherecratium carmen appellatum legimus. Cratetis æmulus fuit, vicit histrio in theatro. Pherecratis fabulæ septem censentur, inter quas Myrmicanthropi, hoc est, formicomines, vt scribit Athenæus. Sunt qui eum secutum Alexandrum regem in exercitu tradant. meminit eius & Plato in Protagora, qui ait illum efferatos & rudes in Lenæo erudisse. Pherecrates, vt est à Plutarcho in Musica proditum, in scena aliquando Musicam introduxit persona et nomine poeseos, quę muliebri quidem ornatu, at lacero corpore, & verberibus caeso, cõtumeliæ & cladis causam querenti iustitiæ, ita loquentem facit:

Mnesimachus.

Pherecrates.

30 Dicam haud inuita, quandoquidem tibi
Audiendi, ac mihi fandi voluptatem facit
Ira impetus. Mi prima malorum labes
Melanippides fuit, qui duodenis
Fidibus me eneruauit: nec tamen meis
Finiis ærumnis. Atticus Cinesias
Execrabilis hexarmonios strophis
Anfractus insertans, me male perdidit.
Nam dithyrambos condens bifores, nisi
Ancipiti clypeorum ritu dextris
Similibus læuis mentem irritam fallit.
Sed neq; miseris hic modus fuit
Meis. Phrynus iniecto strobilo quodam
Non antè cognito, irrequietis me
40 Flexibus atque reflexibus versando
Totam collabefecit, quinqueneruis
Duodenas obstipando harmonias.
Neq; adeò eum pœnitebat sceleris,
Quin repetebat vtrò, si quid liquisset.
Iam verò Timotheus, ò mihi charissima,
Perfodit me, & fœdissimè lacerauit.
Quis iste Timotheus? Milesius quidam
Pyrrhias: hic mihi innumera inuexit mala,
Vicit & omnes inferendis cladibus,
50 Quos memorauit: vicit inquam, mollesq;
Ac formicarios vehens modos, meq;
Sicubi sit nactus gradientem solam

Soluit, dissepit in duodenos nervos, meq;
 Contorquens, tanquam brassicas, totam
 Referit hexarmonius hyperbolis,
 Prophanisq; ac superuacuis fidium
 Vocumq; inanibus pertentaminibus.

- Anaxilaus.** Haecenus Pherecrates, & de eius simul imagine. Post quem fuit Anaxilas si-
 ue Anaxilaus (vtrunq; enim nomen apud Græcos reperi) poeta Comicus, qui
 eius mordacitatis fuisse traditur, vt nec à calumniis in Platonem abstinerit, &
 præcipue in fabula cuius inscriptio erat Botrylion. eius meminit Athenus, qui
 eius citans fabulam Monotropion, ait eum perstringere Mazona Sophistam, vt
 cætera mittã. Alius fuit Anaxilaus medicus, vt existimatur, de quo Plinius cum
 de lino primum, & deinde de sulphure agit, meminit: Linteo Anaxilaus autor
 est, inquit, ex asbestino lino circumdatam arborem, surdis ictibus, & qui nõ ex-
 audiantur, cædi. De sulphure verò: Lusit, ait, eo Anaxilaus, in calice nouo pru-
 na subdita circumferens, exardescens percussu palliorem dirum velut defun-
 ctorum effundente conuiujs. Sed & huius nominis alios legimus cum apud a-
 lios, tum apud Plutarchum. Erat dein mediæ Comædiæ scriptor Augæas A-
 theniensis, cuius fabulæ duæ tantum iudicatæ sunt, Rusticus, id est, ἀγροῖκός, &
 Purpura. huius verò meminere grammatici Theophilus & Suidas, qui & hunc
 bis accusatum fuisse aiunt. Lego & apud Stephanum, Augem Melorum poe-
 triam fuisse, quæ Tegeatis fuit, hoc est, ex Tegea Cretica, à qua vrbē Tegeates
 & Tegeatis derivatiua formantur. Fuit & cum his Cantharus Atheniensis et
 ipse Comicus, cuius fabulæ dicuntur. Medea, Tereus, Symmachia, Mymices,
 Aedones, hoc est, Luscinia. Fuit & Charemon poeta Comicus, quem Socra-
 tis discipulum quidam fecere. Multæ ipsius Comædiæ ab autoribus in medium
 afferuntur. Aristoteles quidem in Rhetoricis Pentheum præcipue, Athenæus
 verò Vreum, Alpheisicæam, Hippocentaurum: in qua fabula, si Aristoteli cre-
 dimus, mixtam omni metrorum genere ihapsodiam fecit. Charemonis versus
 Theophrastus libro de plantis v. profert, vbi de fumosis agit arboribus: pal-
 mam enim fumosissimam vocat. Athenæus verò Charemonem dicere solitum
 ait, Amorem, si temperatus sit, in primis hominem laetum & gratiosum facere:
 si verò propensior sit & intemperatus, contrã, perturbationibus & difficultati-
 bus hominem afficere. Idem scripsit Theophrastus in amatorio. Aliæ multæ fe-
 runtur huius poetæ fabulæ, ex quibus non parum multæ sententiæ colliguntur,
 quæ breuitatis causa ipse prætereo. Alterum Charemonem fuisse legimus qui
 Hieroglyphica scripsit, quod alibi diximus. Post hos erat Neophon vel Neo-
 phron, vtroque enim modo legimus. Poeta hic Tragicus fuit, Sicyonius, cuius
 fabulæ centum & viginti traduntur. A plerisque existimatum est Medeam, quæ
 Euripidi adscribitur, huius Neophontis fuisse. Primus hic quoq; paedagogos
 introduxisse dicitur, & domesticorum ac familiarium λέκτορας, hoc est, experi-
 mentum. Floruit Alexandri Macedonis aetate. Fuit verò Callisthenis philoso-
 phi amicus adeò, vt & cum eo sit supplicio affectus, vt nota est historia: memi-
 nit & huius Laertius & Suidas. Cum Neophonte fuit & Nearchus, & ipse tra-
 gicus, & Callisthenis simul amicus, cum quo etiam in Alexandrum conspirasse
 accepimus, si modò à Græcis accepta rectè meminimus. Fuit certè Nearchus
 Alexandri miles, & de rebus eius gestis scripsit, in quibus, quòd de se sit menti-
 tus, arguitur, cum se nauis ductorem, id est, Nauarchum dicat, cum gubernator
 fuisset. & hoc quidem Suidas. Fuit & Neanthes iuuenis poeta, qui Tragœ-
 dias scripsit, earumque nonnullas Empedocli philosopho dono dedit. de hoc,
 quòd recorder, pauca comperi. Fuit & alter Cyzicenus Neanthes rhetor, Philis-
 sci Milesij discipulus. Post hos erat Lycon Scarpheus: est verò Scarphea Lo-
 cridis ciuitas nõ procul à Thermopylis. Poeta hic Comicus, cuius, quòd memi-
 ni, à Plutarcho duobus in locis fit mētio, in Alexandri videlicet vita, et in libro se-
 cundo

- cundo de eiusdem fortuna. Nam cum, inquit, Comœdi essent circa Lyconem Scarphœa, atq; ipse in quadam Comœdia versum interseruisset, quo quiddam pe-
 rebat, ridens Alexander, decem talenta dari iussit. Quidam ex Latinis, ne doctos
 alioqui incessere videar, mimum potius Lyconem quam comicum putauit: ego
 ideo nihil certo. Fuere & alij Lyconis nomine nonnulli poetæ, vnus quidẽ epi-
 ci carminis scriptor, alius epigramatôn: vt Lyconem ex Troade philosophum
 Stratonis discipulum & successorem peripateticum mittam, qui a vocis & mo-
 rum suauitate pro Lycone Glycon cognominatus est, cuius vitam Diogenes
 exequitur. Fuit & alter Pythagoricus. Dein post Lyconem erat Cleophon *Cleophon.*
 10 Atheniensis Tragicus, cuius hæc fabulæ traduntur, Amphiaræus, Actæon, Achil-
 les, Bacchæ, Leucippus, Persis, Telephus, Thyestes, & ἄλλοι, hoc est, accipiēs,
 & Erigene. meminit Suidas. Erat & Alexander Aetolus, qui teste Suida ex Pleu-
 rone ciuitate fuit, parentibus ortus Satyro & Stratoelia, connumeratur verò in-
 ter grammaticos & poetas. Scripsit Tragœdias, & inter eos Tragicos connu-
 meratus est, qui Pleiadis nomine celebrati sunt, de quibus alibi. Hunc Alexan-
 drum & elegias scripsisse Strabo testatur, ex quibus & testimonia affert, cum de
 Dolione Sileni & Melies Nymphæ filio loquitur. Parthenius quoque eius ele-
 giam in Eroticis affert, cū de Anteo Halicarnasseus agit & Phobij vxore Cleo-
 bœa, eius amore capta: quo amore & illum in puteum coniectum, & molari la-
 20 pide superinieccto, ipsa se laqueo peremit. Scripsit præterea in eo genere mimo-
 rum, quæ Ionica poemata dicta sunt, vt est ab Athenæo libro XIII proditum:
 & cum eo Pyretis Milelij & Alexij similium poematum scriptorum meminit.
 Macrobius quoque egregium poetam illum vocauit, eiusque librū Musam in-
 scriptum celebrat, ex quo poeta Maro noster quædam desumpsit, vt illud de
 Opi. Gellius etiam eiusdem quosdam versus de Euripide poeta suis Noctibus
 inserit. Sed & rex Iubas in similitudinibus τραγωδοκέρμων, (qui Græcis idem, quem
 Latini structorem vocant) idq; ex fabula Alexandri, cui inscriptio est τὸ 7, af-
 firmat. Post Alexandrum duo sequebantur Alcimenes nomine, quorum al-
 ter Megarensis Tragicus fuit, alter verò Atheniensis Comicus, cuius fabulæ, vt
 30 Athenæus prodit, Thesaurus, & Peccantes. vtriusque meminit & Suidas quo-
 que. In hac tanta poetarum classe fuit Aeschines Atheniensis filius A trometi
 literarum magistri & Glaucotheæ, quæ & a Græcis quibusdam Leucothea vo-
 catur. hanc vtique Demosthenes irridens, ait volentes pueros institui ad virum
 adduxisse. Ex tribu verò Cothocide, vt est apud Plutarchum, vel vt alij legunt,
 Telocide fuit, nec genere nec diuitiis clarus. quoniam & eius progenitores seruos
 fuisse legimus. Aeschinem, inquit Piso, ego semper existimaui oratorem, nō poe-
 tam, vt qui cum Demosthene de eloquentiæ principatu diu certauerit. Orator
 is quidem, inquam, o Piso, nec falleris, sed & poeta: nam Plutarchus & Philo-
 stratus, qui eius vitas luculenter scripsere, hoc manifeste tradiderunt. Marcus quoq;
 40 Tullius in quarto de Republica, vt scribit Aurelius Augustinus: Aeschines, in-
 quit, cuius Atheniensis, vir eloquentissimus, cum adolescens Tragœdias actita-
 uisset, Rempublicam capessiuit. Sopater item rhetor in libro de diuisione qua-
 stionum, eius fabulas pluribus celebrat. Sed & Vlpianus, qui in Demosthenem
 commentaria scripsit, Aeschinem ait fuisse vocalissimum (vt ita dicam) & vt
 eius verbo vtat, δὲ φωνότατον, id quod etiam Demosthenes non vno loco scribit:
 idem & Plutarchus. Plinius etiam in Epistolis μεγαλοφωνότατον Aeschinem appel-
 lauit, si modò sanè legatur. Valuisse insuper & hypocrisi, quam vocant Græci,
 & voculatione in agendo accepimus: vnde plebeios & populares idiotas in
 suam facile sententiam pelliciebat. Fuit & breuiori statura, qualis Caluus ora-
 50 tor, is qui Salicippium a re, a Catullo dicitur. Iuuenis robusto fuit corpore, &
 ideo in Gymnastica versatus: dein cum esset λαμπρόφωνος, hoc est, cum vocis cla-
 ritate polleret, se ad agendas Tragœdias conuertit, & vt ait Demosthenes, sub-
 scripsit & certauit simul cum Aristodemo, cuius antè meminimus, in Dionysis,
 antiquasq;

antiquasq; Tragedias exercitationis gratia refarciuit, cum ante cum Atrometo patre, literas docuisset puer, & adolescens saepe militasset. Demum se oratoria arti & reipublicae tradidit, & sub Isocrate & Platone profecit, vt Philostratus & Plutarchus prodidere: vt verò Cæcilius, sub Leodamante, quem Suidas Alcidas vocat, & Eleatem facit. Sunt etiã qui scribant, ab aliquo nũquam magistro Aeschinẽ didicisse, sed cum in iudiciis fortẽ scribæ officio fungeret, nullo docente in tantam eloquentiæ æstimationem euasisse. Fuisse omnino Aeschines dicitur omnium horarum: vir nam præter eius versatile ingenium, admodum etiã comis fuit, & ad voluptates propensior, viniq; appetentior, & vt Græcè dicitur, *ὀλιγωρὸς*: cum contra Demosthenes seuerus esset, & grauioris supercilij vir, ac abstemius: quæ morum diuersitas inter eos inimicitiarum causa fuisse existimatur à Philostrato: cum tamen pleriq; eos tandiu inter se amicos fuisse prodiderint, donec ambo legati ab Atheniensium reipublica de pace missi sunt ad Philippum regem: tum enim primum parua re dissentire cœperunt, cum Regi imperandi normam vterq; præscribere vellet: tum indies magis ab alienati in reipublica & fori contentione, quousque Alexander rerum potitus, vt ait Plutarchus, in Asiam traiecisset contra Persas: tum Aeschines Ctesiphontem accusauit, quòd contra leges commisisset in decernendo coronæ honores Demostheni, quòd reficiendis Athenarum muris curator Demosthenes sua impensa suaq; pecunia refici curasset: qua causa cum suffragiorum quintam partem à iudicibus tulisset, spontè exulauit. Alij mille drachmarum precio se redimere tentasse aiunt: quod cum ei frustra cessisset, Athenis fugiens Ephesum primum ad Alexandrum perfugit, vt quidam scribunt, tum eo mortuo Rhodum, vbi scholam & dicendi genus Rhodium instituit, quam nouã sophisticam vocat Philostratus. Extant quidẽ Aeschinis ipsius & Demosthenis orationes, quas cum ipse Rhodi recitaret, Rhodiis admirantibus, Quid verò, inquit, si ipsam bestiam audiuissetis? historia est Græcis & Latinis trita scriptoribus. Sũt qui illum in insula Samo diem clausisse scribant. Sed de Aeschine satis: alia, quæ multa dici possent, ex Plutarcho & Philostrato discetis. Fuit & alter Aeschines Lyfanti, qui cum Dionysio in Sicilia versatus est. Fuit & tertius iambographus Sardianus, cuius mentionem apud Harpocrationem factam inueni. Laertius verò huius nominis octo in secundo collegit. Post erat Amphis Amphicratis filius Atheniensis comicus, cuius meminit Suidas. Vixit verò Platonis ætate, vt Laertius scribit, quem & carminibus perstrinxit. Huius præterea Hyginus, & Arati interpres, necnon Athenæus, carmina frequenter in medium adducunt.

Euphantus. Porro erat Euphantus Olympius, qui ex Eubulidis ludo defluxit, Tragicus, & orator, fabulas nonnullas docuit, in quarũ certaminibus probatus fuit. Scripsit & soluta oratione suorum temporum historiam: item librum de regno, ad Antigonum, cuius & magister fuisse dictus est, & cum eo vixisse vsque ad senectutem. Fuit & Arcesilaus priscae Comœdiæ poeta: alij Arcesilan vocant. huius meminit Athenæus. De alijs verò eiusdem nominis, superiorum dierum sermonibus meminimus. Fuit & Eudoxus Siculus poeta Comicus, Agathoclis filius, non ignobilis. In certamine urbano ter vicit, in Lenæis verò quinques, vt Apollodorus in Chronicis scriptum reliquit: idem & Laertius. Sed enim & Suidas Eudoxum Aeschinis Gnidij filium astrologum illum celebrem, cuius Aristoteles, Plinius, Lucanus, Seruius, Laertius, alij meminerunt, *ὁ δὲ ἐπὶ*, hoc est, carmine hexametro astrologiam scripsisse testatum reliquit: de quo ideo plura vobis in præsentia non refero, quòd apud alium autorem id non comperi. Porro sequebatur Philemon nouæ Comœdiæ poeta, vel, vt Apuleius ait, mediæ. patrem habuit Damonem, qui Alexandri regis temporibus floruit vndecima supra centesimã Olympiade. Menandro paulò antiquior fuit: patria Syracusanus, si Suidæ stamus: at si Straboni, Põpeiopoli Ciliciæ vrbe natus, quæ & Soloe, à Solone philosopho cõdita, prius dicebatur. Historiam non indignam

indignam vt eam vobis recitem, narra Plutarchus, de cohibenda ira, hoc est, *ἠδὲ ἀπογνοίας* Philemonem enim, ait, cum Magan regem in theatro taxasset quibusdam versibus, quos etiā affert, ipsum satelliti mandauisse, vt nudo ense poetae ceruicem tantum attingeret, & dein abscederet: missisq; talis ac sphaera, id est, pila, veluti puero, qui non adhuc saperet, dimisit. Eandem historiam & in libro de virtute morali recitat. Miro verò quodam mortis genere Philemonem interuisse proditum est: nanque, vt scribit Lucianus, cum leptimum, vel vt alij legūt, nonum & nonagesimum annum iam excessisset, recubansq; asinum ficos mandentem videret, vehementi est adedò risu percitus, vt cum domesticos conuocasset, ipsiq; iussisset vt a sello post ficos potum afferrent, eo tanto est risu percitus, vt morte solutus sit. quam rem & Valerius Maximus recitat, tamen hoc Chrysippo accidisse Laertius Diogenes scriptum reliquit. Aelianus verò in libro de Providentia, aliam de Philemonis morte historiam affert. Cum Athenienses, inquit, & Antigonus rex bellum inter se gererent, Philemonque in lecto cubatus quiesceret, in somnis vidisse dicitur nouem puellas è sua ipsius domo exeūtes: quas cum interrogasset, cur sic abirent: & illæ respondissent, se extra ianuā velle exire, nec homini licere deos audire: tum ille somno experrectus puero narrauit, quæ in somnis vidisset, & quæ audisset, fabulamq; quam tum in manibus habebat, absoluit, rursusq; cum lectū conscendisset, resupinusq; in dormientis modum recubaret, expirauit: quem assistentes tandiu dormire existimarunt, donec illum cum detexissent, mortuum reppererint. qua re, inquit, cognitum est, eum dum viueret, à Musis amatū. Idem & Suidas scribit. Verumenimvero L. Apuleius in Floridis, à reliquis de morte Philemonis dissentit: quibus rebus ferè inducor, vt diuersos huius nominis poetas fuisse autumem. ait enim Apuleius (vt paucis longam eius historiam colligam) cum pridie fabulam quandam ageret, repentino nimbo extremum actum agere illum non potuisse: postridie verò populus cum fabulam expectaret, ipse domi repertus est mortuus. quam etiā historiam vernaculus Hetruscorū poeta Franciscus Petrarca in Bucolicis his versibus colligit:

- 30 *Vidi expectatum vt caneret dulcedine multa
Obriguisse senem, Vocemq; in faucibus imis
Arctatam, Musas animam rapuisse putares,
Sic cubito incumbens, simulq; erat ore canenti.*

Corporis præterea habitu & sensibus optimè vsus est Philemon, vnde nonaginta & septem, vel nouem, vt alij dicunt, annos vixisse dicitur: ab aliquibus verò etiam vsq; ad centesimum primū, fabulasq; nonaginta scriptuasse. Tum Piso: Num, inquit, iste est Philemon de quo Gellius scribit, quòd cum Menander ab eo iudicum inuidia in certamine sapius vinceretur, Menandrum illi dixisse: Quæso, inquam, Philemon, bona venia dic mihi, cum me vincis num erubescis?

- 40 Et de quo sic etiam Fabius Quintilianus: Habent, inquit, & alij quoq; Comici, si cum venia legantur, quædam quæ possis decerpere, & præcipue Philemon, qui vt prauè sui temporis iudicis Menandro sæpe prælatus est, ita consensu tamen omnium meruit credi esse secundus. Ipse idem est, inquam, Piso: nā & Apuleius de eodem longè plura, quo superius dixi loco. Sed de Philemone iam satis collocuti. Fuit verò eius nominis & alter, huius, vt creditur, filius, qui & ipse inter huius ordinis poetas connumeratus erat, necnon quatuor & quinquaginta fabulas composuisse dicitur. Fuit & Philemon alius histro, de quo in Rhetoricis Aristoteles meminit. Hos hilaris quædam & festiu hominis imago subsequerebatur, Rhinthonis ea fuit, qui, vt Stephanus & Suidas testantur, Tarentinus fuit, à quo iocularè & ridiculum Fabularum genus Rhinthonica appellatae sunt, quas & Græci Hilarotragœdias, alij Latinas & Italicas vocauerūt. Mixtae autem sunt Rhinthonis fabulae ex Comœdia & Tragœdia, vnde Tragico-comœdia dicta est. Floruit verò statim Rhinthon post Alexandrum, hoc est, per

Rhinthon.

per tempora primi Ptolemæi. Fuit & figuli filius, fabulæ ipsius octo & triginta à scriptoribus referuntur. Huius verò poetæ meminere Marcus Cicero in primo Epistolarum ad Atticum, Varro, Columella, Athenæus, Suidas & Hephestion: quæ si obseruata fuissent ab iis qui in Plautum nuper commentaria scripserunt, non tam impudenter (vt puto) atque indocte Donatum accusassent. Post Rhintonem sequebatur Aristomenes Atheniensis, qui inter eos, qui in antiqua Comœdia secundarij, hoc est, Epideuteri dicti sunt, connumeratus fuit. Floruerunt hi quidem post bella Peloponnesiaca, hoc est, XCVII Olympiade. Cognominatum verò Aristomenem Thyropœum scribit Suidas, à fenestris vel ianuis efficiendis: nisi quis legat Tyropœum, à caseo videlicet. 10

Hunc sequebatur Menander, inter omnes nouæ Comœdiæ poetas facile princeps, Atheniensis & ipse, Diopethis & Hegistrates filius, qui vt supra ætatem puer dictus est literis et ingenio p̄fecisse, id quod Octavius Horatianus, seu potius (vt ego reor) Theodorus Priscianus libro quarto ad Eusebiū filium de physica scientia docet: Cum enim, inquit, Menander apud ciues suos puerilibus annis magnæ scientiæ laboraret inuidia, produxisse in theatrum fertur suem partu plenam (hoc enim loco celeberrimum Atheniensis eloquentiæ auditorium erat) ibique expectantibus auditoribus, eius exectum vterum in Europo fuisse proiectum, cumque interfecti penè porcelli, ductu tamen naturæ agerentur, Athenienses, inquit, viri, si in paruis annis scientiam meam miramini, istos natare quis docuit? Hæc ille. Fuit verò Menander aspectu strabo, verum ingenio promptus: sed in mulierum amores furore quodam, si non infania potius, ferebatur, de quibus & fabulas nonnullas condidit. inter quas Orgen primam fuisse ait Eusebius Cæsariensis. eius quoque Thaida celebrat Plutarchus. Comœdias Menander omnino centum & octo composuisse traditur, ab alijs centum & nouem: sed Apollodorus centum & quinque suo carmine prodidit. hæc Apollodori sunt carmina, vt à me sunt in Latinum quoquo modo conuersa:

*Cephisius genere, Diopethe patre,
Qui quinque supra centum scribens fabulas,
Est morte functus quinquies annos decem
Et quinque natus.*

30

Vicisse verò idem Apollodorus in Chronicis (sic enim liber inscribitur) asserit ex omnibus octo, solis iudicum ambitu ac gratia, vt Gellius ait: victus enim est à Philemone, vt paulò antè dicebamus, & à Lynceo, de quo paulò pòst in eius imagine meminimus. Scripsit itè Menander præter fabulas, epistolas ad Ptolemæum regem, & alia pleraque, soluta oratione. Claruit verò CXV. Olympiade, vt à Græcis in Chronicis est proditum. Amatus Menander vsque adeo fuit à Macedonia & Aegypti regibus, quod scribit Plinius, vt eum classe per legatos peterent. Institutus verò, vt refert Laertius, à Theophrasto philosopho fuit. A Demetrio insuper Phalereo amatus fuisse dicitur, cum quo ita coniunctè vixit, 40 vt cum in exilium Demetrius à senatu Atheniensium ire coactus esset, eius causa Menander in iudiciū vocatus est: capitisq; sententiã tulisset, nisi à Telephoro ipsius Phalerei genero defensus fuisset. Sunt qui Menandrum dicunt cum Alexide poeta versatum, à quo fuerit in fabulis faciendis edoctus. Antiquorum verò poetarum eum furem fuisse Eusebius & Porphyrius prodidere: quin & eius rei gratia ab Aristophane insigni grammatico eius amico sæpe admonitus fuit, qua de re Cratinus sex libros edidit, quos de Menandri furtis inscripsit. Clemens quoque in quinto Stromaton libro, Menandrum ostendit multa desumpsisse ab Hebræorum prophetis, vt illud, Deum non victimis & tauris placari, sed iustitia animique puritate: qua de re etiã carmina ipsius affert. meminuit & 50 huiusce rei Eusebius Pamphili. At verò illum Plinius omnis luxuriæ interpretem dictum ait: quod idem ferè scribit Plutarchus. Fabularum autem inuentio- nem & dispositionem tantè adeò fecisse dictus est, vt cum aliquando fabulam disposuif-

disposuisset, & necdum eam versibus adornasset, se tamen eam iam perfecisse dicebat: quod Acron & Plutarchus scribunt. Quo autem modo extremum diem clausurit, incompertum mihi quidem: licet vetus quidam interpres in versu illo Nafonis in Ibin,

Comicus ut liquidis perijt dum nabat in vndis.

ita scribit: Menander Comicus Atheniensis dum in Piræo portu nataret, submersus est: de quo nobilissima à Græcis edita traduntur elegia, & à Callimacho epigramma. hæc ille. Eius quidem sepulchrum in Attica ostendi venientibus ex Piræo, testis est Pausanias. Laudatur cum ab aliis Menander, tum maxime à Plutarcho cum aliubi, tum in eo qui inscribitur Compendiū comparationis Aristophanis & Menandri. Laudatur & à Fabio, cuius tu Piso verba recitatio. Sic faciam, inquit Piso. Menander, ait Fabio, vel vnus, meo quidem iudicio, diligenter lectus, ad cuncta quæ præcipimus efficienda sufficiat: ita omnem vitæ imaginem expressit, tanta in eo inueniendi copia, & eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Nec nihil profectò viderunt, qui orationes, quæ Charisij nomine eduntur, à Menandro scriptas putant. Sed mihi longè magis orator probari in opere suo videtur, nisi forte aut illa mala iudicia, quæ epitrepontes, epiclesos lectos habent, aut meditationes in Sophocle & Nomothete Hypobolymæo, non omnibus oratoriis numeris sunt absolutæ. Ego tamen plus adhuc quiddam esse collaturum declamatoribus puto, quoniam iis necesse est secundum conditionem controuersiarum plures subire personas, patrum, filiorum, matrum, militum, rusticorum, diuitum, pauperum, irascentium, precantium, mitium, asperorum: in quibus omnibus mirè custoditur ab hoc poeta decor, atque ille quidem omnibus eiusdem operis autoribus abstulit nomen, & fulgore quodam suæ claritatis tenebras obduxit. Atque hæc quidem quantum ad Menandrum Fabius Quintilianus. Quæ verba cum retensuisset Piso, tunc ego inquam: Ista tu quidem Piso, ut se habent in codicibus Quintilianii: sed mendum aliquod subesse in iis grammatici existimant, id quod nec ego abnuerim. Verum in præsentia præstat alios poetas huius nominis recensere. Fuit igitur alter Menander hoc longè antiquior, & idem Comicus, de quo quid afferam plura non habeo, nisi quod à Suida & alijs grammaticis afferitur. Fuit & tertius Menander Protector cognominatus, historicus, qui Euphratæ Byzantijs filius fuit, ut idem ipse testatur, & Suidas. præter historias hic & Musarum cultor & poematum studiosus extitit. Sed & alius fuit Menander Laodiceus sophista, cuius in rhetoricis multa leguntur. Scripsit hic commentaria in Hermogenis artem, & in Minutiani præexercitamenta. Post Menandrum verò in tabulis erat poeta Diphilus, qui à Clemene Alexandrino & Eusebio Pamphili *κομικώτατος ἢ γνομικώτατος*, hoc est, maxime comicus & sententijs referatissimus vocatur. Fuit hic, ut Strabo scribit, Sinopenis, & eadem ferè ætate cum

40 Menandro floruit, fabulâq; centum scripsisse dicitur, inter quas Terentius & Donatus Synopthniscantes commemorant. eius meminuit & Plautus. Diphili versus Clemens quinto libro Stromaton celebrat de futuro iudicio, quos breuitatis causa mitto. Plautus certè sibi Diphili fabulas imitandas proposuit, id quod & Terentius annotauit. Diphili Priscianus grammaticus, & Aristophanis commentatores meminerunt: qui & illud tradunt, eum integrum poema composituisse in Bædan philosophum. decessit verò Smyrnæ. Fuit & Lynceus poeta Samius, qui & Grammaticus cognominatus est. Theophrasti hic familiaris, & Thuriidis historiographi frater, qui Sami tyrannidem exercuit. Huius Lyncei fabulas nonnunquam in suis Cœnis citat Athenæus, qui illum ait Atticas cœnas ridere. Scripsit & coquinariam artem, hoc est, *ὁ συντακτικὴν τέχνην*, quam euidam amicorum inscripsit, qui Dyson, vel, ut alij dicunt, Zenon vocabatur, ut in septimo scribit Athenæus. Floruit verò quo Menander tempore, cum quo & certauit, ipsumq; vicit, quod modò diximus. Fuerunt & duo Timoclis nomine,

Diphilus.

Lynceus.

Timocles duo.

ambo Comici: prior quidem Atheniensis, cuius fabulæ sex feruntur. Alterius patria ignoratur, cuius fabulas undecim fuisse comperi, quarum vna incerta traditur Porphyra, quæ ab aliquibus Xenarcho ascribitur. citantur ambo cum ab aliis Græcis grammaticis, tum Suida & Athenæo. Extant adhuc quâpiures Timoclis versus ex fabula, quæ inscribitur *διονυσιαῖς*, quibus ostenditur quâta in vita utilitatis sit Tragœdia: quorum versusum sententiam, si non verba, in Tragœdiæ descriptione vobis recensui. Et cum his Apollodorus Gelous poeta fuit Menandri contemporaneus, vt obiter quorundam exemplo *σύγχορον* ita Latine interpreter. Fabulas multas composuit, inter quas hæ feruntur, Philadelphi vel *ἀρχιπαιτρῶν, ἡ δὲ ἄλλοι*, hoc est, tinctores: Hieria, hoc est, sacra: Grammatodipnus, Pseudeas, Sisyphus, Aeschrio, & aliæ. Fuit verò inter primos atque præcipuos nouæ Comœdiæ poetas, à quo teste Donato Terentius Phormionem & Hecyram fabulas transtulit. Fuerunt & tres alij Apollodori, primus quidem Tarsensis Tragicus, cuius fabulas has memorat Suidas, *ἀνατολίης*, hoc est, spina percussus: *κρυοῖος*, hoc est, vt sic dicā, natiuida: Hellenes, Thyestes, Vlysses, Hicetides. Alius fuit Apollodorus Atheniensis Comicus, qui septem & quadraginta fabulas composuit, & de ijs quinquies tantum vicit. Vltimus Apollodorus fuit grammaticus, cui, vt scribit Plinius in septimo, Amphictyones Græciæ honorem habuere. Asclepiadis hic filius fuit, discipulus Panætij Rhodij philosophi, & Aristarchi grammatici, hic primus genus illud poematis inuenisse traditur, quod tragiambon appellatur. Post hos erat Philippus Comicus, qui ab Athenæo in Dipnosophistis celebratur, cuius meminit & Suidas. Queri verò solet à doctis, an hic idem sit Philippus quem mimos scriptitasse tradit Euphrades Themistius in primo de Anima, vbi Dædalum ligneolam fabrefecisse Venerem ait, quæ fusili argento infuso agitaret sese, et gestus moueret, id quod prius eodem loco Aristoteles scripserat. Idem & Sophronius in eiusdem Aristotelis libri expositione, vocaturque Philippus ipse *καμμοδοδῶος καλῶς*. Post hunc erat Philiscus Corcyraus: Philiscus tamen in peruulgatis Hephæstionis opusculis vocatur, quo in libro & eius versus adducuntur, nisi codex sit mendosus, vt alijs plerisque in locis. Sunt tamen qui malint Aeginetam fuisse. Diogenis Cynici discipulus fuit: quin & illius fabulas huic quidam ascribunt, vt non multo antè retulimus. Philotan verò patrem habuit. Tragicus fuit poeta, & Liberi patris sacerdos. Ptolemæi Philadelphi tēporibus vixit. Ab hoc ipso Philiscion carmen dictum est, eo enim frequentissime est vsus: non quòd eius fuerit inuentor, sed quòd hoc metro integra ante alios poemata scripserit: nam ante eum Simias Rhodius vsus fuerat, quod alibi diximus. Philiscum inter secundi ordinis Tragicos connumeratum legimus, qui à numero Pleias dicti sunt, vt alias diximus. Ipsius fabulæ XLII. proditæ sunt. Fuit & alter Philiscus Comicus, inter cuius fabulas hæ reponuntur, Adonis, Olympus, Iouis progenies, Panis, Mercurij, Venerts, Apollinis, & Dianæ, item Themistocles. Fuere præterea & alij hoc nomine, sed non poetæ, inter quos is, qui Alexandrum Macedonem literas docuit, per ea tempora quibus Philadelphus regnauit. Fuit & Aristonymus Comicus poeta, cuius fabulas citat Athenæus, & inter illas Solem regentem celebrat. Vixit verò vsq; ad Philopatoris Ptolemæi tēpora, vt Suidas obseruat. Præfuit & bibliothecæ Alexandrinæ post Apollonium, annos natus sexaginta quatuor. In carcere actus fuisse perhibetur, quòd ad Eumenem regem transfugere voluisset, & in eo aliquandiu detentus. anno verò LXXIIII ætatis suæ, straguria decessit, multa post se composita volumina relinquens, quæ passim à scriptoribus citantur. Fuit & Alexis Thurius poeta Menandri Comici patruus, si *πείρας* id, non auunculum significat, vt volunt quidam. Hic inter comœdias, quas multas scripsit, vnā de Pythagoræ vita, vt Gellius ait, edidit. Visus est Alexis in suis fabulis Meropide & Ancylione, Platonem diuinum philosophū carere, quod Diogenes annotauit. Illud Alexin dicere solitum accepimus, Atheniensis

nientes ideo laudari oportere, quod caeterorū Græcorum leges cauent vt à liberis parentes educentur, Athenensium verò non omnes, nisi eos qui liberos bonis artibus erudiissent. Plutarchus in eo qui inscribitur, Quomodo oporteat iuuenē audire poemata, Alexin ait de voluptate præcepta reliquisse, vnde & Athenæus eius aduocat versus de Lesbio: ait enim, poculo Lesbio nihil suauius. Alibi Pharmacopolam eius fabulam citat, in qua de ostreis & echinis agit. Gulosum quoq; ipsum, id est, ὀλοφολύου vocat Samius Lynceus, atq; ideo etiam à maledicis male audiebat. Extat Alexidis de homine dormiente gryphus: Non mortalis, inquit, neq; immortalis, sed quandam vtriusq; habēs habitudinem, vt partim neq; homo viuat, nec deus. hoc verò planius in nostro Aenigmatōn libello ad te Pice scripsimus. De Alexide & Vitruuius libro sexto meminit, & eū secutus Petrarca in ecloga de Poetis. Vixit verò Alexis vsq; ad extremam senectutem, vt est apud Stobæum. Vnde cū eum vix præ senectute incedentē quidam interrogasset, quid agis Alexi? paulatim, inquit, morior. Hic, præterea filium habuit Stephanū nomine, qui & ipse mediæ comœdiæ poeta fuisse perhibetur.

Fuit & Philostephanus poeta, cuius fabula Delius celebrat, in qua multa nobilium coquorum nomina reperiuntur. Verumenimvero quoniā de poetis Stephani nomine agimus, & Stephanum alium addemus, virū vitæ sanctitate celebrem, inter Christianos eos q; Sabbaitæ, hoc est, D. Sabbæ sectatores dicti sunt, qui & poeta fuit, vt Græci scribunt, cuius diem festum agūt quinto calend. Nouembris, & ipsius Tragœdiam de Christi domini nece quidā esse volunt. Porro Anaxippus quoq; in hac poetarū turba videbatur, nouæ comœdiæ scriptor, qui floruit tēporibus Antigoni & Demetrii cui ab evertendis urbibus Poliorcetes cognomentum fuit. Multæ verò Anaxippi fabulæ ab Athenæo recensentur, inter quas illa quæ Citharædus inscribitur, in qua coquinaria vasa colligit. Anaxippum dicere solitum accepimus, philosophos in sermone tantum sapientes, in vitæ verò actionibus insipientes. Anaxipollin etiam Thasium Plinius in naturali historia Comicum poetam facit: de illo enim sic ait: Sic quoque diu transmarina vina fuerunt in autoritate ad atavos vsq; nostros, etiam Phalerno sam reperto, sicut apparet ex illo comico versu Anaxipolis Thalij:

Quinq; Thasij vini inde depromam, falerni bina.

Huius meminit M. Varro & Columella inter rei rusticæ scriptores. Fuit & Sostheus Siculus, ex nobili Syracusarū vrbe. Sunt tamen qui Alexandrinū malint, ex ea qua in Troica est regione. Alij Atheniensem, atq; ex eis vnum faciunt, qui, vt diximus, Pleias dicti sunt, inter quos etiam Homerus iunior Byzantiæ Myrtilis filius, de quo alibi meminimus, cum quo ipse certauit. Præter fabulas Tragicas scripsit Sostheus & pedestri oratione poemata, quod Suidas obseruat, & nos plura primo sermone diximus, si memoriæ commendastis. Hic cum fortē aliquando in theatro Cleantem nobilem stoæ, id est, porticus philosophum carmine perstrinxisset, à spectatoribus è scena explosus est: tantus erat totius populi in Cleantem honos & reuerentia. floruit CLXIII Olympiade. Fuit & Sosticles Syracusius, vnus & ipse ex Pleiade Tragicus, quem à Græcis miror inter poetas numerari, qui Philippi vel Alexandri Macedonis tempore floruerunt, cum poetæ ij qui Pleias dicti, simul eodem sermē tempore claruerint. meminit & Sosticles Plutarchus, & Athenæus & Suidas. Euphron quoq; comicus post hos erat, de quo & Stobæus & Athenæus meminere. Fabulæ ipsius, Muse, Synephebi, & Theori dicuntur. Aristophonta etiam poeta celebrat Plutarchus, eiusq; fabulam Philocreten. Fuit & Posidippus poeta Cassandrus, patre Cynisco natus, qui tertio à Menandri obitu anno poeta habitus est. Triginta eius fabulæ à scriptoribus colliguntur: inter alias celebrat Athenæus Pomboscon, id est, leno alens meretricem. huius poetæ Stephanus & Harpocration meminere: in noua Comœdia clarus, atque inter primos annumeratus, cuius nomen corruptē legitur apud Gellium libro secundo Noctium Atticarū, cum

ait: Comœdias lectitamus nostrorum poetarum, sumptas ac versas de Græcis Menandro & Posodio, aut Apollodoro, aut Alexide. Ego quo loco Posodio legitur, Posidippo reposui. Alterum quoq; Posidippum epigrammatarium legimus in commentariis in Apollonium, & in Cœnis Athenæi meminit & Stobæus. Extant & pleraq; illius epigrammata, ut pulcherrimum illud de occasione, quod à multis æmulatum, à paucis est expressum. Fuit & in hac scenæ parte Polyuctus, qui ut impius & nefandus, ac semimulier, & ut Græci dicunt, Cocyti & Stygis grauis ac perniciosus foetus describitur. Comœdias verò scripsit, inter quas Heniochus, id est, auriga, numeratur, cuius meminit Suidas & Athenæus. Apud quem & Sciram (nisi forsitan corruptus sit codex) poetam Comicum legimus, Tarentinum quidem patriam eius verò generis Comœdias Sciras edidit, quæ à Græcis Italicæ nuncupatæ sunt. ea ipsius fabula citatur, quæ Meleager inscribitur, in qua ἐξ ἰσταγοῦ, aprum à Siculis vocari asseuerat. Idem ait & Lysippus, qui apud Siculos diutius versatus est. Fuit & Lysippus Tragicus, cuius tragœdias nonnullas Athenæus & Suidas colligunt. Alterum præterea Lysippum Epirotam inuenimus in Apollonij commentariis, qui de impijs ac nefarijs hominibus catalogū composuit. Et cum his poeta Lysimachus fuit, qui Comœdias scripsit. hic ex Bœotia à prima sua origine fuit, de quo Lucianus in eo, qui Vocalium iudicium inscribitur, nonnulla. Alterū Lysimachum, cuius Lycurgus orator meminit, Lyricum poetam legimus. Fuit & Callias Atheniensis, Lysimachi filius, qui à patre Schœnoploco, id est, restione, Schœnion, id est, funiculus cognominatus est. huius fabulæ feruntur Atalanta, Cyclopes, Scholazontes, Rana, Pedetæ, & quam vocauit Grammaticen Tragœdiam, cuius in gryphis Athenæus meminit, & quædam ascribit. Fuit & Menecrates Syracusius poeta, ut notat Athenæus Comicus, cuius fabulæ sunt, Manestor & Hermioneus. Alter etiam fuit Menecrates Ephesius, qui, ut est apud Varronem, carmine de re rustica scripsit. Alterum etiā Xanthium Menecratem citat Dionysius Halicarnasseus in primo historiarū, qui proditorē facit Aeneā, affertq; illius versus. Mylos etiam ab Hesychio poeta Comicus dicitur: à quo quidam prouerbium illud aiunt emanasse, Mylos omnia audiens: quod in eos vsurpatur, qui cum omnia simulent, omnia tamen auscultant: tametsi à prouerbiorum autore alia afferuntur. Erat & in hac poetarum Comicorum classe Atheniensis Metagenes, serui qui fuit filius, inter cuius fabulas Suidas reponit Auras, Mammacythos vel Mammacuthos, ut alibi ostendimus: & Philothytes, hoc est, sacrificulus: nisi sit corrupta vox, pro Philoctete: Homerus, & Ascetæ, id est, exercitatores. Post hos erat & Theodorus, qui Tragœdias plerasque composuit, ut autor est Laertius. Fuere & alij eiusdem nominis, quos & alibi recensuimus. Et cum his etiam Ariston Tragicus, cuius post alios idem meminit Laertius. hic patria Chius fuisse dicitur, & in Menestenum virum fortissimum Tragœdiam scripsisse, ut Plutarchus autor est: quare, inquit, communi Atheniensium consensu vrbe pulsus est. Aristonis huius Chij, scribunt grammatici quidam, quod cum cogitabundus fortè per syluam incederet, serpentem ex arbore decidisse, cuius ille folia percusserat, manum mordisse, quo vulnere eum mortuum tradunt, illudque Ouidij ad hanc historiam referunt,

Vix lyre vates fertur perijisse seueræ,

Causa sit excidij dextera læsa tui.

Nam quod Aristonem alterū quidam perhibent, qui quum versus contra Athenas scripsisset, inedia vitam finire publico decreto coactus sit: ad quod carmen illud Ouidij referunt,

Vtue parum stabili qui carmine læsit Athenas,

Inuisus pereas deficiente cibo.

falsum putatur; ibi enim Meuium poetam maledicum intelligunt; de quo suo loco

- Nothippus.** Fuit item Nothippus poeta Tragicus, qui ab Hermippo & Athenæo inter helluones & ganeones connumeratur, atq; ideo Opsophagus cognominatus.
- Euangelus.** Fuit & Euangelus Atheniensis Comicus, qui mulierum mensas quatuor, virorum verò sex esse debere cecinit, in ea fabula quæ Acalyptomene inscripta est, cuius quoq; versus quidam senarij extant. Fuit & Dioxippus Atheniensis Comicus, cuius fabulæ feruntur fuisse Philargyrus, Diadiazomeni, Histo: iographus, & Antipornoboscos. Item Epinicus Comicus celebratur, cuius fabula Hypoballomene, vt notat Athenæus. Fuit etiam Callistratus Atheniensis Comicus, qui maxime æmulatus est Aristophanem. Polyzelum quoque poetam reperi, cuius fabulæ Niptra, Musarum generatio, Dionysij, Veneris, & alia. Fuit & Pythangelus Græcus, Tragœdiæ poeta flagitiosus & ignobilis, sed cuius Græci meminere grammatici.

Atque hæc hactenus quidem de Græcis huius ordinis poetis, tametsi multò fuit numerosior eorum turba: sed quid nos prohibet, præsertim quò seruum dici iam instet, reliquam horum turbam, ne facem dixerim, missam facere? Rectè tu quidem, ait Piso: nam præter nomina & vocabula, iam dudum nihil aliud ferè dicere videbare. Atque hæc cum dixissemus, nos ex hortis exiimus, & in oppidum sumus ingressi.

20

LILII GREGORII GYRALDI FER- RARIENSIS DIALOGVS TERTIVS

DE HISTORIA SCENICORVM POETARVM

Latinorum, ad illustrissimum HERCVLEM

Bentiuolum Præfatio.



M iam apud Græcos, mi Hercules suauissime, scena declinare cœpisset, tum apud Latinos cõstrui cœpta est: quo enim tempore apud nos Livijs Andronicus primum fabulas docere cœpit, Sophoclis & Euripidis mors annis plus minus centum & sexaginta præcesserat: Menandri verò plus quàm quinquaginta duobus, vt ex annalibus docet Gellius. Ita profectò rebus in omnibus natura comparatū videmus, vt nūquam eodem loco res vlla sub cœlo æterna perennet. Videmus non modò regna atque imperia immutari, sed & hominum inuenta & artes mutationi esse obnoxias: peregrinantur hæc quoque, & ad exterarum nationes transeunt. Et ne longè repetam quæ à rerum scriptoribus summisque philosophis produntur, qui eadem ratione flumina, maria, terras, montes ipsos temporum spatij paulatim immutari affirmant, adeò vt plerunque vbi substitere maria, terras emeruisse, vbi flumina, campos & montes in valles subsidisse legerimus, & contra: sic vtrique etiam in literis & disciplinis, bonisque cæteris artibus. Siquidem primum has in Orientis partibus apud barbaros floruisse, locupletissimi sunt testes: dein Græciam translatae sunt, demum & apud Romanos & Italos sunt exultæ. Simili modo & Poetica ipsa serius ad nos quidem deducta. Non ausim hoc loco id dicere, quod Marcus Tullius ad Brutum in Tusculanis, omnia nostros aut inuenisse per se sapientius quàm Græcos, aut accepta ab illis fecisse meliora: non inquam ausim: sed id dicam tamen, nostra non indigna esse, quæ sua gravitate, cum eorum arguta leuitate & illecebra conferantur. Verum hoc in præsens nostrum non est institutum, qui poetarum vitas tantum colligimus: quod quidem si fortè cupis, à Cicerone petes, à quo pridem, nec semel, hoc ipsum disputatū est. Interea te ornatissime Hercules rogamus, dum nos Latinæ scenæ poetas recensemus, vt æquo animo nobis adesse velis, erit (vt spero) non ingrata lectio:

ta lectio: nec interea te à nostris auocent abdita & à vulgo semota, quibus nūc operam impendis, artes: nam & hæc nostratia suos in tempore mites fructus afferre solent.

INSEQUENTI igitur die cum præstituta, vt moris erat, hora conuenissemus, & me Pilo & Picus puer attente expectarēt, ego sic cœpi: Iamdudum poetarum imagines, qui apud Latinos in scena claruerunt ordo & tempus vt referamus postulant: quorum haudquaquam tanta erat multitudo, quanta Græcorum fuit: sed tamen & hoc loco Græcos nonnullos commemorabo Latinis immixtos, pro temporum scilicet ratione, quibus floruerunt: nam & hūc ordinem

10 Cicero & Hieronymus, aliique seruauere, qui vitas virorum illustrium conscripserunt. Sed rem ipsam iam aggrediar, attendite. Primus igitur inter Latinos scenæ poetas fuit *Liuius Andronicus*, qui, vt Cicero & Gellius scribunt, apud Romanos primus fabulam docuit, *Q. Claudio Cethego Appij Cæci filio, & M. Sempronio Tuditano C O S S.* anno ipso antequam natus est Ennius. *M. Catō* apud Tullium: Vidi, inquit, etiam senem *Liuium*, qui cum septem annos antequam ego natus sum fabulam docuisset Cethego Tuditanōq; C O S S. vsque ad adolescentiam meam processit: post Romam autem cōditam annis D. plus minus, non C C C C. vt perperam quidam legunt apud *M. Tullium*, & post *Sophoclis* & *Euripidis* mortem annis plus ferè centum & sexaginta, post *Menandri*

20 verò annis circiter quinquagintaduobus. Est tamen inter scriptores de *Liuij* tempore ac annorum numero controuersia, teste *Cicerone*, qui rem hāc diligentissimè perpendit in eo, qui *Brutus*, vel de claris oratoribus inscribitur: docuisse enim fabulam *Liuium Actio* placuit, *C. Cornelio, Q. Minutio C O S S.* ludis *Lutatius*, quos *Salinator Senensi* prælio vouerat: in quo tantus error *Actij* fuit, vt his C O S S. triginta annos natus *Ennius* fuerit. In quem etiam errorem, vt mihi quidem videtur, lapsus est *Eusebius*, vel qui eum vertit *Hieronymus*, qui in libro de temporibus, *Næuium* & *Plautum* ante *Liuium* commemorat: quē quidem *Liuium* ita à *Liuiō Salinatore* amatum tradit ob ingenij meritum, cuius & liberos erudiebat, vt ab eo cum prius seruus esset, libertate & familia donatus

30 sit. *Suet. Tranquillus* ait, Latinas fabulas primū à *Liuiō Andronico* scriptas esse ad cunctas res, etiam cum ipse poeta & actor suarum fabularū fuerit. Idem *Donatus* & *Diomedes* ferè. *Valerius* verò *Maximus*: Paulatim, inquit, deinde ludicra ars ad Satyrarum modos perrexit, à quibus primus omnium poeta *Liuius* ad fabularum argumenta spectantium oculos & animos transtulit: isq; sui operis actor, cum sapius à populo reuocatus vocem obtulisset, adhibito pueri & tibicinis concentu, gesticationem tacitus peregit. *Donatus* item incertum esse scribit, quis primus inuenerit apud Latinos poemata: certum tamen, inquit, est & *Tragœdiam* & *Comœdiam* *Liuium Andronicum* reperisse, qui ait *Comœdiam* esse quotidianæ vitæ speculum. *Fabius* verò *Quintilianus*: Nihil,

40 inquit, in poetis supra *Liuium Andronicum* habemus. Scripsisse & epos quoque *Liuium*, testis est *Diomedes grammaticus*, his verbis: Epos, inquit, primus dignè scripsit *Liuius is*, qui Romanorum gesta octo complexus est libris, qui & *Annales* inscribuntur, quòd ferè singulorum annorum actus contineant. Sed videndum plerique aiunt, ne in iis *Diomedis* verbis pro *Liuiō Ennium* legendum sit, vel alius fuerit *Liuius*. Composuit & hymnos in deos, ex quibus de *Diana Maurus Terentianus* versus miros affert. Scripsit & *Odyssæam*, ex qua præter alia illud circumfertur:

At celer hasta volans perrupit pectora ferro.

Frequenter omnino *Liuij* versus citantur à scriptoribus, *Gellio*, *Macrobio*, *Terentiano*, *Nonio*, *Prisciano*, aliis. *Titus Liuius* & *Valerius Maximus Andronicum* prodidere versus fecisse in honorem *Iunonis regine*, qui à ter nouenis puellis per urbem celebrati fuere, data (vt aiunt) per manus reſte. Huiusmodi quoq; versus ad expianda prodigia, *P. Licinius Tegula* post etiam condidisse dicitur:

idque

idq; factum ex decemuirali responso, T. Liuius libro XL scriptum reliquit. Sed quæ ab Andronico facta diximus, Sextus Pompeius, & quos paulò antè citauimus, historici, secundo bello Punico facta scribunt, quo tempore, vt Licinij verbis vtar, Musa pennato gradu intulit sese bellicosam in Romuli gentē. cum verò prosperius res populi Romani geri cœpta esset, publicè in Auentino ædes Mineruæ cōstructa fuit, in qua liceret scribis (sic enim antiquitus poetæ eodem Pompeio autore vocabantur) & histrionibus consistere, ac dona ponere in honore Liuij, quia is etiam & scribebat fabulas & agebat. Sanè Liuius, cum prius seruus esset, Andronicus vocabat: donatus libertate, Andronicus ex nomine cognomen factum est: id quod & Cæcilio Statio cōtigisse paulò post dicemus. 10
Hinc de Liuiō ita Terentianus:

Liuius ille vetus gratio cognomine suæ.

αὐτὸς ἐνικὸς enim, vt videtis, Græca est dictio: nam à Liuiō Salinatore, & Liuij nomine & libertate donatus est, id quod in Temporibus, quod modò dicebamus, innuit Eusebius: nisi & vos eorum fortè admittatis de prænomine, nomine & cognomine opinionem, cōtra antiquorum grammaticorum definitionē, quos ego ea ratione non refello, quòd scriptorum quorundam veterum pro ipsiis stare videt̃ autoritas. Atq; hætenus vobis, quæ in præsentia de Liuiō memini, recensui. Fuit & alter Andronicus poeta tempore Iuliani Cæsaris Imperatoris, qui, vt Marcellinus scribit, studiis liberalibus & carminum splendore notus, nihilominus accusatus, & in iudicium adductus, cum secura & intrepida mente nullisq; suspicionibus vrgeretur, purgando se semper & obiecta diluendo fidentius, absolutus est. Fuit & grammaticus Andronicus celebris, qui Syrus cum esset, Romæ docuit, dein Cumis agens in ocio vixit. eius vitam Suetonius est executus. Sequebatur Liuium Cn. Næuius poeta Campanus, cui in Comœdia tertias suo carmine Sedigitus Volcatius attribuit. Fabulas Næuius tum primum docuisse dicitur, cum Spurius Carbilius Ruga cum vxore fecit diuortium. M. Varro in libro de poetis primo, eum stipendia fecisse ait bello Punico, idq; ipsum Næuium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit. At verò M. Tullius eadem tempestate fuisse ait, qua M. Cethegus ille, 20 30

Cn. Næuius.

— Qui dictus ollis popularibus olim,
Qui tum viuebant homines, atque æuum agitabant,
Flos delibatus populi, suadæq; medulla.

vt Ennius cecinit. Hoc ipso Cethego & Tuditano COSS. bello Punico secundo, anno planè CLX. ante M. Tullium COSS. vt in veteribus commentariis scriptum est, Næuius est mortuus: quanquam Varro, vt ait Cicero, diligentissimus inuestigator antiquitatis, putat in hoc erratū, vitamq; Næuij producit longius. Scribit Eusebius, CXLIII Olympiade in Vtica Aphricæ Næuiū diem obiisse, cum eò pulsus esset factione nobilissimā, & præcipuè Metelli & Scipionis Aphricani, quos ipse odio est insectatus, & suis versibus satyricè perstrinxit: Fato, inquit, Metelli Romæ fiunt consules. Contrà Metelli quoq; vt est apud Attilium, à Næuiō aliquoties laceffiti, in eum hoc Saturnio carmine luserunt: 40

Malum dabunt Metelli Næuiō poeta.

cuius rei & Asconius & Terentianus meminere. De Scipione verò etiā inquit: Qui res magnas manu sæpe gessit gloriosè, cuius facta viua nunc vigent, qui apud genteis solus præstat, eum suus pater cū pallio vnà ab amica abduxit. Præter Comœdias & Tragœdias composuit & bellum Punicū Næuius, quod Suetonio teste, C. Octavius Lampadio, cum esset vno volumine contentum, in septem libros diuisit. Scripsit insuper & epigrammata, vt docet Gellius. At verò cum ob assiduam maledicentiam & probra in principes ciuitatis de poetarum Græcorum more dicta, in vincula Romæ à triumuiris coniectus esset, fabulas Laureolum & Leontem composuit, quibus delicta sua & delictorum petulan-

petulantias, quibus plerisque antea læserat, diluit: vnde postea à tribuno plebis è vinculis exemptus est. Numerus fabularum Nævii haud quidem à scriptoribus traditur: vt ex diuersis tamē colligitur, viginti ferme fuisse reperiuntur. Est quoque traditum, ipsum sibi suum epigramma funeris, superbiæ quidem Campanæ plenum composuisse: quod testimonium (inquit Gellius) iustum esse potuisset, nisi ab ipso dictum esset:

Immortales, ait, mortales si foret fas flere,

Flerent diuæ Camœnæ Nævium poetam.

Itaque postquam est Orcino traditus thesauro,

10 *Obliti sunt Romæ lingua Latina loquere.*

Eo autem facetiarum genere Nævium usum esse, quæ præter expectationem & ambiguū, risum mouent, testis est M. Tullius, cuius & illud affert: Vt apud Nævium, inquit, videtur esse misericors ille, qui iudicatum duci videt, percontatur ita, Quanti addictus: mille nummum. Si addidisset tantummodo, ducas licet, esset illud ridiculi præter expectationem: sed quia addidit, nihil addo, ducas licet, addito ambiguo altero genere ridiculi, fuit, vt mihi quidem videtur, falsissimus, ait Cicero: qui & alibi hoc etiam ponit. Cum enim cuiquam videretur velle remedium aliorum ostendere, Sapiens, inquit, si algebis, tremes. dum enim ille expectaret remedium, si algebis, ait, tremes. At huiusmodi plenum Nævium fuisse, idem scribit Cicero: quo loco tamen vetusti nonnulli codices Nouium, non

20 Nævium, scriptum habent. Fuit autem Quintus Nouius & ipse poeta Comicus, & probatus Attelanmarum fabularum scriptor. citantur pleræque huius Nouii fabulæ à Marcello, & aliis grammaticis. Macrobius hoc illius affert carmen,

Cum expectata veniunt septem saturnalia.

Secus Nævium M. Actius Plautus erat, qui aliquo cum Nævio tempore vixit, 30 *Plautus.* est verò Plautus appellatus, vt Sex. Pomp. ait, quòd hi qui plani sunt pedibus, Ploti primum, mox Plauti vocati sunt. vnde ait, Actius poeta, qui Vmber Sardinias erat, à pedum planicie initio Plotus, postea Plautus est dictus. Sanè (hoc vobis nunc semel dixerim, ne repetendum sit sepius) vario modo scribi video hoc

30 nomen Actius: quidam enim per et notant, quasi ab agendo Actius dicatur: alij duplici e c, Accius, ab a cca videlicet: demum alij duplici t t, Attius, ab Atty Troiano, quod innuit Vergilius, & memini me sæpius in marmoribus & vetustis nominatum inscriptionibus obseruasse: vt Victorinum mittam id Orthographiæ libello præcipientem, & Græca Dionis exemplaria. Sed & nomen Attys Phrygis pueri, apud Græcos ætæ scriptum sæpius est videre. Ego nihilominus, quoniam ita pridem à magistris puer institutus fui, Actium scribere perseverabo. Fuit igitur Actius Plautus patria Sardinias, quod Umbriæ est oppidum, vt Hieronymus & Festus obseruant, id quod & ipsemet subiunxit alicubi in Mostellaria fabula. Floruit verò in scena, teste Gellio, anno ferme x v postquam bellum Punicum secundum inceptum est, cum iam Romani Pœnos ipsos vincere ceperant, id quod innuit ipse in Pœnulo his verbis:

Vincite, vt fecistis antehac, & Pœni victi pœnas sufferant.

In fabulis componendis et si alios Græcos est imitatus, Diphilum & Philemonem, alios, vt vel ex ipso facile est videre, tamen Horatii Flacci sententia, Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi dicitur. Quæstum quoque in fabulis fecisse dictus est, adeò vt etiam mercaturam exercere voluerit: quæ cum ei male cessisset, pecuniàmque omnem perdidisset, Romam inops reuersus, ob querendum victum ad circumagendas molas, quæ trufatiles appellantur, operam pistori locauit: tamen apud Eusebium Hieronymus id annonæ caritate fecisse prodiderit, ipsumque ait Gellius fabulas in pistrino scripsisse, Satyrionem, Addictum, aliàmque, cuius nomen nec ipse rerulit. Anno verò vigesimo Plautus, vt M. Cicero obseruat, post Cethegi & Tuditani consulatū, P. Claudio et L. Portio c o s s, Catone Censore, mortuus est, non multò post Ennium, Olympiade videlicet

delicet CXLV. epitaphiumq; sibi ipse composuit, quod à Marco Varrone in libro de Poetis positum affert Gellius:

*Postquam est morte captus Plautus,
Comœdia luget, scena est deserta,
Deinde risus, ludus, iocusq; & numeri
Innumeri simul omnes collachrumarunt.*

De numero verò fabularum Plauti dubitatum est. Seruius ait ab aliquibus viginti & vnam existimatas, ab aliis quadraginta, à nonnullis centum. Varro quidem & ipse viginti & vnam legitimas prodidit, quæ & ab eo Varroniana cognominata fuerunt. Sed Lælius homo eruditissimus, eas quinque & viginti existimavit. Gellius verò sua ætate centum & triginta ipsius Plauti nomine circumferri tradidit. Sed enim Varro in libro de Plautinis Comœdiis quasdam enumerat quæ non Plauti sunt, sed M. Aquilij, vt ego lego, quod alij M. Accij, id quod M. Acutici perperam apud Gellium legitur. Subiungit idem Plautinum quempiam Comœdiarum poetam fuisse, cuius fabulæ, quod Plautij inscribebantur, acceptæ fuerunt quasi Plautina, cum essent non à Plauto Plauting, sed à Plautio Plautiana. Alij quidem illas non Plauti fuisse, at veterum quorundam poetarum, ab eoque retractatas ac refarctas nomen Plauti recepisse: quod mihi vix verisimile videtur, nullis celebratis poetis ante Lirium & Ennium. Tanta verò autoritatis apud antiquos fuit Plautus, vt Quintilianus Varronem scripsisse affirmet, Musas Epij Stolonis sententia Plautino sermone locuturas fuisse, si Latine loqui voluissent. Cicero mirum in modum, vt scitis Plautum commendat. Volcatius vir in poetica illustris, secundas in Comœdia Plauto attribuit. Macrobius Plautum ait in iocorū venustate præcelluisse: vt alios penè innumerabiles hoc loco mittam, qui Plautum summis laudibus prosequuntur: quorum me mouet autoritas, vt non tam facile cum Horatio sentiam, qui eum, eosque qui illum laudare, his versibus perstringit:

*At vestri, inquit, proavi Plautinos & numeros, &
Laudauere sales, nimium patienter vtrunque, Ne dicam stultè, mirati.*

Ego utique (vt vobiscum quod sentio loquar) non inficias ierim, pleraque in Plauti fabulis legi, quæ si è scena non exciperentur, fortassis frigida, & in numerum redigenda forent. Sed nunquid ego cum Horatio poeta tanti iudicij in poetica, quanti hætenus quisquam alius, nunc certem? minimè: vtram vos in partem velitis inclinate, idq; sine piaculo. Summæ certè doctrinæ & æstimationis viri in re literaria, commentaria in Plauti fabulas composuere, M. Varro, L. Sisenna, & Asper, alijq;: & nostra hæc ætate quidam sanè bene docti: quin & hodie video elegatissimos & doctissimos homines amicos meos libentissimè in eius poetæ lectione, post grauiora studia, conuiuiscere. Sed de Plauto hætenus: quem sequebatur Statius Cæcilius poeta, vt scribit Gellius, Comœdiarum inclitus. hic quidem genere seruus: Statij quippe nomen apud antiquos seruile fuit, & perinde apud veteres pleriq; eo nomine serui fuere: postea id nomen verum est in cognomentum, vt paulo antè de Lirio quoque Andronico diximus, & appellatus est Cæcilius Statius. Floruit verò in scena Cæcilius, vt notat Eusebius, C L Olympiade: quo etiam tempore Cato Portius, vt ipse fateatur apud Ciceronem in dialogo de Senectute, quo loco eius fabulam Synephebos, id est, coadulescentes commemorat. Fuit verò Cæcilius natione Gallus, & vt cum Crinito nonnulli interpretati sunt, ex vrbe Mediolani. Contubernalis primùm fuit Cæcilius Ennij poetæ, eodè que quo ille anno & ipse mortuus est, & iuxta Ianiculum sepultus. Volcatius quidem Sedigitus palmam Cæcilio inter Comicos Latinos suo carmine statuit: ita enim cecinit,

*Multos incerto certare hanc rem vidimus,
Palmam poetæ comico cui deferant,
Eum me iudice errorem dissoluam tibi,*

Statius.

Contrà

Contra vt si quis sentiat, nihil sentiat.

Cæcilio palmam statuo de Comico.

Cui planè assentiri non videtur Fabius Quintilianus, vt qui dicat Latinos in Comœdia claudicare. Gellius quoque monstrat cum ex alijs fabulis, tum maximè ex Plotio, longè Menandro inferiorem fuisse Cæciliū in eius transferendis fabulis, minimèque illum assecutum transmarinam illam Menādri Venerem. Scribit D. Hieronymus, Terentium cum Andriam composuisset, antequam Aedilibus venderet, Cæcilio eam legisse, qui Terentij ingenium elegantiamq; miratus est. Idem scribit & Donatus, licet id perperam legatur in peruulgatis codicibus. Fabulas verò plures Cæciliū docuisse videmus, adeò frequentes à scriptoribus citantur. Horatius Cæciliū grauitate præstare ait. Quem sequebatur P. Terentius Apher ex Carthagine, vt ait Donatus, qui quòd ipsius vitam copiosius perscribit, eò ego vobis illam pressius referam. Fuit ergo Terentius libertinus, vt Metius scribit, vel, vt scribit Donatus, Terentij Lucani senatoris seruus, à quo ob ingenium, & formā non institutus modò liberaliter, sed & maturè manumissus. Paulus Orosius captum existimat his verbis: Scipio, inquit, iam cognomento Africānus, triumphans vibem ingressus est, quem Terentius, qui postea Comicus fuit, ex nobilissimis Carthaginensibus captiuis pileatus, quod indultæ libertatis insigne fuit, triumphantem post currum secutus est. quam

Terentij.

opinionem præter alios etiam ille secutus est, quisquis fuit, qui Terentio epitaphium condidit:

Natus in excelsis tectis Carthaginis altæ,

Romanis ducibus bellica præda fui.

quam rem Donatus improbat, nec fieri vllò modo potuisse, Fenestellam docere ait, cum in fine secundi belli Punici, & ante initium tertij natus sit & mortuus Terentius. Declarat & T. Liuius & Valer. Maximus, eum non fuisse Terentium poetam qui ductus fuerit in triumphum: eum enim Terentium Culleonem quēpsam fuisse aiunt, Romanum senatorem, qui per aliquod tempus captiuis in seruitute apud Pœnos fuerat. Neque etiam si à Numidis aut Getulis Terentius captus esset, ad ducem Romanum peruenire potuisset, nullo commercio inter Italicos & Aphros adhuc cœpto, nisi post deletam Carthaginem. Hic verò poeta Terentius Romæ cum multis ex nobilioribus familiariter vixit, sed maximè cum Scipione Africano & cum Lælio, quibus etiam corporis gratia, & ætatis flore, vt Portius ait, conciliatus existimatur: quod & ipsum Fenestella arguit, contendens vtroque natu maiorem fuisse, quod & Santra credidit, vt mox dicam. Corn. Nepos equales fuisse tradidit. Hanc tamen suspensionem Portius poeta suis versibus auxit, qui apud Donatum leguntur. Scripsit in primis Comœdias sex, quæ habentur: quarum quidem duæ Phormio & Hecyra ab Apollodoro, quatuor reliquas à Menandro transtulit: quarū primam Andriam cum Aedilibus daret, iussus est eam antè Cæcilio recitare, vt ex Hieronymo didicimus, non Cærio, vt passim apud Donatum legitur. Adiutum Terentium in fabulis scribendis à Scipione & Lælio constans fama est, quam & ipse auxit, quòd nisi leuiter se tutari in Adelphorum prologo visus est: idque ea causa fecisse fertur, quia sciebat Lælio & Scipioni hoc nō ingratum esse. Quintus etiam Memmius in oratione pro se, P. Africānum ait à Terentio personam mutuatum esse, vt quæ domi luserat, ipse nomine Terentij in scenam deferret. Valgius idem suo carmine innuit. Nepos item Cornelius Lælium ait, cum in Puteolano esset, quedam recitasse à se facta carmina, quæ in *avbōli mōx pūlo* leguntur. Cicero quoque ad Atticum quadam epistola, Terentij fabulas propter elegantiam sermonis à multis ait existimatum à Lælio scriptas. nihilominus grammaticus Santra, alios ait Terentio potius operam præstitisse in Comœdijs scribendis, quam Lælium & Scipionem, quòd hi runc temporis admodum iuuenes essent: nominatque inter hos qui viuerent, Sulpitium Gallum, Q. Fabium Labeonem, & M. Pompe-

lium, qui ea tempestate grandiores natu, & poetæ, & clarissimi ciues haberentur. Post verò sex editas iam fabulas, quæ in manibus habentur, quintum & trigésimum egressus annum, causa euitandæ opinionis, quia videbatur aliena pro suis ædere, in Græciam nauigauit: alij tradunt, vt Græcorum instituta ac mores perciperet, quos perinde in fabulis exprimeret. De morte etiam varia traduntur. Q. Consentius eum redeuntem e Græcia in mari perijisse dicit, cum centum & octo fabulis conuersis à Menandro. Alij Romam redijisse eum prodidere, & ob amissas fabulas tædio & morbo confectum. Alij mortuum esse in Arcadia Strymphali sinu Leucadiæ, morbo implicitum dolore ac tædio amissarum fabularum, Cn. Cornelio Dolabella, & M. Fuluius nobiliore Coss. Id quod & Aufonius subinnuit, cum ait:

— Sex dramata fabellarum

Arcadiæ medio qui iacet in gremio.

Volcatius mortuum cecinit cum in Asiam iter faceret: vbi nauem conscendisset, nunquam visum amplius. Fuisse autem statura Terentius dicitur mediocri, gracili corpore, colore fusco. Filiam reliquit, quæ equiti Romano nupsit. Hortos viginti iugerum via Appia habuit ad Martis villam. quam ob causam Portium reprehendit Donatus, qui ad eam redactum inopiam suo carmine dixerat, vt ne domum quidem conductitiam haberet. Afranius poeta, cuius infra imaginem videbimus, Terentium omnibus Comicis præfert, scribens in Compitalibus,

Terentio non similem dices quempiam.

Volcatius autem, vt est apud Gellium & Donatum, non solum Nauius & Plautus & Cæcilius, sed Licinio quoq; & Attilio indignè (vt mihi quidè videtur) postponit. Terentium etiam permagni fecit M. Tullius: eius enim fabulas pro pugilari habuisse, ex ipso Cicerone didicimus: sciam licet aliter ab alijs locum eum exponi solere. Citat & Donatus eiusdem Ciceronis poema, cuius titulus Limon, in quo de Terentio hos legi versus ait:

Tu quoq; qui solus lecto sermone Terenti.

Conuersum expressumq; latina voce Menandrum

in medio populi sedatus vocibus effers,

Quid, quod come loquens, ac omnia dulcia dicis?

Afferuntur & ab eodè Donato Cæsaris versus, quos in Cæsaris imagine recensimus. Alia etiam colliguntur de Terentio, quæ in præsentia missa facio. Tunc ad me Piso: Nos verò, inquit, nunc illud à te Lili expectamus, vt nobis planè edisseras, cum duo tantum ex tot antiquis Comicis Latinis supersint, Plautus scilicet & Terentius, vtri magis dandam esse operam: Quibus ego: Virgetis me nimis, inquam: ipse vobis tabularum imagines referre, non poetas ipsos, nisi quadantenus, censere ac æstimare, sponondi. dicam tamè hoc tantum vobis, Si nitorem puritatemq; sermonis, & linguæ castitatem cupimus, Terentium longè preponendum: si iocos, facetosq; sales, & populi plausum, præstare Plautum: tamen in Plauto omnia hæc impatienter tulit Horatius, vt antè diximus. Sed enim uero amicus meus vir sanè doctus ac eloquens, duos hos poetas ita contulit, vt nulla parte cum Terentio Plautum comparandum pronunciarit, atque eo nomine acrius in Volcatium Sedigitum inuectus est: quod omne ab eo rectè factum nec ne, non sanè definitio. Sed de Terentio iam satis.

Fuit & in hoc poetarum genere Terentius Fregellanus libertus, de quo Metius & Donatus meminere. Fuit & Q. Fabius Labeo, cuius supra meminimus. Alter ab hoc fuit Actius Labeo, qui, si Cornuto, vel (vt quidam malunt) Probo in Persij commentarijs fidem præstemus, poeta fuit indoctus, illis temporibus, quibus Flaccus Persius Satyricus: qui que Iliada Homeri versibus foedissime in Latinum vertit, ita quidem obscure, vt nec sua ipse agnosceret. Pleraque alia de hoc

Terentius
Fregellanus.
Q. Fa. La-
beo.
Actius La-
beo.

hoc Persij expositores. Fuere & alij Labeonis nomine nuncupati, inter quos ille magis insignis Labeo Antistius & consultus iuris, & aliarum doctrinarum apprime eruditus, qui Augusti temporibus claruit, cuius crebra apud scriptores mentio. Cum Labeone fuit M. Pompilius, ambo viri consulares, & poetæ etiam habitij hsdem temporibus, quibus in scena florebat Terentius: quin & in scriptitandis fabulis Terentio opem ferre consueverunt, si Santra ac quiescimus: cuius rei nomine à Luscio Lauinio, vt Hieronymus & Hieronymi magister Aelius Donatus tradunt, malè Terentius audiebat.

M. Pompilius.

Hic est Luscius (opinor) ille, quem nono loco inter Comicos reponit Seditus Volcatius, cuius & Gellius meminit. Inter Luscij quas fabulas docuit, Thesaurus à Terentiano memoratur, cuius etiam fabulæ argumentum Donatus in Eunuchorecitat. Romæ domum Luscius possedit eam, quæ regis Antiochi filij fuerat, vt Pædianus Asconius scriptum reliquit. Sunt tamen inter eruditos, qui ex D. Hieronymi scriptis huius poetæ nomen Lucium, non Luscium proferant. ego super hoc nihil vobis certi affero. Duo post hos Tragici insignes fuerunt, M. Pacuuius, & L. Actius, quorum grandior natu Pacuuius Brundusinus fuit, Ennij sore genitus, vt scribit Plinius, vt verò Eusebius, ex filia nepos: qui Romæ quoad vixit, picturam exercuit. Aedem quidem Hercules in foro Boario picta à Pacuuiopoeeta, celebrat Plinius libro naturalis historix xxxv. qui & illud, propter Pacuuium, ait, picture artem clariorem Romæ factam, gloria scenæ. Senex verò & morbo grauis Tarentum migravit, vbi propè nonagenarius diem obiit, Olympiade (vt Eusebius scribit) CLVII. composito sibi prius epigrammate verecundiæ pleno, & vt ait Gellius, digno eius elegantissima grauitate:

Luscius.

Pacuuius.

*Adolefcens tametsi properas, hoc te saxum rogat,
Vt se aspicias, deinde quod est scriptum legas.
Hic sunt poetæ Pacuuij Marci sita ossua.
Hoc te volebam, nescius ne es sis, vale.*

Est in epistola Valerij cuiusdam ad Ruffinum de Pacuuiohistoria, quam hoc loco vobis referre placet. Pacuuius, inquit, flens, ait Actio vel Ario vicino suo: Amice, arborem habeo in horto meo infelicem, de qua prima vxor mea se suspendit, postmodum secunda, iam nunc tertia. Cui Arius: Miror te in tot successibus lachrymas inuenisse. Et iterum: Dei boni, quot tibi dispendia arbor illa suspendit: & tertio: Amice dede mihi de arbore illa furculos quos seram. Hec ille: quibus verbis historiam planè percipietis, quæ in ridiculis est à M. Tullio posita, libro de oratore secundo: Salsa sunt etiam, inquit, quæ habent suspicionem ridiculi absconditam, quo in genere est illud Siculi, cui cum familiaris quidam quereretur, quod diceret vxorem suam suspēdisse se de ficu, Amabò te, inquit, da mihi ex illa arbore quos seram furculos. Sed de Pacuuiio iam satis, quem apud Ciceronem suum amicum & hospitem fatetur Lælius. Citatur à grammaticis huius fabulæ pleræque. Nunc de Actio agamus. L. igitur Actius Serrano & Mancino Coss. parentibus libertinis natus, & sene iam Pacuuiio floruit. Fundus fuit Actianus ab eo, vt ait Eusebius, iuxta Pisaurum vocatus, quia illuc ipse cum alijs colonis deductus fuit. Actius ait, vt refert Cicero, hsdem Aedilibus (non Aedibus, vt plerique scribunt) se & Pacuuium docuisse fabulam, cum ille Lxxx. ipse xxx. annos natus esset. Sunt codices qui de numero euariant: quos ego emendatiores existimo, sum secutus, quando & Gellius scribit, Cum Pacuuius grandiam ætate & diutino corporis morbo affectus, Tarentum ex vrbe Roma concessisset, Actius tunc haud paruo iunior proficiscens in Asiam, cum in oppidum venisset, diuertit ad Pacuuium, comiterq; inuitatus, plusculisque ab eo diebus retentus, Tragœdiam suam, cui A treus nomen fuit, desideranti legitum Pacuuium dixisse aiunt, sonora quidem esse quæ scripsisset & grandia, sed videri ea

L. Actius.

tamen sibi duriora paulum & acerbiora. Ita est, respondit Actius, uti dicis: neque eius sane me poenitet: meliora enim fore spero quæ deinceps scribam. nam quod in pomis est, itidem, inquit, esse aiunt in ingenijs: quæ dura & acerba nascuntur, post sunt mitia & iucunda: sed quæ gignuntur statim vieta & mollia, atque à principio sunt viuida, non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur visum est in ingenio, quod dies atque ætas mitificet. Hæc utique totidem verbis ex Gellio, quibus præter historiam multa notatione dignam, videtis Actium etiam Pacuuium longè iuniorem. Fuit is quoque populo Romano gratus, adeo ut eum qui L. Actium contumeliosè nominauerat, P. Mutius condemnarit. Puffillæ insuper & breuis stature Plinius Actium fuisse ait, nihilominus sibi in æde Camænarum maxima forma statuam poni curauit. Actium aiunt interrogatum, cur causas non ageret, cum apud eum in Tragædijs tanta vis esset: optimè hanc scribit Fabius reddidisse rationem, quod illic ea dicèntur quæ ipse vellet, sed in foro essent dicturi aduersarij quæ ipse minimè vellet. Amatus etiam in tantum Actius à Decio Bruto fuisse dicitur, ut Actianis versibus templorum & monumentorum frontes & aditus exornare consueuerit, ut autor est Cicero: qui & alio loco ipsius Decij familiarem fuisse scribit, seque de Bruti eloquentia ab ipso Actio didicisse: quæ quidem Ciceronis verba me de temporis ratione ambigere vsque adeo faciunt, ut aliquando alterum hunc Actium à priore fuisse autumarim, ut hic vobis statim subiiciam, id quod parum alij animaduertè. Sed, ni piget, & tu Piso recita, quam de Pacuuium & Actio censuram fecit Fabius Quintilianus. Id quidem Lili, libenter agam, respōdit Piso, si tu nobis prius de isto Actio, quem alterum à priore aliquando putasti, quæ te mouebant, attuleris. Id agam scilicet, ut & vos eodem mecum errore ducamini, si vobis minus tempora vtrique conuenire videbuntur. Alter igitur hic L. Actius à priore is mihi visus, qui eodem quo Cicero & Cæsar floruit tempore, adeo ut de eo Val. Maximus libro tertio scribat: Actius, inquit, Iulio Cæsari amplissimo ac florentissimo viro in collegium poetarum venienti, nunquam assurrexit, non maiestatis eius immemor, sed quod in comparatione communium studiorum aliquanto superiorem se esse confideret: quapropter insolentiæ crimine caruit, quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur. & hæc quidem Valerius. Huius præterea in nono meminit Vitruuius: meminit & Ouidius in tertio de Ponto, cum ait: Autor opus laudat (ad Brutum scribens) sic forsitan Actius olim, Thersiten facie dixerit esse bona. Fuerunt & qui hunc eum existimarēt, quem Iliada scripsisse Persius Flaccus ait: *Non hic est Ilias Actij Ebria veratro.* Scripsit verò L. Actius præter fabulas, annales, ut in primo Saturnalium Aurelius Macrobius obseruat, ex quibus & versus hos citat:

*Maxima pars Graiùm Saturno & maxima Athenæ
Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.
Cumq; diem celebrant, per agros vrbesq; fere omnes
Exercant epulis læti, famulosq; procurant
Quisque suos, nostriq; itidem, & mos traditus illinc
Iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.*

Atque hæc quidem de Actio. Quæ cum retuliffem, pensum, quod pollicitus Piso fuerat, exoluere iam paratus erat. Sic itaque cœpit: Fabius igitur Quintilianus libro x. de Pacuuium & Actio sic ait: Tragædiæ, inquit, scriptores Actius & Pacuuius clarissimi, grauitate sententiarum, verborumq; pondere & autoritate personarum. Cæterum nitor & summa in excolendis operibus manus, magis videri potest temporibus, quam ipsis defuisse, virium tamen Actio plus tribuitur. Pacuuium videri doctiorem, qui esse docti affectant, volunt. & hæc Fabius. Et Piso: Cæterum in Pacuuium Cicero ait ornatos esse versus & elaboratos. Sed & horum vtriusque plurimæ fuisse feruntur fabulæ, quæ passim à scriptoribus citantur, ex quibus plerq; excerptæ sententiæ circūferuntur. Ex Pacuuij

Pacuvij quidem tragœdia, quæ inscripta fuit Armorum iudicium, decantatum carmen est, cum ludi in Iulij Cæsaris funere celebrarentur, ut eo carmine commiseratio maior & invidia contra conspiratos cæsares commoveretur. Actij verò nobilis illa sententia ex eius Astyanacte in augures & diuinatores dicitur: Nihil, inquit, credo istis auguribus, qui aures verbis diuitant alienas, suas ut auro locupletent domos. Sed iam de his satis, ad alios transeamus. Atque in primis se nobis offert Aphranius, qui in Togatis & Attellanis scribendis excelluit, quas fœdis ille puerorum amoribus inquinavit, suos mores, ut Fabius ait, falsus: unde est illud (ut puto) ab Ausonio Gallo,

Aphranius.

10 *Quam toga facundi scenis agitavit Aphrani.*

Horatius verò Flaccus ad Augustum, Aphranium suis togatis Menandro poetæ convenire ait,

Dicitur Aphranitoga convenisse Menandro.

Idem ipse quodam prologo suo testatur: idem Macrobius, & Horatij expositores Acron & Porphyrio. Gellius verò cum alios tum hos Aphranij de sapientia versus, ex fabula quæ Sellæ inscribitur, attulit:

Me genuit usus, mater peperit memoria,

Sophiam me vocant Graij, vos sapientiam.

20 Ad quos versiculos in ea ecloga quæ de Poetis Petrarchæ legitur, respicitur:

— Qui prole decora, ait,

Coniugio memori studiosum ornauerat usum.

Plures Aphranij fabulæ ad antiquis grammaticis afferuntur, quas collegisse non est operæ precium. huius meminit & Diomedes grammaticus. De L. Aphranio M. Tullius ita ait in Bruto: Argutias, inquit, Titij oratoris in Tragœdias satis ille quidem, sed parum tragicè transtulit: quem studebat imitari L. Aphranius poeta, homo peracutus in fabulis quidem, etiam (ut scitis) disertus. At hunc non nulli, meo quidem iudicio, rectè à priore diuersum faciunt. Aphranium sequebatur Fabius Dorfenus Comicus, cuius quidem mentio fit à Pompeio Festo in dictione Temetum: eiusque versus quosdam adducit ex eius fabulis & Plinius libro XIII. Sed Fabius, inquit, Dorfenus his versibus decreuit:

Fabius Dorfenus.

30 *Mittebant vinum pulchrum, murinam.*

Et in Acharistione:

Panem & polentam, vinum murinam.

quo in loco pleraque Plinij exemplaria & Pompeij, Dorfenum habent, non Dorfenum. Huius quidem Dorfeni Horatius secundo Epistolarum libro ad Augustum meminit, quo loco eum lucro, non poeticae gratia fabulas scripsisse inquit. ita enim canit Horatius:

40 *Quantus sit Dorfenus edacibus in parasitis,*

Quam non astricto percurrat pulpita focco,

Gestit enim numum in loculos demittere, posthac

securus cadat, an recto stet fabula talo.

Horatium secutus Fr. Petrarca, Dorfenum illo versu significat:

Qui mensas versus, oregem laceraret edacem,

licet, mea quidem sententia, parum hoc loco Petrarca sensum Horatij rectè assecutus videatur. Annæus Seneca in sepulchro Dorfeni hoc carmen insculptum fuisse ait:

Hospes resiste, & philosophiam Dorfeni lege.

De Dorfenio intelligo Politianum scripsisse, sed ea Miscellaneorum pars nunquam est edita. Ego tectè quæ memini de Dorfenno vobis retuli. Petrus quidem Grinthus ait, in aereo nummo ita legi, DORFENN. P. cum effigie barbara: cuiusmodi tamen nomisma videre mihi non contigit. Sedenim post Dorfenum sequebatur Sextus Turpilus, qui inter Comicos septimo loco à Volcatio nume

Sext. Turpil.

ratur. hic centesima & xcviii Olympiade admodum senex Sinuessæ mortuus est: quibus temporibus Arpini natum M. Ciceronem scribit Eusebus. Terentium verò amasse fertur Turpilius, eisdemq; ludis aliquando vtriusq; fabulas actitatas. Inter cæteras, quæ multæ Turpilij fabulæ à grammaticis afferuntur, ea quæ Thrasyleon inscribitur commendatur. D. Hieronymus quadam epistola ad Niciam Aquileiensem scribens, sic exoditur: Turpilius, inquit, Comicus tractans de vicissitudine literarum, Sola, inquit, res est, quæ homines absentes præsentem facit. & reliq;. Quare à Turpilio accepisse videri potest, quæ de epistola Cicero in secundo familiarium scripsit, & ab eo alij. Alterum Turpilius equitem Romanum fuisse legimus apud Plinium, qui arte picturæ insignis fuit. 10

Licinius Im-
brix.

Fuit & Licinius Imbrix vetus Comædiarum scriptor, qui à Volcatio poeta in quarto ordine inter Comicos poetas collocatus est: Si quid (inquit) quarto detur, dabitur Licinio. Fuit & alter Licinius Portius, cuius in Terentij imagine meminimus. Iamborum hic poeta, quidam & epigrammata scripsisse tradunt, ut eo loco dicemus, ubi epigrammatariorum poetarum imagines referemus. Sed de Imbrice sic Gellius ait: Licinius, inquit, Imbrix vetus Comædiarum scriptor in fabula quæ Neæra inscripta est, ita scripsit:

*Nolo ego Nearam te vocent, sed Nerienem,
Cum quidem Marti es in connubium data.*

M. Attilius.

huius Licinij meminit & Cicero, & Festus, & alij, eiusq; fabulas in testimonium 20
persæpe vocant. Et in hac poetarum parte fuit M. Attilius, qui & ab aliquibus vocari (ut puto) perperam Accilius videtur. à Volcatio quinto loco inter Comicos refertur. Marcus tamen Tullius in epistolis ad Atticum, Tragicum, & quidē durissimum eum nominat, cui & hos versiculos ascribit:

Suam cuique sponsam, mihi meam.

Suum cuique amorem, mihi meum.

Qu. Trabea

Idem quoque Cicero libro de Finibus primo, cum de Attilij fabula Electra ageret, poetam esse ait ferreum à Licinio appellatum. meminit & in libro de Ditionatione. Erat & in hac parte Q. Trabea, qui & ipse à Volcatio octavo loco in Comicos numero repositus est: eius fit mentio à M. Tullio cum alibi, tum in secundo de Finibus: Nam & ille, inquit, apud Trabeam voluptatem animi latitiam niniam dicit. Idem Cicero in Tusculanis multos Trabeæ versus attulit. Vnde mihi minus ferendi videntur hi grammatici, qui in familiaribus epistolis Ciceronis, Trabeæ poetæ nomen, ad P. Petum, se haud vnquam legisse fatentur: nam licet de eius ipsius vita pauca cõperiuntur, citatur tamen & ab alijs scriptoribus præter Ciceronem, ut à Festo, qui eius togatas aduocat, item Gellio.

C. Titinius.

Mox erat, qui per hæc eadem tempora claruit, & simul togatas docuit, C. Titinius, de cuius quidem vita pauca admodum comperiuntur, frequentissimè tamen à grammaticis in testimonium citatur, ut Festo, Nonio, Prisciano, alijs, qui nec semel eius fabulas, Pfalliam, Geminam, & Barbaram, esse ostendunt. Ex huius poetæ Titinij sententiâ, Q. Serenus poeta, puero qui sit à strige fascinatus, allium præcepit annecti, quod eo præsidio & amuleto seruetur. hæc ipsius Quinti sunt carmina:

Præterea si fortè premit strix atra puellos,

Virosa immulgens exertis vbera labris,

Allia præcepit Titini sententia necti,

Qui veteri claras expressit more togatas.

quibus utique versibus liquidò cognoscimus, Titinium in Togatis fabulis scribendis præstitisse, quo quidem in loco, qui in Quintum Serenū scholia scripsit, meras nugas effudit, quas ideo vobis non retuli: neque legendum (ut ille putat) Vecti, nomen ut sit proprium, sed Necti verbum: quam lectionem etiam nunquam seruant vetusta pleraque exemplaria, nec plura ego de Titinio in præsentia. 30

Fuit

Fuit & Cn. Aquilius poeta, cuius & Varro meminit, alijq; nonnulli autores, inter quos Gellius, qui Plauti quasdam fabulas huic ait Aquilio ascriptas, inter quas Bœotiam numerat. Fuere & alij hoc nomine pleriq; insignes, vt C. Aquilius Gallus, qui Iuris ciuilibus peritissimus fuit: sed hi in nostris tabulis non recensendi, in quibus Lucius Pomponius Bononiensis poeta sequebatur, qui Attellanarum fabularum scriptor egregius fuit: quæ quidem fabulæ maximam in exodijs iucunditatem habere dicuntur. Centesima & LXXII Olympiade claruisse, ab Hieronymo in Eusebii chronico obseruatum est, eius Cicero & Seneca, Macrobiusque meminere. Sanè inquit, in historia Velleius Paterculus, non ignoramus eadem ætate, qua scilicet Sisenna, Rutilius & Quadrigarius historici floruerunt, fuisse Pomponium, sensibus celebrem, verbis rudem, & nouitate inuenti à se operis commendabilem. Qui verò Quintilianum putant de hoc Pomponio loqui in decimo, hallucinantur, cum ait: Eorum quos viderim longè princeps Pomponius Secundus, quem senes parum Tragicum putabant, eruditione ac nitore præstare confitebantur. Non me præterit quòd in exemplaribus quibusdam vetustis, Pindarum Tragicum legatur, pro eo quod est, parum Tragicum: sed pridem ea est explosa lectio, quo fit vt magis mirer quosdam eam complecti suis etiam scriptis: sed falluntur illi, mea quidem sententia: hic enim de quo egimus, Comicus, ille Tragicus: hic Bononiensis, ille (si Plinio stamus) Veronensis: cuius vitam, quãuis hic suus non est locus, ob tamen nominis similitudinem referemus. Publius hic Põponius Secundus vocatus est, Tragicus poeta suis temporibus hoc est, Caio & Claudio imperantibus. Itaq; sunt Quintiliani verba exponenda, eorum quos viderim, id est, viuentes: nam senex Quintilianus admodum Institutiones scripsit. Huius igitur Pomponij vitam Plinius Secundus duobus voluminibus est executus. vt quadã epistola Plinius Nepos affirmat. Caio Casari Germanici filio principi in primis gratũ fuisse, colligimus ex his quæ Plinius in XIII naturalis historię scribit: In Caio, inquit, Casaris Germanici filij principatu, annis CLX, singulis vinctas vini constituisse nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponij Secundi vatis, cœnamq; quam principi ille dedit, cum de vino ageret Opimiano, Caio igitur Casari, vt videtis, gratus, non Germanico, quod in huius vita scripsit amicus noster. De Claudio verò Corn. Tacitus his verbis scribit: At Claudius, inquit, matrimonij sui ignarus, & munia censoria vsurpans (theatralem populi lasciuiam seueris dictis increpuit, quòd in Pomponium consularem (is carmina scenæ dabat) inq; scæminas illustres probra iecerat. Idem Cornelius alibi: Decretus, inquit, Pomponio triumphalis honos, modica pars famæ eius apud posteros, in queis carminum gloria præcellet. Pomponium etiam consularem vocat Plinius in septimo: Sed hæc parua, ait, naturæ insignia in multis variè cognoscuntur, vt in Antonia Drusi nunquam expuisse, in Pomponio consulari poeta nunquam ructasse. In XIII. verò vbi de chartarum glutino agit: Ita sunt, inquit, lōginqua monumenta Tiberij Caioq; Gracchorum manus, quæ apud Pomponium Secundum vatem ciuemq; clarissimum vidi annos ferè post CC. Significat enim chartam à Gracchis perscriptam, quod quidam alioqui eruditi parum animaduertunt. Pomponium scribit Fabius, si quid fortè in Tragedijs familiarior amicus dixisset vt tolleretur, quod ipse retinendum arbitraret, dicere solitũ, ad populum prouoco: ita ex populi vel silentio vel applausu, aut amici, aut suam sententiam sequebatur. In re quoq; militari Pomponius valuit: nam in Germania superiore deuictis Cattis, triumphalia ornamenta ex decreto senatus est adeptus, id quod apud Tacitum legimus. A Pomponio singulariter amatus est Plinius, vt Plinius alter asserit, quidam ea causa putant, quòd eius conterraneus fuerit, hoc est, Veronensis, alij, quod vero similis videtur, quòd Plinio gentilis fuerit: ambo enim ex Secundorum familia, quæ in illis regionibus per aliquot tēpora illustris fuerat, vt adhuc vetustæ marmorum inscriptiones testantur. Sunt qui Secundũ non

Cn. Aquilius

L. Põponius

P. Põponius
Secundus.Aristarchus
grammaticus.

Pomponij cognomen esse velint, sed quod alter eo longè antiquior fuerit, de quo egimus, Pomponius Bononiensis. Sanè nec illud mittam, ipsius prænomen variè scribi: Tacitus enim modò Publum, modò Lucium, iunior Plinius Quintum nominauit, nisi mendosi sint codices, vel varijs sit nominibus vocatus: nam & Pomponij nomen, in Pompeij inuersum quidam tradidere apud Quintilianum, hìc vbi ait, Controuersiam inter Pompeium & Senecam, an gradus eliminari: dici oportuisset, in Tragœdia. Meminit & Põponij Secundi Maurus Terentianus his versibus:

*In Tragici iunxere choris hunc sepe disertum
Annæus Seneca & Pomponius antè Secundus.*

Tale dedit nobis Pomponius,
Pendeat ex humeris dulcis chelys,
Et numeros edat varios, quibus
Adsonet omne virens latè nemus,
Et tortis errans qui flexibus.

Sulpitius.

Præterea & nos ipsi vidimus huius Põponij nomine tria nomismata, inter quæ vnum posteriore parte Musam inscultam habebat, læua lyram tenentem, dextra verò plectrum: reliqua duo Musas quidem, sed diuersa ab hac peragētes munia. Atque adhuc quidem de vtroque Pomponio quantum succurrit: nunc ad tabularum ordinem redeo, in quibus Sulpitius inerat & poeta & orator haud ignobilis, qui, vt apud Asconium Pædianum legimus, cum tribunus plebis esset, orta contentione cum Caio Cæsare Aedili, & Lucio Cæsare prætoris fratribus, causa fuit bellorum ciuiliū. Caius enim Cæsar sperabat, vt omnia prætura consul crearetur: cui cum Sulpitius primū verbis restitisset, post hæc ad arma concursum est: quam rem M. Cicero in ea oratione quam pro Scæuro composuit, luculenter narrauit, & ab eo breuiter Pædianus, qui & Sulpitiū ipsam inter primos sui temporis oratores collocat, & bonum poetam Tragicum fuisse ait, eiusq; Tragœdias Iulij nomine inscriptas. Hunc Sulpitiū Cicero in Bruto Tragicum oratorem appellat.

Ser. Sulpitius.

Sed & Seruius Sulpitius ille Iureconsultorum eloquentissimus inter poetas connumeratur, cuius mortem in Philippicis defleuit Cicero, eiq; statuam decerni S. P. Q. R. impetrauit, quòd in legatione periisset. Eusebius & publico funere elatum ait. Ouidius certè & Plinius iunior inter illos Sulpitiū reponunt, qui animi interdum gratia lasciuuscula carmina scripserunt. Delectatum verò tralationibus his verbis scribit Fabius: Sed etiam illa, inquit, ex Latinis conuersio multa & ipsa contulerit: ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo solo genere exercitationis dicitur vsus Sulpitiū. mitto reliqua, quæ multa de Sulpitio dici possent, quæ cum in historicis leguntur, tum apud Ciceronem in Bruto, & apud Pomponium de origine iuris, à quibus maximè commendatur. Sed ne testimonium eius illud est locupletissimum, epistolæ ipsius quæ leguntur ad M. Tullium, sanè quàm elegantes & eruditæ. Post hos erat T. Quintius Atta, togatarum fabularum scriptor, qui Romæ diuersatus est, vbi etiam C & LXX Olympiade mortuus est, vt Hieronymus in Chronico Eusebij obseruat: sepultus verò via Prænestina ad secundum lapidem. Attam autem ideo cognominatum ait Festus, quoniam hi Attæ dicuntur, qui ob crurum vitia aut pedum plantis insistent, & magis terram attingunt, quàm ambulant: quod, inquit, cognomen Quintio poetæ adhæsit. Horatius Flaccus in epistola ad Augustum huius meminit, quamuis illum parum probare videatur. quo loco Porphyrio, Quintium Attam in fabula, inquit, quæ Matertera inscribitur, florum nomina ita complexum esse, vt nihil nisi flores scribere videretur. Idem scribit Acron, qui tamen, docti licet interpretes & antiqui, hac in re à nonnullis damnati sunt: non enim flores in fabula Attæ, sed Horatium respexisse

T. Quintius
Atta.

xisse aiunt ad cōsuetudinē, qua scenæ & theatra floribus & croco ab antiquis inspergi solebant. Horatij versus hi sunt:

Rectè nec ne crocum floresq; perambulet Attæ

Fabula, si dubitem, clament perijisse pudorem

Cuncti penè patres, ea cum reprehendere coner,

Quæ grauius Aesopus, quæ doctus Roscius egit.

Grammatici pleriq; Attæ fabulas connumerant. Huius certè versus ab Isidoro afferuntur, quibus de antiqua stylo scribendi ratione edocemur: Veritatem, inquit, vomerem in cæiā, mucroneq; aremus osseo. Postquam enim Romani instituerent ne graphio scriberetur ferreo, osseo stylo vti cœpere.

10 Erat & Mummius in ordine poetarum, qui, vt Aurelij Macrobij verbis vtar, post Nouium & Pomponium diu iacentem artem Attellantiam suscitauit. hoc Mummij est ex fabula carmen:

Mummius.

Nostri maiores velut bene multa instituere, hoc optime,

A frigore fecere summo dies septem Saturnalia.

Post hos erat Græcus Diodorus Siculus, quem pleriq; eum existimant, qui græcè historias scripsit temporibus Augusti Cæsaris, quas Bibliothecæ inscripsit, & vt Plinius ait, apud Græcos nugari delijt: in quo historiarum opere absol-

Diodorus Siculus.

20 eum Iulij Cæsaris temporibus floruisse scribit, centesima videlicet & octogesima Olympiade. Sed nullus de Diodoro melius, quàm ipsemet in historijs, & ab eo deinde Iustinus & Eusebius. Scripsit verò teste Suida & Athenæo Comædiarum multas, inter quas Auletris, Panegyristæ, & Epiclerus reponuntur. Strabo vt suo tempore clarum eum celebrat, & item Diodorum Zonam, & eum qui Alexandrinus fuit, egregius Tragicus, & inter Dionysiacos, id est, scenicos eadem tempestate, Augusti videlicet. Fuit & alius Diodorus Sinopæus ex Ponto non ignobilis inter Comicos, vt est apud Athenæum cum aliubi, tum in sexto, vbi de parasitis agit. Inuenio & Diodorum alium Epaiten, vel vt alij legunt, Elaiten poetam elegiarum, ex quo Parthenius in Eroticis illam in primis historiam desumpsit, quæ est de Daphne puella in laurum conuersa, alia scilicet ratione, quàm ab Ouidio traditur, & quem secutus est Probus in Georg. Vergilij.

30 Per hæc etiam ferme tempora fuit Leontius Argiuis poeta, qui Tragedias plerasque docuit, vt Athenæus libro octauo prodit. Athenionis hic discipulus fuit, & Iuba Maurorum regi magna familiaritate iunctus, atque huius quidem poetæ Græci. Post quos duo mimorum poetæ qui latine scripserunt, Decius Laberius, & Publius Syrus, quorum quidem prior Decius Laberius eques Romanus fuit, quo adeo Iulius Cæsar est delectatus, vt, Suetonio & Macrobio referentibus, eum in suorum ludorum sine annulo aureo & quingentis sestertijs donauerit, atq; euestigio in quartumdecimum ordinem ad spectandum transmi-

Leontius.

40 serit. cui aliquando sedile quærenti M. C. Ceronem dixisse legimus, Recepissente, nisi angustè admodum sederem. quo cauillo Cæsarem notare visus est Cicero, qui senatum nouis hominib. supra numerum auxisset. Sed Laberius laceffitus Ciceronem remomordit: Mirum, inquit, si angustè sedes, qui soles duabus sellis sedere: ac si eum leuitatis insimularet, quòd modò harū, modò illarum fuisset partium: hoc est, quòd modò Põpeium, modò Cæsarem secutus foret. Idem scribit Seneca in Controuersijs. Illud quoq; a scriptoribus proditū, Laberium inuitatum à Cæsare vt in scenam prodiret, & quos scribebat mimos ageret: ille senectutem excusans renuebat, demum est à Cæsare compulsus, vt idem ipse Laberius in prologo testatus est: cuius carmina, quia plura sunt, nec ea mihi sunt mandata memoria, apud Aur. Macrobiū legentis lib. 2. Saturnalium. Et iam ea ipse

Decius Laberius.

50 Regi, inquit Piso, & memoria teneo, nec etiam recitare grauabor, vt et noster hic Picus audiat: & simul me annuente cœpit:

Neceſitas

Neceſſitas, cuius curſus tranſuerſi impetum
 Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt,
 Quò me detruſit penè extremis ſenſibus &
 Quem nulla ambitio, nulla vnquam largitio,
 Nullus timor, viſ nulla, nulla autoritas
 Mouere potuit in iuuenta de ſtatu,
 Ecce in ſeneſta vt facile labefecit loco
 Vivi excellentis clemente edita
 Summiſſa placidè blandiloquens oratio.
 Etenim ipſi dij negare cui nil potuerunt,
 Hominem me denegare quis poſſet pati?
 Ego bis tricenis annis actus ſine nota,
 Eques Romanus lare egreſſus meo
 Domum reuertar minus. nimirum hoc die
 Vno plus vixi mihi, quàm viuendum fuit.
 Fortuna immoderata in bono æquè atque in malo,
 Si tibi erat libitum literarum laudibus
 Floris cacumen noſtra ſamæ frangere,
 Cur cum vigebam membris præuidentibus
 Satisfacere populo, & tali cum poteram viro,
 Non flexibilem me concuruaſti, vt carperes?
 Nunc me quò deijciſ? quid ad ſcenam affero?
 Decorem formæ, an dignitatem corporis?
 Animi virtutem, an vocis iucundæ ſonum?
 Vt hedera ſerpens vires arboreas necat,
 Ita me vetuſtas amplexu annorum necat.
 Sepulchris ſimilis, nil niſi nomen retineo.

Quæ cum recitaſſet Piſo, ego ſubintuli: Feruntur & alia Laberij carmina, quibus 30
 Publio reſpondit, qui victo ei ac ideo recedere volenti dixerat:

Qui cum contendisti ſcriptor, hunc ſpectator ſubleua.
 Non poſſunt, inquit, primi eſſe omnes omni in tempore.
 ſummum ad gradum cum claritatis veneris, conſiſtes
 Aegrè, & citius quàm deſcendas, decides.
 Cecidi ego, cadet qui ſequitur, laus eſt publica.

Peruenit verò Laberius ad ſummam ſeneſtutem integra uſus valetudine, & a-
 pud Puteolos deceſſit, menſe decimo, poſtquam eſt occiſus C. Cæſar, id quod
 Hieronymus obſeruat in Chronico Eusebij. De Laberio ſic Horatius: 40

Et Laberi mimos, & pulchra poemata miror.

Meminit & M. Cicero quadam ad Cornificium epiſtola: Equidem ſic, inquit,
 iam obdurui, vt ludis Cæſaris noſtri æquiſſimo animo viderem T. Plancum, au-
 direm Laberij & Publij poemata. Scribit Gellius Laberium prælicenter verba
 finxiſſe, & pleraque colligit lib. xvi. vbi & mimos ipſius & fabulas enumerat,
 quas hic enumerare haud vacat.

Sed iam tranſeamus ad Publium, qui & ipſe mimographus fuit, vt oſtendi-
 mus. Fuit hic natione Syrus, qua ratione Publius Syrus appellatus. eadē tem-
 peſtate floruit qua Laberius, hoc eſt, C. Cæſaris: ſed Laberio haud paruo iu-
 nior. Adhuc verò puer cum ſeruiret, non minus ſalibus & ingenio amari, quàm 50
 corporis forma, à domino meruit. Nam cum fortè dominus ſeruum hydropi-
 cum in area vidiffet, percontatus & ſimul illum increpans, quidnam in ſole fa-
 ceret, re-

ceret, respondit Publius, aquam calefacit. Nec minus in conuiuio exorta quaestione, ut moris erat, quodnam molestum esset ocium: alijs alia dicentibus, ipse podragici pedes dixit (& quidem quam verè, utinam nec ego maximo meo incommodo experirer.) Ob hæc igitur & alia eiusmodi à domino manumissus, & maiore cura eruditus, ut scribit Macrobius. Cum verò profecisset plurimum in scribendis mimis, ingenti assensu per Italiae oppida primum, mox Romam adductus ad Cæsaris ludos, ut mimos ageret, omnes tum qui scripta & operas suas in scena locauerant, prouocauit, ut singuli secum posita inuicem materia pro tempore contenderent: & recusante nemine, omnes superauit, in quibus & Laberium: unde Cæsar arridens, hoc modo pronunciauit, Fauente tibi me, victus es Laberi à Syro: statimque Publio palmam, Laberio verò annulum aureum, cum quingentis sestertijs dedit. Postea Laberius, qua se potuit ratione vltus est: habitu enim Syri induto, qui veluti flagris cæsus, proripientique se similis exclamabat, Porro Quirites libertatem perdidimus. & paulò post etiam adiecit, Necessè est multos timeat, quem multi timent. quibus sic actis, omnes in Cæsarem oculos & ora conuerterunt, intelligentes eius potentiam hac dicacitate lapidarum. Sed & Gellius ait, C. Cæsarem Laberij maledicentia & arrogantia offensum esse, adeò ut postea acceptiores ac probatiores sibi esse Publij, quam Laberij mimos prædicaret. Leguntur & huius Publij sententiæ pleraque oppidò quam lepida, & ad comunem sermonum usum commodè: ex quibus sunt hæc, singulis

versibus circūscriptæ, quas ideo libet recensere:

Malum consilium est, quod mutari non potest.

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Feras, non culpes, quod vitari non potest.

Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet.

Comes facundus in via pro vehiculo est.

Frugalitas miseria est rumoris boni.

Hæredis fletus sub persona, risus est.

Furor fit læsa sepius patientia.

Improbè Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.

Ita amicum habeas, posse ut fieri hunc inimicum putes.

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.

Nunquam periculum sine periculo vincitur.

Nimum altercando, veritas amittitur.

Pars beneficij est, quod petitur, si citò neges.

Alienum est omne quicquid optando venit.

Desunt luxuriæ multa, auaritiæ omnia.

Est vita miseris longa, felicibus breuis.

Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet.

quo nullum carmen melius inueniri dicebat Cassius Seuerus. Has verò sententiæ tam ex Gellio & Macrobio, quam ex Seneca & alijs collegimus. Meminit verò & Publij Plinius, quo loco de cibis agit, qui ex suis conduntur: Publij, inquit, mimorum poetæ cœna, postquam seruitutem exuerat, nulla memoratur sine abdomine, vocabulo etiam suminis ab eo imposito. atque hæc quidè de Laberio & Publio. Post quos & alij duo, in eodem poematum genere qui florere sequebantur, Cn. Mattius, & Cn. Martius, quos quidam vnū fecere, à quibus ego quantum dissentiam nescio: nam certè Mattius facile in Martium transire potuit lapsu literæ. Qui duos tamen faciunt, hi Gellio autore niti videntur, qui duo capita fecerit, alterum quidem in xv. alterum in vltimo, in quibus seorsum de his agit. In Aurelij quoque Macrobij primo Saturnal. item Gellij de ginto, Cn. Martius legi videtur: sed hi, ut reor, in codices parum emendatos

impegerunt

Cn. Mattius,
& Cn. Martius.

impegerunt. Fuit igitur Cn. Mattius vir impensè doctus, qui mimos scripsit, cuius verbis nouè fictis, Antonius Iulianus rhetor celebris aures suas mulceri dicere solitus erat: qualia sunt hæc, quæ in ipsius mimiambis leguntur:

*sinuq; amicam recipere frigidam caldo,
Columbatim labra conserens labris, Item illud:
Iam tonsiles tapetes ebrijsuco,
Quos concha purpura imbuens venenauit.*

De eodem Terentianus Maurus sic ait:

*Hoc mimiambos Mattius dedit metro.
Nam vatem eundem est Attico thymo tinctum
Pari lepore consecutus & metro.*

quibus verbis docet Terentianus, Cn. Mattium vsum fuisse scazonte Hipponactio in suis Mimiambis, atq; ideo affectum Hipponactem Græcum poetam & lepore & metro, id quod facillimè cognoscimus ex ijs versibus quos ex Iuliano attulimus & Gellio, et ex ijs quos protinus afferemus. Cn. Mattius (ait Gellius) vir eruditissimus in Mimiambis suis non absurdè, neq; absone finxit, recentat, pro eo quod Græci dicunt ἀνακρίσειν, id est, denuò nascitur atq; iterum fit recens. Versus in quibus hoc verbum est, hi sunt:

*Iam iam albicaesit Phæbus & recentatur,
Commune lumen hominibus voluptasq;.*

Idem in iisdem mimiambis, edulcare, pro eo quod est dulcius reddere posuit, in his versibus:

*Quapropter edulcare conuenit vitam,
Curasq; acerbis sensibus gubernare.*

Idem quoq; Mattius dixit, die quarto, pro eo quod dicimus, nudi, & quartus. Meminit & Mattij M. Varro. Fuit & alter Cn. Mattius non tantum Augusti Cæs. notus, quàm rebus rusticis insignis: eius nec semel meminit Plinius, & cum de Mattianis pomis agit, & cum de consiliis nemoribus. Legitur inter M. Ciceronis epistolas lib. x i. C. Mattij elegantissima epistola, quæ tamen potius C. Mario adscribenda est, vt ex x i i ad Trebatium colligimus, & ex Suetonio cum de Cæsariæ agitur: sed quoniam passim Mattio ab omnibus ascribitur, nominis tamen ego similitudine ductus, eius meminisse placuit ea de causa in primis, vt ad eam non modò epistolam legendam, sed ediscendam etiam vos prouocem: nam præter styli candorem, & sermonis puritatem, ipsius etiam gratum animum, & eius erga amicum constantiam cognoscetis: id quod in amicorum aduersa fortuna hac tempestate perpauci præstare solent. Sed hac de re satis, nostra sequamur. Fuerunt & duo in hoc mimiamborum numero, Hostilius & Lentulus, quorum non multa admodum apud autores mentio. Florens quidem Septimius Tertullianus in apologetico pro Christianis, quo loco de fabulis, & deorum gentiliū foeditatibus agit, vtriusq; meminit. Idem & in libro de pallio Lentuli, his verbis: Meritoq; inquit, mimographo Lentulo in Catinensibus memoratus, & reliq;. Non equidem ausim affirmare Lentulum hunc ipsum mimographum eum esse, quem in Satyris taxat Iuuenalis, ne contra insignes tot grammaticos vnus ipse sapere videar: sed certè commodè posset de hoc intelligi, qui Laureolum fabulam notissimam egerit, quo modo & alij, vt etiam grammatici colligunt. Iuuenalis hoc est in v i i i carmen:

*Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Iudice me, dignus vera cruce.*

Mimi verò, vt scitis, & docebant & agebāt, quod vel ex Publio et Laberio paulo antè cognouimus. Sed his missis iam cæteros prosequamur. Per ea verò tempora (vt reor) quibus Mattius floruit, vel non multò longius, Puppium Tragœdiarum scriptorem claruisse crediderim, qui spectatorum affectus ita mouisse

Hostilius &
Lentulus.

10

20

30

40

50

mouisse

mouisse dictus est, vt eos, quoties libuisset, ad lachrymas prouocaret. Extat illud eius de seipso:

*Flebunt amici, & bene noti morte mea,
Nam populus omnis me viuo lachrymatus est.*

qua ex re, vt coniectamur, huius poemata lachrymosa vocauit Horatius, à quo & Fr. Petrarca in ecloga de poetica sustulit:

*Vidi qui quoties libuisset ferrea blando
Pectora molliret cantu, lachrymasq; moueret.*

Non defuere tamen inter grammaticos qui histrionem Puppium, non poetam
10 facerent. Inter poetas & Futurius Comicus connumeratur, qui meretricem in Comœdia ita loquentem inducit: Futurius.

*Myrtinum mihi affers, quò Veneris armis
Occursem fortiuncula.*

Sed hoc loco legendum Sutrium pro Futurio existimari: qui enim Futurium scripsit, parum castigatos secutus est codices. Nam Fulgentius vbi de myrrha agit, Sutrius, inquit, Comœdiarum scriptor introducit Glyceram meretricem dicentem:

*Murrhinum mihi affers, quòd virilibus armis
Occursem fortiuscula.*

20 Fuit & Succius antiquus comicus, cuius in primis fabula illa commendatur, qua Piscatoria inscripta est. Hoc ex ea est carmen: Succius.

Summates viri symplones fratri sunt ganei.

Sunt verò symplones (vt vobis hoc obiter interpreter) cōuiuæ: & simplator est sponsi amicus, qui cum eo ad conuiuia vadit.

Fuit & Rutilius Geminus Tragicus: eius illa celebratur Tragœdia, qua A-
30 rtyanax nuncupata est, ex qua grammatici hæc verba proferunt: Rutilius Geminus.

Melius suggrundarium miser quæreret, quàm sepulchrum.

Hic Rutilius præter Tragœdias libros Pontificales scripsit, in quibus, vt est ab autoribus traditum, multa de fratribus arualibus prodidit, vt prodit Fulgētius.

30 Vidi & ego opusculum elego carmine compositum, Rutilij Claudij Numatianij Galli, ad Venereum Ruffinum hodieporicon, non indignum vt legatur. Sūt enim in eo quædam cognitione non indigna, seu historiam seu elegantiam petatis: vt est illud de Stilicone, quod parum ex alijs notum est, qui cum contra generum Honorium res nouas moliretur, Romæ Sibyllinos versus cremauit. Hī sunt Rutilij versus:

*Quo magis est facinus diui Stiliconis acerbum,
Proditor arcani qui fuit imperij,
Romano generi dum nititur esse superstes,
Crueliter summis miscuit ima furor.*

40 Tum paulo post:

*Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiua prius quàm caperetur, erat.
Nec tantum Geticis grassatus proditor armis,
Ante sibyllina fata cremauit opis.
Odimus Althæam consumpti funere torris,
Nisæum crinem flere putantur aues:
At Stilico æterni fatalia pignora regni,
Et plenas voluit præcipitare colos.*

50 quibus & alijs carminibus conijcere possumus, eum non multū abfuisse ab Honorij & Arcadij Imp. temporib. Fuit autem ipse Rutilius, vt cum ex eius poemate, tū ex inscriptione ipsius apparet, Gallus natione, vir consularis, vrbis præfectus, tribunus militum, & præfectus prætorio. Imperfectus ipsius itineris alter

libellus est, ultra Lunam enim urbem, quæ à me visa sunt exemplaria, non procedunt. Sed ad scenicos redeo.

Gracchus.

Legimus & Gracchum quempiam, quo tempore Ovidius florebat, Tragedias scriptitasse: ita enim de eo in ultimo de Ponto, ipse canit Ovidius:

Cum Varius Gracchusq; darent fera dicta tyranno.

Præter Ouid. meminit & Priscianus lib. 6. qui eius Thyestem citat hoc senariolo:

Mersit sequentis humidam plantis humus.

quod vobis ideo libentius recensui, ut Ovidij versus, quem modò retuli, vobis notior fieret, quam ut ab alijs exponi soleat, ut scilicet cognoscatis utrunq; Varium scilicet & Gracchum, fabulam scripsisse Thyestem, quem Tyrannum vocat poeta Naso. In hoc Latinorum poetarum agmine duo Græci inerant, Philistion & Nicolaus, quorum prior Magnesianus fuit, ut scribit Eusebius: ut verò Philon, Sardinianus: ut alij, Prusienis: at cõmuni hominum sermone Nicaus fuisse perhibetur, id quod & Græcum, quod legitur, epigramma testatur:

Philistion.

*ὁ δὲ τὸ πολυδακρυῶν αἰθρῶπιος βίος
γέγραπτε κλέσσα νεκρῶν Φιλίστιον.*

hoc est, qui lachrymosam miscuit mortalium vitam cachinnis Nicaus Philistion. Est verò constans fama, eum risu mortuum esse. Fallitur (ut putò) Suidas, qui eum Socratis tempore interijisse existimavit, cum (si Eusebio stamus) Olympiade cxcvi Augusto Cæsare imperante claruerit. Huius fabule concinno ille quidem sermone composita, magno in precio fuere, in quibus Misopsephiste, hoc est, suffragatorum osores. Philistion sanè librum scripsit Philogelon, id est, ridiculorum in tonsorem relatum. Hinc facilius certè intelligere illud Val. Martialis potestis, Mimos ridiculi Philistionis. Meminit eius & D. Hieronymus in apologijs cõtra Ruffinum. Cassiodorus quoq; variarum lib. 4. sic Philistione: Mimus etiam, inquit, qui nunc tantummodo derisui habetur, tanta Philistionis arte repertus est, ut eius actus ponerentur in literis, ut mundum curis edacibus æstuantem lætissimis sententijs temperaret. Hactenus ille, atq; item de Philistione satis. Nicolaus verò Damascenus Comœdias & Tragedias scripsisse fertur, quæ, ut Græci grammatici colligunt, pulcherrimæ habitæ sunt. Valde familiaris fuit Herodi Iudeorum regi, ut Iosephus & Egesippus scribunt, & ut addit Suidas, etiam Augusto Cæsari: quippe cum Nicolaus suavissimis esset moribus, ac iucunditate quadam præditus, & procero corpore eminentiq; statura, facie præterea non indecora, nitido quodam rubore perfusus, plurimum erat Augusto gratus, eoque ideo oblectabatur: quas ob res Augustus palmarum balanos ex ipsius nominis similitudine Nicolaos appellavit, eos præcipue qui pulchritudine magnitudineq; insignes essent, ut est pluribus ab Athenæo relatum. Meminit & Plutarchus VII Symposiacõn, aliam licet ipse sententiã sit secutus: quo loco docet, alios alia corona vsos in certaminibus, omnes verò palma. Addunt & quidam amplius, Augustum oblectari solitum balanorum dactylorumve genere illo, & e Syria Romam frequentius ad eum propterea missos fuisse. Fuit itaq; Nicolaus inter philosophos Peripateticos connumeratus, à quibusdam etiam inter Platonicos: at verò Græci, Athenæus videlicet & Suidas, eum in omni doctrinarum genere commendant, eiusq; in primis historias, quas multis voluminibus digessit, citantur illæ quidem frequenter ab Athenæo, Iosepho, & alijs. Multa de Nicolao à Græcis certè feruntur. Solebat hic quidem Nicolaus integram ipsam disciplinam similem dicere longè cuidã peregrinationi, in qua nunc huc diuertimus, illic verò nihil immoramur, ibi prandemus, alicubi loca cõsideramus & inspicimus, & ibi per aliquot dies quiescimus, aliubi non diu, quedam omnino, alia per partes quasdam intuemur, ut scilicet tandem quod desideraueramus, quasi ad propriam sedem redeuntibus perueniamus. Simili modo de disciplina dicebat, ut post diuersas diuersarum doctrinarum vias ad veram tandem sapientiam nostrum domicilium, in qua demũ quiescamus, peruenire possimus

Nicolaus
Damascenus

simus

simus. Alia pleraque de Nicolao tradunt, quæ hic missa facio. Post hos duos Græcos C. Melissus erat in tabula, Vmber, qui fuit ex Spoletio, vrbe etiam nunc notissima. natus ille quidem ingenuus, sed ob parentum discordiam expositus: cura verò & industria educatoris altiora studia percepit, adeò vt Mecœnati programmatico muneri datus sit, qui ei, non vt seruus, sed vt amicus gratus fuit: maluitque Melissus Mecœnati seruus adesse, quàm libertate donari, matre etiam ipsius ingenuitatem asserente, vt Suetonius Tranq. scribit: verum à Mecœnate non multò post manumissus, & Mecœnas Melissus vocatus, vt ex Plinij x xviii naturalis historiæ didicimus, qui de eò propemodum, Triennio, inquit,

10 Mecœnatem Melissum accepimus silentiũ sibi imperauisse à conuulsione reddito sanguine. A Mecœnate verò Melissus Augusto Cæsari insinuatus, qui ei curam ordinandarum bibliothecarum in Octauia porticu mandauit: atque ut ipse prodidit, sexagesimum ætatis annum agens libellos ineptiarum, qui & iocorum inscripti sunt, componere instituit, absoluitque ceterum & quinquaginta, quibus & alios etiam postea addidit. Excogitauit & togatarum fabularum nouum genus, quas Trachatas inscripsit. Meminit verò & huius Melissi Ouidius poeta in libris de Ponto:

Et tua cum focco musa Melisse leuis.

Meminit & Acron Horatianus interpres in Poetica, & cum eo Helij Lamia, Antonij Ruffi, & Africani Pompeij, qui & ipsi poetæ quidem fuere, sed parũ cogniti. Fuit & Helius Melissus grãmaticus Gellij temporibus non incelebris, de quo idem ipse Gellius in xviii Noctium Atticarum: Helius, inquit, Melissus in nostra memoria fuit Romæ, summi quidem loci inter grammaticos & temporis, sed maiore erat in literis iactantia & *Coisæa*, quàm opera. Is præter alia quæ scripsit compendiosa, librum composuit, vt tum videbatur cum est editus, doctrinæ in eo libro titulus ingentis cuiusdam illecebræ ad legendum: scriptus quippe est, de loquendi proprietate: quem cum ederet, Cornu esse copiarum dicebat, quis adeò, inquit Gellius, existimaret loqui se recte atque proprie posse, nisi illas Melissi proprietates perdidicerit: Hactenus Gellius Socratica quadam ironia de Melisso, Sed nos poetas potius referamus.

Fuerunt & cum Melisso alij nonnulli, vt Turanius, qui eodem Augusto Cæsare imperante claruit. Tragœdias in primis scripsit, id testatur P. Ouidius:

Musaque Turani tragicis innixa cothurnis.

Fuit & Lupus Trinacrius, hoc est, Siculus, qui (vt idem cecinit Ouidius) suarum fabularum fuit autor & actor. Scripsit hic de Helena & Menelao. Erat & cum his Seuerus, qui Latio dedit carmen regale, vt idem poeta scribit, et ad quæ extat elegia in quarto de Ponto, cuius est initium:

*Quod legis o vates, magnorum maxime regum,
Venit ab insonsis vsque Seuere Getis.*

40 Quidam eundem cum Cassio Seuero fecere, ego duos potius statuo, neque enim mihi idem videtur is ad quem Ouidius hanc scribit elegiam, & is qui Parmensis fuit & dictus est, vt in quarto sermone ostendimus. Fuere & Asinius Pollio, cõnumeratus ipse & filius Asinius Gallus inter poetas, tamen inter oratores & historicos potius: vterque tamen & carmina condidit. Pollio quidem Tragœdias scripsit, quarum ad ipsum Pollionem scribens Horatius meminit:

Paulum, inquit, seueræ Musa tragicæ desit theatris.

quod & Seruius grammaticus obseruat: quocirca (vt puto) non aliã ob causam Vergilius ait illum *seueræ*, id est, magna carmina facere. Catullus, si tempora conueniunt, Asinium lepõrum ac facetiarum patrem appellat. hunc certè Seneca & Plinius poetam faciunt. dictus est omnium horarum vir, id quod mox in pro- uerbiũ cessit. Eusebius in Chronicis: Asinius, inquit, Pollio Olympiade cxcv. orator & consularis, qui de Dalmatis triumphauit, lxxx ætatis suæ anno in

C. Melissus.

He. Melissus

Turanius.

Lupus.

Seuectus.

Asinius Pollio.

in villa Tusculana moritur. Plura post historicos de Pollione Quintilianus & cum alibi, tum in Cōtrouersijs, qui ait illum semper infestissimum famæ Ciceronis fuisse, quem tamen non odisse aliquando, vtriusq; quæ leguntur epistolæ, facile declarant: vel hac vna re maxime damnandus, quod eum etiam post necem sit infectatus. Maro certe, vt scitis, maxime celebrat eum & Saloninum filium. Primus Pollio, teste Plinio, bibliothecam Romæ ex manubijs instituit: primus item, teste Suida, Græcam historiam latine scripsit. Sūmæ autem autoritatis fuit apud Augustum, vir non minus toga, quam bello clarus.

Asinius Gal-
lus.

Filium hic habuit C. Asinium Gallum, qui patrem secutus, M. Tullij manes infectatus est, patremq; Pollionem ei contulit, imò si Deis placet, Jongè antetulit. extant Plinij Iunioris versus de ijs ipsis libris, quos Gallus in Ciceronem edidit, ad Pontium lib. v. 11. epistolarum. Sedenim Claudius Cæsar in Gallum defensionem pro M. Tullio composuit. Celebrantur verò Asinij Galli carmina, & in primis à Plinio in Epistolis. Seneca quoq; inter declamatores connumerat et poetas. Sunt qui Gallum scribant amasse egregium quempiam adolescentem Hippolytum nomine, in quem & ipsius carmina leguntur. Asinij quoque Galli carmen hoc esse ait Tranquillus in M. Pomponium Marcellum pugilem & grammaticum:

*Qui caput ad læuam didicit, glossemata vobis
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis.*

Declarant Dion & Tacitus historici quomodo factus sit Tiberio inuisus, adeò vt etiam occidi eum præceperit. supplicij verò diris affectum scribit Eusebius cxcix Olympiade, anno ante Titi Liuij mortem. Per Augusti tempora fuit Aristius Fuscus Comædiarum scriptor, vt Porphyrio scribit: vt verò Acroni Tragediarum. Hic vtiq; Horatij Flacci, inter præcipuos fuit amicus, id quod facile colligimus ex epistola ipsius Horatij.

Aristius Fu-
scus.

Annæus Se-
neca.

Hos sequebat Annæus Seneca Tragicus, prioris Senecæ, qui vulgò cognominatus est Moralís, frater, vel (vt alij malunt) filius. Duos enim eadem ætate Senecas fuisse ex Valerio Martiale, & Sidonio Apollinari notius est, quam vt in re tam manifesta temporis hodierni angustia abutar. Taxatus quidem prior Seneca à Fabio Quintiliano, modesta quadam Hispani hominis censura, ne scilicet id fortasse odio potius, quam veritatis candore fecisse videretur: quam rem mecum sæpe reputans, ea ratione fecisse crediderim, vt Senecæ parem gratiam referret, qui Quintilianum declamatorem, cuius adhuc nonnullæ extant declamationes, acrius antea fuerat infectatus. Secutus est Fabium Geilius, vt videtur in Noctibus Atticis, sed petulantius. verum hæc de re non est in præsentia dicendi locus. Seneca igitur vterq; patriam habuit Cordubam Hispaniæ, hodie quoq; nobilem, ex Annæa insigni familia, ex qua aliquot eadem sermè ætate viri & doctrina & moribus clari prodierunt, tres scilicet in primis fratres, Annæus Seneca, Annæus Gallio, Annæus Mela. hinc versus ille Martialis:

Et docti Senecæ ter numeranda domus.

& ex his Seneca hic Tragicus, Mela Pomponius, Lucanus, alij. Senecas quoq; locupletes fuisse manifestum est. hortos Senecæ Columella, Plinius Tacitus commemorant, sic vt Iuuenalis ita cecinerit,

Senecæ prædiuitis hortos.

Quo autem mortis genere Tragicus hic poeta interierit, parum compertum: nam de seniore notissima est historia apud Tacitum Cornelium, quam nunquam sine lachrymis legisse memini. quot etiam Tragedias docuerit haudquam proditum: quidam enim has tantum, quæ in manibus habent existimant, alij plures: nonnulli nec has quæ leguntur, vnus esse hominis arbitratur, sed diuersorum, ob quandam, quam ipsi sentiunt, styli differentiam. Certè in prima Tragedia versus aliquot reperiuntur, qui & apud seniore leguntur,

Duc me parens, summiq; dominator poli, &c.

Sunt

Sunt verò hæ octo, quæ in manibus à plerisque nunc habentur, mira sententiarum & rerum vbertate refertæ: quæ res tantam eis fortasse auctoritatem superioribus annis apud patres nostros compararunt: à plerisque enim hoc tempore, quinaris emunctioris esse existimantur, in ordinem quodammodo rediguntur. Fabius quidem nec illas sua censura dignas putasse visus est, tamen alicubi tantum Medeam nominat. quidam ea causa id factum rentur, quod hic Seneca viueret adhuc: alij, quod necdum eius in Senecas odium refederat: ut cunque me puero multo in precio habebantur, & quo quis plures ex ijs versus memoriæ mandasset, eo magis à doctoribus commedabatur. Sed & Senecam Philosophum (quod

10 tamen illi cognomen cum Fabio nonnulli rati sunt parum convenire) poemata scripsisse apud autores didicimus. Plinius quidem iunior inter grauissimos ac sanctissimos viros, qui carmina scripserunt, eum enumerat. Sunt etiam qui illum hoc sibi epitaphium composuisse tradant:

*Cura, labor, meritum, sumpti pro munere honores,
Ite, alias posthac sollicitate animas:
Me procul à vobis Deus euocat, illicet actis
Rebus terrenis hospita terra vale.
Corpus auara tamen solennibus accipe saxis,
Namq; animam caelo reddimus, ossa tibi.*

- 20 Leguntur insuper in eius epistolis versus, quos is ex Cleanthe in latinum se vertisse ait: ex quibus, si conferatis, facile cognoscere possitis, tragicum Senecam à philosopho plerisque bona fide sumpsisse. Cornelius præterea Tacitus obiectum ait Senecæ quod carmina factitaret in Imperatoris inuidiam. Circumfertur etiam de ludo libellus Senecæ nomine, in quo plerisque sunt carmina, non illa quidem à musis anna: quem libellum fuit cum ego falso ascriptum Senecæ putarem, quædam in eo duriora quædam, minusque modesta videbam: sed cum ab eruditissimis quibusdam pro legitimo non haberi modò, sed & interpretatum circumferri videam, sententiam meam amplio, tantisper dum maturius deliberem. Hunc Senecam in scriptorum Christianorum catalogo recensuit D. Hieronymus, quod
- 30 suo tempore Pauli Apostoli ad ipsum extaret epistolæ, & ipsius ad Paulum. absit, mea quidem sententia, ut legitimas putetis, quæ à nonnullis etiam nunc leguntur. Illud certè vos latere nolim, Senecam aliquando pluribus de Romanorum & gentium superstitione perorasse, & ab ijs reprehensum, id quod Florens Tertullianus eis obijcit. Aurelij Augustini circumfertur Senecæ vita, ex varijs, ut videtur, autoribus excerpta, quæ ab aliquibus Xychoni Poletono ascribitur: & proinde à me plura non expectetis, satis enim de vtriusque poetica dictum. Nunc ad reliquas huius partis imagines deuenio. Fuit & hoc loco Iulius Maternus, cuius Tragedias & carmina Cor. Tacitus in dialogo de oratoribus commemorat: quo in libro & loquentem illum inducit, & poetices partes tutatam,
- 40 eamque laudantem, contra calumniantem M. Aprum. Huius Medeam, Thyestem & Catonem Tragedias nominat idem Tacitus, nec minus togatis fabulis operam dedit. Nescio verò an hic sit Maternus, cuius Martialis & Dion meminere: tempora quidem conueniunt. meminit etiam Plinius & Vlpianus. Post Maternum Vergilius Romanus sequebatur, cuius vitam verbis Plinij Secundi ex sexto epistolarum volumine recitabo. Sum ex ijs, inquit scribens Caninio Ruffo, qui mirer antiquos, non tamen, ut quidam, temporum nostrorum ingenia despicio: neque enim quali lassæ & effœta natura nihil iam laudabile parit. Atque adeò nuper audiui Vergilium Romanum paucis legentem Comœdiam, ad exemplum veteris Comœdiæ scriptam, tam bene, ut esse possit quandoque exemplar.
- 50 Nescio an noris hominem, quanquam nosse debes: est enim probitate morum, ingenij elegantia, operum varietate monstrabilis. Scripsit mimiambos, tenuiter, argute, venuste, atque in hoc genere eloquentissimè: nullum est enim genus quod absolutum non possit eloquentissimum dici. Scripsit Comœdias, Menan

Iulius Maternus.

Vergilius Romanus.

drum aliosq; ætatis eiusdem æmulatus, licet has inter Plautinas Terentianasq; numeres. Nunc primum se in veteri Comœdia, sed non tanquam incipiat, ostendit. non illi vis, non granditas, non subtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. ornauit virtutes, insectatus est vitia, fictis nominibus decenter, veris vsus est aptè. circa me tantum benignitate nimia modum excessit, nisi quòd poetis mentiri licet. In summa, extorquebo ei librum, legendumq; imò ediscendum mittam tibi: neq; enim dubito futurum, vt non deponas, si semel sumpseris. Hactenus Plinij verba, ex quibus qualis Verg. Romanus poeta fuerit, melius puto nostis, quàm si id meis verbis recensuissem. Fuit & Græcus Isagoras poeta tragicus, qui vt Philostratus scribit, discipulus fuit Chresti Byzantij summi sua ætate sophistæ. Scripsit Isagoras & fabulas, & soluta oratione multa. Floruit Antonini Imperatoris tempore, quo etiam Marcus Marullus, poeta nō incelebris, qui Mimos docuit: tantæ verò audaciæ, vt primores vrbs taxare, & incessere solitus sit, vt Capitolinus scribit: Tertullum enim, & M. Antonium philosophum & Imperatorem incessit. Maurus Seruius Marullum ait dum mimos scriberet, parum grammaticę regulas curasse, vt scilicet risum, latitiãq; cieret spectantibus, vt in illo ad parasitum: Tu, vt Hector, inquit, ab illo nunquam recedis: visus enim est ad illa alludere voluisse, nam ille: inquit, & illa dicimus: sed tamen & illis & illibus apud idoneos ego autores me inuenire memini. Meminit verò huius Marulli diuus Hieronymus contra Ruffinum, meminit & Cl. Galenus in libris Anatomicarum aggressionum, vbi narrat, se eius filium grauissimo morbo laborantem curasse, ex neglecto pectoris abscessu: quam historiam ille pluribus, vt solet, executus est. Sanè à plerisq; ex literarum affinitate Marullus scribitur, vt à Seruio in Bucolicis, & Seneca, qui in suasorijs hoc nomine magistrum suum nominat. Fuit & M. Marullus egregius epigrammatum & hymnorum gentiliū scriptor nostro tempore. Hactenus de Marullo inueniẽdo, quantum recordor: post quem in hoc scenico poetarum genere pauci admodum sibi nomen acquisiuerunt: antiquas enim potius, quàm nouas, actitare soliti sunt poetæ. Si qui tamen fuere, qui pauci certè fuere, parum celebres, & minus in honore habiti, & propterea sunt eorum etiam nomina in obscuro. Verum postea etiam, Christiana pietate gliscente, prohibita sunt scenicæ omne genus fabulæ, adeò vt etiam Pontificijs Imperatorijsq; legibus vulgò famosi histriones & mimi, nedum poetæ, haberentur, quinimo nec eorum villa habita sit ratio: sed & alio quo tempore à Christianorum consortio procul, vt profani, arcebantur. At nunc (mihî apud vos secretò liceat exclamare) ô tempora, ô mores, iterum obscena omnis scena reuocata est, passim fabulæ aguntur, & quas propter turpitudinẽ Christianorum omnium penè consensus expulerat, eiecerat, exterminauerat, eorum (si Deo placet) præfules, atq; nostri ipsi antistites nedum Principes in medium reuocant, & publicè actitari procurant. quin & famosum histrionis nomẽ iam sacerdotes ipsi & sacris initiati sibi ambitiosè asciscunt vt inde, sacerdotijs locupletari honestent. Sed iam plus nimio noster est sermo præteruectus. Sunt & hodie qui fabulas docent, & qui transferunt tam latino & græco, quàm vernaculo Hetruscorum sermone non inconcinne: nam & recitantur, vt nostis, & aguntur penè vbiq; atq; in primis Ferrariæ, Mātux, Romæ, alibi. Hæc ferè sunt, quæ mihî de tota scena hoc triduo vobis dicenda succurrere: cras non ad clepsydram, vt ait Cicero, sed pomeridiano consueto tempore pro commodo, Deo et cœlestibus Musis bene iuuantibus, reliquas poetarum imagines persequemur. Quæ cum dixissem, Sic faciemus, inquit Piso: nihil enim hoc præsertim tempore à nobis rucundius, & fortassis etiam vtilius, fieri potest.

LILIVS GREGORIVS GYRALDVS

D. PROSPERO PASETHO CLARISSIMO

Iuris vtriusque consulto

S. P. D.

VIDE quantum me tibi debere, & sempiterno astringi beneficiorum vinculo, V. C. fatear. Nam cum semper illa Thucydidis, quæ & à Luciano Usurpatur, sententia apud me plurimum valuerit, & verissimam esse duxerim, Homines audaces fieri atque præcipites igno-
 10 ratione ac incitiis, cunctatiores Verò & morosiores ratione & doctrina: nihilominus tua singulari erga me benevolentia, totiq; ac tantis à te indies prouocatus beneficijs (ne scilicet omnino er-
 ga te ingratus haberi possim) nulla tam sapientis sententiæ ratione habita, audacior fortasse, quàm par esset, hos duos sermones, ne verius nugæ dixerim, sub tuo nomine in publicum dare constitui: nam tu (quod paulò ante his versiculis tibi significauit)

Me promereri haud desinis
 Donis Pasethe regijs,
 Et vsque & vsque, & indies
 Maiora iungis maximis,
 Et digna magno principe.
 20 Sed vnde te remunerer?
 Vel par tibi respondeam?
 Sors nil reliquit aspera,
 Ipsos nec artus corporis,
 Nec mens satis constat sibi.
 Quid ergo fiet? turpiter
 Silebo tanta munera
 Ingratus? ast infantia
 Malo pudens damnarier,
 30 Referre quàm tibi nihil.
 Hæc ergo sume incondita,
 Sed prompta ab imo pectoris,
 Tibi quæ me obæratum arguant.

Mitto igitur ad te duos hos (cuiusmodi illi sint) Dialogos, qui mihi olim cum Pisone & Pico puero sunt habiti de poetis lyricis & melicis, quibus & epigrammatum & iamborum scriptores addimus: ad te inquam mitto, & in vulgus exhibeo, ut perpetuæ meæ erga te benevolentia gratiq; animi omnibus non obscuro sint testimonio, simulq; ut si quando à Pontificijs Cesareisq; legibus prælegendis interpretandisq; & iuri dicundo, ac tribunitijs consilijs feriat-
 tus eris, in hæc nostra leuiscula animum relaxes tuum, nostriq; tibi
 ut nonnihil aliquando memoria excitetur. Vale, Calendis

Aprilis, M. D. XLV.

LILII GREGORII GYRALDI FER-
RARIENSIS DIALOGI DVO DE

HISTORIA LYRICORVM ET EPI-
grammatum poetarum, ad clarissimum Iuris vtriusq;
consultum D. Prosperum Pasethum.



VM igitur Prosper Pasethe vir clarissime, cū Pifone, & Pi-
co pomeridiana (vt solebamus) hora in viridarium descēdis-
semus, aliquib. de more confectis spacijs, sic ad me prior con-
uersus Pifone: iam, inquit, ad vltimas poetarū tabulas noster est ¹⁰
sermo deductus. Sic est, inquā: in quib. lyrici, & epigramato-
graphi, aliq; nonnulli poetæ descripti fuerant. Et quinā tan-
dem, inquit Pifone, inter istos primū? Penē, inquā, innumerabi-
les, post eos videlicet, quos superiorum dierum sermonib. commemorauimus,
adeo vt vix primorū meminisse confidam, præsertim cū tot extiterint, vt & Mar-
cus ipse Cicero negauerit, Annæo Seneca etiā referente, sibi si vita duplicetur,
eam suffecturā percurrēdis Lyricorum vatum carminib. quare nec ego plenē vo-
bis eos referre possum, repetam tamen quæ multo studio, longāq; lectione colle-
gi, & quæ ex tabulis ipsis reminisci potero. subuereor tamē, an tēporum & imagi-
num ordinem in his ipsis recensendis, vt historiæ ratio requirit, seruare potero. ²⁰
Agē, inquit Pifone, vt in priorib. sermonibus fecisti, in istis quoq; facere ne pigeat:
neq; enim rē ad obryzum exigimus. Sic ergo, inquā, vt ais, faciā. Principio, Ly-
ricorum carminū inuentores fuisse Musicos illos Græcorū veteres, quos & pos-
tas, scribit Cicero, de quorū nonnullis in superiorib. sparsim cōfulesq; iam memi-
nimus, & deinceps agemus. Hymnorū tamen inuentricē Sidonē ~~Ponifiliā~~ San-
chuniathon Byblius apud Eusebiū asserit: sic enim scribit, de Sidone agens: *ἡ γὰρ*
ἰσθρολλὴ δὲ φωνίας πρὸς τὴν ἡμῶν ὁδὸν ἔστι. hoc est, quæ Sidon quadā vocis excellentia
prima carmine hymnum cōperit. Alij apud Hebræos huiusce rei inuentionem
fuisse volunt, apud quos in primis lyrista Dauid & rex, vt ait Hieronymus, in mo-
rē nostri Flacci & Græci Pindari, nunc iambo currit, nunc Alcaio personat, nūc ³⁰
Sapphico tumet, nunc semipede ingreditur. Hic verò rex multò græcis lyricis
vetustior fuit, vt chronographi ostendunt. Sunt ex Græcis nonnulli qui in Olena
& Orpheum hymnorum inuentionem referunt. Sed de heroicis hymnis hic nō
est agendum: nam in primo sermone, si meministis, copiosè sumus locuti, quo lo-
co etiam hymnorum genera commemorauimus: quare quæ ad lyrica tātum per-
tinere videntur, me conuertam. Sanē apud vetustiores lyricos huiusmodi pri-
mum carmina monostropha tantum fuisse traduntur, quod & Pindarum in qui-
busdam suis carminibus obseruasse, eius notant commentatores: verum poste-
riore tempore tria illa inserta fuisse manifestum est, quæ dicuntur, strophe, anti-
strophe, & epodos: quod & Dionysius Halicarn. Suidas, & Attilius attestantur. ⁴⁰
quod nec latuit Cl. Galenum summum medicum & variā eruditione insignem,
in suo vltimo de vsu partium libro: quoties enim cantando aram à dextra circui-
bant, strophen vocabant: cum verò redibant à sinistra, antistrophen: demum
cum in conspectu dei consisterent, & cantici reliquum peragerent, id Epodon
dicebant: licet hoc nomen postea translatum sit in ea cantica, quæ binos versus
habent, vnde & elegiam epodicon carmen vocatum legimus, item Epodos Ho-
ratiij Flacci: tametsi grammatici quidam aliter scribunt, qui & epodon in hoc
genere afferunt, hoc est, post & ante cantionem, sicuti & Theocriti expositores
in quarti Edyllij expositione, qui has partes appellant *πρῶτα, ἀντιπρῶτα &*
ἰσθρολλίς. Ode igitur lyrica, quæ treis has, quas diximus, partes habet periodos ⁵⁰
appellatur: vnde & à Græcis Pindari hymni hoc periodi nomine vocantur.
Eadem etiam periodos trias est nuncupata, vt ab Attilio & Pindari expositori-
bus

bus traditum est. Interdum verò inter stophen & antistophen medium quiddam concinebatur, quod μέσος vocabatur. Extant & hodie odae, quæ distrophæ, & quæ tetra-strophæ, vt planè nostis, vocantur. Sunt & qui rem sic prodāt, vt Strophe primus esset ordo diuersis metrorum generibus incedens: Antistrophe, per eadem genera reflexus: at verò Epodus, varij & diuersi est carminis accentus quidā & modulatio. Alij quoq; nonnulli tres omnino hymnorum partes has prodidere, Profodion, Hyporchema, & Stasimon: nos latine dicere possumus, accentum, saltationem, & statum. Et Profodion quidem supplicatio fuit, cum primum deos adibant & sacrificium ad altare proferebant. Hyporchema verò, cum saltantes altare & canentes circuitbant, sacris inde igni admotis. At cum iam quiescerent, & nihilominus reliquum hymni concinerent, stasimon vocabant. Verùm de his iam satis: plura in prima diei sermone diximus, cum poematum omnes ferè species breuissime colligeremus: quare nos potius iam poetas ipsos recenseamus. Inter vetustissimos verò huius ordinis poetas, vt etiam fabulosa vobis aliqua discutiam, Marfyas Lydius fuit, qui à nonnullis Masses vocatus est, & iudicum Hebræorum temporibus vixisse dictus est. hic & in Satyrorum genere repositus, adeò vt eius tota ferè historia fabulosa credatur. Fuit autem eius Hyagnidis filius, vel (vt alij scribunt) discipulus, qui putatur Phrygios modos excogitasse, ante Troianorum tempora. Cybelen Maonis regis Phrygum antiquissimi filiam adamauit, quæ fistulam, quam Græci siringam vocant, inuenisse dicitur: hanc cum Marfyas nimio amore verecundius deperiret, seque mori potius pateretur, quam verbis suis illius pudicitiam tentare vellet, tibias reperisse fertur, vt commodius ac facilius ei amoris flammam indicaret: verùm vbi Cybelen grauidam factam ab Attide puero intellexit, Attinque ipsum à patre eius dilaniatum, atque ea causa Cybelen insanam factam, nihilo minus eam reliquit. Marfyas, sed illam vsque eò comitatus, donec Apollo Cybelis amore & ipse correptus, custodem Marfyam ac riualem non ferens præ inuidia, illum insequi, prioremque apud Cybelen locum desiderare cœpit: qua ex causa cum ambo in certamen musicum amoris gratia descendissent, Marfyas ab Apolline victus, arbori est suspensus, & pelle nudatus, cruor in fluuium sparsus, qui Marfyas est nuncupatus de eius nomine, & alicubi Lycus cognominatus. Hæc quidem partim ex Phrygum theologia, partim à Græcis autoribus accepi. Fabulose Ouidius apud nos historiam, vt scitis, est executus in Metamorphosi, & alibi. Sunt ex Græcis qui scribant, Marfyam insanam factum se in fluuium præcipitasse, nomenq; flumini dedisse. Plinius verò Auloctenem vallem fuisse scribit (sic appellatam existimare à rei euentu, à tibijs videlicet in fontem iactis, quod etiam innuit Solynus) qua valle in Phrygiam iretur, vbi & platanus per ea tempora ostenderetur, ex qua Marfyas ab Apolline victus pependisset. talè quoq; a Zeusi Marfyam depictum idem tradit Plinius. Scribit Herodotus, in Celenarum vrbe in foro conspici Marfyaë pellem in vtri formam suspensam, quam ei detractam Apollo suspendisset. Fluuius verò Marfya qualis esset, cum alij plerique, tum maxime Q. Curtius scribit in historia Alexandri, cum enim Alexandrū Celenis exercitiū admouisse prodidisset, subiunxit: Media illa tēpestate moenia interfluebat Marfya amnis, fabulosis Græcorum carminibus inclutus, & reliqua quæ ille & Liuius, ceteriq; scriptores produnt, quæq; nostri nunc non sunt instituti vt referamus. Sunt qui scribant à Marfya tibias ære & calamis confectas fuisse: sed revera in musicis Marfyas multa reperit, vt tibias inflare, quas, ne à fabulis recedamus, ob oris deformitatem à Pallade protectas, Marfyas ipse collegit: qua super re in annotationibus nostris multa, dum hæc duo Claudiani poetæ carmina interpretaremur:

50 *Hic cecidit Libycis iactata paludibus olim
Tibia, scædatam cum reddidit Umbra Mineruam.*

Suscipit

Profodion.
Hyporchema.
Stasimon.

Marfyas.

Suscipit tum puer Picus: Nihil, inquit, in presentia vetat, quin ea nobis summam saltem repetas. Cui ego: Nihil, inquam, sed longior sim, si rem totam complecti velim, ex Plutarcho, Aristotele, Philostrato, Pausania, Suida, Eustathio, Epigrammatis græcis, ut poetas & scriptores alios mittam: sed domi potius ex commentario omnia legetis, atque idcirco ad institutum redeo. Achillem etiam Pelei & Thetidis filium à poetis omnibus celebratum, Lyricum facit poetam Homerus, & Plutarchus, alijque scriptores. Illum quippe Homerus, conceptam de Agamemnone iram dum concoqueret, prisorum acta virorum canentem illustrium inducit: qua de re plura in Musica Plutarchus, & Philostratus in eius imagine copiosius. Vetustissimum quoque hymnum Parin Prianti filium scripsisse legimus, quem Cestō veteres vocauerunt, in quo Veneris laudes complexus erat, eamque Palladi ac Iunoni prætulit: ex quo quidem hymno poetis est causa præstita fingendi quæ de Paridis iudicio, & Veneris cestō traduntur. Sed hæc de Alexandro, quem parentum iussu græcis disciplinis institutum legimus, tantum dixisse sufficiat: de eo enim, quæ ad fabulas pertinent, vos iam sæpe ex poetis & eorum interpretibus audiistis. Fuit & Pythiermus inter antiquos Lyricos, cuius ab Ananio & Hipponacte fit mentio. Græci quidam hunc aiunt eos modos inuenisse inter Ionicos, qui sinistri dicti sunt, hoc est, τὰ μίλησκαία. Fuit verò patria Teius, & inter cætera aurum celebravit. Fuit & inter hos Lasus Charbini filius, patria, ut Athenæus innuit, Hermioneus: est enim Hermione Achaïæ ciuitas. Floruit LXXX Olympiade, tempore Darij Hystaspæ filij. quidam eodem illo tempore, quo septem florere Græciæ sapientes: quin & à nonnullis inter eos Periandri loco connumeratus est. Scripsit verò Lasus primus, quod equidem sciam, de Musica librum, dithyrambumque in certamen primus inuexit. Sunt & apud Græcos qui hunc ipsum tradant primum cyclios choros constituisse, inter quos Antipater, & Euphronius in commentarijs. qui verò his vetustiores Hellanicus & Dicæarchus fuere, non Lasum, sed Ariona Methymneum tradunt, hic quidem in Bacchicis certaminibus, ille in Cranaicis. Ad hæc Lasum oden quoque ἀπρημοί, hoc est, sine σ litera scripsisse testis est Athenæus, quam & inter gryphos enumerat. & hymnum etiam in Cererem deam simili modo concinuit, cuius hoc principium esse Ponticus Heraclides ait in Musica:

Δήμητρα μέλπω κόραυ τε κλυομένοιο ἄλοργυ.

Plutarchus verò Lasum ait priorem illam ac vetustam nimis Musicam immutasse, aliaque nonnulla. Non ausim hoc vobis loco asserere, an hic sit idem Lasus de quo Herodotus his penè verbis in septimo meminit: Onomacritus, inquit, ab Hipparcho Pisistrati Athenis fuerat eiectus, quod per Lasum Hermionis manifestò deprehensus fuisset inter Musæi sortes hanc etiam inseruisse, fore ut insulæ Lemno adiacentes mari submergerentur. Hic illud vos obseruate, Musæi sortes, ut Vergilianæ apud nostros, ut & in Musæo meminimus. Sed obsoleta ista mittamus, ad nota magis veniamus. Fuit in hac tabularum parte Terpander, qui ex Antissa Lesbi vrbe fuisse dicitur, ut autor est Stephanus. Lesbium illum quidem & Strabo in XII facit, & Athenæus, sed vrbis patriæ nomen non indicant, quidam Arnæum prodiderunt, inter quos Suidas: nonnulli Cumeum, & ex Hesiodi, alij ex Homeri nepotibus fuisse crediderunt: Homeri enim Eriphon, vel ut alij, Euryphon filius fuit, Euryphontis Phocæus, Phocæi autē Boeus, ex quo Terpander natus perhibetur, qui primus septichorden lyram constituit, hoc est, ex tetrachordo heptachordum, quod & ipse his duobus versibus testatur,

ἡμεῖς σοι τετράχρον ἀχρῆσι· πάντων χοῖδων

ἑπτάτονον φόρμυγγι νέες μελεδὴσιν ἔμμεν.

hoc est. Nos tibi mutato chordarum quattuor vsu,

Iam noua per septem modulamur carmina neruus.

Hoc idem & Boetius Seuerinus, meminit & Cleonides, qui lyram ipsam heptatonon

tonon ideo vocat. meminit & Censorinus, qui Diezeumenon à Terpandro additum ait, & primus à grauibus in acumen auertit. Primus idem Terpander modos, id est, leges mulicas, quæ ad lyram pertinent, quas ideo Græci nomos vocant, scripsisse fertur: tametsi alij Philammoni attribuunt hanc nomorum inuentionem, vt Suidas, & Plutarchus in musica, qui etiam hoc ait, Cepionem nomon ab ipso Terpandrium nuncupari. Inuenit præterea Terpander & Bæotium, & Aeolium, & Trocheum, & Oxyn, hoc est, acutum. Scripsit & proœmia citharædica quæ dicuntur. Sunt & qui velint Terpandrum elegum carmen inuenisse, vt alibi retulimus, ipsumque quater in Pythiis vicisse, id quod ex ipsius Terpandri scripto Plutarchus affirmat. Zenobius verò, quem Zenodotum quidam, vt aliam diximus, appellant, qui prouerbiorum compendium ex Lucillo Tarræo & Didymo collegit, scribit, Lacedæmonijs aliquando inter se dissidentibus, ex oraculo accersitum ex Lesbo Terpandrum: qui cum venisset, illorum furentes animos musica & cantus suauitate delinuit, eorumque discordias sedauit: vnde & ab eo tempore Lacedæmonij quoties cantorem aliquem audirent, protinus exclamare erant soliti, *μὲν Λέσβιον ᾄδεις*, hoc est, post Lesbium cantorem: quod mox in prouerbiū celsit, de ijs qui secundas partes, non priores assequuntur. prouerbij meminit Cratinus, subobscurè quoque Aristides in oratione pro concordia ad Rhodios. historiam perstringit & Plutarchus in Musica, qui & in Læconicis apothegmatis Terpandrium multatum ait ab Ephoris, eiusque citharam affixam, quod antiquam immutasset mulicam, vnumque neruum superfluū intendisset: non enim, ex Lycurgi instituto, quicquam de prisca musica immutari fas apud eos fuerat. Boetius in musica, Lesbios ait ac Iones à plerisque morbis fuisse liberatos cantus dulcedine ac Terpandri præsidio. Floruit verò is, vt in Chronicis Eusebij annotatur, xxxv Olympiade: de cuius poetæ vetustate Glaucus Italus in eo quem scripsit de antiquis poetis & musicis, ita obseruat, vt eum videlicet longè antiquiorem Archilocho prodat, illumque propterea statim post eos commemorat qui aulodicam, hoc est, tibicinam artem inuenere. Obseruatum quoque est apud Athenæum, quod & longè fuerit Anacreonte antiquior: idque ea ratione manifestum ait, quod is primus omnium Carnia vicerit, quod & Hellanici testimonio comprobatur. Carnia verò instituta Zosimus perhibet in libris de Tēporibus, Olympiade xxvii. Sedenim Hieronymus in vii. de poetis, illum floruisse scribit Lycurgi legislatoris ætate, atque hæcenus quidem de Terpandro, quem eius discipulus Clepion sequebatur, cuius tempore citharæ figuram constitutam fuisse asserit in Musica Plutarchus: quæ ideo Asia & Asiatis est vocitata, quoniā citharædici ea vsi sunt Lesbij, qui Asia proximi sunt: vnde est apud Aristophanem *ἀσιὰ καὶ κρημαία*. licet apud Apollonium commentatores obseruent, ideo eo nomine citharam vocari, quoniam in Lydia primum reperta sit, quæ prius Asia nuncupata fuerit. Alij ab Asia ciuitate, quæ in monte Tmolo sita sit, vt est apud Stephanum & Suidam, qui illam trichordem tantummodo fuisse scribunt. Sunt qui à quopiam Asia nomine Lydo inuentione dictam existimant. Fuit & Xenodamus Cytherius, quem pæanum poetam fuisse legimus: nonnulli hyporchematōn, vt est apud Plutarchum. Xenodami meminit & Pratinas. Fuit & Xenocritus Locrēlis ex Italia, qui in ea musica parte floruit, quæ secunda dicta est. Ambigitur à plerisque, an & pæanib. vsus sit: nam liquidò heroica argumenta illum scripsisse legimus: eius tamen poemata dithyrabica Plutarchus fuisse ait. Nec ab his longè aberat Aristoxenus Selinuntius, vt Hephæstion tradit, & Epicharmo longè antiquior: quin ipsius, vt idem asserit, Epicharmus mentionem facit. hunc ait Censorinus tum peritia, tum eloquentia modulari protinus cætus, clarissimū fuisse. Vfus verò est Aristoxenus ante alios omnes, eodem Hephæstione autore, primum anapaestico metro. Fuerunt & hoc nomine duo alij, quod recorder: vnus quidē Tarētinus philosophus & musicus

Xenodamus

Xenocritus

Aristoxenus

ex

ex Aristotelis sectatoribus, ut Gellius & Suidas tradunt. hic post Aristotelis mortem ea illum causa damnauit, quod successorem scholæ Theophrastum reliquerat. crebra huius mentio apud autores, Eusebium, Plutarchum, Gellium. Vi truuus libro quinto omnem Aristoxeni musicam paucis complexus est. hunc Cicero, animam ait dixisse aliud nihil esse, quàm harmoniam. Meminit & Aristoxeni Cyrillus Alexandrinus, qui & eius ætatem commemorat: item & Suidas, qui de eo & alia plura. Alter Aristoxenus Cyrenæus fuit, earum deliciarum homo, ut ex horto lactucas vesperi cum mulso ebiberet: manè verò cum easdem sumeret, vocabat placentas virides sibi à terra missas. meminit Athenæus & Suidas, cuius tamen codex est parum castigatus, quem si cum Athenæo conferatis, 10 facile emendare potestis. Fuit & Pericleus Lesbicus cum his, qui cantu citharæ Lacedæmone vicit in ea celebritate, quæ Carnia dicta sunt, de quibus modò à me mentio facta est: sed de ijs quoq; copiosius, si vita suppetat, in deorum cognominibus agemus. Sunt qui ab hoc dithyrambicam dictionem excogitatam malint, ut alibi diximus. Scribit Plutarchus, mortuo Pericleto artem illam modulandi excellentem per successionem defecisse. Fuit verò hic Hipponacte antiquior, 20 ut à Græcis est obseruatum. Et cum Pericleto Phrynis erat ex eadem insula, patria Mitylenæus, citharædicus poeta. Athenis hic primus citharædicam docuisse scribitur, apud quos summo in precio vixit. hic in Panathenæis maxima Atheniensem celebritate, Callia principe, victor fuit. Patrem habuit Canopen, seruus 30 verò natus est, & Hieronis Tyrani coquus: quam rem nec tacere Comici. Fuit verò Phrynis Aristoclidis, quem Aristoclitum vocant alij, discipulus, qui à Terpandro genus duxit, & in Græcia floruit Medorum tempore, quando Xerxes in Græcos bellum intulit. Meminit Phrynis non semel Plutarchus, qui illum ait antiquam illam & virilem ac masculam musicam in nouam traduxisse. meminit & Pherecrates Comicus his versibus:

*Sed neque miserijs his modus fuit
Meis, Phrynis iniecto strobilo quodam
Non antè cognito, irrequietis me
Flexibus atque reflexibus versando
Totam labefecit, quinqueneruijs
Duodenas obstupando harmonias.*

30

Xanthus.

Fuit & inter melicos connumeratus Xanthus Lydus, cuius in XII Diphnoston meminit Athenæus, eumque Stesichoro vetustiore facit. Melicos versus scripsit & cantica. Xanthum legimus prodidisse Electram Agamemnonis non eo nomine antea vocatam, sed Leodicen: nam Agamemnone interfecto, Clytænestra cum Egistho nupsisset, Electra ipsa nuptias est exosa, & mariti expers id nominis est affecuta, quasi ἀδελφικῆς. Xanthum item historias scripsisse Græci tradunt. Sed videndum an hic idem sit cum eo Xantho Candaulis, ex Sar- 40 dis, quem Suidas ait Lydiaca libris quatuor complexum fuisse, de quo plura & Athenæus. Sed iam his missis, de Archilocho nobis dicendum, qui in hac tabularum parte fuit. Fuit verò ex Paro insula, ut Strabo, Lucianus, Horatius, alij testantur, qui, ut est apud Eusebium, XXVIII circiter Olympiade floruit, quo tempore Tullius Hostilius apud Romanos regnabat, ut ex Cornelij Nepotis sententia obseruat Gellius. Cyrillus verò Alexandrinus in eis quos contra Iulianum Cæsarem scribit, XXXIII Olympiade claruisse prodidit. Herodotus Cædau- 50 lis & Gygis temporibus fuisse scribit, quorum etiam historiam ille iambicis complexus est, ut est apud Priscianum. Sed hi ipsi reges non multò antè præcesserāt. Patrem Archilochus habuit Telesicelē, qui cum de puero nato percontatus esset oraculum, ab eo hoc responsum retulit, ἄθινατος ὁ παῖς καὶ ἀοίδιμος ὁ δὲ πλοῖκλος, hoc est, clarus & immortalis erit puer, ὁ Telesicles: amatus enim, etiā mortuus, in primis ab Apolline Pythio fuit, ut Plutarchus in eo prodidit, qui inscribitur,

de

de ijs qui à Deo serò puniti sunt. Idem pluribus scribit Suidas: qua de re histori-
am vobis non grauabor vtcunq; meis verbis exponere: eam enim subobscure
Suidas recitat. Studiosos, inquit, etiamnum vita functos, dei minime dant obli-
uioni. Archilochus enim in cæteris omnibus generosus atq; eximius, si quis ei
turpitudinem & maledicentiam adimat, ab eòq; hanc veluti iniustam maculam
abstergat, quando & illum deus Pythius in prælio casum est miseratus, in quo
iuxta tritum sermone puerbium, cõmunis est Enyalius, id est, Mars belli deus.
Pythium igitur fortè adiuerat, de ijs quæ tum sibi necessaria fuerant scitaturus
Calondas (qui Callonides à Plutarcho vocari videtur) miles Naxius, Coruus,
10 hoc est, Corax cognominatus, Archilochi occisor: at illum vt scelestum Pythia
profecuta est,

Templum exi, famulum Musarum nanq; necasti: hoc est,

μεσαιων δόρω τοι τὰ κερκίταις ἔβηθι νῦν.

& præterea illi vulgaria quædam ac protrita subiunxit. Tum Calondas Pythiæ
belli fortunam ac vices obiecitabat, quòd scilicet in belli discrimine, vel id face-
re, vel pati, hoc est, interficere vel interfici necesse sit: & propterea indignum es-
se, se à deo odio haberi, si sui ipse genij gratia viuat: scq; quodammodo calumni-
abatur, quòd non potius mortem oppetisset. quibus verbis illum Pythius est
miseratus, eiq; responsum dedit, vt ad Tanarum proficisceretur, vbi Tettix tu-
20 mulatus erat, manibusq; Telesiclei filij & cineribus parentaret, eòsq; placaret.
quæ cum Calondas fecisset, à dei ira liberatus est. Sane Plutarchus in eo, quo a-
git de sera numinis vindicta, Tettigem hunc Cretensem fuisse prodit, qui cum
classe ad Tanarū peruenit, & ibi ciuitatē condidit, iuxta quam erat animarum
expiatio. Porrò ne & hoc vos lateat, Archilochus ipse Tettix, hoc est, cicada di-
ctus est, nam ipse se hoc nomine vocauit, vt Lucianus in Pseudologista plurib.
scribit. Cū enim eum quidā conuicijs laceffiuiisset, Cicadā, inquit, ala apprehen-
disti: hoc est, τίτλιγα τὸ πῦρ (ωείληφας, se scilicet cicadā appellans, cuius ea natura
fertur, vt & loquax sit & vocalis, nulliq; necessitati obnoxia. Interfectoris tamē
Archilochi, apud philosophū Oenomaum & Eusebium nomen Archias est, nō
30 Calondas, vel Callonides: ita em̄ Oenomaus apud Eusebium: Iniustæ neutiquā
aduersus Archiam minæ, neq; importuna Pythia, quæ vlciscebatur iam multò an-
tea vita functum Archilochum, ipsūmq; Archiam vt scelestum iubens è templo
exire, Musarum enim ministrū interfecerat. Quibus planè omnibus intelligere
Pliniū potestis, qui in septimo ita concisè hanc historiā perstringit: Archilochi,
inquit, interfectores Delphis arguit Apollo. Idem & Solinus scribit. Fuisse verò
Archilochū, vt diximus, in cæteris quidem generosum ac nobilem, nisi q̄ male-
dicus, & in sermone obscœnus a deo, vt poetarū petulantissimum eum apud Eu-
sebiū idem Oenomaus dixerit. Sed & Pindarus in Pythijs eum hac causa acer-
bè taxat in Epinicio, id est, victoriæ hymno Hieronis: nam & ea de mulieribus
scripsit, quæ nemo frugi ac sobrius audiat. Idē ferè scribit Plutarchus in eo q̄ est
40 de curiolitate, id est, πολλὴν πειρασμῶν. Huius verò maledicentiæ vitium in patriā
quoq; referri potest: quandò ea natura ingenioq; quædam sunt ciuitates ac na-
tiones, vt aliud nihil scire videantur, nisi calumniari: vnde & illud Græcis pro-
uerbium, ἀρχιλόχου πατρίς, Archilochi patria, quod in mordaces & maledicos di-
citur. Proximū huic & illud, Archilochum calcas, ἀρχιλόχου πατρίς, quum quis ve-
stigijs Archilochi insistere videtur, morèsq; imitari: hoc est, cum calūnijs & ma-
ledictis assueuit. quare & Marcus Cicerò Archilochia edicta, contumeliosa ap-
pellat. Est à Valerio Maximo proditū, Lacedæmonios sanxisse, vt Archilochi
libri extra suam urbem exportarentur, q̄ eorū lectionem parum verecundā ar-
bitrabantur: nolabant enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus morib.
50 noceret, quàm ingenijs prodesset: itaq; ait, maximum poetam, aut certè summo
proximum, quia domum sibi iniustam obscœnis maledictis lacerauerat, carmi-
num exilio mulctarūt. Plutarchus quidem non libros solū eiectos, sed & ipsum

Proaerb.

quoq; prodidit, cum ita cecinisset, fatius esse clypeum abijcere ac arma, quam animam amittere. carmen quo id dixit, vt apud Plutarchum ipsum & Sextū Impericum libro Pyrrhonorum tertio legi, tale fuit:

ἀπὸ δὲ τῆς σαίωνος ἀγάμειται, λὺ πρὸς δαίμονα

γίγνηται ἀμύμοντος καὶ Μιχρονὸς ἐδέχθη. hoc est:

Atq; aliquis Saion clypeo nunc letus abibit,

Quem liqui nolens in loca plena rubis.

meminit & Aristophanes. Sunt autem Saïj (ne vos hoc lateat) populi Thraciæ, vt cum grammaticis scribit Strabo. quidam eos & Cicones vocant. Sunt qui ea voce cadauera bellatorum interpretentur. Sanè qui apud veteres scutum abijcerent, græco vocabulo ἄμυμονος dicebantur, quod & in prouerbium transfuit: vnde & Demosthenes eo nomine male solitus est audire. Sed quòd exilio multatus sit Archilochus, etiam illo carmine innuit Ouidius:

Viq; repertori nocuit pugnax iambi,

Sic fit in exilium lingua proterua tuum.

Nam, vt Aelianus in varia historia scribit, ideo Critias Archilochum vituperabat, quòd sua ipsius probra ipsemet scribendo prodiderit, quæ ad nostram notitiam aliàs non peruenissent. nam quòd matre serua natus est, quòd patriam ob inopiam fugerit in Thasum, quòd & quæ amicos ac inimicos habuerit, quòd scutum abiecerit, & reliqua quæ vitio illi dantur, nesciremus, nisi hæc ipse omnia suis scriptis declarasset. Traditum est memoriæ, cum Archilochus aliquando valde tristaretur, quòd sororis suæ maritus in mari periisset, eum vino iocisque ac ceteris voluptatibus mœstitiæ diluisset, hæc identidem dicens, Equidem neque quicquam flens me debor, neque dum epulor lætorve malū quòd faciam. Ab Archilochus quoq; Archilochium carmen iambicum appellatur, vt Hephæstion, Diomedes, Terentianus, alij scripserunt: à quibus & illud proditur, quòd cum à Lycambe focero delusus esset, qui ei Neobulen filiam desponderat, sed mox dare abnuerat, epodon primus ex trimetris & dimetris commentus sit: quo carmine, vt ait Iulianus poeta, focerum & tres filias adeò acerbè est insectatus, vt omnes simul ad laqueum compulerit. quare sic Terentianus: Archilochus, inquit, isto sauit iratus metro contra Lycambem & filias. nota est historia. Quidam, vt puto, perperam ipsum iambici inuentorem carminis faciunt eo Horatii versu notissimo,

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

id quæ eò efficacius astruunt, quò & Ouidij autoritate, quam modò retuli, fulcitur videntur: parum id obseruantes, quòd multò antea inuentus fuerit, & eo sit versus in Margite Homerus, vt Aristoteles & Artilius scribunt, id quòd & antea diximus, & non nihil in Hipponactis imagine paulò infra dicemus. Ab Archilochus igitur rabiosus iambus, & pugnax factus, cum antea alijs rebus aptus. Ab eodem & acephalus versus, vt inquit Maurus Honoratus, inuentus. Archilochum verò Fabius Quintilianus ita laudat, vt validas vibrantesq; sententias habere dicat, plurimumq; sanguinis atq; neruorum. nec minus Hermogenes, vbi de terribili agit oratione. De Archilochus Heraclides certè Ponticus dialogum reliquit, in quo non modò vitam, sed & sermonis & linguæ eius vim explicuit. Legimus & hoc Archilochi epitaphium:

ἀρχιλόχου τὸ δὲ σῆμα, γόν δὲ λίσσωνος ἰάμβου

ἠγάγε μοι οἰδὴ μῦθου χαεζομένη.

Sepulchrum hoc, inquit, Archilochi, quem in rabientes iampos egit Musa Homero gratificata, ne scilicet si heroicum Archilochus arripuisset, palmam de eo Homero surriperet. Videtis, vt puto, græci poetæ argutias, quas ego veritus minus me assequi posse latine, ab interpretatione abstinui: nisi quis fortè audax ita interpretari velit:

Archilochi hic tumulus, rabie quem armauit iambi

Mæonide cupiens Musa placere suo.

Leguntur & alia ab Iuliano scripta epigrammata, quæ passim leguntur. Demum composuit aliquando Archilochus hymnum in Herculem, cuius initium hoc fuisse & Pindarus innuit in Olympijs, & in eo loco grammatici:

Χαίρει καλλιμένη Τένελλα ἀναξήρα κλυτός. hoc est,

Salve Callinice Tenella rex Hercules.

- quo postea, carmine in sacris certaminibus victores omnes ornabantur, ter à spectatoribus repetito. Est verò Tenella vox à tinnitu fidis efficta, ut Tarantara à tubæ sonitu, qui quidem versus Archilochi melos à Pindaro dicitur. At de Archilochi iam satis, nunc ad alios, qui hac in parte fuerant, venio: inter quos & Arion Methymnæus Lesbius, qui (ut Suidas tradit) Cyclei filius fuit, lyricus & citharædus nobilissimus habitus XXXVIII Olympiade, Periandroq; Corinthiorum tyranno gratissimus. Scripsit verò cantilenarum prologia & proœmia, ad duo ferè millia versuum: tropon quoq; & figuram tragicam. Sunt qui & ipsum chorum & dithyrambum primum constituisse velint, & satyros etiam induisse, qui per metra canerent, & pleraq; alia. Nec desunt qui Alcmanis discipulum fuisse affirmant. Huius notissimam historiam per maria à delphine vecti, cum nauis eum occidere vellent, Herodotus scribit, & ab eo Gellius, Plutarchus, & alij, ut Ovidium & poetas mittam. Strabo tamen à nautis illum summersum putat, alij nonnulli haud penitus fabulosam existimant, quod & plerosq; pueros à delphinis per maria vectos, uterq; Plinius, Solinus, Gellius, Appion, & Theophrastus connumerant, sed his multò plures Athenæus. Extant & in huiusmodi re græca nonnulla epigrammata. Sedenim quoq; magnum rei argumentum, si gnium in Tanaro positum cum insidente, quo loco à delphine delatus fuerat Arion, ut Herodotus & Gellius scribunt. Idem Hyginus, qui & in cœlum delphinum ipsum inter sydera delatum prodidit, atq; hæc quidem de Arione breuiter. Post quem erat Antheas Lindius, quem alij Gnidium fecere. Fuit verò senex & fortunatus, & Cleobuli philosophi cognatus, ut Philodemus scribit, nec minus in poetica facultate ingeniosus: primus em̄ poësim excogitauit, ut refert Athenæus, quæ per compolita nomina conficitur, qua mox & Philiastus Asopodorus in iambis vsus est. In sacris præterea Dionysij Antheas versatus est, eius dei veste indutus. Ad hæc & Comœdias & alia composuit. Fuit & Anthes poeta, cuius antea meminimus.

- Fuit & in melicorum poetarum numero Pyrrhus poeta repostus, qui (ut Lynceus scribit) Erythræus fuit, hic Pyrrhicho nomen dedisse ab aliquibus creditur. Grammatici verò interpretes Theocriti, non Erythræum, sed Lesbium poetam fuisse scribunt. sed de pyrrhicho vel pyrrhichio pede aliàs. Huius quidem Pyrrhi in quarto Edyllio meminit Theocritus, & cum eo Glaucae Chiræ, quæ in ea musica parte, quæ Cromatica dicitur, excelluit tempore Ptolemæi Philadelphij, ut idem scribunt interpretes. Erat & cum his Battus, qui ineptior est habitus poeta, cuius hymnos & longos nimis fuisse legitimus, in hisq; eandem vnam rem sæpius inculcaram & repetitam, sic ut omnibus fastidio esset. ad hæc scripsisse quoq; dictus est in simulachra & statuas nihilo melius, adeò ut ab eius nomine in ineptos ac blatterantes identidem, prouerbium inoleuerit *βαττολογία*, hoc est, Batti more loquor, ut autor est Suidas, & Theophilus hinc & *βαττολογία*, pro fatua & inepta garrulitate: & verbum *βαττολογία*, quo Ioannes Euangelista, vel quisquis is fuit qui Matthæi euangelium ex Hebræa in Græcam linguam conuertit, vsus est: *προσδύχουνοι ἵ μὴ βαττολογίσητε*. Precantes, inquit, ne battologifate, id est, inaniter loquamini. quo in loco græci interpretes, & Theophylactus in primis, Battologia est, ait nugacitas, & battarismus inarticulata vox, qualis est puerorum. sunt tamē qui à Thebano quopiam prouerbium deductum velint. sed de Batto Cyrenarum conditore nunc nobis non est sermo, ne & nos *βαττο*

videtur. Post hos verò hac tabularum parte Lyrici nouem, sic à Musarū numero nuncupati, sequebantur, qui, vt est in Græcorum epigrammate, ita ordinantur: Pindarus, Simonides, Stesichorus, Ibycus, Alcman, Bacchylides, Anacreon, Alcaeus, & Sappho, quam potius decimam musam, quàm lyricam ait nominandam. Frequens est quidem nouem lyricorum mentio apud scriptores cum latinis, tum græcos, atq; ideo à nobis ea causa vel accuratius, vel copiosius recensendi. Vnus certè Isaacius apud Græcos non nouem, sed decem in commentarijs in Lycophronem enumerat: his enim quos enumerauit, decimam Ecyrrhinam addidit, quam ego utiq; Ecyrrhinam pro Corinna meridiosè scriptam fuisse facillè crediderim. Nam & Hephæstion Corrinam duplici R enunciare videtur. Sed de Corinna suo loco, nunc nos tabulæ & temporum, non græci epigrammatis ordinem sequemur in his recensendis. Nam & in Pindari commentarijs græcam elegiam legimus, in qua ab eo diuersum ordinem offendimus. Primus igitur inter Lyricos poetas erat Alcman, qui eodem quo Pittacus tempore, vt scribit Eusebius, XLIII scilicet Olympiade claruit: alij XXVIII, quo tempore Ardius, qui & ab aliquibus Ardis dictus est, apud Lydos regnabat. Plerique verò Alcmana Laconem fecerunt, id quod & Statius poeta innuit, cū cecinit,

Obsitus & tetricis Alcman cantatus Amyclis.

quod tamen manifestè negat in historia Velleius Paterculus. Suidas ex vrbe Messana, in eo licet perperam legatur Messoa, fuisse ait, sunt tamen qui alterum existimant. Crates verò ex Sardis Lydiæ vrbe, quod & Antipater quodam carmine testatum reliquit, & Leonidas in ipsius Alcmanis epitaphio, legitur & in libello de exilio, Plutarchi carmen, quo idem innuitur. Patrem Alcman habuit Damanta, vel vt alij, Titarum. Veniri ac gulæ operam dedisse legimus, vnde & inter gulones & voraces, ac multi cibi homines connumeratur a Græcis, vel ipso eodem teste, qui se πολυφάματον nuncupat. Idem & Athenæus in decimo, & Aelianus, quo loco addephagos, hoc est, voraces commemorat, inter quos Pityrea Phryga, Cleonymum, Pisandrum, Charippum, Mithridatem regē, Timocreonem Rhodium, de quo suo loco, Erysiythona, Myrmidonum, qui κλάδων est cognominatus, atq; ideo haud quoq; mirum, si supra modum amatorijs & rebus Venereis vacasse perhibetur: nam & ipsum eroticorum carminum ἡγεμὴν quidam putauere. Extant apud Athenæum eius ipsius carmina, quibus illum facillè colligimus impatienter Megalostrotam poetriam adamasse. De familiaribus ac domesticis libros sex scripsit. Melicos versus, & quas Colymbosas ipse nuncupauit, primus insuper modulamina induxit, quæ sine hexametris versibus concinuntur. Lingua vsus est Dorica, qua & Lacedæmonij utebantur. Aelianus scribit Alcmana seruum fuisse Agesydis, sed ab eo libertate donatum, ob illius virtutes & ingenij elegantiam, & perinde à Græcis Dulcis, hoc est, γλυκὴς cognominatur. Perijt verò pediculari morbo, hoc est, phthiriasi. Ab hoc carmen alcmanicon, quod & alcmanicon, interdum à nostris perperam Alemanicon appellatum, cuius & Hephæstion meminit, vt alios mittam. Sunt & qui alterum Alcmana fuisse asserant ex vrbe Messanæ, & ipsum Lyricum. Alcman, teste Plutarcho, Fortunam Prouidentia filiam, sororemq; Eunomia & Pithus dicere solebat. & adhuc de Alcmanè sat dictum. Quem sequebantur Alcaeus & Sappho, ambo eadem patria nati, eademq; ætate, ex Lesbo scilicet Mitylenæi, vt Strabo docet, quidam eos floruisse prodiderunt LX Olympiade: in Eusebij tamen chronicis XLV annotati sunt, vt mirari possimus varietatem scriptorum: sed in Eusebio huiusmodi pleraque sunt præposterè notata, quæ non diligentissimi scriptoris, nec eius qui latinum fecit Hieronymi errata, sed scriptorum potius & librariorum esse crediderim. Vt cunque, nostrum nos sermonem sequamur. Alcaeus igitur, vt de hoc prius agamus, fratres duos habuit, alterum quidem Cicin, alterum verò Antimeniden, quem Babyloniorum socium, vt scribit Strabo, appellare erat solitus, & certamina magna confecisse dictus, ipsosque ex maximis periculis li-

Alcman.

Alcaeus.

lis liberasse. Est in historijs proditum, Pittacum ab Alcæo multis contumelijs & conuicijs laceratum: nam vt est ab Aristotele literarum monumentis relatum, cum Alcæus & frater Antimenides patriæ exercitui duces præessent, ipsis à ciuibus abrogatū imperium, & eius summa est Pittaco tradita: quam rem iniquiore animo tulit Alcæus, rémq; ipsam in suorum carminum locis plerisq; aperte ostendit. Dionysius historiam ita ipse recenset: Pittacum, inquit, dictatorem (sic enim quem illi esymnetam, interpretatus est) Mitylenæi creauerunt, vt contra exules eos, qui Patriæ cum Alcæo nobili poeta erant, confligeret: quare non mirum videri debet, si cum illo perpetuas inimicitias exercuit: nam & illum, vt refert Laertius, interdum *σαράποδα*, & *σείραπον*, quod latipes esset, & pedes traheret, & *χειροπόδων* nuncupabat, quod scissuras in pedibus haberet, quæ græcè *χειράδες* & *βραχίαι* appellantur, Laertio & Phauorino testibus. *Γαίεμα* verò, quod frustra intumesceret & superbiret. Item *φύσκωνα* & *χάσρωνα*, quod pinguis esset. *Ζοφοδορμίδαν* autem, quod *ἀλυχνος*, id est, non sine lucerna videret. Porro & *ἀγρόμετρον*, quod de se male audiret & sordidus esset. atq; huiuscemodi Alcæus conuicijs & maledictis Pittacum est infectus: quare cum captiuus in ipsius Pittaci manus venisset, vt est apud Val. Maximum, illum quidem impune abire permisit, tantum admonuit quid in opprimendo posset. Heraclitus verò illi dixisse ait, veniam longè supplicio meliorem: verbum vtique *σοφῶ*, id est, sapiente dignum, & vel

hoc ipse dignus vt inter septem sapientes connumeretur. Sedenim non Pittacum solum Alcæus est infectatus, sed & Myrsilum, & Megalagyrum, & Cleanthiden, aliosq; nonnullos, qui in patria tyrannidem per impotentiam exercebant, vt tradit Strabo. Commodius ergo, inquit Piso, o Pice, Quintiliani verba exponemus, cum Alcæum ait tyrannos infectatum esse. Cui ego: Equidem rectè Piso doces, sed paulò post tu ipsius Quintiliani verba recensueris. Græci Stasitica Alcæi quædam opera vocant, quæ vos latinè seditiosa dicere potestis. Meminit & de his Strabo, in quibus scilicet de patriæ seditionibus, intestinisq; discordijs à tyrannis oppressa agebat: quo etiam carmine navigationem suam & bella descripsit, quod & Acron testatur, & Horatius, cum ita cecinit:

30 *Et te sonantem plenius aureo Alcæe plectro,
Dura nauis, dura fugæ, mala dura belli.*

Herodotus memoriæ monumentis mandauit, quod eo tempore quo Mitylenæi cum Atheniensibus pugnarent, victoriâq; penes hostes esset, Alcæum abiectis armis aufugisse, quæ ab hostibus collecta in templo Palladis suspensa fuere, idq; ex ipsius versibus ad Menalippum facile cognosci: quam tamen historiam vt parum fideliter ab Herodoto expositam, Plutarchus reulit in eo qui inscribitur de Herodoti abusione seu malignitate, si rectè sic cacoethia interpretatur. historiæ veritatem secuti sunt Strabo, Laertius & Suidas. At verò in Musicis & in arte modulandorum carminum peritissimum fuisse Alcæum, præter Græcos & Attilius Donatianus apud Latinos scribit: ideòq; Horatium in quibusdam ait

40 *duriorem videri, quod Alcæum haud rectè semper sit imitatus: vt in illo,*

Te deos oro, Sybarin cur properas amando perdere?

Fuere & alij præter hunc Alcæi nomine, inter quos duos scenicos poetas, si meministi, recensuimus, alter etiam Vespasiani Imperatoris ætate claruit. Sed & alium inter epigrammatographos referemus. Interim verò tu Piso iam quæ de Alcæo poeta meministi Quintiliani verba recita. Sic, inquit, faciam. Alcæus in parte operis aureo plectro meritò donatur, quoniam tyrannos infectatus est: multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis & magnificus & diligens, Homero similis. Sed & in lusus & in amores descendit, maioribus tamen aptior. Hæc ille quidem, & simul Piso ipse conticuit. Tunc ego, Rectè Fabius: nam & Cicero in Tusculanis de Alcæo sic: Fortis, inquit, vir in summa republica cognitus. De iuuenum amore scripsit Alcæus: Lycum enim puerum ardentè amauit, vt Flaccus canit, nigris oculis, crinèq; decorum: cuius puerinæ

Sappho.

uus in articulo, vt scribit Cicero, illum delectauit. Eius in scribendo instituti fuit Alcaeus, quod notat Synesius, vt manifestis, non fictis vteretur argumentis: vnde quibus rebus oblectaretur, quibusve tristaretur, facile deprehendi colligiq; poterat: id quod etiam de Archilocho traditur, atque hucusq; de Alcaeo. Nunc iam de Sappho loquamur, quam sic laudat Strabo, vt ei similem nullam fuisse, ne in minima quidem poetices parte, asserat: quod idem Eustathius in Dionysij commentarijs affirmat. Fuit hæc Scamandronymi ex Cleide vxore filia: alij, vt Suidas ait, Simonis dixere, alij Eunomini, seu Euemenis, alij Brygij seu Eucryti, alij Semi, alij Camonis, alij (vt omnium opiniones vobis asseram) E tarchi: obtinuit tamen, vt à pluribus Scamandronymi credatur, quos Herodotus in historijs secutus est. Fratres verò tres habuit, Larychum, Eurygion, & Charaxum: e quibus Larychum suis versibus celebrauit, atque in primis cum vina in Prytaneo Mitylenæis administrauit, quod & scribit Athenæus. At verò Charaxum valde vituperare erat solita, quòd Rhodopen meretricem olim Aesopi Phrygij fabulatoris conseruam inuerecundè adamarit, & ita perditè, vt eius causa omne ferè patrimonium consumpserit. Huius quidem meretricis pyramida celebrat Herodotus, Plinius, Strabo, & alij plerique. Fratrem ergo Charaxum Sappho eius meretriculæ causa odio & carminibus est infecuta. Apud Athenæum reprehenditur Herodotus, sed cum Herodoto vos etiam Strabonem intelligatis, quoniam idem & manifestius existimauit, quòd scilicet Rhodopis & Dorice eadem fuerit meretrix à Charaxo dilecta, cum duæ fuerint: Rhodopis enim Thressa genere fuit, Dorice Naucratitidis. Neque enim Rhodopis verua Delphos misit, sed Dorice idem ab Athenæo epigrammate Posidippi comprobatur. Sed nos hæc mittamus, ipsamq; Sapphon referamus, quæ viro nupsit Cercolæ. Sunt qui Cercyllam perperam vocent. si græcis scriptoribus standum, ex Andro insula is fuit ditissimus, vt Suidas refert: ex quo filiam genuit, cui nomen Cleis: sed eo mortuo, diuersis amoribus est diffamata, adeò vt vulgò Tribas vocaretur: promiscuè enim impudens pueros & puellas arsit, vnde & mascula ideo à quibusdam appellari creditur, ab Horatio Flacco & Ausonio Gallo, quòd marium scilicet vices in opere cum puellis gereret: sint licet, inter quos Porphyrius, qui eam ob studia poetica id nominis sortitam velint, in quibus studijs vt vir versata est: quasi non & aliæ pènè innumerabiles scemina id studium magnificè exercuerint. Alij masculam ea causa dictā arbitrantur, quòd Leucadium, qui virorum erat, saltum animosè aggressa fuerit: ad quod Papinnianū illud ex patris epicedio referunt:

*Saltus, inquit, ingressa viriles,
Non formidat a temeraria Leucade Sappho.*

Suidas tres Sapphus discipulas nominat, Anagoram Milesiam, Gongylam Colophoniam, & Eunecam Salaminiam. Et tres item ab eadem puellas amatas prodidit, Athida, Telesilam, & Megaram. verum ego plures comperi, quarum hæc nomina, Pyrino, Mnats, Anactorie, Cydno, Cyrene, & post has Phaon Lesbius adolescens, quem Plinius amatum tradit propter herbe radicem, quam nostri Centumcapita vocant, quæ alterutrius sexus similitudinem refert: vnde si viris contigerit mas, amabiles fiunt, quo pacto, inquit, amatus fertur Phaon Lesbius à Sappho: quem Phaonem cum in Siciliam nauigasset, lepidissimo carmine Sappho est profecuta: quod Ouidius poeta in epistola eius nominis imitatus creditur: cuius inquam Phaonis amore impatiens Sappho, se è Leucade in mare præcipitem dedit: quem è Leucade saltum & alios subijisse legimus. Miram, inquit Piso, mulieris vecordiam, si non potius furias nobis narras: sed quam id causa quæso ediffere. Quibus ego: Ea scilicet, vt amoris impotentis vim solueret. Quo fit, vt postquam in huius rei mentionem incidimus, non fortasse vobis ingratum fecerim, nec à nostro valde proposito alienum, si quæ à nobis aliàs

aliàs sunt obseruata, in præsentia paucis retulero. Quinimò, ait Pífo, gratiffimum feceris: & simul puer annuebat vt dicerem. Tunc ego: Scribit, inquam, Strabo decimo suæ Geographiæ libro, prope Leucada Apollinis templum esse, vbi saltus fiat ad sedandos amoris æstus: ex quo Ouidius Deucalionem primum se præcipitem dedisse cecinit, Pyrrhæ amore percitum: hanc legem, inquit, locus ille tenet. Menander verò primam Sapphon amoris, vt ait, cæstris ferentem, ex alta petra dei voluntate se præcipitem dedisse scripsit. Sed Charon Lampfacenus & Plutarchus, Phobum Phocensem primum ex Codri genere eum saltum fecisse prodiderunt. Antiquitatum scriptores quidam, & cum ijs Strabo, Cephalum tradunt primum eam rem tentasse, Pterelæ Deionei filie amore percitum. Sed nunquid, Pícus ait, omnes isti, qui se inde præcipites dederunt, interiere? Cui ego subridens (rem enim visus est pueriliter interrogare) minime, inquam: nam nec Deucalionem nec Cephalum perisse legimus: Sappho verò & Calyce, de qua in Stesichori imagine dicemus, mulieres interierunt, atque id nonnulli ideo arbitrantur, quòd viriles, non muliebres saltus ingredi sunt ausæ: & perinde illud de Sappho Stratiij, cuius paulò antè meminimus, sic interpretantur, de quo tamen non satis inter doctos conuenit. Et hæc vobis de Leucadio saltu dicta sint breuiter, vt institutum sermonem continuemus, atque in primis repetamus quæ de Phaone à Palephato in apistòn, hoc est,

20 incredibilium historia traduntur. Cum Phaoni, inquit, cura esset eorum quæ ad nauigationem pertinent, accidit vt Venus in formam vetulæ mutata Phaonem interrogaret, num se trans fretum vehere vellet: cui ille annuit, statimque ne quid mercedis petens transmisit: cui dea in rei gratiam tradidit vt ex ferè adolefcens, & omnium quidem formosissimus fieret: qua ex causa illum postea Sappho ardentissime amasse traditur. Idem ferè Aelianus in omnimoda historia: à quo hoc amplius additum, Phaonem à dea vasculo donatum medicamentis pleno, quibus cum delibutus esset, factus est omnium pulcherrimus, atque ideo mirandum in modum à Lesbijis mulieribus amatus, & in ijs à Sappho maxime. Cum verò in adulterio demum deprehensus fuisset, pœnas dedit. Sed videte:

30 quæso, quibus præstigijs humanū genus ante corporatum Verbum dæmon ludificaretur, vt tandem illud in propriam perniciem compelleret. Huius Phaonis fabulæ meminit & Lucianus in Dialogis qui Nericij inscribuntur. Et quod de vasculo diximus medicamentis pleno, in allegoriam quædam referunt, de qua etiam in pyxide Psyche est obseruatio. Hac, vt puto, fabula Phaonis illud ex Plauti Milite clarius vobis constabit, quàm adhuc expositorum aliquis sit interpretatus. Nam nulli, inquit, mortali scio obtigisse hoc, nisi duobus, tibi & Phaoni Lesbio, tam nimie te vt amarent. Alij Phaonem occultatum in lactucis à Venere ferunt eius amore capta, vt apud Athenæum Callimachus & Cratinus prodiderunt: id quod & in allegoriam ab aliquibus refertur, quòd qui lactucis vtantur, ad Venerem exercendam debiliores fiant: atque idcirco à Pythagoricis lactuca Eunuchus appellata est, vt in nostris ad te Pice Pythagoræ symbolis retulimus. Quidam alteram Sapphon existimarunt quæ Phaonem amarit. sunt et qui plectrum ab ea excogitatum scribant. Menæchmus quidem Sicyonius Pectida inuenisse ait (instrumenti musici id nomen) quam rem pluribus Athenæus exequitur. sed iam & quæ à Sappho scripta sunt referamus. Condidit in primis Lyricorū libros nouem, epigrammata, elegiā, iambos, monodias, epithalamium, et alia quædam. Aeolico verò dicendi charactere vsa est. Ab ipsa quoque carmē Sapphicū deductum est, vt Hephæstion, Terentianus, Attilius, & Diomedes obseruāt. quoniam & ab eadem Aeolicum carmē & antipestichon inuectū est, vt Attilius

50 & Terentianus scribunt. Harmoniam præterea mixolydij à Sappho repertam prodit Aristoxenus, quem secutus est Plutarchus in Musica: tametsi quædam in Pythoclidem tibicinem referunt, & Lysis in Lamproclen Atheniensem. At verò gratiam tantam in carmine habuisse Sapphō scribit Demetrius Phalereus, ex in-

geminatiois & replicationis figura, quam anadiplosin Græci vocant, cuius & exempla quædam ille protulit. Sed & Hermogenes cum de orationis dulcedine differit, eam ideo plurimum laudat, sed tum maximè cū lyram interrogat, eamque respondentem inducit. Scribit Aristoteles in Rhetoricis, quòd Alcæo dicenti, Vellem rem quampiam Sappho tibi dicere, sed me pudor impedit: tum statim Sapphò respondisse, Si proba honestaque Alcæe dicere meditareris, nec turpe potius ac obscenum quidpiam, non pudore afficerere. Eiusdem Sapphūs & illam sententiam esse ait idem Aristoteles, Mortem omnino malam esse: nam & dei, inquit, nisi hoc ipsum iudicarent, & ipsi morentur. quo eodem nos argumento per *αὐτὴν ἴσπεύοντα*, id est, argumenti reflexum, mortem bonam dicimus, quòd eam Deus homo subire voluerit, quo modo Paulus ille doctor gentium eam se cupere dicebat. At nostris his sermonibus minus ista conueniunt, rectius ergo in poetis nostris moremur. Est quoque literarum monumentis traditum, Sapphon ad diuitem ac locupletem mulierem, sed planè indoctam atque ignaram scripsisse, eam omnino citò interituram, propterea quòd nullam ex sese posteritati memoriã relinqueret, nec natos (vt ait) ex rosetis Pieriæ. digna profectò sententia, quæ omnibus, non vni identidem mulieri concinatur. Didymus Chalcenterus in Græcis magni nominis scriptor, dubitat Sapphon sibyllamne potius, an poetriam appellet. Quæ ego cum dicerem, O præclaram, inquit Piso, mulierem, quantum se ea sexus ille meritò ac iure efferre potest: hanc enim vel cum viris conferre quis dubitet? At quid habent nisi mollitiem & garrulitatem nostræ ætatis puellæ? non omnes quidem dico, audio enim & hodie nonnullas in hac diuina facultate, cæterisque bonis artibus commendari. Sed Lili tu, si quid amplius de Sappho restat, redde nobis. Sic agam, inquam, vt citius cæteros lyricos referam. In primisque Mitylenæi imaginẽ Sapphūs suis nummis effinxere, vt Pollux autor est. Duas tamen hoc nomine fuisse, quod paulò antè dixi, apud Græcos compei, ambas quidem Lesbias: priorem Erethiam, secundam Mitylenæam, ambas quoque poetrias. Reprehenditur apud Athenæum Hermesianax, quòd æqualem putauerit Anacreonti Sapphò, cum hæc, inquit, tempore Alyatis patris Cræsi floruerit, ille verò Cyri & Polycratis. Tunc Piso ait: Aliquanto igitur Anacreonte senior Sappho: Sic est, inquam, si vera tradit Athenæus: tamen si Chamæleon in eo quem de Sappho scripsit, aliter sensisse videtur. Comicus verò Diphilus amatam eam ab Archilocho & Hipponacte dixit in ea, quam de Sappho fabulam scripsit: cum Athenæo tamen conuenit Eusebius. atque hæc nobis dictum sit de Alcæi & Sapphūs imaginibus. Post hos erat Tifias, qui quòd cantu citharæ chorum primus constituit, Stesichorus dictus est. Fuit hic in Lyricorum numero haud incelebris, & Hesiodi, vt Philochorus scribit, ex Clymene filius. alij ex Archiepe, quod in commentarijs in Hesiodum legimus. alij non Hesiodi, sed Euphorbi filium putant. alij Euclidis, quidam Hyetis, Plato & Stephanus Euphemi prodiderunt. Ex Himeræ verò Siciliæ fuisse dicitur, id quod ex pluribus Phalaridis epistolis colligimus (si modo sunt eæ Phalaridis epistolæ, quas Luciano plerique attribuunt) vnde & a Græcis sæpius Himeræus vocatur. Idem & M. Cicero in quarta in Verrem actione, cum Himeram à Carthagenensibus captam direptamque scripsisset: Himeræ, inquit, ciues quos belli calamitas reliquos fecerat, hi Thermis sese collocarunt. mox subiungit: Erat etiam Stesichori poetæ statua senilis incurua cum libro, summo, vt putant, artificio facta ab eo qui fuit Himeræ. Sed est & fuit tota in Græcia summo propter ingenium honore & nomine. hæc quidem Cicero. Quidam tamen, inter quos Stephanus & Suidas, ex Metauro Italiæ fuisse opinati sunt. alij ex Pallantio Arcadiæ fugisse, Catanamque Siciliæ peruenisse, ibique sepultum. Pugna quidem fuisse dicitur inter Himerenses & Catanenses de cineribus Stesichori, cui dirimendæ Phalaris Astypalæus iudex electus, pro Catanensibus pronunciauit, ea scilicet ratione, quòd apud Catanam studijs literarum operam

operam nauasset. Alcmane iunior Stesichorus ab autoribus scribitur, sint licet *Stesichorus.* qui vetustiore tradant. Mirum est quod Stesichoro infanti accidisse proditum est, Iusciniam scilicet in ipsius infantis ore concinuisse: quod, si quidem verum est, eximium proculdubio suauitatis & dulcedinis futuri poetæ prodigium fuit. Clare verò cœpit à XXXVII Olympiade ad LVI vsq; qua decessit: qua argumētatione colligimus, illum ad summam senectutem peruenisse. Lucretianus quidem in Macrobijs octoginta & quinque annos vixisse testatur: videtur tamen legendum XC V. Fratres verò duos habuit, Mamertinum geometram, & Helionaetia legumlatorem. Filias item nescio quot habuit, quas de morte patris epistola consolatus est tyrannus Phalaris. Fuere verò hæc Stesichori filia in modulandis numeris & carminibus pangendis nihilo patre indignæ reputatæ, eo quando tempore nulli in ea facultate, præterquam patri, cedere dicebantur. Dorica quidem Stesichorus lingua vsus esse perhibetur, quod scilicet ea in Sicilia frequens esset, vt alibi diximus. Poemata Stesichori sex & viginti libris composita Suidas prodidit, meminit & Canticorum, id est, ἀσμάτων eius Athenæus, qui & ipsum inter eos qui nimio plus amauerunt, connumerat: à quo & celebratur poema illud in Calycem puellam, quæ vt Aristoxenus musicus scribit, cum Euathlum adolescentem ardentissime deperiret, deæ Veneri preces effudit, vt sibi Euathlus maritus contingeret: quod cum puer se facturum abnuisset, puella amoris impatientia, vt Sappho, ex alta se Leucadis rupe præcipitem dedit, eundem finem sortita. quam historiam princeps noster Piceus, pater Pice tuus, ad me quodam poemate vno perstrinxit versiculo:

Testis Stesichoro dati cantata Calyce.

diastole scilicet hac dictione vsus. summæ autem probitatis virum Stesichorum fuisse legimus, vnde apud Græcos factum prouerbium est in indoctos & inelegantes, Neq; Stesichori tria nosti: quamuis alij ad ipsius carmina referant, quæ *Prouerb.* epodica fuerunt, in quibus illa tria essent, de quibus in huius sermonis exordio egimus, strophe, antistrophe, epodos. Stesichorum præterea synesius heroicum ferme poetam facit, cum ait: Stesichorus, veluti & Homerus, qui heroscum genus nobilitius & illustrius suis versibus reddidere. quare, vt puto, apud Dionem Alexander Macedo illum inter eos poetas reponit, quos, vt à regibus legantur, dignos censet. Hermogenes Tarsensis, iuuenis licet, diligentissimus tamen rhetoricorum scriptor, vbi de oratoris dulcedine agit, Stesichorum pluribus verbis extollit, in eâ plurimum orationis parte excelluisse scribit, ob adiecta epitheta, quibus ipse commodè vsus est. Est verò imitatus Stesichorus in versibus modulandis, nomos & regulas Olympi, quas & illustrauit, vt Plutarchus in musica scriptum reliquit, qui & illum ait harmatio nomo & dactyli specie vsus: quibus, in vnum si conferatis, quæ à Fabio Quintiliano de Stesichoro scribuntur, facilius intelligetis, quam exponi ab alijs consueuere: quæ verba, quando *40* ea tu memoriæ tenes Piso, refer. Nec cunctatus Piso, sic (opinor) inquit Quintilianus: Stesichorus quam sit ingenio validus, materiæ quoque ostendunt, maxima bella & clarissimos canentem duces, & Epicæ carminis onera lyra sustinentem: ac si tenuisset modum, videtur æmulari proximus Homerum potuisse: sed redundat, atque effunditur, quod vt est reprehendendum, ita est copiarum vitium. hæc illi. Quæ cum Piso retulisset, ita ego subsequutus sum: Reliqua, inquam ego, de Stesichoro vobis subiungam: atq; id in primis, quod inter gentium miracula connumerari solet, cuius & Irenæus & Hieronymus inter Christianos meminere. Ferunt enim, cum aliquando Stesichorus in Helenam maledicum carmen & contumeliosum condidisset, eum tãdiu oculis captum fuisse, quoad per somnium monitus palinodiam recantaret, cuius etiam palinodiæ initium apud Platonem legimus. Scripsisse verò in insula Rhodiana autor est Strabo. Rē alij fabulosius tradunt: Cum, inquit, Leonymus Crotoniata vulneratus, ex oraculo monitus nauigasset in Leucen insulam maris Euxini, vnde sanatus cum e-

dijsset,

dijset, inter cætera narrabat ab Helena sibi mandatum vt Himeram proficis-
 retur, Stesichoróq; nunciaret, ipsum ob Helenæ iram oculorum morbo labora-
 re: cuius rei causa ipsum n. ox palinodiam concinuisse, & sanitati restitutū. Sed-
 enim & memoria dignus ipsius est apologus, quo ille ad Himerenses vsus est, &
 ab eo Horatius quadam ad Aristium Fuscum epistola: quem eò certè vobis li-
 bentius recito, quòd & præcellentissimus philosophus Aristoteles in Rhetori-
 cis eum ita rerulit: Himerenses, inquit, cum Phalarim imperatorem sibi delegis-
 sent, eiusq; custodiæ armatos satellites daturi essent, post multa quibus id dilua-
 debat, Stesichorus apologum huiusmodi commentus est: Equus, inquit, solus
 prata obtinebat, ceruus verò superueniēs velocitate sua illa sibi vsurpare vide-
 batur: tum equus vt se de cerui iniuria vlcisceretur, hominem consilij causa adiit,
 eum percontatus, an secum vellet de tanta cerui petulantia atq; audacia suppli-
 cium sumere. at homo equo ait, Facillimum hoc, inquit. si tu fræna & me hastam
 tenentem, tergo admiseris. Equo placuit hominis consilium, ipsumq; hominem
 sessorem equitēq; sustinuit: ex quo, ait Stesichorus, tēpore homini deinceps
 famulatur equus. Cauete igitur & vos, ne dum hostem vlcisci cupitis, seruitutē
 vobis perpetuam consciscatis: iam enim ori fræna admisistis, cum vobis Phala-
 rim imperatorem delegistis: si verò & apparitores ac satellites, & corporis custo-
 des dederitis, tum demum planè tyranni imperio parebitis, sempiternæq; serui-
 tutis iugum & vestris & nepotum ceruicibus imponetis, atq; hīc quidem Stesi-
 chori apologus. Tum non multò post, ipse cum alijs plerisq; cum in Phalaridis
 manus venisset, sibi de nece valde metuebat: sed tyrannus hominis ingenio ac
 sapientia motus, eum suis ciuibus incolumem restituit, vel hoc vno non tyran-
 nus: Cononem tamen ipsius Stesichori comitem interfecit. Illud quoq; de Stesi-
 choro fertur. Cum Locrenses loquaces ac maledicos à conuicijs & loquacitate
 reuocare cuperet, subobsuro quodam sermone eis dicere solitus erat, Ne cic-
 dæ humo canatis. sunt enim apud Locros, Plinio & Pausania referentibus, cic-
 dæ plurimæ, & mul. um garrulæ. Sed de Stesichoro licet iam satis vobis dixisse
 videri possim, nihilominus & eius monumentum haud præteribo, vt ei poetæ
 etiam vita functo honorem habitum cernatis. Illud quidem Catanæ positum fu-
 isse ante vrbis portam, quæ exre Stesichoria dicta est, octangulū, hoc est, octo-
 gonum perhibent: à cuius forma, in talorum & tesserarum lusu casus quidā Ste-
 sichorius, vel Stesichorites appellatus est, vt Pollux & Eustathius prodiderunt.
 Alij omnia ei sepulchro ex octonis rebus fuisse volunt, octo scilicet columnis,
 octo gradibus, & octo quoq; angulis: atq; inde factum prouerbium, Omnia oc-
 to, *ἅπαντα ὀκτώ*, cum rei nihil deesse significamus: etsi illud aliunde alijs deductum
 arbitrantur. atq; hæcenus de Stesichoro: deinceps de Simonide agēdum, cuius
 imago in tabula sequebatur.

Prouerb.

Simonides.

Fuit verò Simonides post Stesichorum, id quod & Athenæus ostendere ni-
 titur, cum quis primus *πρῆματα* dixerit, inquit: ibi enim Simonidis versus quos-
 dam affert, in quibus de Stesichoro fit mentio. At Eusebius eadem simul ætate
 vixisse scribit: alijs post Ibycum, quod obseruauimus apud eos, qui in Apolloni-
 um commentaria collegere. Suidas Simoniden ait LVI Olympiade floruisse:
 alijs LXII scripsere, & peruenisse vsq; ad LXXVIII. Fuerit vtcunq; illud certè
 à multis est traditum, nouem Lyricos poetas si non eadem ætate fuisse, non mul-
 to certè tempore inter se distantes. Fuit ergo Simonides Leoprepis filius, vt He-
 rodotus scribit: vt alijs, Theoprepis: vtrunque est apud Suidam nec semel lege-
 re. Fuisse verò dicitur aspectu sœdō & deformi, id quod illi obiecit Themistoc-
 les. patria Iulites, ab vrbe Cæ insulæ. cognominatus item Melcertes, à cantus
 suauitate. Literas verò longas & duplices reperisse à Græcis quibusdam di-
 citur: at noster Plinius has tantum quatuor ait inuenisse, κ, ω, ζ, ψ. Dorica in scri-
 bendis versibus vsus est lingua. Cambysæ & Darei regnum, & Xerxis nauale
 prælium descripsit, cuius rei apud Suidam, & in commentarijs in Apollonium
 mentio-

mentionem nonnunquam factam videmus. Item prælium illud quod ad Artemisium promontorium commissum est, versu elego composuit: quod verò ad Salaminem factum est, Lyrico carmine executus est. Scripsit & threnos, hoc est, nœnias vel lachrymas. Horatius: Cææ retractas munera nœniæ. & Catullus: Mœstius lachrymis Simonideis. quanquam propter affectum & reticentiam locus hic Catulli parum lucide à grammaticis explanatur. Composuit itē laudes, hoc est, encomia, & epigrammata, quorum adhuc pleraq; leguntur, vt illud in Megistum vatem Acarnanem ex Melampodis genere, cuius & Herodotus meminit: interitum enim Megisteus Leonidæ & sociorū, sui quē ipsius prædixit: quare constructo ei ab Amphictyonibus tumulo, Simonides ob mutuam hominis

10 familiaritatem hoc carmen composuit:

*Nobilis hoc bustam est, Medi occidere, Megistei
Sperchion ad fluuium, sed tamen vltus obit.
Qui vates obitum quamuis præsciuit adesse,
Noluit hic Sparta deseruisse duces.*

Scripsit & pæanas & tragœdías: his addit & Strabo, Deliacorum dihyrambū, quem Memnon inscripsit, addit & Herodotus laudes in Eualciden Eretriorum ducem. Gryphis quoq; & hoc genus poematum delectatus. Duo utiq; eiusmodi extant epigrammata, quæ in medium affert Chamæleon, alterum quidem de hircō & delphine, alterum de asello qui per lusum Epeus dictus est, quæ nisi ab eo ipso explicarentur, minus profectò intelligerentur. Inter longauos verò cōnumeratur: nonagesimum enim annum excessisse scribit in Macrobijs Lucianus, Suidas nonagesimum nonum. Eusebius in Simonidis ætate inconstans esse videtur. Proditum est à Valerio Maximo, octogesimo illum anno, vel potius nonagesimo legendum, carmina docuisse, et in eorum certamen descendisse magna etiam cum voluptate: id quē se nouisse scribit Valerius ex ipsius Simonidis poematis. Senex etiam Simonides interrogatus quandiu vixisset, parum, inquit, at annos multos. autor Stobæus. Deis certē Simonidem gratū fuisse, ex his quæ Cicero & Valerius tradunt colligimus. cum enim naufragum quendam in litore proiectum vidisset, & miseratione motus eum humasset, moneri se per somnum visus est, ne crastino nauem conscenderet: postridie igitur haud nauem cōscendit: cæteri spreto hominis consilio cum soluisent, eo spectante, naufragio periere. quare letus Simonides, quod somno vitam seruasset, tanti beneficij memoriam elegantissimo carmine æternitati consecrauit. Non minus mirum videtur id quod ab hisdem simul & Fabio traditur. cum enim Cranone, quod Thesalix oppidum est, apud Scopam amicum & diuitem cœnaret, carmenq; cantasset, quo Scopam quidem ipsum laudarat, sed ita, vt sit, in Castorum laudes diuenterat, tum Scopas iratus dixit Simonidi, eius dimidium quod dare pactus fueram, à Tyndaridis petas. Fabius inter autores magnam esse dissensionem ostendit: nam non Scopam quidem, sed Glaucum Carystium, alij Leocraten dicunt, alij Agatharchum: ipsumq; cœnaculum nō Scopæ, sed Pharsali cuiusdam: quam rem & Simonides ipse quodam suorum carminum loco monstrauit. Igitur postquam ille negauerat præmium, nunciatum est duos ad ianuam iuuenes adstitisse qui Simonidem vocarent: ad quos cum exiisset, repente triclinium corruisse, conuiuāsque omnes & ministros ruina elisisse: iuuenes qui ad ostium adstiterant, nusquam amplius visos, quare Tyndaridas illos fuisse creditum est. quod licet fabulosum Fabius putet, tunc primum tamen idem ipse & alij quamplures scriptores memoriæ artem existimant Simonidem excogitasse, in collisiorum videlicet discernendis cadaueribus, excelluit enim memoria Simonides: quam quidam comparasse arbitrantur quibusdam epotis medicamentis, quod Marcellinus Ammianus scribit. Philostratus in Apollonij vita: Memoriam, inquit, adeo exercuit, vt Simonidem quoq; superasse creditus sit. hymnum etiam à Simonide in memoriæ laudem compositū frequenter decantabat,

50

tabat, in quo omnia consumi tempore, marcesceretque scribit, ipsum verò tempus nec senescens nec corruptibile circa memoriã permanere. hæc quidem Philostratus. Simonidem etiam quidam volunt primum induxisse breuem loquendi modum, quem ex re Græci micrologiam nuncupant. Versatus verò est Simonides diu in Sicilia, quod ex Xenophontis dialogo de tyrannide planè compertum est. Sed & Theocritus poeta idem innuit in Charitum poemate, & eius ibi interpretes. Chamæleon quoque in eo quem de Simonide scripsit: Cùm Syraculis, inquit, esset cum Hierone Simonides, & ab illo quotidie munera splendida acciperet, non paruam ille sibi eorum partem reponebat, quòd scilicet ipse pecuniæ auidus esset, & turpe lucrum faceret. causam ab eo quodam interrogate, ¹⁰ cur ab eo id fieret, Splendida, inquit, est Hieronis magnificentia, mea verò venustas. Idem cum apud Hieronem cœnaret, nec ei leporem vt alijs apposuisset, verum postea misisset, ille sic ex tempore cecinit:

ὅδε γὰρ ἔδ' ἄνρ' ἔδ' ἄνρ' πρὸς ἐὼν ἰβήκῳ δόξο. hoc est,

Huc quanquam latus, nondum peruenerat ad me.

Scribit Aristoteles, ab Hieronis vxore interrogatum Simonidem, meliusne esset diuitem, an sapientem esse: respondisse Simonidem, longè se frequentius intueri sapientes in diuitum ianuis quàm contrà: id certè insinuans, sapientes locupletum ope indigere. At meo quidem iudicio callidè & sapienter magis Aristippus Cyrenaicus Dionysio hoc ipsum percontanti respondit: Sapientes ideo, ²⁰ inquit, pro diuitum foribus frequentius videntur, quòd probè intelligunt quæ desint diuitibus, quibusve egeant, at diuites minimè. Sed quòd paulò ante auarum Simonidem diximus, & lucro turpi magis operam dedisse, quàm par sapienti esse videatur: simili etiam de causa à Pindaro & Callimacho taxatur, id quod & Pindari commentatores obseruant. Hinc & in avaros & sordidos simul & callidos adagionem factum legimus, cuius Aristophanes & Suidas meminere, *συνουίδε μέλη*, hoc est, Simonidis carmina seu cantica, varia scilicet, & malæ artis: is enim primus in poeticam, astutiam & quæstum induxit. quin & ipse *κίμβη* à Chamæleonè ea de causa vocatur, qua dictione Græci pecuniæ auidum significant. Idem & apud Athenæum legitur. Scribit Stobæus in Apophthegmatis, Simonidem ³⁰ interrogatum cur senex esset avarus: respondisse, cùm moriatur inimicis malo pecuniam relinquere, quàm viuens amicos egens experiri: simul accusans instabilitatem & paucitatem amicorum. Sunt quoque in frequenti sermonis vsu Simonidis capsulæ, id est, *κεβύλα*: quarum altera, quæ mercedis erat, semper plena: altera, quæ gratiarum dicitur, semper vacua. meminit in Gratijs Theocritus & Plutarchus cum aliubi, tum in eo qui *πρὸς κλυπερχμοῦσι* inscribitur, & Suidas, vt alios mittam. Interrogatum verò ab Hierone Simonidem scribit Cicero, quod id, aut qualis esset Deus, diem vnam postulasse ad deliberandum, postridie autem bīdium, atque sic pariter deinceps duplicasse numerum: quam ob rem miratus Hieron, quæsiuit, quid ita faceret: tum Simonidem respondisse, quòd id diu ⁴⁰ tius consideraret, eò sibi rem videri obscuriorem. Simonidem ipsum præterea cum Pausania Lacedæmonio aliquando in conuiuio cùm esset, ab eo rogatum legimus, vt graue aliquid & sapientia refertum diceret: tum Simonidem risisse, Memento, inquit, quòd homo es: hoc est, *μὴ μνησθῆναι θεῶν ὅτι ὄν*. quam vocem cū Pausanias spreuisset, tum demum eius recordatus est, cum omnium rerum inops in Chalcioeco occlusus fame atque inedia periret, ter enim in hæc fermè verba prorupit: O Cæ, inquit, hospes, magni momenti fuit sermo tuus, sed illum ego ob amentiam minus æstimabam. Succurrit & illud in præsentia Simonidis, quod est in tertio Symposiacôn Plutarchi. Cum hospes quidam in conuiuio federet, nihil quæ loqueretur: O hon: o, inquit, si tu fatuus es, sapiens opus facis: si sapiēs, ⁵⁰ fatuum. Celebratur & illud ab eodem Plutarcho, sæpe quòd locutus esset, Simonidem dicere solitum, se pœnituisse: quòd tacuisset, nunquam. hoc est, vt poeta sapiens canit:

ἡ ἀκούσῃ νοεῖ, νοεῖ ἐσθ' ἑλκόμενον.

- quod inuentum in Pythagoræ alijs, alijs Socrati, alijs alijs attribuunt. Item respondeat cuidam dicenti, cur Thessalos solos non deciperet: Indoctiores, inquit, sunt ac rudiores, quam ut à me decipiantur. Illud quoque eius dictum fertur, poesim picturam quandam esse loquentem picturam verò poesim silentem. Tantæ insuper auctoritatis habitus est, ut à summis viris celebretur. Nam & Xenophon, Attica illa Musa, libellum de Tyrannide, Simonide & Hierone interlocutoribus fecit. Plato in Protagoræ dialogo, Socratem multa Simonidis carmina exponentem inducit, atque id maxime cum cecinit, Difficile esse virum verè bonum fieri manibus pedibusque & mente tetragonon, hoc est, quadratum. quo loco obiter vobis obseruandum, à Platone dictum quadratum perfectum, & ad æquilibrium factum: quo pacto quoque & Damascius existimauit. Sed & de tetragono, hoc est, quadrato homine Aristoteles Moralium primo, & Rhetoricorum tertio meminit: vnde & quadrati numeri, & quadrata Roma, & hominis statura quadrata, perfecta scilicet & ad æquilibrium facta: & quadratum corpus apud Celsum & Columellam: hinc & quadrati versus. Quòd verò Græci de Hercule prouerbum fecere, *κατὰ δὲ γέλοιον*, aliter etià exponitur quam à nostris quibusdam, qui prouerbia interpretati sunt: nam & hoc idem de Mercurio dictum est. Sed his de rebus hæcenus, ne plura inculcemus, alias copiosius hæc disputata
- 10 legetis: nunc reliquum vobis de Simonide pensum assero. Scribit Plutarchus, Themistoclem in Atheniensium republica principem, Simonidi rem parum iustam petenti respondisse: sicut neque tu, inquit, Simonide bonus sis poeta, si præter modulos poema concinas: ita nec ego bonus sum princeps, si præter leges iudicem. Simonidis & hoc existimatur, *ἀνάγκη δὲ θεοὺς μάχουσι*, hoc est, cum necessitate neque deos pugnare. Fuit quoque Simonides, ut Aristoteles obseruat, ad eò humilium verborum contemptor, ut cum mulabus vicisset, earum nomen suo carmini inferere non est dignatus, verum ita circumscripsit, *χοῖρεται ἀμωρόδων θυγατράδ' ἱππῶν*. saluete, inquit, ventipedum equorum filia: qua in re tamen illum Aristoteles irridet, Cur non ait, & asinorum mula filia? At verò diuersum, inquit Piso, de Simonide Quintilianii iudicium esse videtur, quam quod tu modò ex Aristotele retulisti. Dic plane Piso, inquam, quid de Simonide tuus Fabius, cuius ad eò verba tenes. Tunc ille: Simonides, inquit tenuis, alioqui sermone proprio, & iucunditate quadam commendari potest: præcipua tamen eius in commouenda miseratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus eiusdem operis autoribus præferant. atque hæc quidem de illo Fabius. sed Aristoteles, inquam, verba tantum censur, Fabius & verba & sensa. Fuerunt & alij Simonidis nomine poeta. inter quos ille, qui huius fuit filius existimatus, ab alijs verò ex filia nepos, qui ante bellum Peloponnesiacum floruit, tresque genealogiarum libros reliquit, & totidem inuentionum. Fuit & tertius Simonides
- 20 Crinei, iambographus, ex Amorgo, ut Strabo, Athenæus & Stephanus docent, quem nonnulli iambicorum carminum inuentorem credidere. hæc eius opera traduntur, Iambi, Elegia, duobus libris distincta. Floruisse aiunt post Troiana tempora annis CCC. Fuerunt & alij huius nominis poeta, sed non huius ordinis, de quibus aliorum dierum sermonibus egimus: quare iam ad Pindarum accedamus, qui, ut Fabius ait, longè inter nouem Lyricos princeps, id quod & ex pictura facile cognosci dabatur: augustiori enim specie quam reliqui, quæ pictoris fuit induitria, erat in tabula depictus. Floruit verò, ut scribit Eusebius, Pindarus LXXVI Olymp. quo tempore in scena florebat Aeschylus, & Gelon tyrannus obtinuit Syraculas vixit per usque ad tempora Hieronis, Gelonis fratris, ad quem & hinc nos scripsit Diononienis enim filij quatuor fuere, Gelon, Hieron, Polyzelus & Thrasylbulus. Alij quidem LXXV Olympiade eum vixisse scribunt, quos inter Suidas: sed hoc tempore natum putarim, illo verò claruisse. Quo eodem tempore Xerxes in Græciam ingentes illas copias terra marique

Pindarus.

ductabat, Pindarus tum XL annum agebat. Thebis utiq; natus, unde & Dirceus cygnus vel olor à poetis nuncupatus est. Natum quidem eum ait Stephanus in vico vel regiuncula Cynocephalorum, id quod & ipsius poetæ commentatores affirmant: neque enim crassus aer semper incultos ac rudes homines profert, nam in eo natus Pindarus, Lyricorum omnium fuit, ut græcè dicam, οὐδὲν ἄλλο 78. Patrem, ut quidam scribunt, Scopelinum t. bicinem habuit, à quo ea arte primum institutus fuisse traditur. Qui rem melius scrutati sunt, Pindarum aiunt Daiphanti filium: alij licet Pagonidæ & Myrriδος poetriæ dicant, quam & Myrtò vocatam ab aliquibus inuenio. Sunt qui eius discipulum scribant, nec Pagonidæ uxorem, sed cuius modò meminimus, Scopel. ni, à quo Pindarus Lafo Her- 10 mioneo lyrico poetæ erudiendus traditus fuit, qui non longè post, magistrum magno interuallo superauit. Non desunt inter scriptores, qui Pindari matrem, Clidicen nuncupent, eundemque Daiphantum & Scopelinum fuisse: quod in Pindarum grammatici obseruant. Fratrem habuit Pindarus Erotionem nomine. Duxit & uxorem Timoxenam, ex qua filios tres sustulit, marem vnum Daiphantum: foeminas duas, Eumetin, quam Polymiten ab alijs vocatam lego, & Protomachen: quibus etiam in Pythionico quopiam hymno præcipit, ut matris Deum & Pani nocturna sacra facerent: hos enim deos summa veneratione ac pietate coluit, domumq; possedit, deorum matris templo coniunctam: quod cum ipse & Philostratus, tum ipsius quoque Pindari expositores planè ostendunt. 20 Nec minus quoque Apollini gratus fuisse dicitur, adeò ut eorum munerum, que in ipsius dei templo offerebantur, μερίδα, hoc est, partem à deo sibi assignatam acciperet, iudicisq; à sacerdote vocaretur ad cœnam: id enim apud Delphos Pythia antè prædixerat: qua re factum est, ut nomen Pindari lætè per omnem Græciam celebre haberetur: sed & apud reges & respublicas non modò cum in viuis ageret, sed & post mortem gratum illum fuisse historiæ probant. Nam cum Thebas Alexander, ut Arrianus & Plinius referunt, diriperet, Pindari vatis familiaræ penatibusq; parcè iussit, id quod & antea Lacedæmonios fecisse legimus, propter hanc in ipsius poetæ domo metro trochaico hypermetro factam inscriptionem: Πινδαί, ἡ τῆς μουσικῆς τῶν σέγας μὴ καίεται. hoc est, Pindari poetæ tectum ne 30 cremate: quæ verba ab Alexandro pro ædibus inscripta fuisse Dion testatū reliquit. Præclara sunt ista profectò, Piso ait, Pindaricæ fidis præconia. Cui ego: Præclara, inquam, sed quæ ab eo edita fuere longè magis mihi illustria videntur: composuit enim vltra XVII libros, inter quos hi numerantur, qui nunc in omnium manibus & ore versantur, Hymni in quatuor Græciæ certaminum victores, vario carminum genere conscripti, ac Periodi nomine celebrati. reliqua eius scripta perierunt, Pæanes, Dithyrambi, Scolia, Epitaphia, Encomia, Threni, Prologia, Parthenia, Enthronismus, Bacchica, Daphnephorica, Hyporchemara, Dramata tragica, quæ & ab Hermogene, ubi de sermonis castitate agit, valde celebrantur. Scripsit item epigrammata epica, & ad Græcos oratione soluta admo- 40 nitiones. Diuinam tamen hanc poetices facultatem in genesin transtulit Villius, vel ut vulgò appellatur, Iulius Firmicus Maternus: natum enim esse Saturno in nono ab horoscopo loco constituto in Geminis: quæ genitura, ut ipsius Firmici verbis vtar, diuinum poetam Lyrici carminis reddit, qui choreas Libero & rhythmos, sed & rara religiosi carminis modulatione componat. Atqui ego in eius potius studium & naturæ corporis habitum refero, quam in astrorum collisiones motusq;: quæ omnia mira diligentia & facundia vterque Picus, pater scilicet & magnus patruus huiusce nostri Pici pueri, refellerunt: & idcirco nos reliquum potius vitæ referamus. Pindarus igitur cum adhuc in cunis esset infans, apis tanquam in alueare, in ore ipsius mella & fauos deposuit, id quod & Plato- 50 ni diuòq; Ambrosio contigisse, græcæ & nostræ historiæ tradunt, diuinæ certè cuique suauitatis singulare præsagium. Alij verò, inter quos Pausanias, prodiderunt, cum adolescentulus esset Pindarus, æstiuòq; tempore Thebis Thespias iret,

iret, æstu meridiano fatigatus, præ somno ac lassitudine paululum è via declinauit, prostratusque cum dormiret, aduolantes ad eius os apes in labris mellificarunt. huius quoque rei mentio est in græco quodam carmine, quod de vita Pindari inscribitur. Sed multò locupletius hanc rem in secundo imaginum scribit Philostratus, ubi elegantissime Pindari imaginem effingit, vitamque perstringit. Sed enim iunior fuit Pindarus quam Simonides quem & aliquando audiuisse fertur: Corinnæ verò æqualis, a qua & aliquando in certamine victus fuit, ut in eius imagine planius referemus. at Bacchylide senior fuit. Sed iam quæso attendite, quod à Pausania proditum ei contigisse iam senescenti: Pindaro, inquit, per somnum Proserpinam deam obuersatam esse, & apud eam questam, quod cæteri quidem dei ab eorum hymnis celebrati forent, solam se ab eo præteritam: id verò se facturum cum ad eam venisset, pollicitus est Pindarus. at cum ante decimum diem is diem obiisset, anui cuidam affini, quæ carmina persæpe canere cõsueuerat, per somnum astitit, hymnumque in Proserpinam deam ille concinuit, quem illa experrecta statim exscripsit, & alijs concinendum tradidit. miraculum quidem hoc: at obitum illius iam Valerij Maximi verbis referamus. Pindarus, inquit, cum in gymnasio super gremium pueri, quo vnicè delectabatur, capiteposito quieti se dedisset, non prius decessisse cognitus est, quam gymnasiarcho claudere eum iam locum volente, nequaquam excitaretur: cui quidem,

10 inquit, crediderim eadem benignitate deorum, & tantum poetice facultiæ, & tam placidum vitæ fructum attributum. hæc Valerius. Sed patet etiam Plutarchum, quod de hac Pindari morte scribat in paramythica, id est, consolatória oratione ad Apollonium. De Agamede, inquit, & Trophonio ait Pindarus, cum in Delphis templum condidissent, eos mercedem ab Apolline petiisse: septima se die eis redditurum deum promississe, iussisseque interea eos epulari. ijs ita, ut sibi iussum fuerat, facientibus, septima demum nocte dum quiescerent, interisse proditum est, inquit: & ipsi Pindaro per eos qui à Bœotijs ad oraculum missi fuerant sciscitanti, quid optimum homini contingeret, promanant, hoc est, vatem respondisse, id quod neque ipsum latèret, si quid ipse de Agamede & Trophonio scripserit: idque si experiri vellet, non multò post illi manifestum futurum: itaque persuasum, quæ ad mortem pertinerent, cogitasse Pindarum, atque ita non multò post diem suum obiisse. Scribit & hoc Duidas, cum petiisset Pindarus, inquit, ut quod optimum in vita esset sibi daretur, in theatro ei contigisse, ut in genibus sibi dilecti pueri moreretur, annum ægis quintum & quinquagesimum. puero verò illi nomen fuisse Theoxeno legimus, qui, ut Athenæus scribit, Tenedus erat. Leguntur & hodie Pindari versus in hunc ipsum puerum, quibus se radijs ex illius facie prodeuntibus atque emicantibus mirabiliter affici ait. Proditum quoque est historia, Thebanis cum Atheniensibus dissidentibus, cum Pindarus quodam suo carmine scripsisset, ὦ πύλα πύλαι κῆ: ἰχάλο πόλιος ἀθαίαι, hoc est,

40 ô infelices & magnifica vrbs Athenæ, a suis ciuibus Thebanis magna pecunia mulctatum fuisse: quod ubi Athenienses rescivere, auri tantundem ei restituerunt. Cum item alias fulcrimentum ac sustentaculum Græciæ Athenas appellasset, hoc est, ἔσμαι ἀθάται, Lacor em tum quendam statim subintulisse. citò Græciam funditus ruituram, si huiusmodi, inquit, fulciatur sustentaculo. atque hæc quidem in præsentia de Pindaro. Tu verò Piso quæ de illo Fabius, iam recita. Et Piso: Nouem, inquit, lyricorum longè Pindarus princeps, spiritus, magnificentia, sententijs, figuris, beatissima rerum verborumque copiam, & velut quodam eloquentiæ flumine: propter quod Horatius eum merito credidit nemini imitabilem. hæctenus Fabius. Sed & plurimum Horatij carmine celebratur. Recte dixisti, inquam, Piso: nam & Arcefilaum maximum philosophum dicere iolium accepimus, Pindarum poëtam idoneum esse præcipuè verborum vocem implere, ac eorum copiam præbere. Sed præter hunc Pindarum alter etiam fuit huius sororis seu fratris filius, & ipse Lyricus poeta, Scopelini filius, cuius (ut scribit

Anacreon.

Suidas) cum Alexander Thebanos omnes, præter sacra & sacerdotes, captiuos faceret, ædes & posteros ac domesticos seruauit, ob prioris Pindari memoriam. Arrianum citat Suidas, cuius hæc fermè sunt verba in primo: Parsum est, inquit, in direptione Thebarum vnus Pindari poetæ tectis ac posteris in honorem murum. Sed iam de his fatis. Post Pindarum erat Anacreontis imago, cuius pater Scythius dictus, à quibusdam Eumelus, ab alijs Parthenius, seu Aristocritus vocatus. Fuit verò Anacreon, autore Strabone, Teius, ex vrbe Teo, quæ in media Ionia fuisse dicitur: & idcirco ipse lingua Ionica, in ijs quæ scripsit carminibus vsus est. Porphyrio in Horatium, Teion, inquit, urbem in Paphlagonia esse Salustius indicat, quum de situ Pontico loquitur: vnde est apud Ourdium, Teia 10 Musa. & apud Horatium, Fides Teia: & idem alibi,

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathylo

Anacreonta Teium.

pulsionem enim Bathylum Anacreon amasse traditur. Leonides epigrammaton scriptor Bathylum & Megistea eius pueros nominat. Simonides & ipse epigrammatographus, Megistea & Smerdiei Thracium amorem, hoc est, vt quidam interpretatur, obscœnum minusq; pudicum, vtpote apud Thraces excogitatum, seu, quod verius videtur, vt etiam Antipater Sidonius inuuit suo carmine, & aperte Max. Tyrius ostendit, quod puer ipse Smerdieus tantopere ab Anacreonte amatus, fuerit Thracius, quem Smerdin alio loco vocauit. Eurypylen quoq; 20 puellam amauit, quod idem scribit Antipater. Hinc (vt puto) Cicero, Anacreontis quidem, inquit, tota poësis est amatoria. idem Ouidius: à quo & illud canitur, quod scilicet vini appetentior fuerit: quod & ipse Anacreon indicat hoc, qui legitur, versiculo, οἶνο πότε τις ἔπεινήμεναι, & hoc qui à Demetrio Phalereo adducitur,

Ὅ φέρ' ἴστωρ, φέρ' οἶνον ἂ ποί.

atq; eo etiamnum carmine iambico dimetro catalectico, quo Vulcanum alloquitur vt sibi vasculum fabricet, quod inter græca epigrammata legitur, & in Noctibus Atticis Gellij: tamen quidam id pernegent, vt in Autumedonte pluribus dicemus. Sed & à Simonide iuniore, οἶνο βούρης Anacreon, id est, vino grauis vocatur. Antipater etiam Sidonius in tertio Epigrammaton idem pluribus ver 30 sibus ostendit. quid igitur mirum, si pronior is in vtranq; Venerem fuerit? vulgato enim apud Græcos carmine, vtriusq; amoris insatiabilis senex fuit. Hinc & Grammatici qui in Pindarum commentaria scripsere, Anacreontem produunt amore percitum, non in deos, sed in pueros hymnos scripsisse, quos & deos suos appellare solitus erat. Dion hos Anacreontis versus ad Cupidinem citat:

*O domitor rerum & dux Amor,
Qui cum nympha ceruleæ
Et purpurea ludit Venus,
En genua supplex amplector tua,
Tu propitius teneras exaudi preces,
Fæue Cleobulo, suscipe amorem meum.*

40

De hoc verò puero Cleobulo historiam, si non fabulam potius, apud Max. Tyrium comperi. Cum ebrius, inquit, ac parum pedibus insistens esset Anacreon, in Panio Ionum foro nutricem quampiam Cleobulum infantem deferentem obuiam habuit: illòsq; præ temulentia impulit, simulq; conuicio & contumelia. Tū verò Anacreonti est nutritrix facta irata, deumq; rogauit, vt quò maiore puerum conuicio affecerat, eò in posterum maiore laude celebraret: idq; postea euenisse traditur: adoleuit enim infans, omniumq; eius ætatis formosissimus euasit, quē Anacreon mox multis versibus celebrauit. Et hæc quidem Maximus de Cleo- 50 bulo. Pausanias etiam Anacreontis ebrii statuam describit, in quā, vt opinor, adhuc extat Leonidis poetæ carmē. Qua verò ætate vixerit Anacreon, variè à scriptoribus traditur. Eusebius quidem L X I Olympiade eum commemorat: alij, vt Suid. refert,

refert, LXII. quo tempore Sami felicem tyrannidem Polycrates exercuit, à quo & Anacreon ipse summopere amatus, ita ut ei frequentissimè assisteret, quod Herodotus scribit. Tradunt Græci scriptores, quod & Arsenius in Græcis collectaneis retulit, quòd Anacreon cum donatus quinque talentis ab ipso Polycrate fuisset, eum duabus noctibus ex cogitatione penè somno caruisse: qua ex re ea restituit, dicens, ἔπειτα δὲ ἄντα τὸ φρονιδόν. Strabò quoque Anacreontis poesim Polycratis laudes continere ait. Sunt etiam qui non quidem xxv Olympiade, ut perperam apud Suidam scribitur, sed Lxv vixisse velint, quo scilicet tempore Cyrus & Cambyses regnarunt: quod Suidas refert. Nec desunt qui huius poetæ ætate scribant, Teios relicta vrbe in Abderam Thraciæ demigrasse, cum haudquaquam Persarum contumelias, vel, ut Suidas ait, Hestiai insolentiam ferre possent: vnde illud prouerbij loco usurpatum, Abdera pulchra Teiorum colonia, cuius mentio est apud Strabonem. Scripsit verò præter hymnos Anacreon elegias & iambos lingua Ionica: idem & mela, quæ Anacreontia dicta sunt, quæ iuauia & iucunda fuisse innuit Gellius, meminit Hephæstion, & Diò Prusseus. Scripsit & rhizotomica, quæ in commentarijs Nicandri citantur: nisi fortè hæc sint alterius Anacreontis. Acron Horatianus interpres super ea Horatii verba,

Nec si quid olim lusit Anacreon Deleuit ætas.

ideo lusit, inquit, quia iocis & conuicijs digna cantauit. Anacreon autem satyrã scripsit amicus Lyfandri. Alij dicunt, quòd scripsit Circen & Penelopem in vno Vlysse laborantes: vnde in primo libro, Dices laborantes in vno Penelopem vitreamque Circen. Neanthes Cyzicenus barbiton ait Anacreontis poetæ inuentum fuisse, ut trigonon Ibyci, id quod & in cœnis Athenæi ab Vlpiano refertur. Inter longæuos verò connumeratur à Luciano, quòd quinque & octoginta annos natus obierit. Plinius & Valerius Maximus acino vug passæ Anacreontem suffocatum tradunt. qua de re hoc est nostri Cælij carmen:

At te sancte senex acinus sub tartara misit,

Cyanea clausit qui tibi vocis iter.

30 *Vos hederae tumulum, tumulum vos cingite lauri,*

Hoc rosa perpetuo vernet odora loco.

At vitis procul hinc, procul hinc odiosa faceffat,

Quæ causam diræ protulit vna necis.

Creditur ipse minus vitem nunc Bacchus amare,

In vatem tantum quæ fuit ausa nefas.

Plato non semel ipse meminit, ut in Theage, & in Hipparcho, à quo & ei nauem quinquaginta remorum obuiam missam scribit.

Sed iam de Anacreonte satis, quem poeta Ibycus sequebatur Phytij filius, siue (ut alij tradunt) Polyz. li, Messenij historici: alij Cerdantis. Rhegyum notissima Ibycus. Italia vrbe patriam habuit, ex qua digrediens in Samum inulam migravit, quo tempore Samiorum rempublica Polycratis pater administrabat, quinquagesimam circiter Olympiadem, ut apud Græcos scriptores legimus: quo tempore apud Lydos Cræsus regnabat. Leguntur pleraque in Ibycum græca epigrammata, ex quibus eum facile colligimus procliuiorem in puerorum amores, id quod & Marcus Cicero his verbis innuit: Maximè verò, inquit, omnium flagrasse amore Rhegynum Ibycum apparet ex scriptis. Idem & post Ciceronem Athenæus, & Suidas. Plato quidem Parmenidem hæc fermè dicentem in eius nominis dialogo induxit: Tunc demum, inquit, Parmenides necesse est obtemperare, etsi mihi videor in id quod passus Ibycius equus, incidere, cui profectò equo athletæ seniori curruum subituro certamen, & propter experientiam euentum extimescenti, Ibycus ipse se conferens, Inultus, inquit, & ipse iam senex ad amores regredi cogor. hæcenus Plato, ut Marsilius vertit. Hunc ipsum

præterea Ibycum Iambycam excogitasse Græci tradunt, quæ trigonæ, id est, tri-
angularis citharæ species est, quam & ab alijs Iambycam vocitatam inueni,
quod cum ea Iambea canerentur, vt est apud Suidam. At verò Ibyci mortem
Plutarchus & Antipater, nec ab his multum diuerse Suidas, retulere. Cum in
quadam, aiunt, solitudine Ibycus à latronibus deprehensus esset, vt ab ijs inter-
ficeretur, forie fortuna accidit vt inde præteruolarent grues, quas intuens, in-
quit: Quas volantes videtis aues, aliquando fortassis continget meæ necis vltri-
ces fieri: & simul dicto cæsus occubuit. Post hæc autem latronum vnus, cum in
ciuitate grues conspicatus esset, inquit, Ecce Ibyci vltrices. quod cum quispiam
audiuisset, rem detulit. ita quidem Suidas. vt verò Plutarchus, Latrones, inquit, 10
nihil tale timentes, in theatro, vel vt alijs, in foro cum sederent, ecce superplan-
tes inde grues cum viderent, ridentes per iocum ita inter se susurrabant, *ιδεαι Ιβυ-
κων υλτρεις*, hoc est, ecce Ibyci vltrices: quæ verba cum ex circumstantibus quidam
excepisset, ad ciuitatis principes detulit: qui latrones de Ibyco percontati, & ab
ijs minus constanter cum responderetur, inquiri Ibycum præcipiunt: cum nus-
quam gentium inueniretur, tormentis scelus fateri latrones adegere, atq; ita I-
byco pœnas persoluerunt, historiam perstringit hoc versiculo Ausonius:

Ibycus vt perijt, vindex fuit altiuolans grus.

Gregorius quidem Nyssenus episcopus & magni Basilij frater, historiam hanc
de Ibyci interitu penè totidem verbis exponit libro octauo, quo libro de prou- 20
dentia differit, ciuitatem verò Corinthiorum eam fuisse asserit, quæ de latroni-
bus supplicium sumpsit. quibus ex verbis facillius intelligimus carmen in Anti-
patri Sidonij epigrammate, quo hanc historiam perscribit, & *στανθ' Ιβυκ' τολαν αιτ
ιδ' Ιβυκ' τολαν αιτ* id facinus vindicatum. Epigramma recitabo, latinum à quodpiam factum:

*Quondam ad desertum Venientes Ibyce litus,
Vitam prædones eripere tibi.
Sæpe gruuum nubem imploranti, quæ tibi testes
Aduenere necis cum mouerere tua.
Attamen haud frustra, siquidem clangore volucrum
Sisyphio cadem est Eumenis vltia solo. 30
Latronum genus heu cupidum lucri atq; rapinae,
Cur vos nequaquam terruit ira deum?
Quando nec Aegisthus, vatem qui occiderat olim,
Atrarum occursum fugerat Eumenidum.*

Prouerb.

quod vbi Piso recitasset, ego inquam: Nescio quo pacto græcum meas magis im-
plet aures. Sed nos potius cætera. Fecere hac eadem de re prouerbum, Ibyci
grues, vel vt ab alijs profertur, Ibyci vltrices, in eos, qui quibus nocuerunt, dant
pœnas. Ab Ibyco Ibycinon instrumentum musicum, quo & in militia Gallos v- 40
fos esse, & Romanos legimus. Appellatur & Ibycaneta, ab Ibyco inuentore. I-
tem Ibyceon *Ιβυκιδ' σον*, id est, dictiuncula quæ sacris conueniret: qua de re plura
Suidas. Laudantur verò à Græcis scriptoribus Ibyci opera septem, lingua Dori-
ca conscripta, illudq; cum primis quod Gorgiæ inscriptum fuit, in quo Gany-
medis & Tithoni raptum elegantissimè executus fuerat. atque hæc quidem mi-
hi de Ibyco in præsentia comperta. Nunc iam igitur vobis de vltimo inter
Lyricos Bacchylide agam. Fuit autem, vt Strabo ait, fratris Simonidis filius, ex
Iulide Cææ insulæ ciuitate, ex qua etiam Simonides, vt paulò antè diximus. Fa-
cit me dubium Lutatius grammaticus, ita in septimo Thebaïdos Statianæ scri-
bens: Alcmena, inquit, ciuitas est Bœotia, in qua regnavit Herculis filius: hinc 50
Bacchylides græcus poeta fuit, quem imitatus est Horatius. Quid nunc super
hoc statuam, non habeo, quando hic ipse grammaticus mendosissimus legitur.
Octogesima verò prima, vt apud Eusebium notatum est, Olympiade floruit.

Bacchylides

Milonem

Milonem patrem habuit, ut Pindari expositores tradunt, id quod & græco carmine comprobatum inueni: quo fit ut illos falli putem, qui corrupta Suidæ exemplaria secuti, Medonem Bacchylidis patrem dixerunt. Milon quippe patrem habuit Bacchylidis nomine, qui inter athletas haud ignobilis fuit, de cuius, id est, aui nomine poeta nuncupatus. Scribit Plutarchus in libello de exilio, in Peloponneso carmina composuisse. Celebrat verò Bacchylidis hymnos, qui apopemptici dicuntur, Menander græcus rhetor. Sunt autem apopemptici hymni, ab aliquibus apodemptici vocati, qui dei cuiuspiam peregrinationem continent, de quibus primo dialogo plura vobis retuli. Extat, quod sciam, Bacchylidis ¹⁰ cæcæ carmen inter græca epigrammata, antiqua Venere insignitum. Scribit Porphyrio, quod Bacchylidem imitatus est Horatius cum aliubi, tum præcipue ea ode, cuius hoc est initium,

Pastor cum traheret per freta nauibus.

qua poeta Nereum Paridi futura vaticinationem inducit, at verò Bacchylides Casandram. Iulianum Cæsarem, scriptum reliquit Ammianus Marcellinus, adeò Bacchylidis carminibus delectatum, ut & viuendi præcepta ab eo desumpserit: ut illud de castitate. cum enim apud hunc poetam legisset, ut egregius pictor vulgum speciosum effingit, ita pudicitia celsius consurgentem vitam exornat. Scribunt Pindari interpretes in Pythijs, Bacchylidis poemata apud Hieronem Pindaricis esse prælata. ²⁰ Porro tres Aelianus Bacchylidis nomine fuisse memorie prodidit: primus hunc ipsum lyricum, alterum Atheniensem, tertium Arcadium. Atque hæc enus quidem de nouem lyricis à nobis dictum: deinceps, cum parum quæserimus, ad reliquos, qui in his tabulis erant, lyricos poetas descendemus. Sic agemus, inquit Piso: & simul cum puero non nihil spatiatum, ad me reuersi, sic ego: Post nouem, inquam, lyricos penè innumerabilis fuit turba poetarum, inter primos verò Diagoras, qui, quod ex insula vna Cycladum Melos fuit, Melius est vocitatus, etsi perperam alicubi Suidas alijque Milesium vocat. Huic pater fuit Teleclides, seu Teleclytus (vtrunq; enim legi.) Poeta verò canticorum fuit Diagoras: & cum seruus esset, & Democrito placuisset, decem milibus ³⁰ drachmarum ab eo redemptus est, & ab eodem ipso reliquis disciplinis apprime eruditus, ita ut philosophus quoque haberetur. Post quidē Pindari & Bacchylidis tempora vixit: etsi cum Bacchylide Eusebius in Chronico descripsit. Sextus Empericus in eo qui est contra phisicos, Diagoram quidem dithyramborum poetam, non canticorum facit, idque eius carmine attestatur, quod hoc a napæstico conclusit,

κατὰ δαίμονα ὁ πύχλω παῖσι κλάει.

Fuit autem Diagoras ⁴⁰ ἄδιος cognominatus, ut alij plerique, quod erga deos parum pius extiterit, & in eos ea scripserit quæ nefas sit audire: eorum etenim potestatem negauit, traxitque secum alios in qua ipse fuit impietatem: quam ob rem, ut Iosephus contra Appionem scribit, vrbe pulsus, eique qui illum interfecisset, præmium propositum. In hoc autem impietatis crimen incidisse ita legimus. cum adolescentem quempiam accusasset, a quo liber, quem ipse composuerat, subreptus esset, idque adolescens a se factum peierasset, deinde librum cum perinde ac suum edidisset, & magnum ex eo sibi nomen gloriæque comparasset, Diagoras quia impune adolescentem in tanto fortunæ successu peierasse videret, deos esse, homo stultissimus negauit. Scribit Suidas, quod cum plerosque a religione Diagoras auocasset, & ne sacris initiarentur prohibuisset, mysteriaque & irrisisset & manifestasset, Diagoram ab Atheniensibus proscriptum fuisse, & talentum interfectori ascriptum, & viuum afferenti duo: idque ⁵⁰ notatum in ærea columna ab Atheniensibus: cuius rei meminit & Aristophanes in *δῆμοισι* fabula. ab hoc ideo factum est proverbium, Diagoras Melius, in eos qui sine religione & deorum pietate viuunt. Illud sanè obseruatur à Græcis, Socratem ideo Melium nuncupatum ab Aristophane, quod fuerit ut Diagoras im

Diagoras.

pius. Alij ideo existimant, quòd Aristagoræ dithyramborum poetæ Melij discipulus fuerit. Melij verò omnes male audiebant, quòd parū erga deos pij essent. vnde & ab Atheniensibus ea causa Melos insula direpta est. Alia pleraque hac de re à grammaticis afferuntur, quæ ideo omitto, quoniam ad Diagoram nihil. Proditum est historiarum monumentis, cum fortè Diagoræ amicus quidam deos esse ita argumentaretur, quòd deis ipsis votiua essent tabulæ affixæ: ita fit, Diagoras inquit, illi enim nusquam picti sunt qui naufragium fecere, & in ipso mari periere. Cum autem aliquando esset in naui, ac nauatæ vi tempestatis laborarent, atque ei dicerent, non iniuria id sibi periculum imminere, quòd eadem nauis illum accepissent: tum ille in eodem nauigationis cursu alias multas laborantes ostendit, quæsiuitque num in ijs omnibus Diagoram vehi crederent, atque ita eos eludit. Habitaui quidem Diagoras primū in Melo insula, quousque e capta est: deinde Athenis, demum Corinthi, vbi & decessit. Meminere verò Diagoræ cum latini tū græci scriptores plerique. Tunc ad me conuersus Piso: Putauit, inquit, qui in Lucretium scripsit commentarios, Lactantium Firmianum in libro de ira Dei castigandum, & Diagoram, quo loco prius Pythagoras legebatur, restituendum. Cui ego subridens: An tu semper in ijs nugis versaberis, in quibus plerique delipuerunt: non vides totum illum Lactantij locum sumptū esse ex M. Cicerone de natura Deorum, vbi Cotta loquitur: Protagoramq; legendum, non Pythagoram, vt prius, nec vt ille somniauit, Diagoram. Nam & Protagoras inter illos connumeratus est, qui ἀθεοί, hoc est, impij cognominati sunt: quod idem ipse Cicero & Lactantius alibi, hoc est, libro primo Institutionum, & Sextus Empericus, & Plutarchus, & Suidas (vt alios mittam) manifestissime ostendunt. Sed de hoc profano & impio iam satis, quem sequebatur Hippius, & ipse poeta Lyricus, à quo Hippium & Hippicum pedem excogitatum, sunt qui opinentur quadrifariam diuisum, vt à grammaticis in poetices descriptione planè ostenditur. Poetæ verò ipsius post grammaticos meminit & Eusebius in Temporibus. Hunc sequebatur Melanippides Critonis filius, qui & ipse, vt Diagoras, Melius, non vt quidam scribunt, Milesius fuit, sed non vt ille impius, nam vt Clemens in Stromatis tradit, ita de Deo patre cecinit: κλῆθι μοι ὁ πᾶτερ θύμα θεοῶν, τὰς ἀεζώας μεθ' ὧν ψύχας. hoc est, Audi me, o pater, miraculum mortalium, qui regis immortales animas. Poeta verò fuit lyricus, hoc est, vt idem scribit Clemens, melopæus: in primisq; dithyrambos scripsit, & poemata epica, & epigrammata, & elegias, aliæq; nonnulla. Hunc ipsum legimus in conficiendis dithyrambis multa innouasse. Sunt qui Perdicæ regis tempore floruisse scribant, & cum eo quoque versatum, Olymp. circiter LXVI. Sūt qui duos potius Melanippides fuisse asserant, vt est apud Suidam, secundūq; aiunt prioris nepotem ex filia, & eiusdem generis carmina scripsisse. Sunt & qui tertium addant Priamenum falso, vt statim in Philoxeno vobis recitabo. Sed de Melanippide præterea Athenæus cum alibi, tū in XIII multa, vbi de tibijs agit à Pallade propter oris deformitatem proiectis, meminit eius & Plutarchus, qui & in Musica quosdam Pherecratis Comici versus affert, quibus ait, Melanippides mihi prima malorum labe, Duodecim qui fidibus me remissiores iners laxamq; effecit: & cætera quæ in ipsius Pherecratis imagine adduximus: nam antiquis illis temporibus ad huius vsque Melanippidis tempora, tibicines erant poetarum mercenarij. Qua ex re patet, & poetas antiquiores esse, & poetis ipsis tibicines subministrare solitos. Sed de his satis. Non longe à melanippide imago erat Philoxeni, qui Euletidis filius fuit ex Cytheris, nobilis Lyricus, & quatuor & viginti dithyrambos scripsit. hic & melanippidis, cuius modò mentionem fecimus, seruus & discipulus fuisse dictus: nam in seruitutem redactis Cytherijs, Agesylyæ cuiusdam à Lacedæmonijs venditus, & sub eodem nutritus, & Myrmex, hoc est, formica cognominatus est: mox cum Agesylyas naturæ concessisset, à melanippide redemptus fuit. Sunt tamen qui rem aliter referant,

Hippius.

Melanippides.

Philoxenus.

rant, *ἡ ἐπιπέδω* apud Suidam interpretantes cognominis loco, non participij, vt in Melanippide paulò antè attigimus. Quidam non Cytherium, vt Callistrates, Philoxenum opinati sunt, sed ex Pontica Heraclea Heracliensem. Fuit verò Philoxenus ingenio cum arguto, tum libero, & ineptiarum ac tyrannidis impatiens, id quod omnis eius vita, vt ostendam, palàm facit. Græcorum monumentis proditum est, cum Philoxenus quosdam coctilium laterum confectores audiisset sua carmina male concinentes, ille tum in eorum lateres insiliens eos pedibus conculcauit, hoc simul dicens, Vos ò operarij vt mea, sic ego vestra opera corrumpo. De eodem illud quoque traditum est, quòd cum aliquando senioris Dionysij tragœdias spectaret, nec applaudens, vt alij, assurgeret, seu, vt scribit Lucianus, à risu se minus contineret, à Dionysio ipso in lapidicinas, quas latomias & lithotomias Græci vocant, missus fuisse dicitur: vnde non multò post est amicorum precibus reuocatus. Plutarchus de fortuna Alexandri ait, quòd Philoxeno Dionysius tragœdiam cum ostendisset, omnem illam Philoxenum expunxisse, ideòque in latomias coniectum à tyranno fuisse. Sed Ammianus illi mortem intentatam ait à tyranno. Sunt qui tradant, quòd cum iterum Dionysius poemata pronuntiaret, Philoxenum surrexisse, & dixisse, longè satius esse in lapidicinis vitam agere, quàm eius poemata audire. Historiam hanc Stobæus ex Demosthene ita recitat: Philoxenus, inquit, olim missus in latomias à Dionysio, quòd eius poemata contempnisset, paulò mox reuocatus, vt alios tyranni versus audiret: quos cum aliquandiu audisset, repente abiturus surrexit: petente Dionysio quonam abiret, ad latomias, inquit, quam historiam M. Cicero quadam epistola attingens, amico commendat. Gemistus verò Plethon in priori suæ historiæ libro, illum quidem nihil respondisse, sed Dionysij ministris conuocatis dixisse ait, Me, inquit, in lapidicinas abducite: quod factiæ loco tyrannus attribuit, eoquæ æquiore animo rem pertulit. Grammatici verò apud Aristophanem scribunt, Philoxenum Galateam tyranni amicam vitiasse, alij verberasse, ideòque à tyranno in lapidicinas detrusum: dein cum in Cythera aufugisset, Galateam fabulam composuisse, ex qua versus citat Athenæus. extant quidem ex Galateæ fabula Philoxeni versus aliquot, qui & à Suida recitantur, vbi & illa vox cytharæ fictitia inuenitur, quæ est *θρητάνηλος*. eius sunt hæc verba: Cithara quidem pulsata tale facit melos, threttannelò threttannelò. Eius argumentum est fabulæ, Cyclopem Galateæ amore flagrantem, ac Dionysium sub Cyclopis persona vellitantem. Quidam illum aiunt, cum aufugisset, Tarentum diuertisse, reuocatumq; à Dionysio etiam per literas, Philoxenum nihil aliud regi respondisse, sed accepto libello, primam tantum Græcorum literam, hoc est α, identidem in eo perscripsisse, qua, vt nostis, Græci vtuntur pro particula quæ abneget. Alij non literam, sed ε scripsisse aiunt, ex qua re proverbium illud factum est, Philoxeni libellus, vel, si mauultis, literula (ita enim nos interpretamur *ἡ ἀποβία γραμμαλέων*) quod in eos dici solet, qui minimè de ijs quæ rogantur, obtemperant. quod proverbium ab alijs, Philoxeni non, hoc est, *ἡ ἀποβία*, enunciatur. Sedenim & illud est à græcis grammaticis proditum, ab ipso Dionysio Philoxenum donatum Laide puella, quam Corinthum cum duxisset, in nobilissimum postea scortum euasisse, de qua tot fabulæ. Pausanias quoque scribit, aliquandiu cum Antigono rege Philoxenum vixisse, alij verò Ephesi decessisse tradunt. Scribit Plutarchus in eo qui inscribitur, quòd non oportet fœnerari, quòd cum melopœus, id est, melicus poeta Philoxenus esset in colonia Siciliæ, & ei ex hæreditate quapiam obtigissent quæ ad vitam necessaria sunt, & domus, cum considerasset ea esse ad luxum & voluptates, ipsam ea reliquisse, & aliò nauigasse, dicens, *μὰ τῶν θεῶν ἐμὲ τὰ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐκ ἀφλάει, ἀλλ' ἐγὼ πάντα*. hoc est, per deos non me ista bona perdent, at ego illa. Scriptum reliquit Aristoteles, dithyrambos Phrygijs modis propriè concinni debere, nec ad aliam quampiam harmoniam eos posse rectè traduci: vnde

vnde, inquit, cum Philoxenus doricè dithyrambos in suis fabulis tentasset, id non perfecit: naturæ enim illius vi ad Phrygiam harmoniam tractus, vt quæ maxime dithyrambis respondeat. Laconicam verò harmoniam à Philoxeno reper tam prodit Pollux. Præter dithyrambos, quos diximus, Aeacidarum quoque genealogiam Philoxenum scripsisse legimus. Illud insuper apud historicos notamus, Alexandrum Macedonem Philoxeni dithyrambos apud se libenter habuisse, misso videlicet Harpalo ad eius libros & Telestis, cuius statim imaginem referemus, accipiendos. Scripsit item Philoxenus tragœdias, vt est apud Zenobium. Celebratur verò Philoxenus ab Antiphane poeta, vt eximius poetarum, id quod refert Athenæus. Quæ cum omnia ipse retulissem, subdit Piso: 10
 Istène, inquit, est Philoxenus Erexidis, qui Erethius est vocitatus? Non est inquam) Piso, vt puto: tamen si nonnulli nomine decepti, eundem fecerunt, quæ mea quidem sententia longè à recta aberrant: Philoxeni enim nomine plures fuisse, vt cum ex alijs, tum ex Athenæo didicimus: is enim poeta de quo egimus, Cytherius, vel Heracleotes fuit: alter fuit Cyrenæus, alius Alexandrinus grammaticus. Erethius verò iste parasitus Leucadij filius, vt ait Suidas, vel Eryxidis, vt Plutarchus, vel vt alij, Erexidis: qui & ob gulæ & ganæ disciplinam insignis habitus est, vnde & Philodipni & Philochthyn ei sunt cognomina indita, quòd cœnis & piscibus delectaretur. huius in Moralibus meminit Aristoteles, & ab eo Pachemerus: licet apud hunc librorum græcorum vitio, pro Philoxeno 20
 Menexenus legatur, qui à deis precabatur collum collo gruis longius sibi dari, quòd gustu maxime delectaretur. Idem & in quaestionibus refert, & ab eo Gellius, alijq;: quam rem tamen Clearchus Peripateticus Melanithio, non Philoxeno attribuit, vt nosti. Plutarchus in eo libello qui inscribitur *ἡ ἀρετὴ τῆς βίωσης*, hunc Philoxenum tantæ gulæ fuisse prodidit, vt mucum emungere sit solitus in paropsidibus cibariorum, quò reliqui conuiuæ ea auersarentur, & ipse solus absumeret: quod idem fecerat Gnarthonem Siculum, idem scriptum reliquit Plutarchus. Machon tamen non ignobilis Comœdiæ poeta, cuius inter eius ordinis poetas meminimus, eundem vnúmque istum cum poeta existimasse videtur: ita enim ferme scribit: Philoxenus quandoq; vt inquit, Cytherius precatus est, trium vt 30
 sibi guttur cubituum foret, vt dum, inquit, absorbeo, longum tempus, & omnè simul mihi voluptatem cum cibo bibam. quibus verbis liquidò videmus eundem fuisse Philoxenum. Sed & ab eodem poeta Machone pluribus versibus traditur, illum ipsum cum duorum cubituum polypum Syraculis emisset, totum eum præter caput absorpsisse: sed cum ea re ei male esset, medicum ei mortem nunciassent. atq; hæc quidem ex Machone. Narratur & faceta hæc historia de Philoxeno à Phania, cuius & Athenæus & Suidas meminere. Cum aliquando, a-
 iunt, apud Dionysium cenaret Philoxenus, & breuis illi trigla fuisset apposita, illam ipse sibi auribus admouit, tãquam aliquid de Nereo maris antiquiore deo scitaturus, vel vt aliqui scribunt, de Galatea: tum hoc intuens Dionysius & ri- 40
 dens, ait, quid id sibi factum vellent. Cui Philoxenus, De rebus, inquit, marinis quum nescio quid forte reserire cuperem, miror & iunior mea trigla, ad tuam longè natu maiorem me relegabat. Delectatus falso ioco Dionysius, maiorem illi triglam apposuit. Similem huic historiam & iocum audiui ego de nostrorū temporum parasito, & vos quoq; fortassis audiistis: mirum est enim quàm interdū huiuscemodi scurrarum genus argutum & facetum gula faciat. Solebat hic idē Philoxenus dicere, vt est à Plutarcho proditum, *τὰ τ' κρεῖττα μὴ κρέα ἢ δὲ σὰ ὄντ', ἢ τ' ἰχθύων οἱ μὴ ἰχθύες*. Carnium, inquit, quæ non sunt carnes, suauissimæ: & piscium, qui non sunt pisces. Præter hos Philoxeni versus, & plerosque alios in Cœnis Athenæi legi, in quibus & eius Hymenæus celebratur: meminit & Sui- 50
 das: vnde merito inter primores gulæ poetas eum reposueritis. Post Philoxenum Thelestus dithyramborum poeta sequebatur, cuius meminit Plutarchus. Plinius verò trigesimo quinto Naturalis historię, Thelesti poetę monu-
 mentum

mentum à pictore Nicomacho confectum scribit his verbis: Nec fuit, inquit, alius in ea arte velocior Nicomacho: tradunt nanque conductum ab Aristrato Sicyoniorum tyranno, ad pingendum quod is faciebat Thelesti poetæ monumentum, præfinito die intra quem perageretur: nec multò antè venisse, accenso in pœnam tyranno, paucisq; diebus abfoluisse, celeritate & arte mita. Thelesti verò huius libros Alexander, vt antè meminimus, ita charos habuit, vt eos sibi per Harpalum afferri iusserit. Athenæus libro decimoquarto, vbi de Melampyridis Marfya fabula sermo incidisset, in qua de tibijs à Pallade abiectis agitur, de Teleste poeta meminit eadem de re agente, quem Selinuntium patria fuisse ait hunc tamèn ipsum Telesten Suidas Comicum facit, eiusq; duas fabulas nominat, Argi & Asclepius, quas & Athenæus aduocat. Considerandum verò an duo sint hoc nomine, Thelestus vt alter cum afflatu in prima, vt est apud Plutarchum, vocetur, alter *τελεστής*. Sed cerè Athenæus eum sic appellat, qui & eius dithyrambos citat, & eum præcipuè qui inscribitur Hymenæus, vt quum agit de Magade Lyra specie meminit & Thelesti Dionysius Halicarnassæus in Arte, & vnà Philoxeni & Timothei, cuius quidem imago inter hosce poetæ videbatur.

Fuit autem Milesius citharædus, vt ait Stephanus, celebratissimus. Variè patris nomen traditur: quidam enim Therandri filium, alij Neomyfi, quidam Philopolidis tradidere. Eadem qua Euripides, hoc est, Philippi Regis ætate floruit. Hic antiquam illam & duriorē musicam in mansuetiorē molliorēq; conuertit: decimam quoque chordam & vndecimam addidit, vt ait Suidas: sed Boetius Severinus vndecimam tantum eius inuentum putauit, in libro de Musica: nam decimam Hestiacum Colophonium ait addidisse. Censorinus verò Timothei ait inuentum esse paramesen & hyperboleon. Verum Pherecrates Comicus, vt alibi diximus, suo carmine molliorē hanc Timothei musicam improbat: Poeticam enim sic iustitiæ roganti respondentem inducit:

*Iam verò, inquit, Timotheus, o mihi charissima,
Perfodit me, & scdissimè lacerauit, &c.*

30 vt Pherecrates apud Plutarchū in Musica, Artemon verò & Boetius Spartiatis scribunt ideo Timotheo succensuisse, q̄ animis adolescentium quos erud. edos acceperat, multiplicem adhibere harmoniam, eamq; in chromaticū genus, quod mollius est, conuertisset, hac de re Boetij tēpore Lacedæmoniorum consultū extabat, quod insigne cum esset Spartiarum lingua & literā in p̄uentū, ipsum iisdem verbis apposuerat Boetius: quod cum hoc tēpore in peruulgatis libris minime legatur, simile ego cum nuper reperissem, vobis ipse tonidē verbis, vt reperi, referendum duxi, vt si vobis visum fuerit, ibi aliquādo reponatis. est verò tale:

40 *ἔπειθ' ὁ πρῶτος ὁ μέλις πρᾶξι δαυλῶς εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν τὴν παλαιὰν μολώων ἀπὸ τῆς ἢ τῶν ἐπιχρῆσθον καθαρίαν ἀκρῆσι φόμῳ ὁ πολυφωνίαν εἰσαγάγον, λυσιμύτην τὰς ἀκρᾶς τῆς νῆας ἀπὸ τῆς πολυχρῆσθας, καὶ γὰρ καὶ ὁ τᾶν δ' μέλις εἰσάγει, καὶ ποικίλλω αἰτῆ ἀπὸ τῆς. Ὁ τε τῶν μέλις ἀμυδρῶν τῶν μολώων, εἰς τὸ χρωματικῶν (ωισαίμελις τῶν τῶν μέλις δεισιμαίτη τῶν γίαιμονος πῶων τῶν ἀντίστροφον ἀμοιβῶν. πᾶ κληθεὶς ἢ ἢ εἰς τὸν ἀρχαῖον τῶν ἐλδυσινίας δημητῆρος ἀπειρωτῆ δισκοδασαῖο τῶν τῶν μύθων διδασκῶν, τὰς δ' τῶν σιμέλις ὠδῆας ἐκ γῶν καὶ εἰς τὸν εἰδῶσιαι, δεδῶσαι φαμὲν πᾶσι τῶν τῶν βασιλείας ἢ εἰς ἐφόρος μέμφαζ πμοθον, ἐπαιακῆαζ ἢ ὁ τῶν εἰδῶσιαι γῶν ἢ ἢ ἐκ τιμῶν τὰς πᾶσιαις ἢ πολεπμῆς τῶν ἐπαχῶδον κιδάρας, ὁ πᾶσιαις ὁ τῶν τῶν εἰς βαίς ὁ τῶν, εἰ λάβῃ εἰς τῶν ἀπὸ τῶν ἀδιφῆρα ἢ τῶν μη καλῶν ἢ τῶν. Et hoc quidem est*

Lacedæmoniorum consultum, quod sermè ita nostra lingua sonat: Quoniam Timotheus Milesius in nostram veniens ciuitatem antiquum cantum negligit, & septichordem citharam auersatus, multarum vocum consonantiam, hoc est, 50 polyphoniam inducens, intecit auditus iuuenum per chordarum multiplicitatē, id est, polychordian, & recētissimū melos induxit, & variā pro simplici & ordinata circūnduit modulationē, in chromaticū constituēs meli dielin, pro enarmonio faciēs antistrophon alternā; Accitus verò in Eleusinię Cereris certamē, indecen-

Timotheus.

indecentem disperfit fabularum successione: Semeles enim dolores non fatiuste iuuenes docuit. E doceri dicimus de his reges & Ephoros, accusandum esse Timotheum, reassumendam verò undecim chordarum lyram, excidentes superfluas, relicta septichorde cithara, ut quiuis intuens urbis gravitatē, caueat in Spartam inferre quippiam inhonestarum indecentiumq; consuetudinū. hactenus decretū. Scribit verò Plutarchus, cum hac de re succensuissent Spartiatae, ex Ephoris vnum arrepto gladio Timotheum interrogasse, vtra ex parte nervos abscinderet, qui ad septem chordas superessent: addit Athenæus, Timotheum tunc partim Apollinis statuam (sic enim interpretor *ἑξ Ἀπολλωνίου*) ostēdisse, qui totidē chordas in lyra haberet, atq; ita à violētia destitisse Ephorum. Scribit **Partio** fanias in Laconicis, Lacedæmonios Timothei citharam in Sciade, quam sic vocant, porticu suspendisse, quòd septem antiquis chordis in ea quatuor addidisset. Vsus est & Timotheus Carnijs modulis, Carnio Apollini, ut reor, dicatis: unde & apud ipsos Carnia celebritas: qua de re ex Græcis scriptoribus alias abundè locuti sumus. Vsus etiā Magade, vel Magadide, vtrunq; enim legimus, ut Artemon ait. Est autem Magadis musici instrumenti genus, sic à Magadio Thrace, ut Duris scribit, nuncupati. alij Lydorum inuentum esse volunt. Sed hac de re plura Athenæus. Tantæ insuper excellentiæ in musicæ facultate Timotheum fuisse legimus, ut cum se Alexandro ostentare vellet, peritè adeò Palladis carmen Orthium, quod alij Phrygium dixerē, modulatus est, ut ardore **20** cantus ad arma statim Alexander prosiluerit: rursus eodem quasi receptui cante, deposuerit. Mirum quo pacto irrepsit mendum in libro de ira Senecæ, ut pro Timotheo Cenophantum legatur. Sed quoniam hæc Timothei historia nunc apud plerosque solet minus fidei habere, audite quæso aliam non absimilem, quam his diebus in historia Danica, & item in magia Agrippæ legi. Musicum aiunt quendam tanta modulandi vi gloriari solitum, ut se audientes diceret mente abalienare posse: cumquē id regis iussu facere cogeretur, adstantium animos soni varietate flectere est aggressus: itaque inusitata seueritatis concentu edito, quadam veluti mœstitia & stupore omnes complevit, ut extra se positi viderentur. Dein mutata modulorum ratione, in plausum **30** latitiamquē deflexit, ut & corporis motu gestirent: postremò acrioribus modis ad tantum amentia astantium animos concitavit, ut in furorem ac rabiem quandam præcipites traherentur. atque hæc quidem illi. Porro meminī & me prope paria spectasse nec semel apud Leonem X. qui vnus inter cætera musica delectabatur. Sed de musicæ vi ac potestate vobis in primo sermone plura retuli, & proinde de Timotheo cætera: quem cupidiorē aliquanto argenti & pecuniæ fuisse, apud autores traditum est. nam cum fortè Archelaum regem aliquando laudasset, ab illòq; pauciora, quam putarat, munera accepisset, identidem in regem hanc particulam iteravit, Tu genitum ex terra argentum laudas: commodè in illum retorfit Archelaus, At tu illud ex terra genitum petis. **Luci- 40** anus Timotheum inducit Harmonidæ præcepta dantem tubicinum: Suum, inquit, cuiusque est modulationis conseruandum, Phrygiū entheum quiddam & afflatum, Lydij bacchicum, Dorij castum. Ionici verò iucundum & suave. Sed enim prisca Dorium in rebus serijs adhibere solitos accepimus, non Phrygium, neque Lydium: quare cum quid lætius aut iucundius vel dicendum vel optandū esset, à Dorio in Phrygiū desinebāt. Sed postquam in hæc diuertimus, nō vobis reticuerim q̄ Calliodorus de his modulis Epistol. lib. 2. prodit: Dorius, inquit, prudentiæ largitor est, & castitatis effector. Phrygius pugnas excitat, votum furoris inflammat. Aeolius animi tempestates tranquillat, somnūq; iam placatis attribuit. Iasius intellectū obtusum acuit, & terreno desiderio grauat, cœlestium appetentiam honorum operator indulget. Lydus contra nimias curas animæ tædiūq; repertus, remissione reparat, & oblectatione corroborat. hæc quidem ille. Sunt verò & ex his alij, ut myxolydius, hypodorius, hypophrygius, de qui-

de quibus Aristoteli alijsq; mentio. Sed iam satis, nam & alibi alia & diximus & dicemus. Ad Timotheum redeo, qui vixit ad extremam usq; senectutem, quippe qui (si Suidæ stamus) annum agens septimum & nonagesimum, mortē obiit, & ut Stephanus scribit, in Macedonia sepultus, positumq; in eius tumulo hoc, ut Græci dicunt, elegeion,

πάτρι μίλητ' ἔτι τ' αὐτὸς ποσειδῶνος
 ἠμῶδεον, καὶ θάρχε δέξιον ἰωίοχοι.

Patria me genuit Musis Miletus amicam

Timotheum, citharæ qui moderator erat.

- 10 Huius verò multa fuisse opera dicuntur. Scripsit in primis nomos citharædicos libris octo, multis versuum millibus. Suidas tamen musicos huius decē & novē celebrat: idem & præœmia, quæ ab alijs pronomia dicta sunt: xxxvi. Scripsit item Artemin, hoc est, Dianam, ex qua à Græcis sæpe versus afferuntur: hanc, ut scribit Plutarchus, Athenis cum recitaret, & Thyada, Phœbada illam, & nonnunquam Mænada & Lyssada appellasset, Cinesias poeta qui inter spectatores astabat, confurgens ait, talis sit tibi Timothee filia. Scripsit præterea & quas Græci διακονίαι appellauere, octo: item Encomia, Persas vel Nauplion, Phinidas, Laerten: scripsit & dithyrambos xviii. hymnos viginti & unum, atque alia nonnulla. Timotheum refert Plutarchus in Musica, primum nomos versibus miscuisse, lexinquē, hoc est, dictionem dithyrambicam concinuisse. Scribit in Harmonide Lucianus, Harmoniden ipsum à Timotheo aliquando petiisse, quoniam modo citò posset ex arte musica innotescere: ei Timotheum respondisse, Si peritioribus & optimatibus placeret. Cum verò id consilium spreuisset & intentissime Harmonides tibias inflasset, ut ita omnibus innotesceret, sic non modò innotuit, sed cum spiritu & vitam amisit, quod ea causa libentius vobis exposui: ut & vos à doctioribus & senioribus moneri ac doceri velitis. Atque de Timotheo Milesio hæctenus: de alijs huius nominis duobus in scena egimus. Nunc ad alios huius ordinis poetas veniamus, inter
- 20 quos fuit Cleomenes Rhegynus non ignobilis dithyramborum poeta, qui inter cætera Meleagrum scripsit poema, in quo Calydonium aprum album colore cecinit, ut est apud Athenæum. Fuit & Ariphron Sicyonius poeta, qui in primis præanas scripsit, cuius vnus integer ad hanc diē, quod sciam, extat, in Hygieæ Aesculapij filiam: ex quo planè percipimus qualia præanum sint carmina, quod alibi parum cognoscimus.

Cleomenes.

Ariphron.

Cinesias.

- Cum his quoq; Cinesias fuit Atheniēsis, ab aliquibus Thebanus creditus, qui pyrrhicham composuit (genus id saltationis.) Hinc & illud Græcis deductum, ἢ καμνῶ πυρρῖχων ἐμβακωεσία, hoc est, vel camelus Cynesiæ pyrrhichiam edidicit, ad quod videtur allusisse D. Hieronymus in Ruffinum, cum ait, Camelum saltare. Fuit verò Cinesias, ut ait Plato, meletis citharædi filius: ut verò Plato
- 40 Comicus & Galenus medicus, Euragoræ: nisi fortassis hoc nomine duo fuerint, quod mihi parum exploratum. Poeta fuit dithyramborum, & in primis celebratus: tamen Plutarchus in eo qui est de superstitione, melopœon vocet. In eo verò in quo querit, vtrum ne bello an sapientia Athenienses præstantiores fuerint, dithyrambicum facit: ut vel hoc argumēto discatis, melopœum lyricum significare & melicum. Sed hæc notiota. Pherecrates poeta Comicus Cinesiam his versibus taxat:

— Atticus, inquit, Cinesias,

Execrabilis hexarmonios strophis

Anfractus insertans, me male perdidit:

Nam dithyrambos condens bifores nisi

Ancipiti clypeorum ritu dextris

Similibus leuis mentem irritam fallit.

50

Corpore quidem Cinesias tardo fuit, & imbecilli atten uatōq; quam ob rem tiliā
 ceis quibusdam utebatur tabellis ad se sustinendum, atq; idcirco ab Aristopha-
 ne philyreus poeta dictus est. Sunt qui durum eum & infacundum fuisse dicant,
 cum tamen diuus Plato laudet potius, quā rideat. Fuit hic utique Cinesias im-
 pietatis crimine notatus, quod Pherecrates citato modō carmine innuit, & dua-
 bus suis orationib. orator Lysias apertē testatum reliquit: & ideo Comici in eum
 multa scripsere, inter quos Stattis, qui integram fabulam eius nomine nuncupa-
 tam docuit. meminit Val. Harpocraton. quare & Plutarchus in eo quem paulō
 ante citauī libro, illaudatum atque inglorium fuisse dicit. Plato quidem Comi-
 cus Cinesiam eleganter in fabula descripsit his verbis, quæ & à Galeno medi- 10
 co in Hippocratis Aphorismis afferuntur: eum enim ridens, Post hæc, inquit,
 concionatus filius Euagoræ ex morbo laterali Cinesias, aridus, puris expers, ha-
 rundinea gerens crura, tabis propheta, plurimas inustus escharas in corpore ab
 Euriphonte. hæc ille. Quæri solet, inquit Piso, à plerisq; quid illo loco velit gram-
 maticus Diomedes intelligere, cum de pyrrhichio varias appellationes recen-
 set: sed & ipse, inquit, à pedum mobilitate, quasi tripudians, est Cinesias etiam co-
 gnominatus. Cui ego: Videtur quidem grammaticus illud dicere, pyrrichium ip-
 sum nuncupatum Cinesiam $\pi\eta\alpha\ \tau\eta\ \rho\epsilon\delta\omega\iota\ \kappa\upsilon\iota\alpha\ \epsilon\alpha\varsigma$. quidam tamen verba ipsa gram-
 matici ad Pyrrhum, ut puto, perperam referunt: quidam ad Pyrrhichium. Sunt
 qui ad ipsum Cinesiam pyrrhichæ conditorem, à quo & pedem ipsum sic cogno 20
 mīnatū volunt. Suidas quoque alicubi illud innuere videtur, quod à multa in
 choro motione dicatur Cinesias. At verò hac de re plus fortasse satis, quare iam
 ad alios. Post erat Herodes iambographus, cuius inter græca prouerbia men-
 tio: Herodis enim illud esse fertur, $\eta\alpha\ \tau\alpha\ \nu\alpha\ \nu\alpha\ \kappa\epsilon\ \kappa\lambda\alpha\iota\ \epsilon\sigma\iota$, quod prouerbiū & a-
 liter effertur, à Nannaco, & quæ Nannaci, de rebus scilicet maximè vetustis,
 vel in eos qui valde conqueruntur. Fuit enim Nannacus, ut vobis obiter hanc
 fabulam recitem, Phrygum rex antiquissimus, qui ante Deucalionis tempo-
 ra futurum præuidens cataclysmā, hoc est, diluuium, omnes in sacellum deduxit,
 lachrymisque ac precibus Deum exorauit: cuius rei Hermogenes in Phry-
 gijs meminit, Zenobius & Suidas. Stephanus in libro de viribus Annacum le- 30
 gere videtur. Fuere & alij Herodis nomine plerique, sed in primis Herodes At-
 ticus, cuius Gellius, Spartianus, Pausanias, Lucianus, alij meminere. Sed in pri-
 mis Philostratus, qui eius vitam copiosè in Sophistis conscripsit. Fuit & cum
 his Polyidus, quem in poetica tamen sophistam vocat Aristoteles. Scripsit verò
 dithyrambos: à quo, ut mihi quidem videtur, Ouidius de Atlāte fabulam desum-
 psit in saxum conuerso Gorgonis obiectu, cuius poetæ Pindari interpretes me-
 minere. meminit & Christodorus Thebanus in ephrasi poetarū, & Plutarchus
 in musica, sed & Athenæus.

Herodes.

Herodes At-
ticus.

Polyidus.

Tellen.

Prouerb.

Telenicus.
Argas.

Gnesippus.

Huic aderat in tabula Tellen canticorum poeta, & vnā tibicen. huius quoque
 Pægnia, quæ dicuntur, ab antiquis celebrata sunt, in quibus gratiam non medio 40
 crem assecutus fuit, scommatis & salibus vsus, argutisq; ita ut in eos qui cauillā-
 tur & huiusmodi vtuntur falsis mordacibusq; iocis, prouerbiū factum sit, Cane
 quæ sunt Tellenis: vel, Semper quæ sunt Tellenis, hoc est, $\epsilon\epsilon\ \tau\alpha\ \tau\epsilon\ \tau\epsilon\ \mu\upsilon\ \epsilon\sigma\iota$, vel
 $\alpha\delta\ \tau\alpha\ \tau\epsilon\ \mu\upsilon\ \epsilon\sigma\iota$. meminit Dicearchus Messenius & Zenobius. Epaminondas
 Thebanus, ut est apud Plutarchum, Tellenem pessimum tibicinem appellare so-
 litus erat, licet eo loci male Telles pro Tellen legatur.

Fuit & Telenicus Byzantius poeta, cuius Phantias Ereffijs meminit, & cū eo
 vnā Argas. Telenicus, inquit, Byzantius & Argas poetæ fuerunt modorum vel
 nomorum fatuorum, qui peculiarem quampiā formā habent & characterem, in
 quibus excelluit vterq; Terpandri verò numeros & Phrynidis ne quidem mini-
 mum assecuti sunt. Argæ meminit Alexis & Anaxandrides Comici, quorum ver 50
 sus sunt apud Athenæum. Fuit & Gnesippus antiquus poeta, qui Pægnia cecī-
 nit, cuius Græci plerique poetæ meminere, ut Cratinus in Malthacis, & qui Pro-
 chos,

chos, hoc est, Menoicos fabula scripsit, quæ tamen in Chioniden ab alijs refer-
 tur. plura verò Athenæus in XIII. Post hos sequebatur imago Hipponactis, Hipponax.
 cuius aspectus præter deformitatem oris mordax & asper nescio quo pacto à
 pictore effectus fuerat. Filius hic fuit, vt Suidas scribit, Pythei & Protidis, iam-
 bographus verò celebratissimus, adeò vt nomen eius in maledicentiam penè
 transierit, vt apud M. Tullium, Hipponactium præconium, in epistolis. Patria
 Hipponax Ephesus fuit, vt Suidas & Strabo scribunt. Clazomenas verò mi-
 grauit, vbi & delituit, Athenagora & Coma tyrannis, LX Olympiade. Fuit
 verò, vt Metiodorus Sceptius & Athenæus tradunt, minimæ staturæ, valde que
 15^o exilis & deformis: quin vt Plinius scribit XXXVI Naturalis historiae, Certum
 est, inquit, LX Olympiade fuisse Hipponactem, eiusque notabilem foeditatem
 vultus, adeò vt imaginem eius lasciuia iocorum Anthermus & Bupalus fratres
 celeberrimi sculptores, ridentium circulis proposuerint: quod Hipponax indi-
 gnatus, amaritudine carminum distinxit eos in tantum, vt credatur aliquos ex
 ijs ad laqueum compulisse. meminit & Halicarnasseus, qui ait Archilochium iā-
 bicum hac ratione ab eo infractum fuisse, vt acrius insectaretur hostes. meminit
 Horatius, & Terentianus Maurus. Subdit eodē loco Plinius, id falsum esse, quod
 scilicet ad laqueū cōpulerit: Cōplura enim, inquit, in finitimis insulis simulachra
 postea fecere, sicut in Delo, quib. subiecerunt carmen, non vitib. tantum censerit
 20^o Chium, sed & operib. Anthermi filiorum. Ostendunt & Iasi Dianam manibus
 eorum factam. & reliqua quæ Plinius subiūgit, quæ minus nostro instituto cōue-
 niunt. Sūt qui scribāt Hipponactem & ipsum pictura valuisse, & cum eius imagi-
 nes Bupalus & Athenes (non enim Anthermum Græci quidam, inter quos Sui-
 das, appellant) calumniarentur deluderentq; , furore quodam Hipponax perci-
 tus, in eos maledicos iambo distinxit: & ab hoc Hipponactium carmen vocitatum est, quod scazon & cholon etiam dicitur, à nostris claudum & claudicans:
 quo de genere ita Ruffinus: Huius carminis, inquit, repertor fuit Hipponax: nā
 pro iambo inductis trocheis, contra legem trimetri iambici, metrum innouauit:
 quod ad eque ex spondeo contigit. Idem quoq; Ruffinus in carmine:

30^o *Ultimus amphibrachus veloce n. claudit iambum,*

Aut bacchius erit finis discrim. n. nullo,

Vitur Hipponax hoc metro se. ius autor.

Terentianus quoq; ita cecinit:

Claudum trimetrum fecit alter Hipponax,

Ad hunc modum quo claudicant & hi versus,

Idcirco græcè nuncupatus est ονάζων.

& reliqua quæ subdit, nā & eius normā subscribit. meminit & Attilius Donatia-
 nus, sed à Terentiano parum diuersus. Hoc tamē genus carminis quidā Ananio,
 vel vt alijs, Ario iamborum poetæ attribuunt, vt obseruat Hephæstion. Sedenim
 40^o de inuēitione iambi alijs: nunc id tantū vobis referā, quod ad Hipponactis vitā
 pertinet. Sunt qui iambum ab lambe vetula dictum velint, quæ cum fortē lauare
 tur in folio, & inde Hipponax præteriens vas cōtigisset, illa Hipponacti ait, ho-
 mo hinc abi, conuertis hocce vasculum: atq; ex hoc iambum primū confectum.
 Hipponax, vt Plutarchus ait, primus Cradijs nomis vsus est: sed videndū an Car-
 nijs potius legendum, de quib. non nihil antea in Timotheo. Quidam & Hippo-
 nactem parodiarum inuentorem dixerunt, atq; de illo hætenus. Fuit & Cecides
 peruetustus dithyraborum poeta, quem in Nephelis fabula, vt obsoletum & iā Cecides.
 desitum notat Aristophanes: meminit & Cratinus, vt ait Suidas. Mox erat Thy-
 nicus Chalcidensis, de quo Socrates apud Platonem in hunc fermē modū: Deus Thynicus.
 50^o inquit, nobis sæpe per vates loquitur atq; in clamat, cuius rei manifestissimum ar-
 gumētum nobis afferre potest Thynicus Chalcidēsis, qui cum antea poema nul-
 lum aliqua memoria dignū edidisset, hymnum in Apollinem, quē omnes in ore

habent, omniū ferè cāticorū absolutissimū, musarū afflatu ac inspiratione quadā se inuenisse gloriatur: vt per hunc maximè nobis Deus declarasse videatur, vt egregia vatū poemata, deorū potius immortalium dona sint, quā hominum. Deorum enim interpretes poetę sunt. Atq; hæcenus quidē Socrates apud Platonē.

Corinna.

Nunc iam vobis Corinnam describam, cuius pene oblitus fueram, & aliarum quarundam sceminarum, quæ inter lyricos claruere. Corinna igitur Achelodori & Procratię filia fuit, Thebana: à Pausania verò in Bœoticis, & ab alijs Tanagræa dicta est. Eadem qua Pindarus tempestate floruit, quem etiam, vt fama est, in certamine quinquies vicit, quamobrem Tanagræi eius imaginē in gymnasio in loco illustri posuerunt, vt scribit Pausanias, caputq; illi tænia reuinctum victorię causa. Quare autem Pindarum vicerit, duplicem idem autor causam affert, & quod Corinna Aolica lingua vsa esset, nō autem Dorica, quā Pindarus: & quod cum formosa esset scemina, facile iudicū animos in se cōuertit. Aliā Plutarchus de Pindaro & Corinna historiā recitat, in eo qui inscribitur, Vtrū bello an sapientia illustriores Athenienses: quæ quoniā nostrorū tēporum plerosq; non modò adolescentes, sed adultos etiā poetas admonere potest, vobis eam ideo meis verbis vitūq; recitabo. Corinna, inquit, Pindarum adhuc iuuenem, cum arroganter admodum abuteretur eloquētia, admonuit, quod parum esset ipse elegās, nec fabulas cōfunderet, id quod poetice maximè cōuenit: lingua etenim, abusiones, & tralationes, & versus, & numeri dulcedines reb. sufficiūt. Igitur his Corinnæ verbis persuasus Pindarus, carmen hoc cōposuit: Ismaron, aut auream colum habentem Melian, aut Cadmō, aut spartarum, hoc est, satorum sacrum genus hominū, vel ingens robur Herculis dicam. quod carmen vbi Corinnæ ostendisset, illa ridens, Manu, inquit, ferere oportet, non toto canistro: hoc est, si græcè mauultis, *πῆ χειρὶ δ' ἂν ἀπέριπτον, ὄμματα μὴ δολῶ τῷ θυλάκῳ.* cōmiscuerat enim Pindarus & confuderat quandā quali fabularum struem & congeriē. Fuit autē Corinna, vt traditur, Myrtidis discipula, de qua alibi dictum, & est Myia, id est, Musca ab aliquib. vt ait Suidas, cognominata. Eius pleraq; carmina traduntur, inter quæ libri quinq; Nomi lyrici, Epigrāmata, & quod Aegis inscribitur: & eiusdem poemation Athenęus memorat, in quo de pompilio, qui sacer piscis dicitur, mentionem fecit. Ab hac peritiores existimant Nasonem Ouidiū amicā Corinnā falso nomine nuncupasse, vt ait Sidonius. Fuerunt præter hęc & alię duæ huius nominis Corinnæ, ambæ illæ quidem Lyricæ, quarum prior Thespiā fuit seu Corinthia, quæ & ipsa nō mos lyricos scripsit: altera iunior Thebana, quæ ipsa quoq; Myia, hoc est, Musca est cognominata. Corinnæ meminit Propertius in secundo,

Et sua cūm antiqua committit scripta Corinnæ.

Theano.

meminit & Papinius in patris Epicedio, & Hephæstion in Enchiridio, & Athenæus, & Pausanias, & Plutarchus, & Eustathius, & Suidas, Græca item epigrammata. Fuit & Corinnus poeta, de quo in commentarijs Nicandri & Suida, & si meministis, nos alibi plura retulimus. Post Corinnam erat Theano Locrensis poetria nobilissima, quæ hymnos & cantica lyrica, & mela scripsisse fertur. Legimus & præter hanc & alias duas hoc eodem nomine, quarum altera Pythagoræ vxor fuisse dicitur, cuius poemata & carmina græcis autoribus celebrantur, & soluta oratione longè plura. altera verò Thuria fuit, vel vt alij tradunt, Metapontina, Lycophronis filia, Pythagorica: & hæc fuisse dicitur quæ Charistum, vel Crotonem, vt alij aiunt, Brontinum poetam, cuius alibi meminimus, maritum habuit. Multa & hæc ipsa Theano scripsit, inter quæ quædam epistole leguntur, quas tamen fictas nonnulli potius arbitrantur. Sunt qui nō duas has, sed vnā eādēque existimant. Diogenes quidem certi nihil affert. Suidas omnino diuersas facit. Plutarchus in præceptis connubialibus tradit, quod cum Theano fortè manum nudasset, quendam dixisse, ὦ pulchrum cubitum: at non vulgaris, inquit illa, est & popularis. Possē hoc loco vobis & alia multa de Theano afferre ex alijs scriptorib. & præcipuè ex Iamblichō, sed iam pro re satis.

Fuisse

Fuisse & duæ aliæ Muscæ, hoc est græcè, Myiæ, traduntur, quarum prior The-
spiaca cum esset, lyricos versus suauissimè cecinit, atq; ad lyram coaptabat. Hu-
ius Muscæ in Musca meminit Lucianus, tametsi hanc cum Corinna eandem ple-
rique fuisse putauerunt. Altera fuit Musca Spartiatis, quæ hymnos in Apollin-
em & Dianam conscripsit. Fuerunt & aliæ hoc nomine, sed non poetriæ, qua-
rum vna famosa meretrix, altera Pythagorea. Fuit & Charixena carminum quæ
crumata dicuntur poetria, cuius ab Aristophane fit mentio, vt grammatici quoq;

Charixena.

Fuit item & Mæro puella, quæ hymnum elegantissimum in Neptunum
10 composuit.

Mæro.

Post has autem mulierum imagines sequebatur Xenocrates lyricus, qui in eo
genere non parum multa perscripsit, vt Aristoxenus testatur. At verò Glaucus
& Plutarchus in Musica de Xenocrate tradunt, ipsum videlicet ex Locris vrbe
Italiae fuisse. Dubitatum est etiam, vtrum pæanum poeta fuerit: nam quæ condi-
dit poemata, argumenta habent heroica: sed ex his quædam ille dithyrambos vo-
cabat. Fuit & Thalete Cretensi longè ætate inferior. Sedenim duo alij Xenocra-
tis nomine fuerunt, quorum prior philosophus insignis, & poeta quoq;, cuius vi-
ta est à Diogene Laertio tradita, & Suida, alijs. Tertius & ipse philosophus fuit,

Xenocrates.

20 ta doctrina, haud quaquam tamen poetico nitore exulta, atq; ideo quibusdam
parum probata. Ita profectò res habet plerumq;, vt si poetæ suapte natura soluta
oratione scribere nitantur, id quidè quod conantur efficiunt, sed sepe inconditè:
qui verò soluta scribere consueuerunt, si poetarum partes arripiant, & versus pan-
gant, id non facile assequuntur: idq; ex eo facile liquet, quòd alterum naturæ, alte-
rum opus est artis & industriæ. quo fit vt Ciceronis & Plinij versus nescio quid
forensis potius eloquentiæ, quam Castalij fontis redolere videantur: id quoq; in
dies experientia comprobari videmus. atq; ita hoc à me dictum velim existime-
tis, vt non ignorem & plerosq; apud antiquos esse, qui feliciter magis minùsve
vtrunq; præstare possint. Sed hac de re alias: illud in presentia satius fuerit, nos ta-

30 bulas recensere: in quib. erat Phœnix Colophonius, qui longiore carmine iambi-
co patriæ suæ ruinam conquestus fuerat, vt Pausanias autor est. Eiusdem poetæ
meminit & Athenæus, qui aliquot in locis eius versusum autoritate nititur, atq;
in primis vbi de Nino in primo libro iamborum egit. Erat & Heraclitus poeta
lyricus, non is quidem, qui philosophus Scotinus, hoc est, tenebricosus vocatus
est: nec is qui ex Halicarnasso fuit, quorum alio loco meminimus. Hic quidè de
quo nunc agimus. hymnos scripsit complures, sed in XII in primis deos, quorū
apud autores crebra mentio. Fuit & cum his Hipys Rhegynus, qui Perfarum tē-
pore claruit. hic primus (si modò vera Suidas ait) Parodian scripsit & Choliambon.

Phœnix.

Hipys.

40 pfit item Italica & Sicelica libris quinque, & Argolica libris tribus, item chroni-
ca libris quinque, & alia insuper. hic idè, vt Stephanus ait, primus Arcadas πρῶτος
λωξ, hoc est, ante lunam progenitos dixit. Citatur verò Hipys cum ab alijs fre-
quenter, tum ab Athenæo passim. Fuit etiam Eubæus parodiarum poeta excel-
lentissimus, qui per Philippj regis tempora claruit, cuius & Timon in Sillis, &
Polemō memipere. natus verò Eubæus in insula Paro, qui, vt est proditum, cum
vrbi Athenarum maledixisset, & in eum ideo Athenienses essent animaduersu-
ri, nulla alia re liberatus est, nisi quatuor suarum parodiarum libris, qui adeò pro-
bati fuerant ab omnib. vt Athenienses ipsi indignum duxerint, talium poematū
autorem perdere. Fuit & in hoc parodiarum genere clarus Bæotus, vt Polemō
50 & Athenæus prodiderunt. In hac etiam tabularum parte fuit Sorades Cretensis
Maronites, phylacôn, hoc est, nugacium carminum poeta, hic filium Apolloniū
habuit, qui de patris poematis nonnulla conscripsit. Perijt vero Sotades mæ-

Eubæus.

Bæotus.
Sotades.

rando mortis genere: cum enim de rege Lysimacho multa, & de rege Ptolemeo plura impudentius scripisset, à Patroclo Ptolemæi milite captus, & plumbeo vase conclusus, in mare est demersus: qua de re versus affert Athenæus. Plutarchus verò historiam aliter recitat: in eo enim qui inscribitur *πρὸς τοὺς παύδων ἀρωγούς*, Cum, inquit, Arsinoen sororem Philadelphus duxisset uxorem, Sotades dixisse fertur, *εἰς ἄχρῶσις τρυμαλιὰν τὸ καὶ τρον ὠδῆς*, hoc est, ne in sanctam rimam trudas aculeum: quo dicto est in vincula coniectus, ubi per longum tempus contabuit. Fuit enim Sotades, ut & Suidas ait, *δωμισνιαθῆς*, hoc est (ut puto) insanía vel furore agitato. Primus verò phlyacas siue cinædos condidit (sunt autem poemata hæc ridicula, & leuibus referta iocis) cuius quidem orationis initium à Cleomacho pugile sumpsisse putat Strabo, qui cum pueri cuiusdam & ancille, quæ ab eo cinædo alebatur, amore captus esset, cinædicam hanc orationem commentus est, & ethopœam quam vocant Græci. Primus verò Sotades hanc, ut ait Strabo & Suidas, expoliuit, sermone vsus Ionico: unde & cinædica ipsa oratio, Ionici logi nuncupata est. In hoc verò genere describendo Sotades iambico versu vsus est, atq; etiam ideo ipse iambographus à Græcis aliquando dictus est poeta. Terentianus quidem & Diomedes Ionicis apomizone & apellione, hoc est, à maiore & minore vsum prodidere: quod & Hephæstion docet. Scripsit Adonin Ionico apomizone. Sedenim à Sotade Sotadeum & Sotadicum carmē vocitatum est, cuius pleræq; sunt species, ut à grammaticis est obseruatum. Est quod per commata procedit, cuius in primo meminit Fabius, est & reciprocus, qui & recurrens vocatur à Sidonio, quasi vos græcè dicatis *παλινοδρομίου*. huius verò multa extant exempla cum græca tum latina. Tale quidem Fabius ait non ignobilem quendam poetam lulisse:

Astra tenent cælum, mare classes, arca menses.

quod si retrorsus legas, sotadeū fiet. Affert & huiusmodi Diome. multa, ut illud:

- *Esse bonus si vis, cole diuos optime Pansa. recurrens,*
Pansa optime, diuos cole, si vis bonus esse.

in procurso hoc quidem hexametrum, in cursu sotadicum. Inuenitur etiã hexametrum per hexametrum recurrere, ut in illo Vergiliano, 30

Musa mihi causas memora quo numine læso.

Protulerunt & nouū reciprocū neoterici, ait Diomedes, per duos versus, ut hoc:

*Nereides freta sic verrentes carula tranant
Flamine. recurrens, Flamine tranant
Carula verrentes sic freta Nereides.*

Est & reciprocum illud:

Pio precare thure cœlestum numina,

recurrens,

Numino caelestum thure precare pio. 40

hoc procurrit iambicum, recurrit elegiacum. Agitè, postquam incidimus in hanc reciprocorum versuum mentionem, quod Diomedes oia curiosà inuenisse tradit, eiusmodi & alia afferamus, Sidonijq; Apollinaris particulam recitem⁹, ex eius quapiam epistola: Recurrentes, inquit, hi sunt, qui metro stante, neque literis loco motis, ut ab exordio ad terminum, sic à fine releguntur ad summum. Sic est illud antiquum,

*Roma tibi subito motibus ibit amor. Et,
si bene te tua laus taxat, sua laute tenebis Et illud:
sole medere pede, ede, perede melos.*

Habentur etiam pro recurrentibus, qui pedum lege seruata, etsi non per singulos apices, per singula tamen verba replicantur: ut est vnum distichon ipsius Sidonij, quod de riuulo lusit, qui supergressus aggerem viam inundauerat, in se citò rediturus:

*Præcipiti modò quod decurrit tramite flumen,
Tempore consumptum iam citò deficiet.*

Seruius quoque Maurus in centimetro de reciproco Sotadico meminit, citat-
que illud:

Ire cupis si rus mala vites somnia quaeso.

hexameton hoc si recurrat, sotadicum fiet: hoc est,

Quaeso somnia vites mala, rus si cupis ire.

Afferit & reciprocum iambicum in elegiacum, quale & supra meminimus:

Micant nitore tecta sublimi aurea.

Vertite, sic erit pentameton elegiacum,

¹⁰ *Aurea sublimi tecta nitore micant.*

Meminit & pluribus Dion. Halicarn. cum de cõpositione agit, quo loco & Ho-
mericos versus reciprocos nonnullos adducit. Extant & eiusmodi græca non
pauca. Hoc certè tempore distichon illum Philelphi celebratur, quod in Pium
secundum Pontificem maximum fecit:

*Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum,
Scandere tefecit hoc decus eximium.*

Ex quorum quidem omnium carminum ratione Martialis illud exiisse à pleris-
que existimatur:

Nec retro lego Sotaden cinædum.

- ²⁰ quod quidem carmen duplici videtur sale conspersum. Erant verò Sotadea &
Sotadica in primis lasciuissima impudentissimaq; qualia & hoc tẽpore nõnulli
etiam scripsere, quorum nominib. ego, si minus ipsi sibi, pepercerim. hanc vri la-
sciuissimorum speciem intelligit Fab. Quintilianus, cum ait in primo de pueris:
Nam de Sotadeis ne præcipiendum quidem est: amoveantur, si fieri potest: si
minus, certè ad firmiter atatis robur referuentur. meminit idem & in nono. Sed
& præter Sotaden apud antiquos eiusmodi cinædologica carmina scripse-
runt Alexander Aetolus, Pyrrhus Milesius, quẽ Pyretẽ alij vocant, Theodoras,
Timocharides & Xenarchus. Lysis quoq; ijs cantum adhibuisse fertur, & ante
hunc Simon Magnesius melopœus, qui priorũ musicorum. i. melopœorum in-
³⁰ uertens disciplinã, Simodiam, quam vocauit, induxit: à quib. Lysiodi, & Simo-
di, & Magodi, mimorum species vocati, de quibus alibi plura. Verum Sotadi-
cum hoc genus apud Latinos primus Ennius aggressus est, in eo quod Cyprio
boui merenda inscribitur. Sed iam de his satis. Fuit & alter Sotadis nomine, me-
dię Comœdię poeta: item alter, sed nõ poeta, scriptor tamen non incelebris, qui
de mysterijs librũ vnum conscripserat, & ambo quidẽ Athenienses. Fuit & in hac
parte Lysimachus Aristi, appellati Iusti filius, poeta inter eos, quos sepe voca-
tos diximus melopœos. tenuis quidem & simplex fuit, vt Demosthenes docet:
cui tamen, vt Plutarch. tradit, ob parentis Aristidis memoriã, populus Atheniẽ-
⁴⁰ sis minas argenti centũ dedit, totidẽmq; agri iugera, & simul quotidie drachmas
quatuor, id quod, Alcibiadẽ persuadente, lege sanxerunt. Filiã hic Polycritã ha-
buit, vt Callisthenes scribit, cui post patris interitũ tantundẽ alimentũ, quantum
Olympionicis dare consueuerat, idẽ Atheniẽsis populus suo decreto cõstituit.
Fuit & Ctesiphon Atheniensis poeta, inter eos lyricos annumeratus, q Colabi
cognominati sunt. Sunt verò sic vocati à colabis citharę clauiculis ligneis vel e-
burneis, seu cuiusuis alterius materię, quib. fidiculę et chordę intendunt. Suidas
quidẽ interpretat citharę epitonia. Sed huius Ctesiphõtis poetę, & simul ipsorũ
Colaborum poetarũ meminit Athenęus in de sophistarũ cœnis ultimo. ampli-
⁵⁰ tamen considerandum existimo, nam in peruulgatis Aldinis exemplaribus, cõ-
labron, hoc est, *επιτηνης τῆν καλομυλων κολάβρων*, passim legitur, vt quidem puto e-
go, parum castigatè. Sunt tamen colabri, teste Suida, porcelli, hoc est, parui fues,
& perinde nulla ratione digni. Fuit et Archebulus Lyricus poeta Thebanus, vt
Hephestion scribit: alij Thyreũ dixere. Floruisse creditur centesima & vigesima

Lysimachus

Ctesiphon.

Colabus
quid.

Archebulus.

Olympiade: alij CXXVI, & magistrum fuisse Euphorionis poetæ, vt in eius imagine diximus. Archebuli meminit Terentianus, cum ait: Generi datur autor huic vetus Archebulus. Item Attilius his verbis: Archebuleus, inquit, versus nomen accepit, non quòd Archebulus eum inuenerit: nam Stefichorus illo antiquior poeta, & Ibycus, & Pindarus, & Simonides eo vsi sunt, sed passim & promiscuè. Archebulus autem quia carmen ex hoc vno genere composuit, Archebuleum nominatum est. meminit & Hephæstion. Terentianus quoq; illud Archebuleum carmen esse ait,

Dactylīci finem qui claudit iambo.

alio nomine miuros, vt primo sermone diximus, appellatum. Nun̄c reliquos, qui restant, huius tabulæ poetas attendite. Erat verò in hac parte Gitiadas, qui poeta apud Lacedæmonios fuit, & Dorica scripsit cantica, vñ in Laconicis est à Pausania proditum. Reliquit Gitiadas in Pallada hymnum apud Græcos celebratum. Nam cum Lacedæmonij Palladis cognominatæ Chalcicæ ædem statuatq; ponere decreuissent, Gitiadas ipse dignus inuentus est qui & statuat faceret, & hymnum componeret, quem in eius deæ celebritate canerent Lacedæmonij. Idem & cantica Dorica composuit. Post Gitiadan sequebatur Philon & poeta & tibicen, qui, vt à Stephano traditur, ex Italia ciuitate Metaponto originem duxit, quæ & Metabus dicta est. Fuit & Philon Tharsensis medicus haudquaquam ignobilis, cuius nec parua apud insignes medicos autoritas, à quo & medicamenti nomen Philonium nuncupatum. Huius certe Philonis cū aliubi, tum maximè in eo qui inscribitur πῶδι (σωβίσιος φαρμάκως τῆν κ' π' π' ους, Claudius Galenus meminit, vbi illius medicamenti compositionem elego carmine totidem versibus exscribit, & quod miremini, etiam exponit. Sed quoniã si velim elegiam ipsam & Galeni ipsius interpretationē meis verbis afferre longior sim, duos nunc tantum vobis primos eius versus recitabo, & quoquo modo potero latinos faciam:

Gitiadas.

Philon.

ταρσί τ' ἰκροῖο μέγα θηκῆσι φιλων τ',
 ἔρεμα, πρὸς πολλὰς ἐμὶ παθῶν ὁδῶνας. hoc est:
 Tharsensis medici magna hæc inuenta Philonis,

In morbis hominum quæ mala multa leuant.

Philonis huius medici & Paulus & Aetius meminerunt. Fuere & alij Philonis nomine tres, qui à me non sunt hoc loco memorandi: tametsi Eusebius Pamphili seniore Philonem ait versus scripsisse, citatq; Iosephi verba, quæ vt ab ipso afferuntur sunt omnino diuersa, ex primo Antiquitatum libro. Verum id vobis in præsentia repetam, quod & alias dixi: si Eusebij & Iosephi latinos factos codices sequamini, minus in eorum referendis sententijs fideles eritis: nam Georgius Trapezuntius, qui cum Cretensis esset, Trapezuntius tamen maluit vocari, non Eusebium latinè vertit, sed particulas hinc inde decerpit: quapropter libet hoc vobis loco illius verba referre, prout ab ipso Eusebio græcè in nono Præparationis euangelicæ allata sunt: Et Philon, inquit, in decimoquarto eorū quæ de Hierosolyma scripsit, sic ait:

τοῖσι μ' ἐδ' ἰμακίσι δὲ ὅλης μέγας ἐκλεον ἀκτωρ
 ἕψις τ', κ' πρὸς τὴν ἀφ' ἀβράμοιο καὶ ἰσάκ,
 ἰακώβ ἐκ τέκνοιο τῶν ἰωσήφ, ὃς ὀνείρας
 θεαπισῆς σκηπῆς τ' αὐτῶν ἰσοθρόνοιοι
 διουθῶνας, λαρεῖα χρόνος πημιμυεῖδι μοίρης, &c.

Hos verò ego quinque versus non sum ausus totidem versibus vobis interpretari, sed verbum penè è verbo ita insulse reddidi:

*His sedem beatissimam hordei magnus condidit ἀκτωρ
 Celsissimus, & prius ab Abramo & Isaac,
 Iacob ex filio inde Ioseph, qui somniorum*

Vates sceptratenens in Aegypti thronis

Diuersans, seruitute temporis inundatione Parca.

In calce verò eiusdem libri noni, seniore eum vocat, id quod & Iosephus contra Appionem. Sed de ijs iam satis, cæteros huius ordinis poetas audite. Inter hos erat Phalecus Ceronæus, qui & Philecus ab Hephæstione, & Philicus in commentarijs in Theocritum, ni modò sit scriptura interpolata, nuncupatur. Vnus fuisse hic traditur in Pleiadis poeticæ numero, cuius vobis alio sermone memini. Poeta certè Phalecus fuit celebratissimus, de quo ita canit Terentianus:

Hoc Cægeri metro cantasse Phalecius hymnos

Dicitur, hinc metrum dixere Phalecion istud.

Idem ferè Attilius in Arte. Aufonius verò Gallus Phalecū, non Phalecium, hoc carmine vocat:

Istos composuit Phalecus olim.

Negat Donatianus hoc genus carminis à Phaleco inuentum: idem & Hephæstion, qui ait ideo sic appellatum, quòd Phalecus ipse primus hoc carmine integra poemata confecerit. Mutasse videtur alibi syllabam Terentianus, cum cecinit: Coniungit sibi Phallicos trochæo. Sed videre vos an ijdem sint. Phaleuticus quidem à Seruio & Diomede nominari videtur. Sedenim plures Phalecorum carminum species sunt, inter quas illa quæ à syllabarum numero hendecasyllaba, præcipua est, & epigrammatis aptissima.

Fuit & hac parte Glycon, à quo Glyconium carmen, vocabulum (vt ait Hephæstion) desumpsit. Fuit & Asclepiades poeta, à quo Asclepiadeus versus dictus est, non quòd ejus fuerit inuentum, sed quòd ei familiare & frequens fuerit: ante Asclepiaden enim, vt ait Atrilius, Sappho libros quinque, & Alcæus quædam eo versu composuerat. Legimus, vt puto, & alterum fuisse Asclepiaden, poetam Samium, cui & Theocritus operam dedit, eiusq; auditor fuit. Scripsit verò in primis epigrammata, vt apud Theocritum produnt interpretes. Patrem habuit hic Asclepiades nomine Sicelidan: qua ex re non alium apud Theocriti Thalyfiam significatum volunt, quam Asclepiaden ipsum, cum cecinit, vt est à me ex tempore versum:

— Nam neq; vatem

Sicelidam vici Samium, non ipse Philetan.

quo loco qui eam eclogen latine vertit, impudenter errauit, cum Samium Philetan fecerit, qui Cous fuit, vt planè in eius vita ostendimus. Sanè Sicelidan hoc loco dixit Theocritus nomen patris pro filio forma quadam patronymica, vt obseruant grammatici, id quod & alibi de se fecit: Simichidan enim à patre se nuncupauit. Fuit & Telestas Thebanus poeta & musicus, de quo ex Aristoxeno Plutarchus in Musica. Nam cum ostendere velit, quantam vim habeat à teneris atque à primordio rei cuiusdam assuescere, ita subinfert: Thebanum quendam Telestian Aristoxenus scribit sua ætate vixisse, qui cum iuuenis adhuc in optima illa musica versatus esset, & probatorum musicorum modos edidicisset, videlicet Pindari, Dionysij Thebani, Lampri, Pratinæ, & cæterorum, qui Lyrici poetæ crumatôn fuerunt, & optimè tibijs vsi fuissent, cumq; in omni reliqua disciplina non mediocriter elaborasset, exacto ætatis vigore vsque adeo captus est scenica & varia illa musica, vt neglectis illis bonis, in quibus diu versatus fuerat, ad Philoxeni & Timothei modos maximè varios, plurimæque habentes nouitatem, animū intēderit: cumq; diu satis elaborasset inter Pindaricum & Philoxenium canendo modum, Philoxenium nunquam assequi potuit, cuius rei ea fuit causa, quòd à puero in optima illa institutione versatus fuerat. Atque hæc quidem ferè Plutarchus: quibus quidem verbis colligere facile potestis, id maximè vsu comprobatum esse, quod est à poeta nostro diuinitus dictum, Adeo à teneris assuescere multum est: idcircoque ab optimis quibusq;

Phalecus.

Glycon.

Asclepiade.

Telestas.

busq; incipiendum, quod & Aurelius & Fabius præceperunt. Sed iam, vt concludamus huiusce diei sermonem, tempus est, si prius vobis Babrium commemorauero, qui & Babrias, vt legimus, vocatur, tametsi Gabrias paucis ab hinc annis vocitatus est ab Aldo, viro alioqui erudito. Fuit verò poeta Babrias, qui apologos libris decem collegit, idq; in primis ex apologis Aesopianis, carmine choriambico, quod Suidas scribit. Inscriptit verò mythiambos, cuius (quod sciam) libellus extat iambico trimetro. Atq; hæcenus hodierno sermone, castino latinos huius ordinis commemorabimus. Et simul abiuius.

LILII GREGORII GYRALDI FER-
RARIENSIS DIALOGI DVO DE
HISTORIA LYRICORVM LATINO-

rum Epigrammatum, & cæterorum poetarum, ad Prosperum Pa-
sethum Iuris vtriusq; consultum.



Decimum vsq; diem Prosper Pasethe, vir clarissime, nostros de poetis sermones produximus, quibus quotidie, pomeridia-²⁰ na scilicet hora, conuenire animi gratia in viridariū solebamus. hoc igitur decimo extremam poetarum partem commemoraui-
uimus: hoc enim numero congruum visum est sermones nostros perficere, cum eo ipso numeri terminentur, & eius summa sit virtus & perfectio, id quod plane à Platonicijs alijsq; philosophis, sed & Christianis quoq; nostris traditur: vltra enim decimum ad vnitates semper redimus. Sed nunc non philosophandi nobis tempus, qui tabulas & poetas à situ pro virili nostra excutimus: quare ad institutos iam sermones redeo, quib⁹ latinos in primis lyricos, & tum græcos tum latinos epigrammatographos me collegisse minus fortasse curiose videbis, vt minus iam laboris esse queat cupi-³⁰ entibus poetarum fermè omnium vtriusque linguæ vitas perlegere. Igitur decima iam die cum in viridarium cōuenissemus, sic ad me Piso: Quin iam, inquit, quod hesternæ die facturum te receperas, Lili promissa exoluis: pridem enim te ad istam Latinorum partem expectabamus: neque enim minus libenter nostros audimus, quàm peregrinos: tametsi in hoc genere non tam multos apud nos, quàm apud Græcos floruisse audiui. Sic est, inquam, & simul ita sum exorsus: Quoniam vt vobis aliàs dixi, hæc Latinorum poetarum pars, cum cæteris alijs, vt & vos scitis, antè ab homine docto perscripta est, ego minus laborabo in eorum vitis recensendis: vt nomenclator enim, eorum imagines potius nominabo, quàm eas multis expediam. Vt libet, inquit Piso, modò quæ tenes, nobis non inuideas. Imò, inquam ego, vereor ne ad fastidium vs-⁴⁰ que vos expleam. Fuit in hoc genere primus L. Lucullus iambographus, qui, vt scribit Apuleius, improbatus fuit, quòd Gentium & Macedonem pueros veris nominibus suis carminibus, vt ille ait, prostituerit. Hunc eundem Lucillum esse puto, cuius Fulgentius versum affert,

Vilissimum ramentum, & proluuiosa pestis.

Idem & Fulgentius ad Chalcidium Fabium, Lucillum carmen epicum scripsisse testis est. Sed & de Luculli poematis M. Tullius ad Asiaticum meminit. Post Lucillum C. Lænas videbatur, qui apud Latinos lyricos versus concinuit, cuius carmina nonnulla ab autoribus circumferuntur, vt illa,

*Vnas nitidis floribus
Euadne hederis illigat.*

Huius poetæ quoq; apud Donatianum mentio in Poetica. Post verò Lænatem fuit Q. Horatij Flacci poetæ imago, qui etſi ante latinos omnes ſe iambos & lyricos verſus ſcripſiſſe cum aliubi, tum his locis fatetur, hoc eſt, in Epistolis:

Q. Horatius
Flaccus.

— *Parios ego primus iambos
Oſtendi Latio, numeros animosq; ſecutus
Archilochi, non res & agentia Verba Lycamben.*

Item paulò poſt:

*Hunc ego non alio dictum prius ore Latinis,
Vulgavi fidicen.*

10 In tertio verò odarum:

*Carmina non prius audita Muſarum ſacerdos,
Virginibus pueriq; canto.*

ante ipſum tamen Horatium hoc carminum genere Liuium ſcripſiſſe, autor eſt Porphyriò, & nos alibi (ſi meministi) Liuij hymnos celebrauimus. Sed & Val. Catullus, & Tegula, & quos modò nominauimus, C. Lænas & Lucullus iambica & lyrica ſcripſere: ſed hi aliqua quidem, non vt Horatius ferè plena volumina: quamobrem is rectè primus dici poteſt, vel ſeiſo iudice, iambos oſtendiſſe. Num & vos ita cenſetis? quibus annuentibus, & de me Horatij vitam libenter audire ſignificantibus, Eam ipſam, inquam, vobis breuiter referam, potius vt inſtitutum tabulæ ſequar, quàm aliam ob cauſam: nempe qui credam eam ex alijs vos ſæpe legiſſe, & poſthac ſæpe lecturos. Quintus igitur Horatiò Flaccus Venuſij humili loco natus eſt, patre Præcone libertinæ cõditionis, Torquato & Cotta Coſs. biennio ante M. Tullium conſulem. puer à patre Romam ductus, vt bonis artibus imbueretur: vbi cum Orbilio tum celebri grammatico operam daret, breui adeò profecit, vt ad philoſophiæ ſtudiã idoneus videretur: quare Athenas profectus, Epicuream ſectam in primis ſectatº eſt, tamen mox ſenior factus Academiã ſe tradidit. quo verò tempore epistolas ad Meccenatem ſcribere adorſus eſt, ſe nulli addictum, nec vllius iuraſſe in verba magiſtri, ipſe fallus eſt. Sed hæc ex ipſo notiora, quàm vt ea nunc vobis recenſeam. Luuenis autem cum bella ciuilia inter Auguſtum & Cæſaris interfectores feruerent, Bruti & Caſſij partibus adhæſit, tribunusque militum creatus, in ijs vſque ad Philippenſem cladem perſeuerauit. poſt Brutianis rebus fractis, iterum ad poeticiæ ſtudiã ſeretulit, Vergiliòque ac Vario, reliquiſque illuſtribus tum poetis ita gratus, vt ab ijs Meccenati equiti clariffimo, & poetarum honorumque fautori, quamprimũ conciliaret. Poſt hæc Meccenas hominis ingenio delectatus, ab Auguſto non modò vt illi parceret impetrauit, ſed in ipſius etiam amicitiam inſinuauit. Erat Horatius ſtatura puſillus, oculis lippis, canus ante diem, cibi parciſſimus, vini tamẽ appetentior. quidam & præpingui eũ & obeſo corpore fuiſſe tradunt, & ad bilem paulò incitatioſem, placabilem tamen. Vixit, ſi

30 Hieronymo ſtamus, annos LVII. alij licet LXX & amplius prodiderint. Quo verò mortis genere deceſſerit, haud ſatis mihi compertum. carminum libros quatuor cõpoſuit, in quibus, quo verſuum genere vſus, quos primus inuexerit, apud Diomedem grammaticum, & Maurum Honoratum, & pleroſq; alios poeticiæ ſcriptores reperietis. De quatuor his libris carminum illud eſt Quintilianij iudiciũ, quod Piſo memoria tenes: Lyricorum Horatius ferè ſolus legi dignus, nam & inſurgit aliquando, & plenus eſt iucunditatis & gratiæ, & varijs verbis & figuris feliciffimè audax. hæc ille vtique. Scripſit præterea Epodon in eodem genere lyricorum, & carmen ſeculare, & præter hæc ſermonum libros duos, & epistolarum totidem, quos omnes grata quadam beneficiorum ſignificatione Meccenati inſcripſit. Præter hos ſcripſit & Poeticã, quam Sermonibº aliqui, vel Epistolis potius ipſe coniungit: nam ſi integrè de tota ea facultate perſcribere voluiſſet, aliam omnino lucubrationem fuiſſet aggreſſus, hoc eſt, lo

40 cupletio-

cupletiore: nec propterea nunc demum noster Hieronymus Vida eam molitus esset. Poeticam, inquam, suam Horatius L. Pisoni & filijs inscriptam misit, Fuit autem L. Piso, si Porphyrii stasis, poeta, & studiorum liberalium antistes. ac vrbis custos, sectamque Epicuream, ut Horatius, sectatus. Amavit hic Piso in primis Philotimum poetam graecum & ipsum Epicureum, de quo suo loco agemus. In hunc L. Pisonem extat M. Tullij oratio, quae etsi parum emendata, & line capite esse videtur, mirum tamen dictu est quam acriter eum, & quibus verborum & sententiarum aculeis insectetur: impurum enim & flagitiosum hominem, omniq; coopertum, nedum inquinatum scelere fuisse ostendit. Idem scribit Asconius, qui eam ipsam orationem est interpretatus. Tum Piso: De Pisonem 10 satis: in Horatio vero, inquit, poeta habeo quod sequar & fugiam. Imo, inquam ego, habetis quod in eo recte sequamini, puritatem, simplicitatem linguae latinae, praeter alias virtutes, quibus ille insignitus. Multum hic certe vobis contulerit, si eum legendo contriueritis. Cum ambo sic se facturos annuissent, tunc ego: Post Horatium, inquam, erat Caesij Bassi imago, qui & ipse, ut Horatius, lyricus, Claudio principe floruit, usque ad Vespasianorum tempora. huius Bassi meminit Fabius Quintilianus, cum prius esset de Horatio locutus: Si quem, ait, ad iucere velis, is est Caesius Bassus, quem nuper vidimus: sed eum longe praecedunt ingenia viventium. Eiusdem Bassi meminit & grammaticus Diomedes. Persius quoque Flaccus ad Bassum satyram scripsit, cuius hoc est principium: 20

Admouit iam bruma foco te Basse sabino,

Iamne lyra, & tetrico viuunt tibi pectine chordae

quo loco Cornutus, qui in Persium commentarios scripsit, vel, ut alij putant, quod etiam alibi vobis dixi, Probus refert, Vesuuio monte conflagrate, vna cum villa Bassum incendio consumptum fuisse: durum mortis genus. Citatur nonnunquam Bassus a grammaticis. Priscianus cum alios, tum hos ex secundo Lyricorum versus aduocat:

Calliope princeps sapienti psallerat ore.

Legitur dimidiatus libellus de metris, Bassi nomine inscriptus, quem libellum video a Terentiano & lectum & citatum. Sunt qui commentaria latina in Aratum, in latinum conuersum a Germanico Caesare, multa eruditione referta, sed mendosa, huic Basso ascribant: ego de hoc nihil statuo. Fuit & Galbius Bassus poeta antiquus, quem Satyricum fuisse grammatici tradunt. De Saleio Basso inter Epicos, si meministis, locuti sumus. 30

Galbius Bassus.

Titius.

Florus.

Ad haec Titium lyricos versus scripsisse legimus, atque in primis ex Pindaro Latinos fecit. huius meminit Horatius, ad Iulium Florum scribens, in Epistolis. Quinetiam ipse Florus condere solebat amabile carmen, ut idem canit Horatius: Porphyrius tamen Satyrarum scriptorem eum scribit, & eius esse ait electas ex Ennio, Lucillio & Varrone. Fuit quoque hic Florus ex Tiberij Claudij Caesaris cohorte. Ab hoc Floro sunt qui fuisse tradant Flori oratores, hi de quibus Fabius Quintilianus, & cuius extant historiarum Romanarum ex T. Licio compendia. Sed quando in Flori mentione incidimus, fuit & alter Florus poeta Adriani tempore, item tertius Paulus Florus, qui Iustiniani Caesaris temporibus floruit, & inter eius charissimos habitus: quin ut Agathias scribit in quinto historiarum, primas apud ipsum tenebat inter eius praesides, quiq; sicut generis gloria insignis erat, ita etiam a suis maioribus opes amplissimas fuerat assecutus: quibus rebus accedebat admirabilis quaedam eruditio & eloquentia. Scripsit vero hic poemata complura memoratu dignissima, inter quae illud quod hexametro carmine de templo illo magnificentissimo ab Imp. constructo, fuit: quod eodem maiore labore & arte confectum existimatum ait Agathias, quod mirabilior 50 materia resque subiecta fuit. Sed de Titio sequamur, cuius & Porphyrius & Acron meminere, hi sunt Horatij versus:

Quid

*Quid Titius Romana breui venturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit haustus
Fastidire lacus, & riuos ausus apertos,
Vi valet, vt meminit nostri, fidibusne latinis
Thebanos aptare modos studet auspice Musa,
An tragica desinit & ampullatur in arte?*

Sanè Titij Romæ fuerunt, vt ex scriptoribus colligimus. M. Cicero in Bruto: Eiusdem, inquit, ferè temporis fuit eques Romanus C. Titius, qui meo iudicio eò peruenisse videtur, quò potuit ferè Latinus orator sine græcis literis: & cætera quæ subiungit, meminit & alibi, nec semel. Fabius quoq; Quintilianus in vndecimo, vbi de prononciatione agit: Longillimè, scribit, fugienda mollis actio, qualem in Titio Cicero dicit fuisse: vnde & saltationis quoddam genus Titius sit appellatum. Titij etiam sodales Romæ dicti à titijs auibus, si Varroni stamus, Titij sodales

quas, ait, in augurijs certis obseruare solerent. Scribit Aelius Dionysius, quòd titis auiculæ species est, itémq; auis quælibet minutior: vnde putatur *τῆς* verbum Græcis factū, quasi dicatis pipire, vel titissare. Sedenim titi columbæ dicuntur, vt in Persium Cornutus seu Probus notat. Seruius in Bucolicis palūbes vulgò titas vocari prodit. Sed nimis à proposito digressi, ad poetas redeamus.

Fuit & Celsus poeta ex eadem cohorte Tiberij Caesaris, qui aliena pro suis e-

dere solebat, cuiusmodi pleriq; hodie sunt impudentes, qui etiam integra poemata aliena, vt Pontani quædam, ediderunt. at de Celso ita Horatius:

*Quid mihi Celsus agit, monitus multumq; monendus,
Priuatas vt quarat opes, & tangere vitet
Scripta palatinus quæcumq; recepit Apollo,
Ne si forte suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula visum
Furtiuus nudata coloribus.*

quo Horatij loco Porphyrio & Acron ad hanc historiam similia referunt: meminit & alibi idem poeta. Ne tamen hunc Cornelium Celsum putetis, tamen is non multo post tempore floruit. Fuit verò in tabula picta imago Vestitij Spurinnæ poetæ lyrici & viri clarissimi. floruit hic Martialis & Plinij secundi ætate, hoc est, Domitiani & Traiani. Miræ suauitatis poeta fuit, scribebat enim, vt ait Plinius, & quidem vtraq; lingua, lyrica carmina doctissimè, quo modo hæc ætate noster Lampridius: mira illius dulcedo, mira suauitas, mira hilaritas, cuius gratiam cumulabat scribentis sanctitas: quocirca quidam ea Quintiliani verba, quæ modo in Baslo recitauimus, huc ipsum Spurinnam significasse autumant: Bassum, inquit, longè præcedunt ingenia viuientium. Fuit quoq; Spurinna & bello & pace vir memoria dignus: nam & prouincias rexit modestissime, & exercitus imperator strenuissime Bructerū Barbarorum regem debellauit. Vixit verò vsq; ad maturam senectutem: septimum enim & LXX supergressus est annum, sensibus omnibus integris, nihil ex senectute habens præter prudentiam. Filium habuit ex Coccia vxore singularis exempli muliere, Coccium, eximia propemodū indolis iuuenem, qui ante diem perijt, cui & Caesar in solatium parentis triumphalem statuam posuit. Extat Plinij epistola hac de re ad ipsos Spurinnam & Cocciam. Spurinnæ meminit & Tacitus in historijs.

Septimum quoque Aphrum poetam lyricum fuisse obseruauimus, cuius meminit Diomedes grammaticus. Maurus verò Terentianus ait, ipsam scripsisse ruris opuscula:

*Qui multos legere, negant hoc corpore metri
Romanos aliquid veteres scripsisse poetas,
Dulcia septimius qui scripsit opuscula ruris,*

Ancipitem tali cantavit carmine Ianum.

Dane quidam codices non opuscula ruris, quæ tamē lectio probatur, quia idem Terentianus paulo post subdit:

Septimius docuit quo ruris opuscula libro.

sed, nuper, habent: quæ si legitima sit lectio, ostendit Terentianū ipsum, de quo paulo mox agem⁹, proximum ætate huic Septimio fuisse. Septimij verò hi sunt versus ex hymno ad Ianum:

*Iane pater Iane tuens diue biceps biformis,
O cate rerum sator, ò principum deorum,
Stridula cui limina, cui cardine tumultus,
Cui referata mugunt aurea claustra mundi,
Tibi vetus ara caluit Aborigineo sacello.*

Eiusdem Septimij sunt & hi dactylici cum heptimimeri:

*Inquit amicus ager domino,
Si bene mi facias memini,
Pinea brachia cum trepidant,
Audio canticulum Zephyri.*

Idem alibi quoq;

*Gerit intus in oppidum
Hanelos Panope greges.*

Scribit ad hunc Septimium, ut videtur, Statius in Syluis lyricum carmen, Septimiumque Seuerum Afrum vocat, docens ex Lepti Africana vrbe fuisse, sed puerum Romæ educatum:

*Hec, inquit, mira virtus, protinus Ausonum
Portus vadosæ nescius Africæ
Intras, adoptatusq; Tuscis
Gurgitibus puer innatasti.*

Porro de Aulo Sereno lyrico poeta locuti fuimus, cum Q. Sereni imaginem in quarto sermone retulimus. Post hos sequebatur Mesomedes poeta, qui Adriani imperatoris libertus à nonnullis est existimatus: at certè inter intimos illius amicos est habitus. Cretensis is quidem fuit, atq; illis ipsis temporibus inter lyricos poetas egregius existimatus, plurima dicitur à Græcis scripsisse, atq; inter ea Antonium Adriani delicias deorum numero ascriptum miris extulit laudibus. Illud obseruatur ab Eusebio in Chronicis, Mesomedem vsq; ad Antonini tempora superuixisse, à quo etiam cenographio fuit decoratus, ut Suidas testatur: nam & Imperator ipse ab eo nomos cirharædicos edidit. Capitolinus tamen ait Antoninum illi salarium diminuisse, ea scilicet ratione, quòd nihil foedius, imò crudelius esset, quàm eos reipublicæ bona (ut eius scriptoris utar verbo) arrodere, qui in eam nihil suo labore conferrent. Per hæc tempora floruit Hippodromus, inter Sophistas, ut ait Philostratus, suo tempore nulli secundus, qui ex Larissa Thessaliæ Larissæus fuit. patrem Olympiodorum habuit. cum multa in arte oratoria scripsit, tum etiam nomos lyricos cõposuit, quos per sua tempora vulgò cani solitos idem prodit Philostratus, qui huius vitam inter alios luculenter complexus est. Cum Nicagoras aliquando tragediam dixisset Sophistarum matrem, tum inquit Hippodromus patrem esse Homerum, eundemque Homerum vocem esse, Archilochum verò spiritum. Diem obiit Hippodromus septuaginta annos natus. Sed hunc quidem vobis non quòd esset in tabula retulerim, tantum sum monitus ætate & nomis lyricis: sicut nec Phaliscum poetam, sed quòd eum celebrat Maurus Terentianus, à quo & Phaliscum carmen est deriuatum. Hunc autem poetam ludicra scripsisse coniecta-

Mesomedes.

Hippodromus.

Phaliscus.

cōiectamur, his Terentiani verbis: atq; inquit ille, poeta Phaliscus cum ludicra carmina pangit. nam & hi ipsius versiculi dicuntur,

*Vua vua sum & vua phalerna,
Et ter fevo & quater anno.*

Item libro eodem

*Vnde vnde colonis Eoi
A flumine venit Oronti.*

Eiusdem poetæ & hi leguntur:

10 *Quando flagella iuga sita iuga,
Vitis & vlmus vsi simul eant:
Nam nisi sint paribus fruticibus,
Vmbra necat teneras Aminæas.*

quo loco syllabam Aminæas notate, hoc est, primam & alteram breuem, non ad Vergilij normam,

Sunt & Aminææ vites:

nec Ausonij Galli,

Solus qui Chium miscet & Amineum.

quod & alias vobis in annotatis retuli, & si placet, idem breuiter hoc loco repetam. Id cum se maxime cupere puer Picus ostenderet, Aminæum, inquam, vinum Seruius grammaticus ait, quasi sine minio, id est, rubore, nam album est, & scribi apud Vergilium duplici nō, propter versum existimat. alij Amymnæum legunt, quod apud Rhianum poetam mentionem Amymnæorum Epiroticorum factam legant apud Stephanum, apud quem nulla nec vitium, nec vini Amymnæi facta mentio. Alij sanius quidem Ammynæas vites legunt, quod Amminæi Thessaliæ sint populi, à quibus Amminææ vites in Italiam transmissæ, quod ab Aristotele in Politicis scribi videtur. Sanè & memini me Romæ in exemplaribus peruetustis Vergilianis nonnullis poetæ versum ita legere:

Sunt etiam Ammineæ vites.

30 vt minus comprobetis seruianam interpretationem, in qua & illud reprehensione dignissimum, quod album putauit Amminæum vinum, cum & album & nigrum ex Plinio colligamus. Iunius Columella ex multis quidem Amminæis vnum genus album ait. Aurelius Macrobius Amminæos populos fuisse scribit, vbi nunc Phalernus ager. Quare non adeo mirum, si Galenus Amminæum modò Falernum & salernum, vt in quibusdam exemplaribus legi, modò Cæcubum esse crediderit. De Amminæo & Cato & Plinius, vt alios nunc mittam, meminere. atq; hucusque de Amminæo Pice, vt hæc ipsa tibi recenseam. Nūc redeo ad tabulam, in qua fuit Alphij Auiti imago. hic quidem, vt colligimus ex scriptoribus, lyricus poeta fuit. celebratur eius illud poema, quod Excellentium 40 inscriptum fuit, de quo inter alios sic Maurus Terentianus:

*Vt pridem Auitus Alphius
Libros poeta plusculos,
Vsus dimetro perpeti,
Conscripsit Excellentium.*

Hi sunt ex secundo eius libro dimetri iambici:

*Tum literator creditus
Ludo Phaliscum liberos
Conatus (vel caufatus, vt legit Priscianus in octauo) in campi patens,
Extraq; muri ducere
50 Spaciando paulatim trahit
Hostilis ad valli latus. Est & ille:
Seu tute malis hospites.*

Alphius
Auitus.

Maurus Terentianus.

Meminit & Alphij Priscianus, eiusq; alios versiculos adducit. Quidam Carthaginensem, nullo autore eum faciunt, & Constantinorum Cæsarum tempore: ego hac de re certi nihil affero. Fuit & Alphius foenerator, de quo in primis Columella eam sententiam affert: Bona nomina nonnunquam mala fieri, si nunquam interpelles. meminit eiusdem & Horatius. De Auito verò Christiano poeta suo loco à nobis dictum est. Maurum quoq; ego Terentianum in hoc poetarum numero reposuerim, & lyricum non immerito vocauerim, cum lyricorum cæterorumq; versuum dimensiones regulasq; iisdem ipsis carminum generibus conscripserit. Extrat quidem dimidiatum ipsum volumen, ut patet, non sine admiratione aliquando à me perceptum, quod senex ille & iam grauis annis Bassino filio, & Nouato genero (non Nouatemo, ut perperam existimauit in eius vita vir doctus) emendandum misit, id quod ipsemet his versibus testatur:

*Hæc prius Bassine fili, & tu gener Nouate mi,
Perpolitè quam potestis crebriore limula,
Non pater tanquam, socerq; sed velut sim extrarius.*

Quo verò tempore floruerit, non liquido planè cõperi. patria quidem Carthaginensis fuit. eius probati scriptores meminere, diuus Augustinus, Ruffinus, qui de versibus scripsit, Priscianus & seruius, ut alios mittam. Quæ cum dixissem, suscepit Piso, & inquit: Audiui ego aliquos qui publicè profiterentur insigni eruditione viros, qui Terentianum ea tempestate floruisse traderent, quala tingere in Africam migrare, hoc est, Apuleij, Tertulliani, Cypriani, septimij, aliorum temporibus, non multò ante tempora Constantinorum. Cui ego inquam: Nihil hac de re asseruerim, quisq; ut libet coniectetur. sed nos iam ijs missis (neq; enim latinos lyricos alios nunc habeo, quos referam) ad vltimū poetarum ordinem recensendum conuertamur, in quo quidem Epigrammatū scriptores repositi fuerant: nam tamen ex antiquioribus, de quibus egimus superiorum dierum sermonib. plerique epigrammata scripserunt, nihilominus in extrema regione seorsum nonnullorum in tabulis pictæ fuere imagines, qui eo tantum canendi genere laudem consecuti sunt, vel si modò aliud scripsere, non ex eo tamen nomē adepti sunt. Tum Piso: Quin, inquit, postquam huc sermonem traximus, quale tu putas epigramma esse debere, vel quibus legibus concludi, nobis edisseris: neq; enim hoc à proposito alienum, & simul mihi & puero rem gratam facies. Quibus ego: Dicam sanè, inquam: & ita cœpi. Variè est de epigrammatis ratione & lege à doctis hucusq; tractatum: quidam enim tria esse epigrammatum genera definiere: vnum quidè, quo ad rerum inscriptiones uti soleamus, & vnde primum illud inuentum, & nomē est sortitum: alterū, quo laudem vel alicuius vituperium demonstrare consueuimus: tertium, quo quippiam vel fortuitum, vel admirandū quod contigerit, argutè scribimus, vel cõminiscimur ipsi. & omnia quidè hæc vna & certa quadam lege, non affectata & detorta (quanquam & huiuscemodi multa extant) confici debere, sed simplicitatis candorisq; arte maxima: quam quò maiorem adhibueritis, eò ipsam magis vos dissimulare oportet. Fuere alij nonnulli, qui animali cuiquam simile epigramma esse putauere, cuius quidem corpus sine capite & pedibus, ceterisque particulis consistere nefas esset, hoc est, ut partes mediæ primoribus & postremis responderent. sed hoc potius de tota oratione, ut etiam Platō existimat, fratuendum. Alij epigramma s corpioni perquam simile esse voluerunt, qui licet omnni ex parte minetur, in cauda tamen, in qua inest aculeus, venenum habet: ita, aiunt, epigramma cum argutas omnes partes habere debeat, tum extremā maximè, qua vel acriter & salte mordeat, vel iucunde et dulciter delectet. Huiusmodi est illud quod in Germanici Cæsaris vita retulimus,

Pullex.

Thrax puer astricto, &c. & illud Pullicis poetæ in primis antiqui, verum parum notū, qui vel hoc solo epigrammate dignus est, ut inter poetas recenseatur: neq; enim eius adhuc aliud comperi. Epigramma verò hoc ipsum est:

Cum

Cum mea me genitrix grauida gestaret in aluo,
 Quid pareret, fertur consuluisse deos.
 Mas est Phœbus ait, Mars fœmina, Iunoq; neutrū:
 Cumq; forem natus, hermaphroditus eram.
 Quærenti lethum, dea sic ait, occidet armis,
 Mars cruce, Phœbus aquis: fors rata quæq; fuit.
 Arbor obumbrat aquas, ascendo, decedit en sis
 Quem tuleram, casu labor & ipse super.
 Pes hæsit ramis, caput incidit amne, tuliq;
 Fœmina, vir, neutrum, flumina, tela, cruces.

10 Videtis hoc vt totum sibi constet, vt caudam argute vibret: propterea illud dignum adeo putauit Politianus, vt graecum Graecis faceret, idq; feliciter, vt mihi quidem videtur, est affecutus. & haecenus quidem alij de epigrammatis lege. Nos Graecorum & Latinorum exempla secuti, epigramma in primis nitidum, floridum, apertum, falsum, argutum, clara & facili sententia, & elocutione esse desideramus, cuiusmodi plurima apud Catullum, & in Priapeis, & in Valerio Martiale nonnulla. Tum Piso: Equidem reor tuam istam sententiam permultis non placituram: neq; enim video eam complecti praeter paucos, sed pleriq; omnes longè diuersis legibus epigrammata conscribunt. Non eo, inquam, inficias: sed
 20 quid me prohibet vobiscum sententiam dicere? Et Piso: Nihil, inquit, & plane rectè. Viden' vt hic re puer attentè audit? auguror illum aliquando eiusmodi epigrammatum genere luserum. Et puer simul se colligens, visus est omen accipere. Verum his omiſſis, ego inquam, iam nos dudum ad poetarum in hoc genere turbam veniamus, inter quos hos maximè celebrari video Archimelum
 in primis, cui non minimam gloriam inter reliqua eius epigrammata comparauit illud, quod & hodie legitur in nauem illam Hieronis Syracusani scriptum, de qua & opus Archimedes composuit, vt est apud Athenæum, & nostrum de nauigijs libellum: eius enim epigrammatis gratia Hieron ipse Archimelo in Piræum vsque mille misit tritici medimnos. Post hunc erat Palladas, cuius ex Isa-
 30 acio alibi meminimus, & cuius penè innumerabilia leguntur epigrammata, vt in Graecis est videre. Fuit & Theætetus epigrammaton scriptor, cuius leguntur quædam apud Laertium, & alia quæpiam in Graecis epigrammatibus: alius à Theæteto illo Socratis discipulo & Platonis, qui in Heraclea Põti docuit, cuius de nomine Platonis legitur dialogus. Fuit & Straton in hoc genere poetarum, cuius & versus extant.

Archimelus

Palladas.

Theætetus.

Straton.

Sunt & Theodori epigrammata apud Diogenem Laertium. quidam tamen hunc eum esse existimauerunt, cuius in alijs meminim⁹ dierum superiorum sermonibus. Erat & Lucillus Tarræus, sic vocitatus, quoniam Tarra, vt in Philologis docet Longinus & Stephanus, qui Lucium, non Lucillum vocat, nisi gre-
 40 cus codex sit maculatus. Collegit hic idem Lucillus, praeter alia quæ scripsit, prouerbia tribus libris, & epigrammata quædam reliquit. eius quædam in graecis Apollonij Rhodij scholijs citantur. Fuit & in hoc genere poetarum Athenæus, non ille Naucratis, qui Sophistarum cœnas conscripsit, nec item vetustus ille medicus, cuius meminit Galenus, Oribasius, alij: sed alius. vt puto, cuius epigrammata in Antisthenem, Zenonem, & Epitirum philosophos extant. Fuit & Democritus floridus ac illustris, vt scribit Diogenes, huius ordinis poeta, non philosophus ille Abderita, tametsi is quoq; de poetica, de numeris, hoc est, rhythmis & carminis venustate, item de Homero, & versuum norma, & de carminibus etiam volumina à se perscripta reliquerit. Fuit & Archytas, non Ta-
 50 rentinus, sed alter. Fuit & Doricus, qui & Dorias ab aliquibus, cuius de Milone Crotoniata illo athleta notissimo & polyphago, versus etiamnum leguntur apud Athenæum. Fuit & Dorus quidam Comicus apud Srobæum: Dorion e-

Theodorus.

Lucillus Tarræus.

Athenæus.

Democritus

Archytas.

Doricus.

Dorus.

Dorillus.

nim qui Georgica scripsit, & de piscibus, alius est, vt ex Athenæo liquet. Dorillum quoque inuenio apud autores Tragediarum fuisse poetam, à quo per calumniam mulierum pudenda dorillus dicta sunt. meminit & Suidas. Fuit & Erycius in hoc genere poeta haud ignobilis, cuius adhuc nonnulla leguntur carmina: eius & in commentarijs in Apollonium Rhodium mentionem factam vidimus. Post hos turba ingens ac pene innumerabilis, quorum nomina in huius dialogi calce, si non omnia, multa quidem recensebo: quare iam me ad Latinos huius ordinis poetas conuerto: inter quos duo primi fuerunt, Valer. Aedituus & Porcius Licinius, quorum vtriusque mentio tam ab Apuleio, quam à Gellio facta est, quorum epigrammata non modò cum Latinis, verum etiam cum Græcis conferre solebat Iulian. rhetor, & anteferre. Aeditui ad Paphilam hoc est epigramma:

*Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis,
Quid mi abs te queram, Verba labris abeunt,
Per pectus miserum manat subito mihi sudor.
Si tacitus, subidus, duplo ideo pereor.*

Eiusdem est & hoc ad puerum Philerota:

*Quid faculam præfers Phileros, qua nil opus nobis?
Ibimus, hoc lucet pectore flamma satis.
Istam non potis est vis seua extinguere venti,
Aut imber cælo candidus præcipitans.
At contra hunc ignem Veneris, ni sit Venus ipsa,
Nulla est que possit vis alia opprimere.*

20

Portius Licinius.

Afferuntur & ab alijs carmina Aeditui, atque in primis à Varrone, & Gellio, Priscianoque. Alia de eius vita ad hanc diem non comperi. Portius verò Licinius nobili apud Romanos familia ortus, cum alia permulta scripsit, tum maxime epigrammata, multa venustate & lepore. hoc illius certè commendare erat solitus Ant. Iulianus Hispanus florentis homo facundiæ, vt scribit Gellius:

*Custodes ouium Videre propaginis agnum,
Queritis ignem? ite huc: queritis ignis homo est.
Si digito attigero, incendam syluam simul omnem.
Omne pecus flamma est, omnia que video.*

30

Eiusdem Portij Licinij hi versus à Gellio traduntur:

*Punico bello secundo Musa pennato gradu
Intulit sese bellicosam in Romuli gentem feram.*

Q. Catulus.

Habitus est & Q. Catulus orator, epigrammatum iucundissimus scriptor. Sunt qui Catulum hunc eum falsò existimant, qui instauratum Capitolium dedicauit, & impeditæ linguæ fuit. Hunc autem M. Cicero in dialogis de oratore, cum L. Crasso & M. Antonio & alijs loquentem facit. Q. Catulo, eodem Marco Cicerone autore, non Latini solum, verum etiam Græci ipsi solebant linguæ subtilitatem elegantiamque concedere. at verò epigrammata non minus venusta & dulcia condidit, quale illud ad Theotimum puerum, quod Iulianus & Gellius tantum admirati sunt:

*Aufugit mi animus, credo (vt solet) ad Theotimum
Deuenit, sic est: perfugium illud habet.
Quid si non interdixem me illum fugitiuum
Mitteret ad se intro? sed magis euceret.
Ibimus quæsitum, verum ne ipsi teneamur
Formido, quid agam? da Venus consilium.*

Celebratur & illud eiusdem in Roscium puerum quem miro est profecutus amore: epigramma autem tam elegans & memoria dignum, vt illud M. Cicero suis de deorum natura dialogis dignum vt insereret censuerit. hoc vero est:

50

Constitute-

*Confliteram ex Oriente auroram forte salutans,
Cum subito à læua Roscius exoritur.
Pace mihi liceat cœlestes dicere vestra,
Mortalis visus pulchrior esse Deo.*

Sunt præterea qui Catulum familiarem Mario tradant, & cum eo de Cimbris triumphasse. Eius interitum Appianus Alexandrinus & Plutarchus scribunt in bellis civilibus ita contigisse, quod cum ei nunciatum fuisset, mori oportere, illum se domi in cubiculo conclusum, accensis carbonibus eorum vapore suffocatum occidisse. at Plinius in Naturali historia, ab Amphione occisum ait. 10 eius verò miram eloquentiam atque facundiam M. Cicero multis versibus in Bruto commendat. Sed de Catulo per multa est legere apud autores, quæ ego breuitatis causa prætereo. Scribit quidem Plinius Secundus, Catulum cum ijs connumerari, qui cum graues ipsi forent & seueri, iocosa tamen & venusta carmina scripsere. Idem cecinit Ouidius ad Augustum. Et post Catulum Seruius Sulpitius, & Q. Hortensius fuerant, quorum Seruius Sulpitius à me, si meministi connumeratus est cum Sulpitio Tragico. Quintus Hortensius verò molliuscule & compe admodum in tabula depictus fuerat, carminibus & ipse sæpe vsus parum pudicis, vt Ouidius & Plinius annotant. Asiatico hic puer dicendi genere delectatus, vt scribit Marcus Cicero: à Lucio verò Torquato, vt ait Gellius, gesticularia appellatus nomine Dionysia notissimæ saltatriculæ. 20 eius propterea illecebras ridet Martianus Capella: Nec iactanda, inquit, est deformiter ceruix, ne in illas Hortensij deducatur illecebras. Fuit quoque tanta inter hunc & Vricensem Catonem amicitia, vt propria illi Cato vxore cesserit, quod Plutarchus & Lucanus ostendunt, & ridet Tertullianus. T. Pomponium Atticū scribit Nepos Cornelius, vinculum quoddam & nodum extitisse ad amicitiam inter Ciceronem & Hortensium conseruandum. huius quidem Hortensij memoriam, ac partitionem commendat Cicero, eiusque interitum deflet in Bruto: quem interitum ite describit in suo de medicina poemate Q. Serenus:

— Sic est Hortensius olim
30 *Absumptus, causis etenim confectus agendis
Obtuit, cum vox domino viuente periret,
Et nondum extincti moretur lingua deserti.*

cum de causis vix, & faucium morbis medendis ageret. Popinæ etiam & gula deditum Hortensium legimus, adeò vt Varro, & post Varronem alij tradant, Hortensium primum cibi gratia pavonem Romæ occidisse dapali coena sacerdotij. Fuit & Hortensius in augurum numero, in quem & ipse Ciceronem cooptauit. Filiam habuit Hortensiam, quæ apud triumuiros, foeminarum causam egit, vt Quintilianus scribit. Fuit Hortensius aliquandiu Romæ oratorum 40 princeps. quod quum ceteri, tum Dion in historijs, vbi de eius agit consulari, libro xxxv i tradit. dein verò aliquo tempore Ciceroni amulus, & par iudicatus: tum demum quoad vixit, Cicerone eloquentiæ arcem sibi vendicante, secundum locum obtinuit: eundemque plurimum actione valuisse Fabius scribit. Eo, inquit, dicente aliquid placuisse, quod à legentibus in eius scriptis non inuenitur. quæ intra famam fuisse idem asserit Fabius. Sunt & huiusmodi nostro tempore oratores in primis Romæ, qui (vt puto) conscij suas supprimunt lucubrationes: at si pronunciantes audiat, alios iuretis esse Hortensios, ne Cicerones dicam: cuiusmodi est T. Phœdria. Sed iunioribus parcendum, quippe quorum vita et indoles spe fulciat. Sphingis signum Hortensius habuit, vt scribit Plinius: Signis, inquit, quæ vocant Corinthia, plerique in tantum capiuntur, vt secum 50 circumferant, sicut Hortensius orator sphingem Verri reo ablatam: propter quâ Cicero illo iudicio in altercatione neganti ei se ænigmata intelligere, respondit, debere, quoniam sphingem domi haberet: quod & Plutarchus scribit. Hæc

cum dixissem: Nunc nobis, inquit Piso, oratotes, non poetas narras. Et ego, Et poetas & oratores: an vos fugit quid de Hortensio canat Ovidius?

*Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Seruij
Carmina, quis dubitet nomina tanta sequi?*

M. Brutus.

Plinius etiam in Epistolis, hos quos modò memorauimus, & alios plures enumerat, qui huiusmodi carmina scripserunt. Sed & cum his M. Brutum connumeratum meminimus, qui, teste Seneca in Controversijs, & Ouidio poeta,

Doctus & in promptu carmina Brutus habet.

Metellus.

qui & alibi eius poeticam celebrat: idem & Plinius. Sed de Bruto satis, legite Plutarchi vitas. Fuit & cum his Metellus, qui de suo nomine amicam summis laudibus celebratam coluit. ab Ouidio verò ad Augustum scribente commemoratur:

*— Quorum libris dissimulata per illos,
Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo.*

M. Otacilius
Pytholaeus.

Erat & ab ijs nò longè M. Otacilius Pytholaeus, qui Ciceronis & Caesaris tēpore floruit: quin eum ipsum Caesarem carminibus perstrinxit, qua de re Tranquillus Suetonius: Caesar, inquit, Pytholaei maledicentissimis carminibus lacera-
tam existimationem suam ciuili animo tulit. meminit huius Pytholaei, si rectè colligo, Macrobius libro secundo Saturnalium: vbi enim de ridiculis & dicerijs eorumque generibus agit: Pytholaeus, inquit, cum C. Seruilus vno tantum die consul fuisset, dixit, Antè flamines; nunc consules diales fiunt. quibus verbis & Suetonij & Macrobij, dicacem ipsum Pytholaum fuisse coniectari possumus. Scribit Suetonius in libello de Claris rhetoribus, L. Octacilij Piluti vitam: ego non Piluti, sed Pytholaei legendū facile existimarem, si non variatum esset in prænominē: Macrobius enim Marcum, Suetonius Lucium vocat Otacilium: nisi fortè id à notis antiquis, cōuersa M in L provenisse putemus: utcunque coniectura, non scientia ducimur. Fuit verò seruus, & ostiarius in catena seruauit, donec ob ingenium & literarum studium manumissus est. patronum autem ex Otaciliorum familia habuisse existimo, vnde illi nomen Otacilij. neque (puto) vos later, nobilem & antiquam fuisse eam familiam, ex qua tot consules extitere, vt facile ex Polybio, Liiuo, alijs vel historicis, vel reliquis scriptoribus colligere potuistis. Quod verò seruis patronorum nomina impone-
rentur, & nos vobis aliās, & pridem Politianus pluribus ostendit in Miscellaneis. Professus verò est rhetoricam Otacilius, & Cn. Pompeium docuit. ipsum Suetonium legite. Sed iam de his satis. Fuit quoque hac parte C. Valerius Catullus, patria (vt scitis) Veronensis, poetarum omnium, vt multorum est opinio, in hoc genere lepidissimus: doctissimus quoque, vel eorum temporum poetarum testimonio ac consensu. Natus quidem in peninsula Sirmione lacus Benaci in agro Veronensi, vt ipsemet ad ipsam Sirmionem cecinit, Olympiade circiter CLXX. vt Hieronymus ex Chronicis Eusebij obseruat. Patrem habuit Valerium, Caesari hospitem: tamen Catullus ipse in Caesarem aliquando inuectus est, id quod vel ex ijs qui leguntur versibus facile resciri datur. Nam & Suetonius, Valerium, inquit, Catullum à quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulauerat, satisfacientem eadem die coenae adhibuit, hospitioque patris eius sicut consueuerat vti perseuerauit. haec tenus Suetonius. Sui temporis Catullus virorum illustrium cum in arte oratoria, tum in poetica, amicitia vsus est Ciceronis, Planci, Calui, Cinnae, aliorū. Clodij puella miro flagrauit amore, quam dissimulato nomine Lesbiam, vt docet Apuleius, ipse nuncupauit. Inter iambicos poetas à Diomede & Fabio reponitur, ab alijs inter lyricos: ego eum inter varios, ac epigrammatum potius poetas annumerauerim. Fratrem habuit, quem mirabili quodam & fraterno amore prosecutus est, cuius mortem suis versibus deplorauit, ad Ortalum scribens & ad Manlium.

lium, ad hunc enim ita :

sed totum hoc studium luctu fraterna mihi mors
 Abstulit, ô misero frater adempte mihi,
 Tu mea tu moriens fregisti commoda frater,
 Tecum vna tota est nostra sepulta domus.
 Omnia tecum vna perierunt gaudia nostra,
 Quæ tuus in vita dulcis alebat amor.
 Cuius ego interitu tota de mente fugavi
 Hæc studia, atque omnes delicias animi.

10 Ad Ortaum verò, docet eum in Phrygia perisse: ita enim, si meministis, canit:

Nanque me nuper Lethæo in gurgite fratris
 Pallidulum manans alluit vnda pedem,
 Troia Rhæteo quem subter littore tellus,
 Ereptum nostris obregit ex oculis.
 Alloquar? audiero ne vquam tua verba loquentem?
 Nunquam ego te vita frater amabilior
 Aspiciam posthac? at certè semper amabo,
 Semper mæsta tua carmina morte canam,
 20 Qualia sub densis ramorum concinit vmbri
 Daulias absumpti fata gemens Ityos.

Eidem & inferias persoluit, illuc vsque nauigans vbi perierat, his versibus:

Multas per gentes, & multa per æquora aëctus,
 Adueni has miseras frater ad inferias,
 Vt te postremo donarem munere mortis,
 Et mutum nequicquam alloquerer cinerem.
 Quando quidem fortuna mihi tete abstulit ipsum,
 Hei misero indigne frater adempte mihi.
 30 Hæc tamen interea prisco quæ more parentum
 Tradita sunt tristes munera ad inferias
 Accipe fraterno multum manantia fletu,
 Atque in perpetuum frater aue, atque vale.

Sed hæc vobiscum: scitis enim quantum à principio semper mihi quædam, quæ legi possunt, huius poetæ placuerunt: quare nos reliquum eius vitæ sequamur. Catullus verò & ipse immaturo decessit fato, triginta & eo minus annos natus, vt ex annalibus colligitur. Quot autem aut qualia scripserit, haud facile dixerim: nam præter ea quæ in manibus habentur, Terentianus & Attilius alijsq; autores nonnulla ipsius alia carmina in medium afferunt, vt ithyphallicum illud:

Hunc lucum tibi dedico consecroq; Priape,
 Nam te præcipuè in suis vrbibus colit ora
 Hellepontica, cæteris ostreosior oris.

Plinius quoque in naturali historia, Catulli his verbis meminisse: Hinc, inquit, Theocriti apud Græcos, Catulli apud nos, proximèque Vergiliij incantamentorum amatoria imitatio. quibus verbis quidam significari autumant epigramma illud quod legitur in Acmen & Septimium, quod mihi parum probatur. Sed & Aldum Manutium meminisse dicere, se Catulli poema habere quod Ver
 50 inscribitur: idem & Erasmus fatetur, necdum tamen mihi illud videre contigit. Quæ verò à doctis quibusdam de Catulli passere afferuntur, obscœna scilicet & impudica, minus à me probantur: minus quoq; id, quod vir alioqui elegantis ingenij

ingenij scriptum reliquit, compertum haberi ad Vergilium carmen de passere Lesbiae missum fuisse, propter illud Martialis:

Sic forsitan tener ausus est Catullus

Magno mittere passerem Maroni.

nam poetæ iocus est, & propterea ea dictione Forsan, vsus est: nec id temporis ratione fieri potuit, cum Iulio Cæsare Catullus, Augusto Vergilius floruerit. Illud quoque parum constat, quod ab aliquibus est proditum, Catullum hendecasyllaborum licentia abusum fuisse: id enim ipse non primus effecit, sed & Sappho & Anacreon, vt Donatianus obseruauit. atque hucusq; de Catullo, ne aliorum somnia referamus. Nunc de C. Licinio Caluo agemus, qui ipsius Catulli, vt Cinna etiam, amicus fuit, & C. Licinij Macri filius, vt scribit Valerius: qui cū reus repetundarum damnandus esset, sudario se coarctato spiritu strangulauit. At verò Caluus hic de quo nunc agimus, vt est apud M. Tullium, Fabium, & Cornelium Tacitum, orator fuit, & disertus quidem, alij licet diuersum faciant. ego hac de re nihil vobis amplius, nisi quòd Caluū & poetam egregium & oratorem, Licinium Caluum esse contendo, qui cum Cicerone de eloquentiæ principatu certauit, de quo in hunc propè modum in Controuersijs Seneca, quos libros nostræ ætatis eruditi quidam partitionū, alij oratorum & rhetorum appellant: Caluus, inquit, qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiæ habuit, vsque eò violentus accusator & incitatus fuit, vt in mediâ eius actione surgeret Vatinius reus, & exclamaret, Rogo vos iudices, num si iste disertus est, ideo me damnari oportet? Hac re verò inter Vatinium & Caluum odium conflatum est, vt ad eundem Caluum scribens Catullus dicat: Ni te plus oculis meis amarem lucundissime Calue, munere isto Odissem te odio Vatiniâno: odio scilicet quo inuicem estis affecti, seu quo ille te prosequitur, vel tu illum. quo in loco literatores planè aberrant. Idem Caluus, vt idē Seneca scribit, postea cum videret à clientibus Catonis rei sui Asinium Pollionem circumuentum in foro Cæsaris, imponi se supra cippum iussit (erat enim paruulus statura, propter quod etiam Catullus in hendecasyllabis vocat illum Salicippium disertum) & iurauit, si quam iniuriam Cato Pollioni Asinio accusatori suo fecisset, 3^o se in eum iuraturum calumniam: nec vnquam postea Pollio à Catone aduocatisq; eius aut re, aut verbo, violatus est. quibus omnibus verbis aperte patet Catulli sensus epigrammatis: quare admiratus sepe sum quorundam doctorum virorum studium, ne desiderauerim dicam iudicium, qui pro Salicippio, modo Solopachium vel Holopachium, modò Solopygium, modò Salaputium, modò Salapantium, nunc Salipontium, vel Salipulium, & huiusmodi alia confinxerunt, cum clarè Seneca illud ostendat, hoc est, Salicippium: à cippo scilicet insiliendo. Verùm hæc aliàs commodius. Subiungit de eodem Caluo idem Annæus Seneca: Solebat præterea excedere subsellia sua, & impetu latus vsque in aduersariorum partes transcurrere. Et carmina quoq; eius quamuis iocosa sint, 4^o plena sunt ingentis animi. Dixit de Pompeio,

— *Digito caput vno*

Scalpit, quid credas hunc sibi velle virum?

quod scomma dici consueuisse in molles & pathicos, innuit Iuuenalis, & Plutarchus, & Lucianus in Rhetore, & idem Seneca, cuius cætera quæ subdit, & quæ Portius Latro, hoc loco mitto, ne longior sim. Amasse verò Caluus dicitur Quintiliam, cuius præmaturam mortem carmine profectus est: vnde est illud Propertij,

Hoc etiam docti confessa est pagina Calui,

Cum caneret miseræ funera Quintiliæ.

in cuius gratiam & eandem Catullus defleuit. Extant & ad Caluum eiusdem Catulli, vt vos legisse puto, pleraq; carmina. Scribit Suetonius, C. Caluo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agentis, vtrò ac priorem scripsisse

scripsisse Cæsarem: clemens vsque adeo ubiq; Cæsar. Caluus postea soluta oratione multa, & carmine etiam pleraq; scripsit. Asconius Pædianus Calui hendecasyllabum elegantissimum in Curium aleatorem celebrat. Probus verò grammaticus lo poema, ex quo & illud:

Mens mea dira sibi prædicens omnia Vecors. Item illud:
Frigida iam celeris Vergatur Vestinis ora.

M. Cicero ad F. Gallum Hipponacteum præconium Caluum scripsisse ait. quidam non pro poemate, sed pro infami & maledicentiæ præconio interpretantur. Calui etiam illud est,

10 *Pallentemq; deum Venerem.*

Perijt verò Caluus iuuenis adhuc, vt Cicero videtur ostendere. meminuit & Calui vterque Plinius, & Ouidius cum cecinit:

Par fuit exigui similisq; licentia Calui,
Detexit Varijs qui sua furta modis.

Sed iam satis puto de Caluo: quem sequebatur C. Helius, vel vt aliqui, Heluius C. Helius Cinna, poeta & ipse in epigrammatis scribendis alijsq; poematis adeo celebratus, vt poeta Vergilius se nò dum Cinna digna dicere in Bucolicis fateretur: magnum profectò testimonium. Magnum & Catulli de eodem. Opus Cynna Smyrnam composuit, in quo absoluendo nouennium consumpsit, id quod Catullus ostendit suo carmine Idem Fabius, Suetonius & Seruius prodidere. ex eo duo hi versus citantur:

Te matutinus flentem conspexit Eous,
Et flentem paulò vidit post Hesperus idem.

Scribit Suetonius Tranquillus, L. Crassitium grammaticum commentarium in Smyrnam huius Cinnae edidisse, quo adeo Crassitius inclaruit, vt epigramma hoc de eo scriberetur:

Vni Crassitio se credere Smyrna probauit,
Desinite indocti coniugio hanc petere.

30 *Soli Crassitio se dixit nubere Velle,*
Intima cui soli Vota sua extiterunt.

Sedenim ipse Cinnae epigramma paulò antè reperi, in quo de textilibus maluarum folijs, quib. ad vsum scribendi vsi sunt antiqui, mentionem facit: & propterea libet, quod res parum est nota, vobis illud recitare. Epigramma hoc est:

Hæc tibi Aratais multum inuigilata lucernis
Carmina, quis ignes nouimus ætherios,
Læuus in aridulo maluae descripta libello,
Prusiaca vexti munera nauicula.

40 Gellius verò hos hendecasyllabos in Noctibus suis attulit:

At nunc me geninanna per salicta
Bigus rheda rapit citata mannis.

atq; ita & legendum & scribendum potius putarim, quam vt passim nunc legitur in Gellij codicibus. Obscuriorem fuisse Cinna in sententijs sunt qui existimant ex illo Martialis versiculo:

Iudice te maior Cinna Marone fuit.

Cinnae interitus parum mihi competuit: inter grammaticos tamen quidam non ignobiles eum interfectum credidit a plebe Romana, cum Iulij Cæsaris funus incenderetur, oblatum pro Cornelio Cinna prætore, vt est apud Suetonium, cuius hæc sunt verba in Cæsare: Plebs statim a funere ad domum Brutij & Cassij cum facibus tetendit, atque a grege repulsa obuuium sibi Helium Cinna per errorem nominis, quasi Cornelius esset, is quem grauitè pridie concionatum de Cæsare requirebat, occidit, caputq; præfixum eius hastæ circumtulit. historiam

riam & Dion repetit libro XLIII. Porro hunc Helium Cinnam Plutarchus scribit, no[n] & *quæ diem cædis* Cæsaris præcessit, per quietem sibi visum à Cæsare ad Cœnam inuitari, atque inuitum ab eo abductum, atque ob id statuisse eius funeri interesse. Fuit hic Helius tribunus, Cornelius verò prætor. Ego nihil statui, etsi nomen conuenit: nam cum Vergilio aliquo tempore Cinnam vixisse poetam liquidò conspicimus. Pone Cinnam erat Laurea Tullius, M. Tullij Ciceronis libertus, qui & oratoribus quoq; annumeratur, ita varia & recondita literarum eruditione imbutus, vt quemadmodum Tyro Tullius, & ipse studiorum patroni comes sit appellatus. Inter cætera ingenij sui monumenta epigrammata græca & Latina scripsit non sine magna laude. Plinius in Naturali historia de aquis Academiæ Ciceronis legi hoc dignum putauit vbiq; epigramma:

Laurea Tullius.

*Quòd tua Romanæ vindex clarissime lingua
sylvæ loco melius surgere iussa viret,
Atque Academiæ celebratam nomine villam,
Nunc reparas cultu sub potiore Vetus.
Hic etiam apparent lymphæ non antè repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hæc fontes cum patefecit ope,
Vt, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculo quæ medeantur aquæ.*

Domitius Marfus.

Eiusdem quoq; nonnulla græca legi epigrammata. Et cum Laurea erat Domitius Marfus, cuius epigrammata apud antiquos summis laudibus sunt celebrata. Amazonida opus conscripsit, de quo Valerius Martialis hoc carmine meminit.

Quàm leuis in rota Marfus Amazonide.

quo loco Domitius existimauit Amazonida poema Marfi fuisse, de Herculis bello contra Amazonas, quod idem descripsit Homerus, vt ait Plutarchus. Amasse verò perditè Marfus traditur puellam Melænen, & de ipsa versus scripsisse. Martialis:

Nota tamen Marfi fusca Melænis erit.

Parum æquus fuit in Orbilius grammaticum, Horatij, vt ab aliquibus est proditum, præceptorem. Marfi de Orbilio hoc carmen legimus:

Si quos Orbilius ferula scuticaq; cecidit.

C. Ticida.

& propterea plagosum vocat Horatius. Idem scriptum reliquit Suetonius, Marfi meminit & Ouidius poeta, & Arbitr Petronius, tamen pro Marfo, peruulgati codices Morsum habent. Erat post Marsum C. Ticida, qui & ipse, vt Marfus, in fingendis epigrammatis habitus est clarus. Amicam habuit puellam Metellam, vt affirmat Apuleius, quam ficto nomine Perillam vocitabat. Ticida meminit ad Augustum Ouidius: *Quid referam Ticida*, quamuis passim Tindæ legatur: sed & hanc lectionem agnoscit Politianus, & eruditi alij. Apud Suetonium de claris grammaticis hæc Messalæ verba leguntur: Non est, ait, res mihi cum Furio Bibaculo, nec cum Sigida quidem, aut literatore Catone. Ego pro Sigida in his verbis Ticida reponendum, & semper arbitratus sum, & nunc præcipue, quod & alios eruditos vidi mecum sentire. Composuit item Ticida poema Hymenæus, quod in primis à grammatico Prisciano citatur:

Felix lectule talibus soles amoribus.

Eius etiam carmen in Lydiam Catonis Suetonius affert:

Lydia doctorum maxima cura liber.

Getulicus.

Aderat & cum his Getulicus, cuius est à Plinio & Martiale facta mentio. proditum est à Seneca quarto quaestionum naturalium libro, apertas cum Getulico Caium inimicitias gessisse. Probus grammaticus in primo Georg. Vergilij commentario hæc Getulici carmina allegat:

Non

*Non aries illum verno ferat aere cornu,
Gnosia nec geminos precedunt cornua tantum,
sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes.*

Amasse verò Getulicus perhibetur puellam Cesenniam, quam & suis versibus celebravit, ut Sidonius Apollinaris autor est. Legi & grecum Getulici epigramma. Suetonius in Caesaribus & Getulici historias citat: quare minus ferendi hi, qui de Getulico apud Plinium se nihil inuenisse scripsere. Post Getulicum græcus quidam Alcæus Messenius fuit, cuius adhuc extant græca plurima epigrammata, quem iuniorum Alcæum vocat Isaacius Zezes in Lycophronis commentarijs, ipsumque ait Vespasiani & Titi Caesarum claruisse temporibus. Erat & hac parte Val. Martialis, Hispanus natione, patria Bilbili, quæ fodinis ferrarijs & flumine fecunda est: parentibus modicis natus, quos idem ipse Martialis Frontonem & Flaccillam nominat. Vir fuit, ut Plinij verbis utar, ingeniosus, acutus, acer, & qui plurimum in scribendo & salis haberet & fellis, nec candoris minus: cui quantum accedendum censeam, haud facile dixerim. non certè eius omnia epigrammata, nec plurima quidem video doctis placere. Ego utique, si per doctorum veniam mihi liceret (sed tamen quid vetat me nunc vobiscum quod sentio dicere?) ego, inquam, ex toto eius libro quædam, nec plurima seligerem, bonorum digna lectione quibus libellum non hercule maximum conficerem: reliqua, quod & ipse ait, scombris & siluris inuolucra relinquerem. Romæ diu versatus est, Domitiani, Neruæ & Traiani temporibus, id quod ex ipsius versibus, facile colligitur. In Hispaniam, patriam regionem, etate iam matura reuersus est, ubi & mortuus est, ut asserunt quidam: quod moleste tulisse Plinium Secundum, ipsius quæ legitur epistola declarat. Sui temporis poetas Martialis coluit, Silium, Stellam, Flaccum, alios: Statium verò Papinnium ne quidem nominat. Sed iam de Martiale plus satis, vos ex grammaticorum commentarijs plura, cum libuerit, legetis. Nam quod Verus Caesar Maronem illum suum appellarit, res est mihi ridicula: quid enim illi cum Marone? Fuit & Gargilius Martialis, qui de Hortis opus perscripsit, ut Maurus Seruius docet in quarto Georgic. commentario, ubi de hortis Vergilius cecinit, se spatijs iniquis exclusum, ea alijs post se memoranda relinquere. hoc idem & Columella est executus. Gargilium verò hunc ipsum & de Caesaribus scripsisse legimus, cuius rei Aelius Lampridius in Alexandro est testis: cum enim ageret de conuiuiorum & partium distributione subtilius, Et ne sit longum, inquit, omnia inserere, quæ Gargilius Martialis eius temporis scriptor singulatim persecutus est. meminit & Fl. Vopiscus Syracusus in vita Probi. Post Martialem verò Sentius Augurinus poeta claruit, de quo ita verbis Plinij ex quarto epistolarum volumine ad Falconem agam: Tertius, inquit, dies est, quod audiui Sentium Augurinum cum summa mea voluptate, inò etiam admiratione (poematia appellat) multa tenuiter, multa sublimiter, multa venuste, multa temere, multa dulciter, multa cūbile: aliquot annis puto nihil generis eiusdem grauius & absolutius scriptum. Et paulò post hos eius hendecasyllabos affert:

*Canto carmina versibus minutis,
His olim quibus & meus Catullus,
Et Caluus veteresque: sed quid ad me?
Vnus Plinius est mihi, priores
Mauult versiculos, foro relicto,
Et querit quod amet, iuuetque amare,
Ille Plinius ille, quid Catones?*

50 *I nunc quisquis amat, amare noli.*

Subiūgit Plinius: Vides quam acuta omnia, quam apta, quam expressa? ad hūc gustum totum librum repromitto. Patrem habuit Sentius Cn. Sētium Gallum

Alceus Messenius.

Martialis.

Gargilius Martialis.

Sentius Augurinus.

virum illustrem, qui multa in Britannos & Iudæos gessit. Laudatur hic Sentius, quod adolescens grauissimis ac sanctissimis senibus Spurrinæ & Antonino gra-
Antoninus. tissimus fuerit. Fuit verò hic Antoninus & ipse poeta, epigrammatum præci-
 puè, cuius idem Plinius in quarto & quinto Epistolarum meminit: Cum verus, inquit, tuos æmulor, tum maximè quàm sint boni experior: vt enim pictores pulchram absolutamq; faciem raro nisi in peius fingunt, ita ego ab hoc archety-
Jul. Anton. po labor & decido: quò magis hortor, vt quamplurima proferas, quæ imitari omnes concupiscant, nemo aut paucissimi possint. hæc Plinius totidem verbis. Fuerat & Iulius Antonius, Marci Antonij filius, Augusti Caesaris tempore poeta, ad quem Horatius Flaccus oden illam inscripsit, si Porphyrioni & Acroni
Fabius. grammaticis standum, qua Pindarum canit non imitabilem. Scripsit hic Antonius versu heroico Diomedea libris duodecim: egregiè ille quidem, sed aduersa parentis fortuna nomen ac poemata illius obscurauit. De huius Diomedea, sunt qui à Iuuenale mentionem factam autement. Fuit & epigrammatum poeta Fabius, vt græcus, qui filij Maximini Imperatoris magister fuit, quem ait Capitolinus epigrammata permulta græca composuisse, atq; in primis in imaginibus pueri Imperatoris, quos ad Vergilij æmulationem facitasse ostendit, atq; ex illis præcipuè:

*Qualis vbi Oceani persusus Lucifer vnda
 Extulit os sacrum caelo, tenebrasq; resolutus,
 Talis erat iuuenis. & reliqua.*

Post hos verò fuit inter epigrammatarios Decij Aufonij Galli imago, qui & Paonius cognominatus est ab aliquibus. patrem hic sibi cognominem habuerat, qui in medica facultate non ignobilis fuit. nec vos aliter intelligatis patris ipsius epicedion, in quo pater ipse, non filius, de se loqui inducitur, vitamq; suam explicat, vt in eiusmodi poematis plerumq; fieri solet: ex qua re facilis fuit lapsus quibusdam alioqui doctis, vt patris vitam filio ineptè ascripserint. Fuit autem patria Burdegalensis, quæ Galliarum adhuc est ciuitas, vt idem de ea canit in Catalogo urbium. nam quòd aliqui Vassatem eum faciunt, eo scilicet ipsius
Aufonius. versiculo,

Vassates patria, sed lare Burdegala.

eadem quam modò dixi ratione falluntur: id enim ex patris persona dictum est. Christianus quidem Aufonius fuit, vt ex eius versibus, & item Paulini eius discipuli facile colligimus: sed petulantior tamen & lasciuior, quàm vt inter Christianos numerari dignus sit. Floruit in primis Gratiano & Valentiniano Augustis imperantibus: quin & Gratiani ipsius magister fuit, à quo & consulatu, & consulari dignitate ornatus est: consul enim cum Olibrio fuit, vnde & eius annus à scriptoribus est notatus: tamen in Prosperi Chronico pro Aufonio Musonius legatur. Filios verò tres habuit, Hesperium & Gregorium, & tertiam foemina-
 minam, ex qua & nepotem suscepit sibi cognominem, ad quem extat poema protrepticum. Fratrem etiam habuit Maximi nomine, non filium, vt falsò quidam putauerunt. Symmacho & Drepano, alijsq; viris doctissimis familiarissime est vsus. Aufonij discipulus Paulinus fuit, quem, vt meministis, inter Christianos poetas recensuimus. Sunt qui Sulpicillam ab hoc Aufonio amatam putent, ex his Fulgentij Placidis verbis: Sulpicillæ Aufonianæ loquacitas deperijt. ego hac de re nihil vobis aio. Bisulam certè puellam pluribus, vt videre potestis, carminibus celebrat. Quæ verò & qualia scripserit, ex eius quæ supersunt poematibus facile rescire potestis: nam præter ea & Annales, quos ille Fastos vocauit, scripsit, ab Vrbe condita ad sua vsq; tempora, hoc est, vt ipse cecinit,

*Vrbs ab æterna deductam rege Quirino,
 Annorum seriem cum Procule accipies,
 Mille annos centumq; bis fluxisse nouenos,
 Consulis Aufonij nomen ad usq; leges.*

Atq; hæc

Atq; hæc vobiscum de Aufonij vita. Plura verò de ipso cæterisque alijs omnibus scio me vobis dicere potuisse, sed minutias & nitellas (vt dicitur) omnes colligere, curiosi potius quàm diligentis fuerit. Rectè tu quidem, inquit Piso: quin illud in præsentia ex te Lili scire auemus, quo in poetarum numero Aufonium reponis: Quibus equidem inquam: Non facile vobis dixerim, hoc quando tempore Aufonium ego haud multum facio, mutata videlicet sententia, cum puer ad eum cum complexus fuero, vt eius ferè versus omnes memoriæ mandassem, ea ab alijs ductus via, quibus cum versabar: quin & ea ætate gryphum ipsius ternarium sum interpretatus. at in eo quidem eruditio multa, varietas, & curiositas:

10 iudicij verò & nitoris, vt quidem mihi nunc videtur, parum. Sunt eius quædam quæ à græco in latinum transtulit, in quibus argutiæ, salis ac lepōris satis, quæ legisse aliquod est operæ precium. Sunt & qui alterum Burdegalensem pontificem Aufonium faciant, qui cum Martino & Ambrosio de re Christiana Treueris in synodo tractauerit, Maximi videlicet tempestate, huicquæ Mosellam poema attribuunt. ego nihil statuo: neque enim mihi eorum autoritas solida videtur. Sed iam vobis illam miscellam & confusaneam epigrammatiorum turbam recenseamus, simulque & labori nostro & imaginibus finem coronamque imponemus. Nullus nobis labor, inquit Picus, sed summa fuit & iucunda voluptas, his decem diebus te de poetis audire differentem. Habeo, inquam, Deo

20 optimo maximo immortales gratias, si quid ego vobis, quod vtile & iucundum fuerit, attulerim: ab eo enim (vt scitis) est omne bonum. Iam verò reliquos paucos attendite, quos breuissimè commemorabo. Primus erat Agathias Scholasticus Smyrnæus, qui præter ea quæ historica scripsit, & quæ passim nunc leguntur, de gestis Belisarij & Narsetis, plurima quoque carmine complexus est, vt quæ Daphniaca vocata sunt, amatorijs fabulis referta, atque huiuscemodi amantium plena fallacijs. Scripsit item Cyclum nouorum epigrammatum: alijsq; meminuit post Suidam Isaacijs, pleraque etiam ipse de se in historijs commemorat. Floruit verò cum Paulo Silentario, & Macedonio, & Treboniano, Iustiniani Augusti tempore. Sunt qui Agathiam existiment primum fuisse, qui Græcorum epigrammatum volumen collegerit, in vnumq; coniunxerit: alij Planudem Maximum monachum virum doctum. Fuit & poeta huius ordinis Ab-

30 bianus, & Achilius Eretrieus, cuius etiam epigrammata leguntur apud Athenæum. item Addius Mitylenæus, & alter Macedonius, Amylianus, Aeolus, tamen si eum quidam comicum faciant. huius est illa sententia, Mala ex origine gignitur finis malus: hoc est, si græcè mauultis, κακῆς ἀπὸ ἀρχῆς γίγνται τέλει κακίας, cuius apud Stobæum fit mentio: Aegias Træzenus, Agis, Ammonides, Antiphanes, Apollechontides, Argentarius, Arabius Scholasticus. Fuit & Autumedon Cyzicenus epigrammatum poeta, cuius & versus quidam leguntur. Existimat Alciatus vir doctissimus contra Gellium & Petrum Crinitum, iambicum

40 dimetrum illud catalecticum, quod apud Gellium, & in secundo græcorum epigrammatum legitur, huius esse Autumedontis: ita enim scribit: Autumedon poeta epigrammaton, qui capillos vnguento delibutos vt myrobrechos gerebat, cuius libro secundo epigrammatum affertur ab Aulo Gellio libro XXI. capite nono, tanquam Anacreontis. Et mox subdit, Theodorum Gazam, qui Gellij græca transtulit, carmen id dimetrum, cum sit catalecticum, senarium vertisse. plura ille. Sed quòd Anacreontis carmen id sit, cum Gellio sentit Petrus Crinitus, qui & illud quoquo modo conuertit ex græco. Et certè Alciato parum græca epigrammata fatent, distichon enim alterius generis versus Autumedonti tantum ascribitur. Quo fit, vt vobis id hoc loco quod succurrit non reticem, dum puto me in tertio rhetoricorum Aristotelis primum eius iambici carmen legisse, & vel Archilocho attribuisse, cuius prius mentionem fecerat, vel Charoni τέκτωνι, id est, fabro: ita enim Aristoteles prope libri finem scriptum reliquit, cum exempla multorum afferret, de oratione quæ ad mōres pertinet,

50

Aufonius
Burdegalen
sis.

Agathias
Scholasticus

Abbianus
Achilius.

Autumedon.

hoc est, ἐστὶ τὸ ἀρχαῖον, inquit, χαρῶνα τὴν τέχνην ἐν τῇ λαμπρῷ, οὐκ ἄρχῃ, ὅν μοι τὰ γυγία.
 hoc est, & Charonem fabrū in iambo, cuius est initium, Non mihi quę Gygis.
 quę verba tamen desiderantur in latinis factis exemplaribus à Trapezuntio.
 quę certè verba principium eius sunt epigrammatis: nisi fortassis si quis audax
 Aristotelis codicem ita interpolet, καὶ τὸ ἀρχαῖον τὸν τίτιον, &c. sed ego non sum
 tam temerarius nec audax: hoc vobis retuli, ne lateret Autumedontis nomen
 poetę, & vos interea sentite cuius sit poema. Nunc ego ad sermonis finem pro-
 pero. Fuerūt & poetę huius ordinis penè innumerabiles, inter quos Barbucul-
 lus, Bianor, Callistratus, Callius Argivus, Carphylides chartularius, Chæremō,
 Cerellius, Critias, qui & elegias scripsit, Cyrus, Damagetas, Damocharis gram-
 maticus, Damascius, Eutyichides, Eutolmius, Facellius, Gauradas, cuius extant
 cum alijs versus, tum epigramma illud in quo versus vltima pars Echo respondat,
 notissimum Gręcis: Gaitus, Gallus, Geminus, Glaucus Atheniensis, Hegesip-
 pus, Hetruscus Messenius, Heracleon Ephesius, cuius extant versus, & memi-
 nit Athenęus: Ioannes poeta, Isidorus Aegeates, Iulianus Aegyptius, Leoni-
 das Italus ex Tarento, vt ex ipsius versu facillè colligimus: Lollius, Meleager,
 Metius, Quintus Mnesalchus, Nicearchus, Nicius, Nicænetus, Onestus, Pan-
 cratius, Panaristus, Parmenon Byzantius, cuius Athenęus meminit, cum de
 Caunijs ficibus agit: item Stephanus, qui & eius iambo citat. Plutarchus in li-
 bro, Quomodo oporteat iuvenes audire poemata, ait Parmenonem poetam i-
 mitatum suę: puto ego suis grunnitum intelligere, vt alijs ranas, alijs vespas imi-
 tati sunt, vt docuimus alio loco. Hunc Parmenonem tamen alium esse à Byzan-
 tio crediderim, qui fabulas docuerit, non epigrammata scripserit: Paulus Silen-
 tiarius, qui cum Agathia floruit, vt paulò ante dicebamus: Perfes, Pinytus, Pol-
 lianus, Proclus Atheniensis, Ruffus, Domesticus, Theodoretus, Timon, Thyll-
 lus, Zanus, Zenobius, Zozyms, alijs plures, quorum nomina tam apud Athe-
 nęum, Suidam, & Stobæum, & alios citata reperietis, quàm eorum ipsorum ver-
 sus plerofq; legere potestis in gręcorum epigrammatōn voluminibus, quę pro-
 pter eorum varietatem assidue vobis terenda sunt. Ac simul his dictis
 tabularum decimum sermonem & vltimum perfecimus,
 & simul quoq; nobis de patria meliora
 nunciata.

DECIMI ET VLTIMI DIALOGI DE POE-
 TARVM HISTORIA
 FINIS.

LILII GREGORII GY-

RALDI FERRARIENSIS

Dialogi duo de Poetis nostrorum
temporum.

10 **ILLVSTRISS. D. RENATAE, FER-**
RARIAE ET CARNVTI PRINCIPI, DO-
MINAE OBSERVANDISS. S. ET
felicitem D.

ACCIP E Dia Renata maximi regis filia & hos duos de nostrorum tempo-
rum poetis dialogos, in quibus recensendis totam sermè peragrasse Europam vi-
deri potero, cum tamen è cubiculo pedem nunquam extulerim, & hos quidem vt si-
mul cum decem alijs quos de antiquis & veteribus poetis pridem tibi dicauimus le-
gantur, eosque ea de causa nunc edere constitui, ne tuorum in me meritorum ac be-
neficiorum & quidem multiplicium parum memor ac gratus esse viderer: qui dialo-
gi si minus phaleris ac calamistris eloquentiae compti atque ornati tibi, & qui eorum
per te lectores erunt fortè videbuntur, minus id mirum videri debebit, qui me sciueris
iam tot annos articularibus morbis ita affligi, vt ne quidem me possim in grabato ex-
cutere ac mouere nisi adiutus vnus duntaxat famuli obsequio. Accipe igitur hos qua-
lescunque fuerint propensa mea erga te voluntatis, ac obseruantia testes futuros, &
me, vt facis, tua aura foue ac subleua. Vale Princeps ac regina nostra cum Illustrissi-
mo viro & liberis tuis omnibus, quos Deus opt. max. sospites ac incolumes perpetuo
conseruet ac tueatur.

40 Nomen carminibus licet perenne
Diuini pariant sibi poetae
Ne mirere tamen Renata princeps
Ne collecta duobus his libellis
Horum nomina texuisse chartis,
Nam regalibus occupata curis
Cum sis, non potes omnium videre
Vatum nomina, & editos libellos.
Quare habe tibi qualecunque munus
Defecti senis, & rogo tuere
Nequam ne blaterare lingua possit,
Cum testum agide viderit Minerva.

S. Lilius.

LILII GREGORII GYRALDI FER-
RARIENSIS DVORVM DIALOGORVM
DE POETIS NOSTRORVM TEM-
PORVM

ΠΡΟΦΑΡΑΣΚΕΥΗ.



VM forte M. Ant. Antimachus, & Barth. Riccius, me ex diuti-
no articulorum morbo decumbentem pomeridiano tempore ¹⁰
salutatam (vt solent) venissent, viri cum propter eorum suavis-
simos motes, tum ob singularem facundiam, elegantiam, ac
doctrinam mihi gratissimi, cœpimus de Nuptijs Annæ Esten-
nostrorum principum filix, Virginis lectissimæ, & omni vir-
tute, & elegantia Principe digna præditæ, quæ tunc celebrabantur, inter nos a-
gere. Cuius Ill. puellæ raras animi & corporis dotes, non breuius commemo-
rare possim quàm his hendecasyllabis, quos in eius imaginem à Carpen-
stro pictore superioribus mensibus depictam composueram. Et simul hic vo-
bis eos recensebo: 20

*Estensis quota pars decoris Annæ
Hæc est, nam reliquas nitentiores,
Quæ natura nihil inuatur arte,
Pictoris manus haud potest referre.
Ipsam si videas, putabis vnam,
• Quicquid Pierides nouem sorores,
Quicquid tres charites, simul tenere,
Et Pallas sine Gorgonis colubris.
Quare hæc tantula pars nicoris Annæ
Quæ carpi potuit manu reponi.* 30

Vix dum hos versus finieram, cum Riccius, Ista, inquit, imago poeticis sic pi-
cta coloribus clarescet seclis innumerabilibus, nec carie, vlloue situ corrup-
petur. Plura dicturo Riccio sermonem ego aliò conuertì, cum ecce Franc.
Portus Græcus, & Andr. Gruntherus Germanus, ambo inter domesticos, &
familiares Renatæ nostræ Principis connumerati, opportunè aduenerunt, &
prior quidem Græcus inquit, An inter vos secretò loquebamini? vestros e-
nim sermones interrumpere nollemus. Ego vero, & qui mecum aderant An-
timachus, & Riccius, Imò opportunè adestis, de nuptijs enim Annæ Principis ⁴⁰
agebamus, quæ tanto pompæ apparatu celebrantur. Et cum nobilium iuue-
num bello simulachro, Troiæquæ ludicro, ac *αρχαίων*, & quod maximè mi-
rum est scenico apparatu, quo acta est fabula poeta nostri Cynthij Gyraldi An-
tiuallument, quæ penè in Tragœdiam conuersa est ex subsellij cœiusdam ruina.
• tum Græcus ait, Has Annæ nuptias mittamus, nam omnis hæc ciuitas tam il-
lustrem, ornatamquæ puellam minime libenter in Gallias proficisci videt.
Quin potius ô Lili, vósque Antimache & Ricci nostrum sermonem ad aliã
conuertamus. Sic faciemus, inquam, ô Porte, nam & ego nunc longe aliud me-
ditabar. nam cum adolescentes plerique studiosi meos de poetis antiquis Di-
alogos legissent, rogabant vt recentes, & nostræ ætatis huiusquæ proximæ su- ⁵⁰
perioris, poetas colligerem, idquæ cum ipse facere nequeam, arthritide ita op-
pressus vt videtis, vt ne quidem in grabato me excutere possim nisi à famulis
adiutus, quare vos opportunè, & auspicatò aduenisse crediderim, vt succentu-
riat

riati subsidio mihi esse possitis cupienti gratificari nobilibus adolescentibus, & mei studiosis, atque ea imprimis de cauis quod de externis & peregrinis, ac recentioribus poetis esset mihi agendum. nam superioribus annis de Italis, & nostratibus egi. hæc cum dixissem, ecce puer adest. Hic, inquit Didacus, Pyrrhus poeta Lusitanus, qui intromitti cupit, audiens vos hic colloquentes, rogavitque ut significarem. Imo, inquam, dic ut introeat, libenter enim memorem hominem historiarum, ac fabularum & bene græce & latine scientem suscipimus. intromissus igitur Didacus omnes salutavit. cui ego, Peropportune advenisti Didace, eram enim acturi de re, quam ex me toties efflagitasti, ut perficerem poetarum nostrorum temporum catalogum, potius quam historiam. Et Pyrrhus, Beasti me, inquit, Lili: attentissime enim vos differentes audiam. Imo tu, inquam, tuam laboris partem feras necesse est, qui per tot orbis regiones extorris patria ad ultimos usque Britannos es peregrinatus, & qui vidisti, ut est Homericus versus, mores hominum multorum & vrbes. His itaque viris doctissimis tanquam in hemicyclo, aut exedra circa lectulum totidem sellis sedentibus, nec de nuptiis plura dicere volentibus, sic Antimachus, Mittamus, inquit, ista, & de poetis agamus, & à Græcis, si videtur, incipiamus. Recte quidem, inquam, ais, Antimache de Græcis agamus, atque istæ tuæ partes sint, ut qui penè adhuc adolescens in Græciam profectus sis ad bonas ipsorum literas

20 capellendas, nec illas ex rivulis nostris sed ex ipso Permessi, ut sic dicam, flumine haurire, & non solum ex eo bibisti, sed etiam totum te proluisti, ut non modo carmine, sed & soluta oratione ipsis Græcis æqualis evaseris, ut multiplicia tua scripta manifestant: sed & vernaculo quoque eorum sermone intrepide loquaris. Quapropter iure & merito tibi de Græcis agendum est. Tunc Antimachus ita respondit: Sed cur non potius has partes huic Porto Græco deferimus, qui commode suos enumerare & referre possit: hic vero Portus propter reverentiam senioris Antimachi, & verecundiam istud à se deprecari cœpit, ut quod omnes assentirentur, de Græcis veteribus Antimachus ipse differeret. quod cum mecum visum fuisset omnibus æquum, Sed dicam ut vultis, inquit Antimachus, at vero ne videamur, quod dici solet, facta facere, & iam dicta dicere, huc afferri iube, quem superioribus annis de hac ipsa eadem re Dialogum confecisti, ut quos enumerare conveniat, connumeremus, ac ne bis eundem repetere videamur. Recte tu quidem, inquam, Antimache, & simul accito puero, Ades puer ex schedis affer huc quem dicit Dialogum Antimachus, neque enim adhuc est in macrocolum translatus, & illum perlege alta, & clara voce, ac distinctè, nec, ut soles *πρωλιζι*: & caue quanto amplius potes à tuo capacissimo, sed expeditè pronuncia. Allato igitur libello,

sic puer exorsus est:

DE POETIS NOSTRORVM TEMPO-
RVM, DIALOGVS PRIOR, AD AMPLIS-

SIMVM CARDINALEM RHAN-
GONIVM.



VM perdifficile fuerit de antiquorum, tum periculosum maxi-
 me, & inuidiosum futurum video, de nostrorum temporum in-
 genijs aestimare; nam & multorum offensiones incurrat, qui hanc
 prouinciam aggreditur dicendo necesse est, & tacendo, dum a-
 liqui se praeteriri putant. Tum illud, qui fieri potest ut omnia o-
 mnium carmina vnus non nihil etiam occupatus vel inquirere,
 vel inquisita cognoscere valeat: Sed nec minus ab hac aestimatione deteri-
 ere po-
 test, quod sicut plerique qui bene constituto sunt animo, nique vel studio,
 vel suapte natura, vel utroque nec ingenio, nec iudicio destituti, indies meliores fi-
 unt, nique dies ipsa semper aliquid addit, ac plerunque sicuti mores tempore ip-
 so exuimus, ita & dicendi consuetudinem mutamus, atque ideo aliquos aliquan-
 do a teneris, & ab ipsa adolescentia videas hebetiores & tardos, qui viri postea
 facti ad bonam frugem perueniunt: & contra, quosdam florentes, & de se
 praecleara omnia pollicentes, quibus cum luxus & nimia arrogantia, tum ple-
 runque inertia atque desidia cum aetate aliquid continue detrahit, ut quo tempo-
 re iudicio maxime pollere deberent, eo ferè destituti semper retrocedant, id quod
 & apud antiquos vsu euenisse, cum alij, tum M. ipse Tullius de nonnullis prodi-
 dit: Sed & Graeci idem de Hermogene tradunt. Et nos hac nostra aetate aliquos,
 & ab alijs audiuius, & ipsi vidimus. Verum & id propè temerarium videri po-
 test, de paucissimis alicuius scriptis, quae forte emanibus exciderint, ut sit non-
 nunquam, vel sunt ab amicis & inimicis aliquando extorta, iudicare, cum nō lon-
 ge meliora & domi habeant condita, vel adhuc iudicio, & arte limentur: ut de
 Actio Syncero audiuius, cui propterea Poranum dicere solitum accepimus,
 eum nescire manum e tabula tollere. Tu vero meministi quoties apud te indo-
 luit me praesente alijsque permultis Ant. noster Thebaldeus, ea sua quae veinacu-
 la & vulgari lingua adulescens & penè puer iuuenili quodam calore carmina
 fecerat, parum castigata edita fuisse a fratre patruale nimis eius nominis studio-
 so: id quod etiam de aliquibus suis scriptis Pontano accidit. Quibus de rebus
 cum vltimum hunc de poetis nostrorum temporum sermonem in lucem in a-
 pertumque ut darem multorum amicorum hortatibus inuitarer, pudore alioque,
 & timiditate ingenua, si non rursus potius, diuinus in primo huius editionis li-
 mine substiti, multorum praeterea calumnias veritus: nam praeterquam dictionis
 totum hoc genus quam plurimis nauseam & stomachum facturum videbam,
 tum plerisque etiam hoc nomine obtrectaturos: quod ego tanquam Aristarchus
 aliquis, vel Aristophanes poetas censere, & in ordinem numerumque redigere
 ausus forem. Sed omnes has difficultates tua vnus auctoritas euicit: quae apud
 me tantum valuit, ut rem hanc ipsam difficillimam & inuidiosam quam Hercu-
 lis claua & pelle, hoc est, iudicio & prudentia tua munitus, in publicum sub tuo
 nomine edere constituerim. Accipe igitur & hoc qualecunque est, quod tuo pre-
 sidio fretus, aggredior, quodque ea tibi ratione gratius spero futurum, quod non
 viuorum & praesentium modo, sed etiam vita functionum tibi noti sunt
 & fuere permulti, quorum etiam viam nunc te-
 nes memoriam.

INTERLOCUTORES.

Lilius. Alex. Rhango & Iulius Sadoletus.

- Cum igitur Blanca mater tua Matrona honestissima Romam religionis & pietatis gratia etiam a Leone x. inuitata venisset, essentque cum ea Alexander & Lud. fratres tui, quotidie illam & tuo & meo nomine salutatam adibam, ea enim, ut nosti, me inter charissimos habebat. Cum de ijs, quæ tum in præsentia occurrebant satis collocuti essemus, nihil mihi præterea potius erat, quam Alexandrum convenire, hominem, ut scis, non minus studijs bonarum literarum deditum, quam militiæ. Cum igitur aliquando cum eo in viridario, quod secundum molem Adriani Blanca Leo parauerat, deambularem, illic me forte (ut assolebat sepe) convenit Iulius Sadoletus Iacobi viri Amplissimi & doctissimi frater, iuuenis vnus omnium ardentissimus paratissimisque ad quæcunque animum intendebat. Cum simul tres ipsi inambularem, incidimus in Pisonis communis amici mentionem, quem mecum vna cum Pico tum puero colloquentem in nostris de poetis dialogis antea feceram, cumque de suavissimo & amico charissimo multa inuicem dixissemus, eiusque virtutes morisque laudissemus, Memini me, inquit Iulius, ex ipso Pisoni audire, quod perfectis dialogis de poetis antiquis animi pendebas, an nostrorum quoque temporum poetas illes perscripturus:
- 10 Idque etiam cum affirmasset Alexander, qui id ex me ipso aliquando intellexisset, id verum, inquam ego, quod asseritis. Nam & qui tabulas poeticas posuit, quisquis ille fuit, partes, ut mihi quidem videbatur, ex industria in eis vltimas reliquerat albas, nullis imaginibus pictas, ut in eis videretur voluisse, ut a posteris posteris quoque poetæ appingerentur. Quin ipse ergo, inquit Iulius, vis vitæ functos poetas plus tibi debere quam viuentes? Cur non has partes ipse suppleat: idemque cum se cupere Alexander innueret, Quid est, inquam, quod vobis efflagitantibus denegare possim? vereor tamen ne parum iucunda vobis mea futura sit oratio, cum nudas tantum vobis tabularum regiones sim explicaturus. Age dic, inquit Iulius: omnis iua nobis non iucunda modo, sed frugifera etiam futura est oratio, ut hic meo quodam iure pro Alexandro respondeam, qui, ut video, nos potius est auditurus quam aliquid ipse dicturus, quando ea est hominis natura, ut tu planè nosti, ut longè libentius audiat, quam aliquid ipse dicat: quod adeo an rectè a Luene fiat, alij viderint, ego certè loquar. In quem cum aliquantulum furridens Alexander fuisset intuitus, ait, Tu me hercule pro tuo iure, quod verbis abundas, pro utroque loqueris, huiusce vero me meæ taciturnitatis & naturæ nunquā pigebit. Nec me meæ loquacitatis, statim respondit Iulius. Tum ego, Mittite, inquam, ista, nam alias vobis rationes & tempus defuerit, si differere volueritis vbi & quando loqui vel silere præstet, hac enim de re multa a sapientissimis prodita sunt. nunc tu Iuli, quod promptior ac tuapte natura paratior es, mecum ages: Alexander ipse, quod cunctatior est, audiet & censabit. quæ cum dixissem, Præter eas, inquam, quas cum Pisoni & Pico dixeram imagines erant in extrema cuiusque tabulæ parte nonnullæ regiunculæ vacuæ, nullisque imaginibus depictæ, quas non frustra, nec temere relictas fuisse arbitror, sed ex industria potius quodamque artificio. Et qua nam, inquit Iulius, ratione putas factum? Ea planè, inquam, quam paulo antè dicebam, atque eò etiam asseuerantius, quod & Io. Manardus vir doctissimus, & medicus peritissimus eadem mecum sentire memini, qui, ut scitis, mecum eas ipsas tabulas & sepe vidit, & de ijs mecum sepe locutus est. Existimabat ille quidem mecum, ut ex ipse regiones vacuæ ea ratione relictæ fuissent, ut nostrorum temporum in ijs poetæ, ac futuris itè temporibus collocarentur: videtis enim nostram hanc ætatem non senio languidam atque defectam, ut ingrati quidam deflēt, cum in omni poetica & dicendi arte viros excellentes protulisse, tum in reliquis bonis artibus. nam ut liberales mittam, res militaris

litaris, architectonica, pictura, sculptura, reliquæ nostro hoc tempore ita florent
 vigentque, vt non modo æmulari antiquitatem dici possint nostri opifices, sed
 etiam multa antiquis intentata effingere, & conformare: quæ quoniam nunc &
 hora, & locus vt commemorem non permittunt, & vos aliàs audiuiſtis, in præ-
 ſentia prætereo. Tum, Vnum, inquit Iulius, hoc te rogatum volumus, vt quos tu
 noſtrorum temporum poetas iſs in regiunculis reponi dignos cenſeas, nobis
 hic commemoreres. Arduum, inquam, & perdifficile mihi onus imponitis, & me-
 is longe humeris impar, eſt enim, vt ait Velleius, viuorum cenſura perdiffici-
 lis, eoque mihi difficilior, quòd poete nomine dignum me nulla ex parte vn-
 quam exiſtimaui. potuit hoc præſtare optimus orator M. Cicero de Oratoribus ¹⁰
 agens: at per Deum immortalem, quis ego ſum, vt inter tot noſtrorum tempo-
 rum viros doctiſſimos de ingenijs quicquam æſtimare auſim, nedum ſententi-
 am ferre? Videtis M. ipſum Tullium & Fabium Quinſtilianum, eam omnem
 partem ſuorum temporum reliquiſſe. Quippe in Bruto Cicero tot millibus ver-
 ſuum de Romanis tantum oratoribus loquitur, & tamen de omnibus ætatis ſue,
 quibuſcum ille vivebat, exceptis Caſare atque Marcello, ſilentium egit, ea vi-
 delicet, vt ait Atticus, cauſa veritus, ne quis aut ſe præteritum, aut non ſatis lau-
 datum queri poſſet. Fabius vero, cum ferè bonorum omnium auctorum quali
 indicem ex Bibliotheca proferret, viuentes quoque ipſe, vt Cicero, prætermi-
 ſit, eaque verba affert: Sunt clari, inquit, hodie quoque, & qui olim nominabun- ²⁰
 tur. idem paulo poſt de hiſtoricis agens: Super eſt adhuc & exornat ætatis no-
 ſtræ gloriã vir ſeculorum memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intel-
 ligitur. demum de oratoribus agens, Habebunt, inquit, qui poſt nos de oratori-
 bus ſcribent magnam eos qui nunc vigent, materiam verè laudandi. ſunt enim
 ſumma hodie, quibus illuſtratur forum, ingenia, & reliqua: Sic ego, ſi quem for-
 taſſe, vt accidere ſolet, præterirem (neque enim ſcribentium omnium verſus vide-
 re potui, nec in captandis ingenijs nimis vnquam curioſus ſeruator, nedum æ-
 ſtimator eſſe volui, ſumque paucis, vt vos ſcitis, admodum contentus) ne ſi mihi
 grauius ſuccenſerent vererer. noſtris hominum nonnullorum ingenia, qui ſe dā-
 nari ac floccifieri exiſtimant, cum inter alios non numerantur. Non eſt hercule, ³⁰
 inquit Iulius, iſta cauſa, quam dicis, cur nobiſcum loqui vereare, ſed illa potius,
 ne per nos exeat ſermo iſte tuus, & in vulgus emanet: verum hoc nomine nihil
 eſt quod metuas. pax tibi. nam neque id contendimus, vt ſententiam feras, tantum
 eos, qui tibi in præſentia ſuccurrerint, nomines, quoſque aliqua ex parte his dignos
 tabulis arbitreris, nulla enim cauſa inter nos ſecretò loqui verat. Tunc ego, Poſt-
 quam ita vos velle video, dicam, veſtramque potius taciturnitatem experiar, quam
 meam deſiderari patiar beneuolentiam: non tamen quali Pythius Apollo certa
 vt ſint & fixa, quæ dixerò, velim accipiatis, meque etiam & plurimum decipi &
 memoria labi poſſe exiſtimetis: eosque vobis ſanè tantum oſtendam, utque viatori-
 bus ſitientibus fieri ſolet, digitum ad fontes intendam. Exordiar vero à duobus, ⁴⁰
 vt mihi fas videtur, Picis, vt ab iſs, in quorum Bibliotheca poſita huiuſmodi fu-
 ere tabulæ, & à quibus multa mihi ſuppeditata ſunt in ſtudijs. Et iure, inquit Iu-
 lius, facis, & quod ita ipſi meriti, & tu grati animi ſignificationem præte-
 feres. Fuit, inquam ego, Io. Picus patruus Mirandula, non modo dignus, vt in hac ipſa
 poetarum claſſe reponatur, ſed vt intelligentiã, & reconditarum interiorumque
 literarum doctrina cæteris anteibat, ita dignus, vt inter ſapientiſſimos philo-
 ſophos & Theologos connumeretur, qui, vt eius multiplicis ac propè diuinę ſa-
 pientiæ monumenta mittam, quorum pleraque ob immaturationem, & præproperum
 illius obitum, (XXX. enim & tertium ætatis annum non exceſſit) imperfecta re-
 liquit, verſus quoque multos composuit, atque in primis elegiarum libros, quib. a- ⁵⁰
 doleſcētia ſua amores complexus eſt, in quibus miram fuiſſe facilitatē atque affe-
 ctus audiui. hos tamē ille diui Platonis exemplo, maturiore iuuetã, Vulcanò cō-
 ſecrata,

secreta, igni absumpsit, id quod factum epistola & pulchro Græco epigrammate Politianus conqueritur, nonnullæ tamen adhuc eius ipsius elegiæ leguntur, quæ bonorum quorundam amicorum custodia ex illo, ut sic dicam, incendio superfuerunt, in quibus quædam pellucens atque rotunda constructio cernitur, quæ mirabile reliquarum desiderium inijciunt. extat ipsius elegia in Beniuenij poetæ Florentini eclogas patrio illius sermone compositas, item altera ad deum optim. maximum deprecatoria: has præter vnam & alteram perelegantæ carmine scriptas puellis Martiæ & Phyllidi, Sarrachus ostendit mihi scriba & poeta nobilis. Habent & alij alias, quos inter quosdam Thebaldeus noster scripsit & alia Picus, tum latina tum vernacula multa. Sed de huius diuini hominis ingenio atque doctrina quæcunque vos maxima cogitatote, longe enim maiora iunt quam ut ego præis verbis complecti possim. Reliquit hic certe amplam & tritam nepotibus viam, qua ad bonas artes facile ingredi possint, ad quam vti que Ioan. Franc. Galeoti filius pleno, ut dicitur, gradu contendit. Hic post graues, & ingentes labores, ne ærumnas potius dicam Herculeas, post bella (quod dicere est ipse solitus) plusquam ciuilia, quibus præter diuina & humana iura paterna & auita ditione bis iam eiectus est (auertat deus ne & tertio, & vnâ ne vltra priuetur) post theologiæ ac philosophiæ cæterarumq; optimarum artium studia, post infinita penè volumina, quæ ad hanc diem soluta oratione composuit,

20 se mansuerioribus musarum studijs tamquam ad amœniss. fontes solitus est recipere, atq; inde animum à grauioribus curis leuare: nã præter staurostichon de mysticis prodigijs passim in Germania cœlitus delapsis, post votum pro vxoris salute, heroicos quoque hymnos ad sanctiss. trinitatem, ad Christum, & ad matrem Virginem edidit, vnâ cum commentarijs à se conditis ad Picum filium, qui eam præ se fert indolem, ut cum in cæteris disciplinis tum in hac poetices facultate & patris & magni patris illum existimem vestigia secuturum, ni eum aliquis forte adolescentiæ æstus, ut plerunque fit, à portu aliquantulum declinare faciat. Sed ne malè oînemur: scripsit Picus huius adolescentis pater & alios hymnos in diuos Paulum, Laurentium, Martinum, Geminianum, Hieronymum

30 & plerosque alios, nec non de expellendis fugandisque Venere & Cupidine carmen, quod, quæ summa eius fuit erga me beneuolentia, ad me misit: hic certe ut primus hymnos versu heroico in lucem reuocauit, ex multis seculis iã desitos, ita vnus viam reperit eruditionis gentium ostentandæ: nam tum confutando & refellendo, tum redarguendo, id quod in primis Christianum hominem ex legis præcepto facere & decet & expedit, cum fabulosam tum philosophicam omnium gentium (ut sic dicam) ἐγκυκλοπαιδία complexus est, tanquam abest, ut Christianam pietatem ipse scribendo, quod plerique faciunt, dissimulet. Mira, inquit Iulius, de Pico narras, quem audio in manus habere & alia nonnulla. Sic est, inquam, ut ais, neque enim cessat, quin aliquid quotidie ille vel scribat, vel medi-

40 retur, in quibus, de poetica nunc loquor, si tantum elocutionis ac numerorum conferret, quantum doctrinæ & eruditionis, & quod illi placet homini maxime Christianæ religioni addicto, nisi sese sacris vocabulis interdum, locutionibusque alstringeret, vnum haberemus, quem nostri temporis in eo genere antiquis poetam conferre possemus. nam & illi feruens ingenium, & supra omnia sublime, magnarumq; doctrinarum capax. Sed iam, inquit Iulius, de tuis istis Picis satis, audiui enim istum ipsum Ioan. Franc. quem tantopere colis, in auitam modo & paternam ditionem restitutum, quare si placet iam ad alios te conuertere. Sedenim, ego inquam, de ijs nunquam satis, neq; ipsis paria dicere queam, quapropter, ut vos vultis, iã ad alios. Vrania verò, Meteora, hesperidum hortii,

50 eclogæ, epigrammata, elegiæ, & cætera Iouiani Pontani Umbri carmina, & quæ plurima pedestri oratione scripsit, faciunt, ut in his tabularum imaginibus illum inter proceres commemorem, quin & cum omni ferè antiquitate conferam, tametsi non

Io. Franc.
Picus.Iouianus
Pontanus.

non idem, ut quibusdam videtur, in omnibus præstat, nonnunquam enim nimis lasciuire & vagari videtur, nec planè ubiq; se legibus astringit. quod ijs minus mirum videri poterit qui illum sciuerint in magnis regum & principū negotijs diu versatum, & modo bellorum, modo pacis conditiones & fœdera tractasse, non minus quàm Phœbum & Musas coluisse: quis tamen eo plura? quis doctius? quis elegantius? quis deniq; absolutius composuit? enucleatius? exquisitius? & licet eius quidam hoc tempore gloriæ parum æqui sint æstimatores, non illis tamen ipse concedam, ni meliora vel ipsi fecerint, vel ab alijs facta attulerint, id quod ad hanc ipse diem non vidisse fateor: Nisi si quis fratrem tuū Iulii Iacobum Sadoletum attulerit, cuius poemata Laocoon, Curtius, nec non Ocij & tranquillitatis carmen mirabilem illius grauitatem ac singularem modestiam declarant, quem in hac facultate auxerunt & reliqua bonarum artium & sapientiæ studia, quæ ab vnguiculis ille pleno pectore hausit: neque enim in præsentia eius solutam orationem, in qua supra ceteros excellit, commemoro. vel cum fratre tuo Petrum Bembum attulerit, cuius mira illa fuit semper in imitandis optimis auctoribus tam Latinis quàm vernaculis felicitas, ut non Bembum plerunq; loquentem, sed quem ille sibi proposuerit, vel audire, vel legere videamini. Sed vtrunq; (vt scitis) à literarum studijs incredibilis quædam in studiosos Leonis x. beniuolentia seduxit inuitos, ambos enim sibi statim à principio sui regni ad secreta & arcana asciiuit. Sunt ij quidem duo, si subtilius considerare velimus, vterq; in suo canendi genere summi, ita vt queas eos sic conferre, quemadmodum M. Tullius duos illos summos oratores L. Crassum & M. Ant qui in dispari dicendi genere parem gloriam & laudem adepti fuere, & quidem Bembus, vt Ennianum carmen vsurpem,

Tanquam Flos delibatus populi suadæq; medulla.

eius enim carmina vel latina vel vernacula, dulcisa, mollia & delicata: at Sadoletus tanquam quidam & robustus, & fortis, versus graues, cultos, & opima quadam totius corporis habitudine & forma concinit. Quare eo magis mirum est quod adeo ille suos versus suppressere conetur, & pessum dare. Memini cum nos adolescentes essemus, illum clam ingeniosa valde epigrammata componere solitum, eaque sibi Roma Ferrariam ex ruinis erura ab amicis missa fuisse affirmabat; idque eum alijs tum Paniriato & Cistarello persuadebat, quæ nunc penè omnia aboleuit, & me sæpe rogauit vt de ijs, quæ penes me essent, etidem facerem. sed de ijs iam satis. A Pontano nonnulli profluxere tum in poetica, tum in arte dicendi celebres. vnde & Pontani Academia nunc vulgò, vt Troianus equus, dicitur, in qua nunc senescit, ni potius floret, Actius Syncerus Sanazarius, cuius ingenij exquisita quadam monumenta legi, & in primis Piscatorias eclogas, nonnullasque elegias & epigrammata, in quibus quadam sunt omni laude digna, alia præterea eius præter vernacula non vidi, & quosdam Virginei partus, vt ipse appellat, heroicos: in quibus, vt sic dicam, statarius poeta videri potest. non enim verborum volubilitate fertur, sed limatius quoddam scribendi genus consecratur, & lima indies atterit, vt de illo non ineleganter dictum illud Apellis de Protogene Pontanus vsurpare solitus esset, cum manum de tabula tollere nescire. Præter diligentiam curamque Actij, acerrimum quoque eius iudicium, & numerorum scientiam in poetica facultate cognoscimus, quare eius reliqua, quæ condidit summo opere desideramus, que longius ille iam ætate prouectus suppressit. quare nō satis mirari possum virū quendā alioqui eruditū desiderare in Pōtano & si deis placet in Sanazario Christianā elocutionē, hoc est barbarā sed hic cū sua censura qua homines Italos perstringit nō diutius permanebit. Ex eadē Pōtani Academia fluxere M. Marullus & Manilius Rhallus ambo parentibus Græcis nati, in Italia enutriti, Latinis tamen literis magis imbuti, atq; inuicem amici, vterq; epigrammatum poeta, sed Rhallo Marullus cultior

Iacobus Sadoletus.

Petrus Bembus.

Act. Syncer. Sanazarius.

M. Marullus Manilius Rhallus.

cultior argutiórq; Marullo Rhallus fortunatior, q̄ppe qui à Leone x. his men-
 sibus Cretensium sit pontificatu honestatus. Extant vtriusque varij generis epi-
 grammata, & Marulli præterea naturales hymni, in quibus illum ex multis au-
 diui adiutum à Pico patruo, vobis hic audita tantum refero. ex his certe hym-
 nis quosdam adeo sui amatores nactus est, vt eum cæteris hac facultate præsta-
 re vulgo prædicent. Ego quidem à Zoilo (proprio enim nomine non appello)
 qui Marullum vbiq; habere nescio quid græcicæ leuitatis existimat, & esse
 plurima apud ipsum, quæ tollere possis, adeò dissentio, vt non nihil tamen arro-
 gantiæ ascribam. in institutionibus, quas ille Principales inscripsit, imperfectis
 10 nihil magis præstat, videas tamē alicubi illum excelluisse, & quem volebat ef-
 fingere, Lucretium planè referre, vir profectò indignus qui tali mortis genere
 periret, aquis enim Thusei fluminis Cecinæ suffocatus est, vt suo carmine no-
 ster testatus est Thebaldeus. Ex eadem Academia fuit Gabriel Altilius, cuius
 licet pauca legerim, in nuptiali tamē carmine in Isabellam Aragoniam regis fi-
 liam miram habet & singularem cum eruditionem tum facundiam: affectatior
 tamen in quibusdam videtur. pontificia hic dignitate apud Polycastrenses or-
 natus decessit. Petrus Grauina cum Pontani amicis numeratur, qui Sículus
 fuit, & in aula regum Aragonum Neapoli diuersatus, multa poemata conscri-
 psit, quorum & multa leguntur. Hic & corporis cultu vsus nitido & elegantī,
 20 validis & exercitatis membris vsque ad decrepitam senectutē, LXXIIII enim
 ætatis suæ anno decessit. Est & adhuc Hier. Carbo ex eadem Academia nobilis
 Neapolitanus, cuius etiam viuentis pauca leguntur. alios plerosq; hoc loco mit-
 to, qui & cum Pontano vixere, eiusque adhuc memoriā posteritati commen-
 dant. Hæc ego cum dixissem paulūque respirarem, Nunquid, inquit Iulius,
 qui ante Pontanum florere neminem in aliquo poetarum numero reponen-
 dum censueris? Cui ego, Et plures, inquam, qui patrum & auorum nostrorum
 memoria in pretio fuere, qui etsi non eam elegantiam & candorem attulerunt,
 quem Pontanus, & qui ab eo fuere, at non minorem certe facundiam ingenijq;
 facilitatem, inter quos Porcellius, Mapheus Vegius, & Ant. Panhormita, &
 30 Ioannes Aurispa aliique. Porcellius quidem Rom. elegiarum libros reliquit,
 quos mihi vir doctus & officiosus Angelus Colotius legendos tradidit. scripsit
 præter hos & epigrammata & heroicis quosdam versus, in omni denique Por-
 cellij versu naturam potius quàm industriam laudauerim. Mapheus verò Ve-
 gius ex Laude-Pompeiana fuit qui suo tempore tum soluta oratione, tum in com-
 ponendis heroicis satis commendatus extitit. Vidi ego dialogos, & de libero-
 rum institutione volumina plena illa varia eruditione, sed pleraq; tamen in his
 otiosa & arte destituta, verum in præsentia solutam orationem non pendimus,
 carmen vero heroicum fuit illi quidem promptius atque facilius, id quod ex
 Astyanacte, vel ex eo quod addidit Aeneidi Vergilianæ volumine, alijsq; eius
 40 quibusdam cognoscere potestis, quæ si non stili eiusdem at certe venæ esse faci-
 le iudicabitis. versatus hic quidem Romæ cum Martino v. Pont. Max. suppli-
 cum libellorum magister, quem vulgo Datarium appellare consueuimus. An-
 tonius verò Panhormita lasciuioris quidem carminis conditor, dulcis tamen
 & facetus legi eius ætatis quorundam epistolas, quibus hermaphroditus il-
 lius multis laudibus commendatur, sed quare, nescio. Dicam ego vobis sanè
 quid sentio, nec is mihi poeta bonus nec bonus orator: quæ enim soluto &
 pedestri sermone eius scripta legi, luxuriantis magis, quàm bonæ frugis refer-
 ta videntur, vt impudicas & prostitutas eius Musas mittam. Panhormitam ta-
 men quidam excellentes viri elegantia parentem appellauerunt, hic etsi Sicu-
 50 lus ex Bbonia tamen originem duxisse ex nobili familia prædicatur, acer Lau-
 rentij Vallæ inimicus fuit, & contra Laurentius illius. senex diem obiit, hocque
 sibi moriens epitaphium arrogantia plenum condidisse legi,

Gabriel Al-
tilius.Petrus Gra-
uina.Mapheus Ve-
gius.

Panhormita

Quærite Pierides alium qui ploret amores,

Quærite qui regum fortia facta canat.

Me pater ille ingens hominum sator atq; redemptor

Euocat, & sedes donat adire pias.

- Io. Aurispa.** Ioannes Aurispa Siculus orator in aliquo poetarū ordine reponi potest, quippe qui Græcè & Latine probè doctus esset, carmina tamē eius quæ ipse legi nescio quid Sicularum gerrarum habere videntur. fuit enim eo tempore quo nondum exquisitæ literæ in lucem redierant. Vixit autem Ferrariæ ad summam senectutem, in pretio habitus à nostris principibus, qui & eum locupletem reddiderūt: ab hoc ferunt Cistarellam familiam originem duxisse. Fuit & Ant. Campanus il-
Ant. Campanus. lis ipsis temporibus vir, multa laude dignus, ignobili licet genere procreatus: neq; enim in soluta oratione suorum temporū cuiquam cessit, vt ex suorum voluminum lectione, vel iam cognouistis, vel statim cognoscere potestis. Multa illa quidem extant, nec verò carmine minus præstitit. sed hæc notiora. Post hos nonnihil laudis affecutus fuit Petrus Montopolitanus, poeta & orator nō incelebris, qui Romæ illis tēporibus professus est, quibus Pomponius Letus adhuc iuuenis clarescere cœpit, quin & illi aliquandiu, vt scribit Sabellicus, operā dedit. Fuit & **AENEAS** Piccolhomineus Senensis Poeta & Orator, qui Pont. Max. creatus **PIVS II.** dicitur est, qui si tantum literis operam dedisset, vt vel priuatus rebus agendis, vel in summa dignitate constitutus, ferme omnibus his
Aeneas Piccolhomineus. etus vita perscripta, sit satis in præsentia eū nominasse. Fuit & **Aemylianus** Cymbricus. Cymbricus poeta elegiographus in primis, cuius & epigramata legunt, au diui & illum exorsum fuisse bellum Rhodiacum quod Turcæ suo tēpore aduersus Rhodienses gessere: et epicedium in Federicum tertium Imperatorem cecinit. at iniquè huius hominis scripta ab inuidis dicuntur suppressi. huius ferè æqualis fuit **Cynthius** Cenetēsis, cuius mira in elegiaco carmine facilitas, sed omnino elumbis & eneruis. Fuit & **Fr. Octavius**, qui se Cleophilū nominari maluit, Phanensis: suauis amator, nec illepidus. versatus hic est Ferrariæ diu vt ex **Baptista** Guarino, & **Leonice**no puer audiui, tum Romæ & alibi, vt eius scripta indicant: ex-
Aemylianus Cymbricus. tant ad hunc diem, quas legerim, amatorix eius quædam epistolæ, & versus varij ad Iuliam puellam, quos legisse cū suppetit otium, non vos. puto, pigebit. reliquit idē tres de bello Phanensi, eiusq; adepta Urbis libertate versu heroico non infelices libellos: ad hæc & quam **Anthropotheomachiam** nuncupauit, eodem versu, epigrammata, aliq; per plura poemata. Per hæc quoque tempora **Angelus** Sabinus Beligcum carmen composuit, non illud quidem nunc passim vulgatum, sed quod tamen Romæ legi possit. Poema est, vt ea ferebāt tempora, sonorum & ampullosum: vsus est hic Sabinus amicitia **Nicolai** Peroti Sypontini Pontificis, viri & eruditi & eloquentis, ab eōq; adiutus est contra **Domitiū** Calderinum Veronensem, cū quo inimicitias exercuerunt: hunc **Fidentinū**, illum
Angelus Sabinus. **Brotheum** **Domitiū** suis scriptis appellauit. Huius quoq; Sabinū extant commentaria in luenalem Satyricum poetam. Legi & ipsius **Domitiū** aliquando versiculos, quibus facile perspicere possitis propè diuinum hominis ingenium, tametsi pleriq; eius gloriæ inuidi ea ætate fuere, sed certe si diutius se peruixisset, mirandum in modum rem literariam iuisset. Per eadem, ferme tempora Romæ nonnihil in pretio fuit **Sulpitius** Verulanus ex Latio, qui bonas literas professus reliquit grāmaticas institutiones & cum ijs simul breues eloquentiæ regulas, addidit & artem metricā & syllabarum regulas attigit, & facultatem, vt mihi quidem videt, poeticam: quod eius ostendunt argumenta in **Lucanum**, & carmen quod de Puerorum moribus inscripsit, passim & vulgo à triualibus mag-
Sulpitius Verulanus. gistris lectum. Fuit & **Cosmicus** Patauinus dum vixit multi nominis, at illius fama post mortē refrixit, argutus ille quidem, & mordax, impatiensq; alienæ laudis.

dis. Memini puer Ferrariæ hunc videre, vbi diu versatus quosdam adeo sui studio-
 diolos habuit, vt eum ferè omnibus anteponerent, mihi certe eius Latina pau-
 ca legisse adhuc contigit. Vidi tamen eius epistolarum volumen carmine con-
 scriptum sed non editum, apud amicum meum August. Mustium, vidi & quæ-
 dam eius epigrammata dura illa quidem sed arguta: vernacula verò non parum
 multa, quæ & amatores suos habuerunt. Non multo ante Cosmicum & Patauij
 suorum temporum insignis fuerat Albertus Musæus, cuius quædam carmina *Albertus Musæus.*
 mihi videre contigit, vt illa quidem magni spiritus, alicuiusque cultus, ita mi-
 noris castimonix. Faustum Foroliuiensem eius commēdat facilitas, sed plerun-
 que vulgaris, & prorita. perplura hic scripta reliquit, quæ à Transalpinis, apud
 quos multos annos ~~vixit~~, magis, quàm ab Italis in manibus habentur. Philippo
 Callimacho Ethrusco oppido nato non nihil nominis suo tempore attulit ele-
 giarum liber, quidam & eius Atylam commendant, sed parum hic mihi Atylas
 est cognitus. alia etiam scripsit, nam cum versaretur cum rege Pannonum, eo-
 rum historiam contra Turcas executus est. Hic cum cæteris Academia viris lī-
 teratis à Paulo Pont. II. quod sibi nomina immutarēt, afflictus, demum ad Bar-
 baros transfugit, à quibus honorifice susceptus diu permansit: iniquè tandem
 delatus apud amicum occulte delituit, apud quem & mœrore decessit, quod
 cum Alb. Regi innotuisset, eum magnifico sepulchro æreo Cracouix tumulari
 20 curauit. Legi quod recordor librum Heroico carmine conscriptum de regibus
 Pannonix. Eadem ferè ætate, vel paulo ante in aliquo habitus est poetarum nu-
 mero Ioannes Pannonius Quinqueecclesiarum (ea est ciuitas apud Pannonas) *Io. Pannonius*
 Pontifex. Huius carmina aliquam præ se ferunt indolem nascentis poetices,
 quæ ante hos, vt planè nostis, permulta secula penè extincta iacuerat. plus hic
 elegia aliquantò præstitit, quàm heroico, id quod plane ostendit Panegyricus,
 quem in Guarinū Veronensem, quo doctore vsus fuerat, edidit. Cum his ple-
 rique eruditi, & intelligentes florere: Gregorius Tifernas, Carolus Areti-
 nus, & Fr. Philelphus, quorum Tifernas etiam medicinæ operam impendit, poli-
 tioribus tamen studiis magis est cognitus, quippe qui Latine & Græcè bene do-
 ctus Asiam & Africam Strabonis Latine vertit, extant eius pleraque poema-
 ta, quæ est operæ præcium aliquando euoluere, suntq; inter ea pleraque Chri-
 stiano more perscripta. vena illi facilis vbique, sed non plane perspicua. Caro-
 lus verò Aretinus Leonardi Aretini consanguineus, inter intelligentes qui-
 dem repositus, huius tamen versus nescio quo pacto mihi non respondent, ego
 multa in eis offendi, neque enim mihi copia & multarum rerum cognitio aures
 mulcendo oblectat, sed tantum implet, nec rotunda solum verborum structura
 afficit, sed quædam quæ ex iis omnibus conflatur, nec dici à me præcipue po-
 test, composita modulatio atque concinnitas. Longè plus Carolo, cui valde in-
 fensus fuit, Franciscus Philelphus præstitisset, si in vno aut altero scribendi ge-
 nere maturare, quàm sibi tantum arrogare maluisset. videtis in eo oratorios im-
 petus, poeticum furorem, variam & copiosam tum Græcarum, tum Latinarum
 rerum cognitionem, ex quibus omnibus & illum interdum in Academia & Ly-
 cio versantem, tametsi non altius pedem fixisse, colligimus, dignus tamen fuit
 multa laude. scripsit ille Sphorciada heroico carmine, Satyras, Lyricos, epigrā-
 mata: nam reliqua quæ soluta oratione vel scripsit ipse, vel à Græcis transtulit,
 adeo multa sunt, vt nō ea legentem modo, sed connumerantem lassare possint.
 Philelphi filij fuere Marius & Cyrus ex Chrysoloræ Græci hominis doctissimi
 filia, quorum Marius pafatissimo fuit ingenio & memoria quadam incredibili:
 nam, vt ipse ex Cyro fratre audiui, vno penè stans vestigio centum per ordinem
 50 materiam proponentibus, confestim cuique quo proposita fuerat ordine, car-
 mine referebat. Longè tamen hic in coronis promptior, quàm scriptis cogni-
 tus est. Pacificus Asculanus potuisset in aliquo poetarum numero haberi, nisi
 fœdis amoribus versus inquinasset. fuit in elegia neque infans, neque elinguis,

Hac ferè etate Martinus Phileticus in mediocriū numero fuit, qui aliquot Theocriti edyllia ad Federicum Vrbinatum ducem transtulit e Græco. Fuit & Nicolaus Vallensis, qui Hesiodi georgica Latina facta Pio 11. Pontifici Max. dicauit, hic sua non satis emendauit, siquidem egestate est morte præuentus. Fuit & Boninus Mombritius Mediolan. qui Hesiodi Theogoniam ad Borsum Estensem primum Ferrariensium ducem Latinam fecit. Per hæc quoq; tempora fuit Raphael Iuencionius, cuius lyrica quædam carmina leguntur cum pia, tū etiam sonora, & satis culta. inter quæ sunt pleraq; sapphica. sed illa, quibus Federicum Cæsarem in Turcas adhortatur, mihi magis nescio quo pacto arrident. Nec ab his longe abfuit Laurentius Lippius Collensis, qui Oppiani halieutica, id est piscatoria ad Laurentium Medicem Latina facta misit, di Nichorumq; libellum, Legi & aliquādo versus Laurentij Bonincontri Miniatensis Hetrusci, viri non ineruditi, sed portentosæ cuiusdam doctrinæ. Audite quæ nunc succurrunt hæc eius de deo carmina ex sua poesi:

Hic duo venturus statuit primordia rebus.

Principio altricem Siluam rerumq; parentem,

Quæ generum in sese caperet simulachra, creauit.

at omnes hi vno ordine habēdi: Nec ab hac etate Paulus Piscinensis abfuit, qui Marfus cognominatus est: vir hic probe eruditus & mira facilitate in pangēdis versibus, cuius cum alia, tum Urbis Romæ Genethliacon legitur. reliquit hic & commentaria multa eruditione referta in P. Nasonis Fastos & alia. Sigismundus Fulginas inter literatos habitus est tempore Pomponij & Platinæ, mox Iul. Secundi Pont. Max. a secretis fuit: pleraq; scripsit carmina, sed multo plura soluta oratione. Huic Petrus Bembus funebrem orationē dicauit, quā in D. Vidum Vrbinatem composuit, quæ & cum suis opusculis impressa est. Audiuī ex multis, neq; enim mihi videre contigit, Petrum Barrotium Venetū Patauij pontificem, extra reliqua eius in studiis bonarum literarū & sapientiæ merita etiam laurea dignum, atq; ea quidē non ex Parnasso, sed ex Nazareis conuallibus, vt qui Christi Dei vitā versibus sit executus, qui, vt mihi Thebaldeus & Leonicensus asseruerunt, digni sunt, vt à pijs & doctis hominibus legant, adhuc tamen, si modo tales quales prædicantur, indigne supprimuntur, quosdam mihi quidem recitauit aliquando Thebaldeus nitidos sane & castos. Numquid hic, ait Iulius, Baptistam Mantuanum, qui vnus ex iis fuit, qui Carmelitæ sodales dicuntur, in aliquo honorum poetarum numero repones. Et maxime, inquā: Sed quæ mea sit de homine audite sententiā. Laudo institutum piūmq; propositū, verū extemporalis magis quā poeta maturus, extant illius versus penē innumerabiles, ex quibus apud vulgus & barbaros quosdam laudem tantā est adeptus, vt vnus prope poeta, et alter penē Maro haberetur. at bone Deus, quā dispar ingenium: nam vt vbiq; Maro perfectus, ita hic immodica, et penē temeraria vbiq; vsus est licentia, quā & magis atq; magis indies auxit. Est enim ferè natura comparatum, vt qui minus iudicio valent, & nimio plus sibi placent, eos indies deflorescere, & senes flaccescere videamus: nam & his indies aliquid semper ingenium deteret. Iuuenis ille quidem laudabilior poeta fuit, cum verò ei defedit calor ille & feruor iuuenilis, tanquam amnis sine obice extra ripas sordide diffluens coerceri non potuit, vix enim ea legere possumus, quæ longius ille etate prouectus carmina scripsit: non ideo hoc de Carmelita vobis dixerim, vt quas ei statuas Mantuani erexerunt, deijcerem, sed magis vt vos monerem quo eum ordine habere debeatis. Magis emunctæ naris fuisse videtur Angelus Politianus Florentinus: qui transmarina, vt Ciceronis verbis vtar, doctrina & aduentitia institutus cum esset, florere & quasi regnare visus est, huic enim me puero à multis primæ deferebantur. mira eius omnino eruditio, vehemens & paratum ingenium, iugis & frequēs lectio, sed calore potius quā arte versus scripsisse videtur, iudicij vtique parum cum in seligendo, tum in castigando

gando habuisse visus est, vnde maleuolis sui calumniandi ansam dedit. Si eius tamen Siluas legatis, Rusticum, Nutriciam, Ambram, Manto, sic afficiemini vt nihil in praesentia desiderare videamini: at si cum Pontani heroicis conferatis, hunc Entellum, illū Dareta putetis, & vt Græcè dicā, hūc μάχιδου, illum ονισμαχου, & his si Carmelitam forte iunxeritis, ferentarius videbitur. reliquit & Politianus extra Latina, Græca epigrammata, quæ laude digna sunt, Græcos enim prouocat, vt eius in praesentia vernacula mittamus. Nec parū laudis in poetica facultate duo nostri municipes meruere Titus Stroza, & patre longe, vt mihi quidem videtur, cultior Hercules, qui cum familiae nobilitate & Tribunitia potestate clari, tum in poetica insignes fuere. Sed Herculi si per sicariorum & factiosorum occultis insidias, ne immanitatem dicam, vita suppeditauisset, longe quàm pater indies meliora fecisset, non illi ingenium non exacti iudicij indicia deesse videbantur: eum licet Tribunatus & Magistratus cura nonnunquam à Musis seuocarent, reliquit vterq; multa, quorū aliqua ab Aldo sunt edita, quæ non ingratis leguntur. extat & Titī Borseis, quam de Borzio nostro principe compoluit, sed non edidit. Hic tum Alexander lachrymas vix continere visus est, fuerat enim Herculi affinitate coniunctus, quin eo quo Hercules tempore è medio sublatus est, hospes illi quoq; fuerat. id ego cum viderem, ad Iulium conuersus, De Tito & Hercule, inquam, non plura vobis in praesentia, ad alios me conuerto. Fuit & Stroza & Bembo & Thebaldeo, vt beneuolentia ac amore, ita & studiis poetices iunctus Timotheus Bendideus cognomine Philomusus, nobilis hic genere & delicatus poeta, cuius licet pauca extant, eius carmina credo suppressa immerito, si tamen de eo plura velitis cognoscere, legite Titī Strozae de eius vita & moribus vt bene longum sermonē, ita pulcherrimū. Fuit Titō ferè equalis Baptista Guarinus Guarini filius, vir cum summa probitate, tum eruditione sane non vulgari, qui poematū libros edidit, de quibus penes quēq; suam sit iudiciū, ego de iis nihil, q̄ hoc ego puer vsus sum doctore, id quod nunquam pigebit: fuit vero in publice perlegendis auctoribus suo tempore inter principes. Baptista succedit, vt noitis, Alexander, qui paterna & auita studia continuat. Sed de tribus his Guarinis et si alias cōmemini q̄ ex vna familia vna serie tres extiterint insignes, de poetis quidem inter poetas veteres ostendi, de oratoribus Plinius ijs verbis ostendit, vna familia Curionum in qua tres continua serie oratores extiterunt. quare autē id rarissime cōtigat, si hic philosophandi locus esset, ex Aristotele & Plutarcho multa afferre possem, sed sequamur nostrum sermonem. Inter veteres illos fuit Hieronymus Castellus Ferrariensis, et si medicus, orator tamen habitus egregiusq; poeta. huic tam acris censura fuit vt moriens testamento cauerit ne filij posterique sua ederent: eius tamen sublata quēdam legere mihi contigit quæ non sine Venere condita esse videbantur. Eiusdem ferè temporis fuere Mutinensis Tribacus, & Regiensis Luceius qui

40 & Lucas Ripa fuit, quo doctore sum aliquādo vsus, inter ceteras ingenij dotes nullus meo quidem iudicio syllabarū moras & tempora melius percalluit, adeo vt & illi cognomentum vulgo magister syllabarum sic inditū. Et paulo his ætate inferior Ludouicus Bigus Pictorius Ferrariensis, cuius plurima extant poemata, inter quæ iuuenilia & amatoria magis probantur, nam cum pius deflexit ad religionem, vt vita melior, ita carmine deterior visus est. Fuit & hoc tempore Codrus Viceus ex Herberia agri Mutinensis oppido, poeta, si non grammaticus potius, quem adolescens Bononiæ vidi, vbi grauis Bentiuolis diu professus est, cū tamen ille ante Ferrariæ sub Guarino Græcis & Latinis literis operam dedisset. extant Codri carmina illa quidem citra labem, sed vt mihi quidem

50 videtur absq; Venere. Eodem tempore Mutinæ claruit B. Prignanum cuius pleraq; elego versu legunt, quæ istorum versibus, quos modo nominaui, minime inferiora esse videntur: reliquit Prignanum discipulos Dionysium Tribacum, & Fr. Rocciolum, quos planè cognoscitis. Per hæc quoque tempora Iacobus

Stroza pater & filius.

Baptista Guarinus.

Luc. Ripa.

Bonus Delmata raptum Cerberi, Domic. Palladius Soranus epigrammata cecinere, Cantalycius Consalui bella, & epigrammata & pleraq; alia. Memini me puero legere epistolas quasdam amatorias Franc. Iambeccarij poetæ, quæ etsi quibusdam placere videbantur, mihi nequaquam, carmina tamen sonora sunt & quæ aures non nihil demulceant: alijq; ex vltima classe plerique, quos hoc loco colligere non est operæ precium. Nec ab his procul temporibus M. Antonius Sabellicus, q se suo elogio sepulchro addito Coccion appellat, versus cum elegos, tum heroicos edidit, quos ego adhuc puer libenter legere solebam. facilis hic vbique & canorus, nec iniucundus, sed minus oratione castigatus, profa tamen vbi intendit, plus præstitit. Fuit ex vrbe Hetrusca Hadrianus Cardinalis S. Chryfogoni, qui cū esset à secretis Alex. sum. Pont. vbi eo est in ampliff. ordinem accitus, mutata fortuna in varias ærumnas incidit, dignitate etiã priuatus à Leone X. hic in literis Latinis præcipuè humanioribus bene eruditus fuit: inter cætera venationem ad Ascanium Sfortiam ampliff. Cardinalem carmine phalæcio concinuit, atque item itinerarium Iulij 11. Pont. Max. cum Bononiam contendit, pulsus inde Bentiuolis: extat illius præterea liber elegantiarum valde utilis. Reliquit & varij generis versus Petrus Crinitus Florentinus non illepidos quidem, sed certe tales, qualia sunt quæ soluta oratione reliquit. multa is vbiq; polliceri videtur, quæ non adeo præstat, omnisq; Criniti oratio non vt aures ita animum implet, prope enim dixerim nugæ canoræ. Sed quid isti ad eos qui nunc viuunt, seu heroicum, seu elegum, seu lyricum, aliudue quodcunq; genus velitis: Sic est profectò, quod à doctissimis est obseruatum, non in bellis gerentibus, non in impeditis & impacatis animis ipsa poetica, nec bonæ cæteræ artes & disciplinæ clarere solent: pacis ex comites, orijq; sociæ. Pacato sub Augusto orbe floruisse in Italia ingenia legimus, nec in Græcia minus Athenis à bellis quiescentibus. idem & in Sicilia scribit Aristoteles. Hinc ergo vt videtis, hoc tempore, quò paci, & tràquillitati Leo Max. dat operam, tam magnus poetarum prouentus, tot ingenia vigere videntur, vt cum antiquis illis hæc ætas certare videatur. Quo fit vt à nobis sit summis votis ac precibus ab immortalideo contendendum petendūq; vt eodem tenore & vitæ cursu Leo ipse incedat, quo cœpit, nec animum deflectat ad bella. videtis inquam qualia nūc ingenia vbique floreat, atq; vt nostrum est institutum, vt de poetis tātum agamus, Cui non placent quorum modò meminimus Iacobus frater tuus Iuli, & Petrus Bembus: Cui non Andreas Naugerius, vt nūc dicitur, patricius Venetus? qui cum interiores & reconditas literas asseclatur, nō minus tamen est, vt scitis, elegantissimus poeta, sapius enim mecum cum pleraque illius epigrammata, tum alios quoque versus legistis, eius mira illa virtus antiquæ simplicitatis æmulatione, huius quidem Musa dulcem habet elegantiam, & candorem. Admirari ego soleo, id quòd vos minime fugit, M. Hieronymū Vidam Cremonensem, vnum ex sodalibus quos à vitæ regula Canonicos appellamus, quem vnum hac tempestate meo iudicio eò peruenisse videmus, quò sine Græcis, duce cum primis Vergilio, peruenire poeta potest, adeo vt à maleuolis surripere nedum sumere dicatur, in nullo certe Maro magis deprehendit. hanc ille incudem die noctuq; tundit, vni insistit, vastus illi animus atq; poeticus, præcipua eius, & illi quidem videtur, virtus excellens ac mira quædam in poeticis materiis disponendis illustrandisq; felicitas. Qua in re me decipi iure quidem nemo iudicabit, qui vel eius latruncolorum ludum, quem Scacchorū ille appellat, legerit, vel Bombycum duos libellos, & tredecim Italorum pugilum cū totidem Gallis certamen, quod nuper ille Balthasari Castalioni Mantuano viro domi forisq; egregio, omniumq; bonarum artium studioso, & poetæ percomi, misit: nec non & poetarum & Christiados, quæ in apertum nondum ille retulit, nec quibus manus adhuc extrema accessit. sed tam de Vida satis, ne nos illum magis quàm se ipse laudare videamur. Cui non placet Camillus Palæonius Bononiensis, qui in

miser-

miseratione, & vt Græcè dicitur, *μῦθος* commouendo mirum præstat, atque in primis in heroico, in quo ille quidem nunc accuratius quoddam & exquisitius scribendi genus affectat, quod eisi scienter & eleganter tractat, nimium tamen inquirens in se, vt ait Cicero, atq; ipse sese obseruans, metuensq; ne vitiosum colligat, etiam verum sanguinem interdum dependit, quapropter eius carmen nimia quadam religione attenuatum doctis quidem & ariente audientibus gratum, nec iniucundum, sed plerunq; angustum & exile esse videtur: quod ille vel agnoscens, vel quadam naturæ versutia intra parietes musas continet, nec amicis impertit, tantū aliquando recitat nec integra quidem poemata, sed per partes, vt ex hymno quadam in D. Franciscum, & alia ex Apotheosi Vergilianæ, item epigrammata quadam, non minore etiam in soluta oratione religione & cura vtitur. Non adeo morosus est Iunior Philippus Beroaldus, & longe melior poeta, quàm Philippus Beroaldus senior, qui & ipse versus scripsit, qui & passim leguntur: sed de hoc nihil sanè nisi miram hominis facilitatem penè ingenio & iudicio destitutam afferre possum, præstitisset ille aliquid in Phalæcijs, si sibi temperare quàm indulgere maluisset. At iunior Beroaldus promptam, ac paratam habet vbique facultatem. sed Lyricis ille magis, quàm alio scribendi genere delectatur, ex quibus & laudem assequitur, tamen in his interdum sibi non nihil indulgere videatur, id quod & Horatium Flaccum fecisse vult Fabius, quem hac in parte imitandum sibi proposuit. Hic & Iambicos, & hendecasyllabos, elegosque composuit, omnium (vt mea fert opinio) cum vacat, lectione dignos. Edidit & Lyrica non parum multa Ioannes Aurelius Augurellus Arminensis: in quibus assiduam Horatij lectionem agnoscimus, quàm verò exactè, vobis non dicam. Idem facit & in cæteris, mihi nescio quo pacto magis aliquid præstat in mediocri illo dicendi genere, quod Didascalicon Grammatici vocant, quo in, Chrysopœia vltus est, in qua certe non mediocrem laudem meretur, cum in tam difficili & sterili materia tam egregie pedem extulit, dignus profectò fuerat, vt quod tam sedulo & anxie quærebat, inueniret, id quod tamen, si non mentitur ipse, triennio assecutus est. Senex (vt audiui) Taruisij interijt in taberna libraria, Venetijs diu diuersatus, vbi & nobiles adolescentes instituit, Bembum, Naugerium, Lipomanum, alios plurimos. Fuit & Zenobius Acciaiolus adolescens poeta bonus, ea enim ætate pleraque argute & eleganter composuit, alia è Græco feliciter Latine vertit, digna illa quidem vt ea cum cura legatis, verum mox mutato vitæ instituto, sectatus Hieronymi Sauonarolæ sanctioris vitæ sectam, Christo Deo omne suum studium dicauit, multaque indies eo scribendi genere ad pietatem, & bonos mores inuitantia pijs hominibus exhibet. Io. Cottam iuuenem adolescens vidit multi ingenij, ac iudicij vltra quàm ætas sua illa ferebat. nam humili loco natus in varias Italiae partes peregrè profectus, tandem Liuiano Venetorum Imperatori adhæsit. Sed capto Liuiano à Gallis, illius mandato ad Iul. Pont. profectus, morbo interijt. hic ergo in cursu iuuenis cecidit. eius complures versiculos aliquando legi, quos & legisse iuuat, idemque vt vos faciatis identidem mo neo. vid. bitis miram iuuenis indolem, cui si fata longiorem vitā concessissent, inter bonarum literarū proceres haud immerito contra connumeraretur. Multum quoque ingenij ac iudicij in M. Caballo Anconitano conspicio, verum ille sua admodum suppressit, interdum tamen Epigrammata, tum Latina tum vernacula Hetruscorum mihi aliisque amicis recitare solitus est, quæ talia sunt vt inter bonos reponatur. Est & Nicolaus Caballus, & ipse Anconitanus, bene eruditus, quique in poetica non nihil profecit. hic Ferrariæ Alphonsi Principis liberorum institutor ac formator viuit. Præstat non nihil in Elegis Guidus Posthumus Pisarenis. ausus ille aggredi phalæcios & heroicos, parum vtrunque recte, sapientiæ & Medicinæ studia amplexatus nihilo plus quàm in poetica profecit, secutus conuiuia, & Regum conuictus, vnde infirmam atque

Ph. Beroaldus.

I. Aurel. Augurellus.

Zenobius Acciaiolus.

Io. Cottam.

M. Cabellus.

Guid. Posthumus.

ægram valetudinem contraxit, tu hominem Alexander planè nosti. Sic est, in-
 quit Alexander, Domi enim hunc magistrum aliquandiu habuimus. Est & in
 Philomusus. Poetarum numero N. Philomusus & ipse Pisarenis, qui hic Romæ agit cum
 Leone, huic frater est Valerius medicæ artis professor, qui in Elegiis conficien-
 dis nihilo fratri inferior. Nunquid præteribimus Antonium Thebaldeum ami-
 cum & municipem meum: quem & linguæ Latinæ castimonia clarum apud do-
 ctos facit: apud indoctos vero, quæ iam pridem quorum nunc penè pudet, à pa-
 truele fratre sunt edita, vernacula. Extant pleræq; Thebaldei Elegiæ & varius-
 que linguæ Latinæ, & Italæ epigrammata, arguta illa quidem & mollia, quæ ad-
 huc sub lima teruntur indigne. Cum plura de Thebaldeo dicturus essem, inter-
 pellauit Iulius: Hominem, inquit, recte nouimus. & simul de se quoddam eius
 Epigramma recitauit, tum alterum, & deinde tertium. Quare succensus Ale-
 xander, Quin, inquit, ô Lili pergis de reliquis, et poetas redde qui restant. Tunc
 Cas. Morus. ego: Fuit & ciuis noster Casar Morus, quem struma nonnihil deformabat,
 cætera aspectu iucundus: sermone vel Latino, tum prosa tum versu vel verna-
 culo, gratus adeo, vt iuuenis publice, vel orando, vel prælegendo libenter
 audiretur. sed ab Alph. nostro Principe ad secreta ascitus non diutius persti-
 tit: sed immatura morte decessit. Scribit & carmina Georgius Anselmus Par-
 mensis, qui eruditionem quidem & argutarum nonnihil, sed exiccatum dicen-
 di genus & duriusculum consecrari videtur. epigrammata, odas, aliæque plera-
 que ipsius legi. Baptista quoque Pius Bononiensis versus aliquando facit, cu-
 ius etsi obscura & cæcata est oratio, ita vt plerunque inquinata loqui videatur,
 versus tamen quos edidit, & elegiarum libri alicubi aliquam præferunt Vene-
 rem. At quæ ex Apollonio Latina fecit, vt Argonautica V. Flacci persiferet, ma-
 gis ab aliquibus commendantur. aliorum hoc, non meum, sit iudicium. Cælius
 Coelius Calca-
 gninus. verò Calcagninus Ferrariensis tanta est & tam varia eruditione atque doctri-
 na, vt omnibus mihi, quos nouerim, hac parte sit anteposendus. Illi nescio quid
 tantum Romanæ censuræ ac consuetudinis deesse videtur ad eius planè iudi-
 cium perficiendum. Nam cum ubiq; eruditior, vt est, videri velit, eo nomine ta-
 xatur. Cum enim omnium disciplinarum flosculi suis inspersi locis quasi quædam
 nitentes gemmæ poemata venustant: sic passim inculcati ea quodammodo for-
 descere faciunt: Cū hæc dicerem, in me intuens Alex. dixit, Parcus ista Lili de
 benemerito, & erudito viro. Immo, inquã ego, de ipso eo libentius plura, non-
 dum enim meam de illo sententiã audistis. Is est certe Cælius qui quorsum in-
 genium tendit, illud quasi iaculum dirigit, & collimat, non in poetica tantū fa-
 cultate, sed aliis quoq; ingenuarum artium disciplinis, sese ille assidue continet
 in perennibus suis studiis, in quibus tantos processus facit, vt euolare nõ excur-
 rere quodammodo videri possit. quo fit vt nihil sit in re literaria quantumuis diffi-
 cile, quantumuis reconditum, quod intactum ipse reliquerit, atq; non aliqua lu-
 ce illustrarit. Hæc eū de Cælio dixissem, Nihil, inquit Iulius, de Cælio Rhodi-
 ginor. Cui ego, Nihil, inquã: quando eius mihi nullos adhuc versus videre con-
 tigit, etsi multifariam ille quidem eruditus, parū tamen in pangendis versibus
 versatus esse videtur. id quod vel ex miscellis, & parum plerunq; cæcis suis vo-
 luminibus facile colligi potest. extant & ipsius lucubrationes nondum in aper-
 tum prolata. Duos hic vobis & item duos, hos Cisalpinos, illos Transalpinos
 miraculi causa cōmemorare succurrit potius quàm alia re insignes, qui cæci am-
 bo & ambo fuerunt. Transalpinos prius cōmemorabo, me puero in Germania
 & Gallis celebratissimos. Alter Nicasius Macliniensis qui in primatu cum oculo-
 rum vsum amisisset, in tantam eruditionem nihilominus peruenit, vt in omni
 penè facultate tantum profecerit, vt publice in diuersis Gymnasiis literarum
 docuerit. huic demum peculiari privilegio à Pontifice est concessum vt Sacer-
 dos consecraretur, & Eucharistia panem de ritu mysticis verbis conficeret, co-
 mite tamen illi astante. Alter verò Carolus Fernandus Brugn. & ipse infans
 captus

captus oculis sic in literarum studiis profecit, vt cum Parisiis versaretur, ibi publice disciplinas professus sit, mox factus monachus cum alia scripsit, tum etiam versus quos commemorare haud est operæpretiū. Non his inferiores duo lippi Hetrusci fuere: quorum ego vtrunq; orantem audiui. alter quidem Aurelius ex Augustinianis Eremitis fuit, prius verò apud Pannonū Regem aliòsq; Principes diuersatus, mox Romæ tandem pestilentia decessit, Innocentio VIII. Pont. Max. Alterum verò & tu luli mecum non semel & prælegentem publice, & orantem audisti. Et quidem: inquit Iulius, nam & iuniorem Beroaldum memini dicere iocose quidem, vt puto, Lippum solere orationes habere venales, easque pro licitantium pretio. Cui ego, Feruntur ista quidem: hic utiq; extemporalis facultas etiam insignis, seu prosa seu versu velitis, non multos ante hos dies à Leone X. iussus cum Marone certare in medicorū Cosmiana solennitate, victus cessit. Sed Lippus hic permulta scripsit, quæ eius amici legunt, & mirifice celebrant. Supra modum verò Alexandro admirante hos cæcos poetas, ad me conuersus Iulius, Quid noster Franc. qui Mambrianum edidit, num & ille cæcus? Est, inquam: at hos, ego inquam, commemorauit, vt minus miraculo vobis sit, cum Homerum auditis & Didymum cæcos, tãta & talia scripsisse. Sed inter Lippos, & Cæcos satis versati iam in lucem procedamus. Per hæc nostra tempora fuit Pistoriensis Scipio Carteromachus, qui Græcè & Latine sciuit, nec infans fuit. interceptus ille ante diem quæ vtraque lingua inchoata promiserat haud planè perfecit, multum quidem eo moriente amissimus. Non nihil & Io. Mar. Catanæus Nouarien. in poetica facultate promouit, id quod plane eius Genua declarat, & ingens illa quidem quam diu parturit Gothifredi, & Boemontis expeditio, qua Christi sepulchrum è Barbarorū manibus assertum est. Laboriosum hic præterea opus selectorum ex bonis auctoribus ad studiosorum vtilitatem & compendium confecit. ex alia Italia parte occurrit Andreas Maro noster, Foroiuliensis, quem & Brixiani suum faciunt. hunc extemporalis facultas commendat, adeo vt superioribus his mensibus (vt modo dicebam) in Cosmiano Leonis X. conuiuio cæteros, qui multi aderant, poetas, proposita materia, quam referrent ex tempore, obmutescere quasi elingues fecerit, inter quos Lippus. Canit hic quotidie aliqua, quæ ipsi mihi longe meliora videntur, quàm quæ iuueni è manibus exciderunt, tumidiõr tamen interdū, & duriusculus. Vtinam illi fata meliora portenderent. Pamphilus etiã Saffius Mutinen. extemporalis poeta, qui vt inter loquendum celerrimè verba voluit, ita in faciendis versibus promptissimus. Variarum disciplinarum studium Saffium non ea præstare permisit, quæ primis, vt ait ipsemet, annis pollicebatur, paratus ad omnia. Illi memoria penè diuina, non in poetis modo, sed & in cæteris in omni facultate scriptoribus. Sed nē in eo verissimū illud esse videtur, quod est ab Aristotele proditum, qd qui memoria excellūt, plerunq; ingenio ac iudicio deficiunt, minus enim omnino Saffio iudicij, ac limæ. Io. Leo cognomento Poetinus, natus in montibus Mutinen. nutritus Ferraria, primum sub Bap. Guaririno, & Ripa, literis operam dedit, plurimum in poetica profecit adeo, vt, scitis, inde sibi Poetini nomē cõparauerit. Viuit in aula amplissimi Card. Esten. Hipp. multa in dies perscribit carmina, Elegias, Epigrammata, & alia. habet nunc in manus tres libros Perseidos versu heroico, certè indigni vt supprimantur: epigramma vnum de Io in vaccam mutata quod in præsentia succurrit, vobis recitabo, ex quo facile poeticum eius ingenium cognoscetis.

In somnis sibi visa parens mea fundere partu

Brutum, hominem, atque Deam: somnia vana rata est.

50 *Me parit, immutor, renouor, color, in tribus vna*

Io, vacca, Isis, brutum, homo, Diua sui.

Hic subridens, inquit Iulius, Poetini istius ego permulta teneo, quæ Ferrariae Mutinæq; passim legunt. Recte tu, inquam, luli: sed nos cæteros prosequamur.

M. Anto-

Scipio Carteromachus.

I. Mar. Catanæus.

And. Maro.

Pamphilus Saffius.

Io. Leo.

Ant. Casanoua.

M. Antonius Casanoua originem ducit ex vrbe Nouocomensi, sed Romæ natus, Romanus vocari mauult, Columnensi familiæ addictus. In omni Epigrammatum genere non minus argutarum habet quàm elegantia. leguntur multa ipsius, multa nondum in apertum lucemq; protulit. sed enim dum plerunq; acumen affectat, in elocutione minus diligens esse videtur. Ingenio mordaci adeo vt nec Pontificibus aliquando parcat. Angelus Colorius Aelius non est literatura Casanoua inferior, sed non tam multa, publicis & priuatis officiis impeditus, in lucem profert. Quin & alio dicendi genere pollet, non vulgarem linguæ vernaculæ peritiam habet, in pangendisq; eius linguæ Rhythmis, & versiculis apprime eruditus, vnus præterea mortalium omnium erga amicos non modo viuos, sed etiam vita functos officiosissimus. Est & non iniucundus senex

B. Capella.

B. Capella Romanus, qui quod etiam nunc matrem habet, iuuenum studijs delectatur, lasciuusculisque Epigrammatis interdum non sine gratia ludit. Vir probus est & eloquens, Baptista Casalius Romanus, oratione tamen soluta magis commendatus quàm poetices facultate. at ille quidem Epigrammata interdum conficit, quæ & argutula & casta sunt, nec minus quàm superiorum lectione digna. Sed nunquid Fr. Sphærum Camertem præteream? qui Elegiarum libros de amore coniugali, epigrammata & lyricos versus composuit, & quæ imperfecta ad hanc diem habet in manu, Cæsaris Borgiæ Valentini gesta, & Alexandri v. item hominis institutiones ab infantia, & matris, vt ait Lucilius

B. Lampridius

Bulga, ad ipsum vsq; post mortem statum, quod opus ille Græca voce anthropographia vel andropædia inscribit. Sed durus hic, & sui iudicij vbiq;. At Benedictus Lampridius Cremonen. non Epigrammata modo, sed Lyricos versus facit, quibus in primis Pindarum cum inuentione, tum phrasi æmulari nititur. Idem & Græca aggressus est, dignus certe vel tanto ausu, à quo nos deterret Horat. commendari. Extra Græcam & Latinam eruditionem qua multum valet Lampridius, ingenuis quoque est moribus, quibus omnibus de rebus, à me, vt scitis, amatur plurimum, ab alijsq; qui non liuore tument. Et Lazarus

Lazarus Bonamicus.

Bonamicus Bassianus Foroiulien. versus aliquando facit. ostendit ille mihi epigrammata, & elegias, vt non multas, ita castas & candidas, qualis scilicet est hominis natura & mores, sed & epistolas carmine Horatiano perscribit. Seuera illum philosophiæ studia, interiorésque literæ magis detinent, in quibus tantos processus facit, vt ante se paucos habere videatur. Petrus Valerianus, & ipse Foroiulien. qui se ipse adoptauit, at de Petro Pierium se fecit, iuuenis multa carminum volumina edidit, multa supprimit, nunc pressiore pede incedit. multam certè vbiq; eruditionem ostentat, & abdita & parum notari-matur, ita vt sacras etiam Aegyptiorum literas multis voluminibus nunc exequatur. multa hic certè edidit carmina, sed indies soluta oratione longè plura meditatur, suapte enim natura est studiosus & ad optimas quasque artes propensior, & quod multifaciendum est, candidus. Diuersæ naturæ est Pe-

Pierius Valerianus.

P. Alcyonius

trus Alcyonius Venetus, mordax, & maledicus, nec pudens magis quàm prudens, huius tamen oratio si saperet, magis Arpinatem lecythum redolet. quædam Alcyonij lambica ipse legi digna laude, tum lyricos quosdam sane castos, & eruditos: solet ille vulgo iactare sese tragediam de Christi necem in manus habere, omnibus, vt ipse dicere solitus est, seruat is numeris: id licet ego minus credam, nonnullos tamen, vt id illi crederent, effecit. Hac cum dixissem, & mecum nescio quid eorum cogitarem, quæ mihi de Alcyonio adhuc dicenda videbantur, Mitte, inquit Iulius, de hoc nebulone plura, qui bellum hostis omnibus indicxit, flagris & fuste coercendus, & si quos Comicos aut Tragicos nostrorum temporum habes nobis hoc loco, si placet, expedias, nihil enim es adhuc de ijs nobiscum locutus. Tunc ego, Istam, inquam, scenæ partem non satis vt mihi quidem videtur, nostra ætas honeste attigit, quin auorū & maiorum nostrorū temporibus ea penitus desita, nec agitari solita, nisi Dux noster Herc. Esten. primus

eas in

- eas in publicam ciuium nostrorum lætitiã hilaritatẽq; post belli & pestilen-
 tiã calamitates reuocasset. tum ab eo in reliqua fere Italia agi cœpta & quidem
 Romæ antea, sed non apparatus, donec altero vel tertio ab hinc anno cum lu-
 lianum Medicem Leonis X. fratrem S. P. Q. R. publico epulo, & Romanis lu-
 dis in Capitolio excepisset, & patritia Quiritum nobilitate donasset. Qui ve-
 rò Latine ad hanc diem fabulas vel Tragicas, vel Comicas docuerit, succurrit
 nullus, nisi fortassis Io. Harmodius Marsum afferamus, qui vnã quod sciam *Io. Harmo-*
 Stephanium edidit, quæ passim legitur, antiquam hic aliquam socci imaginem *dus.*
 nostris hominibus attulit. B. Iambertus Venetus Dolotechnen alteram do- *B. Iambertus.*
 10 cuit, non iniucundam illam quidem, sed multa demissius dicta & sine arte in eo
 offendi. Gregorium quidam Coratium Venetum laudant, quod, aiunt, Pro- *Gr. Coratius*
 gnen nobilem tragediam docuerit, ego eam nec legi, nec vidi, eius commenda-
 tionem penes laudatores mitto. Audiui & alios idem tentasse potius quàm ab-
 soluisse. Sedenim vernaculo sermone id plerique opus aggressi, paucimca sen-
 tentia assecuti sunt. Vnus omnes quãtum ego quidem sentio, Ludouicus Ario- *Ludouicus*
 stus noster longe post se reliquit, quam enim Comœdiam Bernardus Bibienas *Ariostus.*
 qui in ordinem amplissimum Card. à Leone, primo suo statim pontificatu ascen-
 tus, dedit, etsi iocis & facetiis scætet, ars deficit: hic idem Ludouicus Ariostus &
 Latine carmine aliquando ludit, eiusq; nonnulla me legere memini, quæ inge-
 20 niosa, sed duriuscula visa sunt: Sed nunc totum ille se vernaculis tradidit, atque
 inter cetera furentem Orlandum dare curat in publicum. Satyras quoque sub
 incude habet, quarum ego vnã vel alteram legi, seruntur illius Epigramma-
 ta, & Cantiones. Habet & Io. Georgius Triflinus Vicetinus Sophonibam *Io. Georg.*
 tragediam in manus, cuius quosdam actus nonnunquam ille recitat, si verò in- *Triflinus.*
 tegra talis erit, licet vernacula ipsa, Latinorum tamen non indigna lectione, est
 enim Georgius ipse & Græcè, & Latine bene doctus, at nunc ferè in vernaculis
 conquiescit, quo linguæ genere quædam ipsius carmina à plerisq; passim legun-
 tur. Verù de vernaculis iam satis, neq; enim mens est hos colligere, quippe cum
 30 boni omnes Latine sciunt, vt Bembus, Sanazarius, Thebaldeus, alij penè innu-
 merabiles. At nudî quidam, & inermes hanc poeticæ partem aggressi tonsores,
 sellularisq; indigni qui cum his connumerentur, mittamus istos Maro Equico-
 lo vt in suo de amore quem se scribere profiteretur, libro enumeret. Atque ideo
 ego ad Latinos. Offendit mihi Io. Mutius Arellius adolescens Mantuanus *Io. Mutius*
 hyinum, quem per hos dies in D. Ioannem Baptistam cecinit, et suas quasdam *Arellius.*
 elegias, & Epigrammata, & quem habet in manu Mutium, quæ de illo mirabi-
 lem apud doctos spem concitant. Huic Leo Pont. oppidi regimẽ concessit,
 sed cum intemperantius se cum oppidanis forte gereret, ab ipsis, his diebus oc-
 cusus est. Vidimus & Ant. Thilesij Cosentini carmina, etsi pressa illa quidem,
 erudita tamen, nec sine cultu, duriuscula certe, & laboriosa. Contra Hierony-
 40 mi Nucaroli equitis Vicetini laxa & lubrica, numerisque fluentibus. hic Cæsa- *Hier. Nucar-*
 ris Germ. partes secutus Venetum iugum auersatus exulat, cetera vir bonus & *rius.*
 comis. Paulus Cerratus ex Alba Pompeia non ignobilis est cum genere, tum *Paulus Cor-*
 carminis & legum peritia, quod sciam. adhuc in manus habet de Virginitate *ratius.*
 tres libellos versu heroico, in quibus mira facilitas, & sonora carminis structu-
 ra: & si non eadem semper numerorum æqualitas, sed pro re interdum varia-
 ta esset, nescio cui nostrorum temporum poetæ cedere possit. huic quidem
 præter eruditionem, & carminis facilitatem, morum ac vitæ integritas non pa-
 rum ornamenti affert. Camillus Portius Romanus, grandis quidem & magni-
 ficus pedestri tamen orationi, & cõcionibus magis aptus quàm versibus. Euan-
 50 gelicam vero Magdalenum & ipsum Romanum, Musis magis idoneum
 quàm Camillum video, ni illum potius Vxor liberis quàm libris operam dare
 iuberet. maiorem hic mihi spiritum quàm elocutionis studium habere videtur.
 à teneris ipsum valitudo & negotia domestica ea quæ potuisset præstare nõ si-
 uerunt.

uerunt. Est & Blossius Palladius in pangendis carminibus mira facilitate & argutia non sine lepore candidus poeta, sed & soluta oratione neque infans, neque inelegans, ut eius in utroque genere scripta declarant. At Franc. Mar. Molciam Mutinen. & M. Antonium Flaminium adolescentes adeo bonarum literarum studio inflammatos video, ut assidue ambo vel libros euoluant, vel aliquid ipsi componant. de utroque magna concipere possumus, nec solum hi humanitatis flosculos legunt, sed ulterius studia sua proferunt. Franc. enim post vernacula, in quibus suae iam eruditionis certa documenta dedit, Latina Graecis & Hebraeis coniungit, & licet nimio plus mulierum amoribus insanire videatur, inter rarissima tamen ingenia connumerandus. Flaminius vero sapientiae studia cum utraque lingua coniungit, & nisi acrius eum stomachi morbus urgeret, paucos ei conferre possemus. Sed ita comparatum est ut praecleara ingenia sepe semper aliquid infestet, & inturbet. Quemadmodum itidem audio Longolium iuuenem Machliniensem inter Barbaros natum, & altum, ita bonas literas amplecti, ut nisi aduersa valitudo obster breui sit Latinae linguae non parum allaturus ornamentum. dedit hic utique magnum ingenij specimen cum Romana Vrbe donatus actiones duas edidit in Melinum Celsum Romanum adolescentem, qui Longolium ipsum perduellionis reum superioribus diebus egerat, eique tanta elegantia & contentione diem dixerat, ut tam venustam heminis Romani actionem veritus Longolius clam Vrbe cesserit, in quam tamen Melini orationem fama est, multos, quod quisque potuisset, contulisse. Sed pro dolor, hunc adolescentem, qui omnium animos paulo ante in sui admirationem traxerat, inuidia & praepropera mors abstulit, quae adeo acerba, ut scitis, fuit bonis omnibus, ut cum Leone X. P. O. M. poetas Urbis omnes ad lachrymas compulerit. Celsi Melini frater Petrus uiuit, qui si non in ceteris quantus frater est, at in poetica non inferior. Miram quoque praese fert Romanae eloquentiae, & grauitatis indolem Bapt. Sanga, cuius poemata, quae leguntur, ut scitis, & laudantur, & digna ut cum bonis conferantur, ingenium huic ut modestum. ita & ad alia idoneum. Sed & hunc sua agunt fata, nec de eo ideo uobis plura, quando utriusque uestrum & notissimus, & charissimus. Est & Io. Vitalis Panhormitanus Vrbe Romana donatus adolescens, qui si, ut nunc facit, continue hanc incudem contuderit, multum in poetica facultate profecerit: nam cum ingeniosa, tum difficilia magna cum facilitate exprimit, ut de Sanctiss. Trinitate hymnos & quos habet in manus in nuntios & ministros Dei, quos Graeca uoce Christiani & γυδους uocamus. Petrus Curtius & ipse ex Marsis Vrbe Rom. donatus, quaedam indies audacter magis quam parate molitur, vix sperandum est eum aetate, & bonorum amicorum consuetudine maturitatem consecuturum. Est etiam Vrbe donatus & ciuis factus Romanus Franc. Centelles Siculus, qui utramque Latinae facultatis uiam animosus aggreditur, & iam nonnulla protulit, quae etsi nondum eum peruenisse quod contendit, ostendunt, multum tamen in alienis illum uestigis insistendo posse consequi plane declarant. sed de Urbanis iam satis: ad externos me conuerto. Bened. Portus, & Bapt. Fera, & Bened. Theriaca Mantuani omnes in sua quisque facultate commendatione digni, neque enim cessant aliquid quotidie immortalitate dignum cedere: Theriaca quidem aliquot mihi libros ostendit ad Picum elego carmine compositos, in quibus Astronomicam facultatem exequitur. Fera uero pluraque edidit dura, nec compta nimis, nec sine aliqua liuoris nota: ingenio tamen, nec arte penitus destitutus, omnibus huius feræ catuli parum tractabiles. At Portus in hac facultate doctior, & longe limatius dicendi genus secutus sua suppressit, nec e portu in altum exire permittit. Fuit & Franc. Grapaldus Parmensis Jul. 11. Pontificis tempore poeta, a quo est etiam Laurea insignitus, qui praeter librum quem de Partibus aedium soluto sermone edidit, carmina etiam multa perscripsit, quae mihi non satis probantur. Lucas Valentinus Dertonensis est quidem medicus, sed &

ed & tolerabilis est poeta. hic inter reliqua de compage & vtilitate membrorū carmina scripsit, atq; in tam sterili & difficili materia non admodum inquinatē pedem extulit. Eiusdem est facultatis Hieronymus Fracastorius Veronensis, qui de morbo Gallico, vt vulgò dicimus, ipse à barbara voce Siphyllida vocat, libellos tres, ad Petrum Bembum habet in manus, in quibus cum antiquos con-
 10 sectatur poetas, tum præcipuè Pontanum, quem celebrat, æmulatur, egregius certe in confingendis fabulis, apta illi carminis structura, in ea tamen quædam prælicenter dicta, quæ nostri instituti non sunt, vt colligā. leguntur & alia plura eiusdem Fracastorij quæ à doctis probantur. Sed alia incedit via Bernard. Do-
 20 natus, & ipse eodem municipio natus, verū parum mihi eius versus innotue-
 re: non nulla soluta oratione legi quæ lucernam redolent, sed non planè Ar-
 pinatem. transtulit & hic de Græcis alia quædam. Pomponius Gauricus Nea-
 politanus cum varia eruditione libellos edidit, tum carmine multa perscripsit,
 eclogas scilicet, elegias & epigrammata, quæ etsi lasciuiuscula ac molliuscula
 videntur, non sine genio tamen aliquo, & Venere censentur. Vidimus & E-
 30 gnatiij Veneti versus refertos illos quidem aliqua fruge, sed eruditus hic mihi
 potius quàm vel poeta bonus, vel bonus orator. Fuit & huic ferè æqualis P.
 Decanalis, elegantis & parati ingenij, sed iuuenis cecidit. Sūt alij Venetijs, nec
 alibi fortè plures indigenæ, sed ij mihi non diutius in ea Vrbe versato parum co-
 40 gniti, sicuti & Mediolani Stephanus Dulcinus, Lanterius, Lancinus Curtius,
 Corniger. Sed de Lancino Curtio placet vobis quædam, quæ dum Mediolani
 essem audiui, referre. natus est enim satis nobili loco & planè eruditus. Merulā
 enim sectatus Græcam & Latinam linguam edidicit, per omnesq; ferè discipli-
 nas euagatus multa scire videri volebat. Sed in poetica maxime excellere se pu-
 tabat. Edidit sylvas, quæ agræstes, & luxuriantes à doctis putantur, si non & va-
 riarum ferarum monstrosarum iustra contineant. Eius autem epigrammata du-
 ra & incondita existimata, quæ dum sale multo vellet inspergere, à delicatis
 ingenijs gustari non possunt. Anguineos etiam quos vocant versus, ab an-
 50 guium flexibus, & reflexibus nuncupatos, miris modis, & numeris affixit,
 imitatus vt videtur Rhabanum, cuius imaginem inter Christianos poe-
 tas recensuimus, hi enim ambo recto, & conuerso quoq; ordine quadrati Epi-
 grammatis introrsus exempta verba aliud carmen efficiunt, quod priori sen-
 tentiæ per costas & diametros ex obliqua serie mirabiliter arridere videt. Hæc
 verò vobis ideo commemoro vt vos videatis quam præpost ere ingenio quidā
 vtantur, qui cum semina inter frugiferas & cultas terras spargere possint. ea vel
 inter vepres ac dumos, vel inter saxera spargere malunt. Sed de ijs satis. Et qui-
 dem, ait Alex. satis. Iulius verò ridens, Cur non & leoninos versus, & Vrsinos
 quos vocant nobis hoc loco commemoras? Quin tu, inquam, Iuli potius ali-
 quos recitas, qui tãto studio soles sepulchra istis versib. inscripta legere? Quo-
 rum cum multa iam recitare inciperet, Alex. ait, Non vacat hic nugis bonas ho-
 60 ras conterere. simulque ad me conuersus, Sequere, inquit, ô Lili de poetis.
 Tunc ego, Sunt & alij in aliquo poetarum numero, Franc. Modestus Ariminē,
 qui Venetiados libros, aliâq; edidit, & Bartholomæus Crotus Regien. in alte-
 ro maius studium, in altero plus argutiarū, in vtroq; facilitas. Scribit & poema-
 ta Tranquillus Molossus Cremonensis, cui etsi nondum plane aperta est via vt
 ex eius versibus collegi, pleno tamen gradu ad illam contendit, ni inter eun-
 dum forte rupes aliqua scrupea eum remoretur, nec eò contendere sinat, quò
 illi cursus fuerat. Fuit & per hæc tempora Io. Bapt. Corbanus Cremonen. cuius
 poemata extant: de quibus quid sentiam non habeo quid dicam: si ad vestras
 manus peruenerint, vos quàm ego melius censebitis. Antonius Marius Visdo-
 70 min⁹ Ligur, qui domi tibi Alex. & fratribus doctor ante Posthumū fuit, carmi-
 na multa & antea scripsit, & indies scribere non cessat, humili stilo vtitur, & ple-
 runq; serpit: Idem & commentaria in Tragicum Senecam habet in manibus,

Hieronymus
FracastoriusBer. Dona-
tus.Pomp. Gau-
ricus.

Egnatius.

P. Decana-
lis.Lancinus
Curtius.Fr. Mode-
stus.Barthol.
Crotus.

F. Molossus.

I. Bapt. Cor-
banus.Ant. Marius
Visdominus

Actioli pater & filius.

Gazoldus. Archipoeta.

multa fruge referta. Sunt & Ferrariæ Nicolaus Panicatus, cuius paulo ante meminimus, & Petrus Ant. pater & Iacobus filius Actioli, alibi que tota Italia plures, probe vestrum utriusque noti. Verum ne me ambitiosum putetis, quod nimis multos collegerim, nam & alij sunt penè innumerabiles, quorum ut dixi versus ad meam notitiam non peruenerunt. Tunc excepit Iulius, Nunquid eos mittis, qui Leoni nunc assistunt, Io. Gazoldum, & Camillum Quernum Archipoetam? Cui ego, Si huiusmodi Iurcones verius quam poclas vobis asferrem, ingratum potius quam gratum arbitrarem me facturum. An nescitis Gazoldum sæpius ob ineptos versus, & claudicantes male mulctatum à Leone flagris, & fabulam omnibus factum? Archipoeta vero immensam ingurgitantem pocula à Ganeone Alex. auribus & penè naribus deformatum? Vnde nunc parcius Pontificis mensam adit, de hoc memini Pontificem Leone ipsum, qui & ipse inter poetas annumerari potest, cecinisse,

Archipoeta facit versus pro mille poetis,


Et pro mille alij Archipoeta bibit.

Sed videte quo fato quæque ætas suos habuit inconditos, & malos poetas. Illa Suffenos, Aquinos, Cassios, alia Meuios, Bauios, altera Archithrenios, Alanos, Anticlaudianos, huiusmodi: quorum adeo similes plurimi sunt non modo Gazoldus, & Archipoeta. Cum quibus & Hieronymus Britonius posset ascribi, de quo notissimum illud Iambicum Baptist. Sangæ extat, & legitur,

Prætor grauis casus mittitur Britonius.

& quæ sequuntur. Sed horum interdum devorandæ sunt stultitiæ, ut Pontanum facere solitum accepimus. Sed iam fortasse plusquam etiam putaratis locuti sumus, nisi & vos fortè inter poetas locari velitis: Quidni Iulium, ait Alex. ego enim pridem arma (ut scis) meditor, in iisque exerceri volo, nec Musas colo, nisi quatenus Martem accendere cantu solitæ sunt, vel arma illustrent, saxum hoc diu voluo. Iustus sanè ut tu Lili à principio dixisti, ad quæcunque animum intendit, ad ea paratus & natus esse videtur. Ego, inquit Iulius, hoc non requiro, Pisonem tamen nostrum cum istis, quos modo connumerasti, dignum existimo, ut iure reponatur, nam & illum conferendum cum istorum multis censeo. Estote super his contenti quæso, plura alij alias & nos fortasse & commodius. Hæc cum dixissemus, & simul his dictis sermoni finem fecimus, & Alex. ad Blancam Matrem, vnâque ego. Iul. ad B. Bibiennatem Cardinalem amplissimum perrexit.

DE POETIS NOSTRORVM TEM-
PORVM DIALOGVS PO-
STERIOR.

10

 VM igit̃ à puero totus Dialogus perlectus fuisset, ego ad ami-
 cos conuersus, iam reliquos huius seculi & nostrorum tempo-
 rum poetas tempus est vt recenseamus, atq; eo ordine, vt cuiq;
 suæ partes deferantur. Tibi enim Antimache, & Porto de Gre-
 cis agendum, de Hispanis & Britānis Didacus loquetur: And-
 verò Grūtherus de Germanis, ac Gallis: postremo mecum Ric-
 cius de Latinis, ac vtriusque Hetruscis agemus, si ita vobis videtur. Omnibus
 autem annuentibus: Antimache, inquam, iam tu munus, & partes tuas obi. atq;
 hic quidem sic Antimachus. Exordiar aliquanto altius ab ijs, qui non minus in
 poetica florere, quàm in cæteris disciplinis, & bonis artibus, imprimisq; phi-
 losophia, incipiamque à Gemisto, & Chrysolora viris, vt scitis, seculorum me-
 moria dignissimis. simulque omnes attente Antimachum auditori conticui-
 mus. Tum ille, Fuit verò Gemistus qui & Plethon dictus, Byzantius, qui habi-
 tus est imprimis philosophus & quidem excellentiss. quod cum ex ipsius mul-
20
 tiplicibus & varijs operibus, quæ apud Græcos legunt, tum ex testimonio Bes-
 sariōnis Card. ampliss. & monumentis videri potest. versatus est in Italia eo tem-
 pore, quo Concilium sub Eugenio Florentiæ celebratum est, in quo & Bessa-
 rion ipse, & Gaza, & alij pleriq; hic quidem Plethon, & aliquando versibus lu-
 sit, dignis illis quidem tanto philosopho, sed paucis admodum. Huius tanti vi-
 ri, cum historias in latinum sermonem ex Græco ipse conuerterem, de eo in præ-
 fatione sic dixi: Illum dico Gemistum, quem nō solum Græcia, sed vniuersus fe-
 re terrarum orbis ob variam atq; multiplicem diuinarum humanarumq; rerum
 scientiam admiratus, eò quòd Platoni philosophorum principi, atq; Aristoteli
 Græcorum & Latinorum omnium cōsensu proximè accederet. & de Plethone
30
 seu Gemisto satis. At verò Emanuel, quem quidam potius Manuelem, secundū
 Hebraismum vocitant, Chrysoloras cognominatus, Byzantius natione, ab Im-
 peratore Constantinopolitano Io. Palæologo, legatus missus ad Principes Eu-
 ropæ vt eos inflammaret ad bellū suscipiendū cōtra Turcas, toti Græciæ & Eu-
 ropæ excidium minantes, qua legatione functus in Italia substitit, in eamque
 Græcas literas inuexit, vt ab eo doctissimi plerique in ea euaserint. Versatus est
 hic Venetijs, Florentiæ, Romæ, & Ticini, decessit in Germania Constantiæ,
 cum ibi vniuersale Concilium Christianorum celebraretur, ibidemq; sepultus
 epitaphio condito ab eius discipulo Pogio Florentino, vt fert̃. extant eius grā-
 maticæ institutiones vtilis quidem, & pauca alia: eius carmina nulla me legis-
40
 se memini, sicuti nec Demetrii Calcondyli viri profectō in interpretandis au-
 ctoribus celeberrimi: cuius & grammaticæ liber extat, eiusque non nullæ epi-
 stolæ. Fuere & Bessarion, & Theodorus Gaza, viri inter græcos excellentissi-
 mi: hic ex Thessalonica vrbe Macedonia fuit, quo vestra hæc Lili ciuitas Ferrar-
 iæ gloriari potest, quòd instaurato in ea literarum Gymnasio primus studij præ-
 fectus, Moderator, qui vulgo rector dicitur, hic creatus fuerit, vbi & pu-
 blice Græcas literas professus nonnullas Demosthenis orationes interpreta-
 tus est, ex quib. ego ab eius viua voce collectanea legi. sed de Gaza quæso au-
 dite quæ Lud. Carbo in quadam de Artibus liberalibus oratione ad Leonellum
 Estensem Ferrariæ Principem scribit, in qua inter cæteras Gazæ præceptoris
50
 laudes & hoc ait: Dicam equidem quanto dignus Theodorus honore quem
 plusquam dimidium animæ meæ semper diligam, cuius versiculos quos de Mu-
 lis tuis elegantiss. edidit, in sacrario illo pulcherrimo incidi iubeas, etiam atq; e-
 tiam rogo & obsecro. Quid enim grauius Callimachus: Quid suauius Proper-

Gemistus
Plethon.

Em. Chryso-
locas.

Calcondylus

Th. Gaza.

Bessarion.

tius: quid pulchrius Tibullus dicere vnquam potuisset: nam & nomen, & officium Musarum concinne exprimunt, & earum laudem ad picturam alludentes breuius concinunt: nobile hominis ingenium tantum philosophum in huiusmodi delicijs præstare. Sed de Gaza hæc satis sunt, nam sua de eo plura scripta loquuntur. ille hoc. Est Bessarion Nicenus & Byzantij Patriarcha, qui vna cum Theodoro non minus Græca, quam Latina lingua insignis fuit, quorum licet peculiaria poemata mihi legere non contigerit, in eorum tamen libris pleraque inueni carmina, vel ab eis composita, vel ex alijs conuersa. Liber hoc loco vobis Bessarionis historiam valde notabilem narrare: Nam cum posset summus Pont. creari, & iam id tota vrbs Roma futurum vulgo iactaret, ad eum accessit Latinus Ursinus inter Card. amplissimus, rogans eum vt sibi veller & Ursinæ familiæ neicio quæ priuilegia scripto confirmare, quod si faceret, ei sua & suorum amicorum Card. suffragia, quæ vulgo vota vocantur, daret. Ille vt erat homo sanctiss. & integerr. seuerè admodum, & quasi iam Pont. teneret, respondit, si ea ipsa priuilegia Maiestatem pontificiam, & honorem Sanctæ Sedis continerent, omnia facturum: indignatus Latinus adiit Card. D. Xysti, qui eo biennio eius familiaris priuatus à Bessarione fuerat Minoritarum Franciscanorum magister generalis creatus, & ab eodè minor Pontifex factus, & demum sua auctoritate ad amplissimum ordinem Cardinalatus assumptus, ab eoque petijt, quæ supra dicta sunt, si suo chirographo confirmare placuisset, omnia sua suffragia se daturum. ille non diu cunctatus, subscripsit, iurèque iurando se omnia facturum & maiora pollicitus est, nil veritus Patroni amplissimi reuerentiam, qui eum ad tantum dignitatis gradum euexerat: adeo verum est quod à maximo poetarum de Lyguribus cantatum est. alij verò hanc historiam in Nic. Perotum referunt, qui cum à cubiculo Bessarionis esset, Card. Bessarionem alloqui volentes de illi tradendo Pontificatu intromittere noluerit, asserens Bessarionem studijs occupatum. illi indignati Xystū adiuere, eique Pontificatus honorem detulerunt, quod cum Bessarion audiuisset, Peroto dixisse ferunt, Tu mihi Perote Tiaram, & tibi galcerum purpureum hodie hac tua diligentia eripuisti, mox Xystus Pont. factus, Bessarionem sub specie honestæ legationis in Galliam misit, vnde rediēs Rhauenannæ decessit. Fuit & Io. Moschus præceptor meus Lacedæmonius, vir sane in omni & virtutum, & scientiarum genere, non solum meo iudicio, sed totius Græciæ excellentiss. sub cuius disciplina quinquennium moratus sum, cuius studium in me tam singulare extitit, vt non præceptorem sed parentem nactus viderer. hunc ergo ob singularè eius doctrinam, & politum dicendi genus cum soluta oratione scribendi tum in pangendis carminibus, cum Thessalonicenses ad ciuitatem illam amplissimam atq; opulentissimam erudiendam publica pecunia conduxissent, dum itineri maturando sese accingeret, & ego quoq; eum sequi statuissem, quo multa adhuc ediscerem. ac celebratiss. bibliothecas illas, quæ in Atho monte sunt, aliquando cōspicerem, acutiss. morbo correptus quinto quo agrotare ceperat die maximo omnium mœrore decessit: reliquit hic liberos duos, qui paterna vestigia sectati literis operam nauarūt, Georgium & Demetrium, quem tu Lili probe nouisti: nā & Ferrariæ cum Rhagonis, & Mirandulæ cum Picis aliquandiu a nobis conuixistis, sed Georgius Corcyræ substitit, medicinæ & oratoriæ artis professor, Composuit autem Demetrius carmina plurima, epigrammata, elegias: Comœdias non in publicum, sed amicis duntaxat intimis exhibuit, heroicum vero carmen aggressus de Helena, palam omnibus excusum typis legendum tradidit. in quo mira est facilitas. composuit & orationes quasdam, sed & Cōmentariolum in Orphei de Lapidibus opusculum in gratiam Io. Franc. Pici. hic primum Venetijs, mox Ferrariæ & Mantuæ diuersatus est, quibus in locis multos habuit discipulos, sed iam de Moschis satis à me dictum. Nunc Laschares duos commemorabo, quorū alter Janus Laschares Rhindacenus fuit, alter Constan-

*Io. Moschus**Demetrius Moschus.*

- rus Byzantius: sed Ianum vidimus, & audiuius sæpe loquentē multis de rebus docte & argute. hic primum versatus est Florentiæ, quo vsus est Laurētius Medicus in construenda illa nobili & copiosa sua bibliotheca, cuius etiam causa eum per vniuersam Græciā, & Asiam, insulasq; misit ad conquirendos quosq; optimos codices, quos pecuniā redemptos habere posset: post eiectis Fiorētia Medicis, aliquandiu vagatus, verum creato Pont. Leone X. Romam accitus honeste apud Pont. diuersatus est, adolescentēque ingenuos ex vniuersa pene Græcia Romam aduehi curauit, qui honeste alerentur, & instituerentur tum Græce, tum Latine à doctiss. Præceptorib⁹: demum post Leonis interitum à Franc. Gallorum Rege ad bibliothecā regiam, & Gymnasiū constituendum vocatus, cum perfecisset, legatus missus in Italiam ab eodem Rege, Venetijs diutius commoratus est, postremo Clemente septimo vita functo, cum Paulus. III. ei suffectus fuisset, multis pollicitationibus vocatus non multò post vita functus est ex podagra, & articulari morbo, relicto filio Angelo hærede. Ianus ergo, ut scitis, cum Græce, & Latine doctus esset, reliquit epigrammata permulta in vtraque lingua, quorum pars minima Basileæ est excusa cum libello excerpto ex Polybii historijs de militia Romanorū, atq; imprimis de Castrorum metatione, quæ ipse ex græco in latinum sermonem conuerterat. edidit & Florentiæ primus græcorum epigrammatum volumen literis antiquis excusum vnà cum sua epistola eruditissima ad Petrum Medicen Laurentij filium. Hic ergo Laschares nō solūm græce & latine doctus, sed & Regū, ac Principū agendis tractandisq; negotijs fuit idoneus, & nisi Verg. epigrammate proscidisset, ut artis ignarū (quo nomine à multis fuit exhibitus, quod tu Lili probe scire potes, qui tum Romæ agebas, & ideo in eum versus & græce & latine à plerisque compositi fuere) hic cum alio quocunq; græce nationis poeta, fuisset conferendus: huius alumnus discipulus fuit noster Hermodorus Zacynthius, qui aulas pertegus his diebus in patriam reuersus est, & an, ut est pollicitus, rediturus sit ignoro, qui & ipse vtraque linguam belle profitetur. Fuerat & eodem penè Iani tempore Constantinus Laschares, eo senior, Byzantius, cuius licet carmina non legantur, dignus est tamen ut in hoc loco eius meminerimus, nam & eius leguntur Institutiones grammaticæ perutiles græce scire volentibus. Sed & Bembus noster cū eius in Sicilia Messenæ discipulus fuisset, plerunq; asserere solebat Constantinum non modo soluta oratione, verum & carmine plurimum valuisse, idq; veri simile videtur, cum facilius carmina græce scribantur quam latine. Quæ cum dicendo senex Antimachus fessus esse videretur, paulūmq; sustitisset, ego ad Portum inquam, Cur non de tuis græcis dicens, opem fers Antimacho? at ille inquit: ego ut tu & cæteri qui adestis, suauitate sermonis eius demulcebar, sed de nostris pauci admodum supersunt, qui in hoc poetarum catalogo recensendi sint, videtis enim iam nostros in Italiam ad nostras capessendas literas deuenire. ne non tamen aliquid dicam hos paucos commemorabo, atque in primis
- 4^o Georgium Cretensem, qui se Trapezuntium vocari maluit, veritus, ut puto, veteris poetæ Epimenidis nostri versiculū, quem & æmulatus est poeta Callimachus. docti pleriq; Georgium mecum fatentur versus composuisse, quod vel palam cognoscere potestis ex ijs quæ de Orpheo, Musæo, Lino, & alijs plurib⁹ Græcis Poetis in latinum conuertit apud Eusebium Pamphili, & licet eum librum ad Græci exemplaris fidem non totum expresserit, ut ex Græco codice facile videre potestis, carminibus certe valuit. nō vobis nunc recenseo, quot, & quanta volumina vel ipse composuerit vel ex Græcis Latine consuetudini tradiderit, & nisi in D. Platonem omnes maledicentiæ habenas relaxasset, poterat cum cæteris sui ordinis reponi. hinc data fuit ansa Bessarioni pro Platone eum confutandi, & ei parē gratiam referendi. valde senex Romæ decessit. Iure & merito cum his connumerāndus est M. Musurus & ipse Cretensis, qui Venetijs publice Græcos auctores prælegit, summa cum auditorū frequentia, qua in re di-

uinam propè eruditionem ostentabat, Græcis Latina, Latinis Græca aptè componens, vnde perquam multi in præclaros vtriusq; linguæ viros euasere. scripsit Epigrammata multa, quorum aliqua sunt edita. legitur & libellus, seu Encomion in Platonem græco elego carmine doctissime concinnatum. à Leone X. Pont. Max. procurante Alberto Pio Carporum Principe & Laschare, Romam accitus, Archiepiscopus Epidaurius creatus est. infirma valetudine correptus, propediem finem vitæ suscepit, & licet indigni quidam tanto collega eum decessisse prodiderint, quòd iniquius tulisse videretur Cardinales multos ante se creatos: nil habentes aliud, quo hominem doctiss. ac modestiss. calumniarentur. sed infames illi sunt, qui de eo ista distulerunt, quando ille vbicunq; versatus est, bene de se audierit ab omnibus, totq; ille post se reliquit discipulos insignes in omni literarum & morum disciplina, qui eos mentiri verbo & exemplo arguunt. Fuit & inter nostros Græcos, poetices non ignarus habitus Arsenius Monembasiæ Episcopus, qui & Venetijs, & Romæ versatus sub Leone X. Pont. Max. cui & Græcum obtulit libellum à se concinnatum ex diuersis autoribus, tū profa, tum carmine. Fuit & Georgius Balsamo, & ipse Græcus, qui diutius inter familiares ampliss. Card. Saluiati vsque ad interitum vixit, cuius & carmina, & soluta oratione quedam legi possunt. Viuit adhuc Ant. Eparchus Corcyren. inter Græciæ eruditos connumeratus, qui Venetijs græcas literas aliquandiu professus, demum Corcyram regressus ad suos, in literis consenescit, tibi amicus Antimache (vt ex eo mihi sepe significatum est.) Est & hodie qui fuit discipulus Lascharis Matthæus Auarius Corcyrien. vir bene literatus, & eruditus, cuius rei gratia amplissimus Card. Rhodolphus eum inter chariss. familiares domi habet, & cum eo simul Constantinum Græcum. Est & Nic. Nesiota Chijs qui his diebus in Italia versatur ad capessendas cum nostris Latinas literas, & philosophiam, qui vtinam se pium magis ac religiosum, quam facit, omnibus ostendat. Est & apud nostros Creten. nobiliss. Calloergorum familia, ex qua & alij florere viri præcellentes, & nunc maxime illustris Antonius, qui cum omni nobilitatis virtute floret, ideoq; imprimis gratus S. R. Q. P. Venetæ. Fuit & inter hos Zacharias Calloergus, qui tum Venetijs, tum Romæ versatus est, vbi & publicauit typis Græcis excusos Pindarū cum cōmentarijs, & Theocritū, aliq; nonnulla. Viuit mecū Io. Casimatus sororis meæ filius, qui recto gressu pergit ad bonarū artium capescendā semitam, in eaq; ita insistit, vt spem non longo pōst tēpore portum arrepturū, modò ne aliqua iuuentutis procella aut turbo aliò nauigiū deflectat. Sed hoc cū iam tantū processerit, minus verendum est, vidistis puo omnes eius non claudicāres versus, atq; tu imprimis Lili. Et vidi, inquā ego, & legi heroicos, & eclogas. sed & ad me multa cum mea laude, hendecasyllabos quoq; græcanicā argutiam redolētes misit. Hic Portus, Est & Albericus Salentinus in Italiæ magna Græcia natus, quē inter nostros ideo cōmemoro: hic non cōtentus vestrarib. literis, in Græciam enauigauit, vt eas in natiuo cœlo perdisceret, quarū probè institutus redijt in Italiam. nunc, vt philosophiā & medicinā Græcè & Latinè percalleat, Ferrariæ versat, & vt mihi quidem videt, quòd optat allequet. & licet, vt priore Dialogo ô Lili à te dictum est, Scriptores quidam, & ij quidem Coryphej de viuentibus meminisse noluerint, credo vt inuidiā euitarent, nos tamen in hoc nostro sermone ad augendam eorum studiosam voluntatem vt ad studia animosius ferantur, nos de eis meminisse & quidē honeste, ac magnifice non recusabimus, & vos itidē facturos auguror. Sunt & in tota Græcia & eius insulis ingenia ad virtutes & disciplinas nostras antiquas excolendas idonea, quæ si non acerbissimi Tyranni iugo, ac dominatu premerentur, etiam nunc cultum alijs exhiberent, non acciperent. Sed heu infelix Græcia, mater olim & alumna ingeniorum, optimarumque omnium artium, nunc desolata iaces, & nisi R. P. Venera Cretam nostram, & Cyprum, & Corcyram, & nescio quæ pauca alia oppida cum sua libertate assereret ac

reret ac tueretur, de tota iam Græcia penitus actum esset. Verum cum Portus querendo plura dicturus esset, Finem, inquam ego, ô Porte querendi facito, frustra enim quod ab alijs sæpe factum est & quidem ornatissime, surdis nostrorum Principum auribus ista personant, nec nos convenimus ut temporum incommoda depleamus, sed ut nostræ ætatis poetas comminisceremur. Quare cum tu & Antimachus quantum meministis de Græcis multa exposueritis, quæ Didaco Pyrrho partes demãdata sunt, agendas suscipiat. quod cum ille non inuitus se facturum pollicitus esset, non diu cunctatus ita fari cœpit:

- 10 Hermicus Caiadus noster poeta Lusitanus fuit Vlyssponensis, in epigrãmatibus felix, in oratione soluta facilis, ac promptus, ut ait Erasmus in Ciceroniano. Quæ cum de Hermico dixisset Didacus, Videris mihi, inquam, Pyrrhe parum de facie, quod dicitur, & corporis filo Hermicum novisse, quia tam pauca de eotu, & Erasmus dicatis. Fuit enim Hermicus Caiadus poeta vester, qui in Lusitania Hericus vocabatur, obesus corpore, sermone festivus, in Italia, Florentiæ, & Bononiæ versatus, Politiani & Beroaldi tempore, quorû & disciplina, & familiaritate usus. Fuit & hic Ferrariæ, ubi cõsuetudine mea & Cœlij Calcagnini usus est, sed imprimis Petri Anton. Actioli & N. Iacobi causidici eximij. Nicol. verò Paniciatum virum probum & doctum, ac etiam poetam nostratem, qui hic publicè profitebatur, auersabatur, quòd austerior cû sermone tum moribus
- 20 videretur. Eodem Hermici tempore Lud. Tensira vir nobilis & eruditus Ferrariæ commorabatur, quem omnes urbis Principes propter eius nobilitatem & morum suavitatem amabant. Discipulus hic fuit Florentiæ Politiani, ubi Hispanas & Lusitanas cæremonias cum delicijs & elegantia Florentinorum coniunxerat, quæ cum ipse dixissem, O infelicem hominem, inquit Didacus, qui tam longa & diutina peregrinatione tot virtutes adeptus, tantamque morum suavitatem, in terra patria atra bile ob repulsam summi magistratus sibi à suis Regibus factam, quos partim honestauerat, partim etiam regijs institutis aluerat correptus, ruri suo vitæ finem accepit. Fuit & Arius Barbose poeta Lusitanus, qui in Italia sub eodem Politiano politioribus literis operam dedit, & primus Græcas literas in Hispaniam inuexit, & Salamancæ viginti annos publice bonas literas professus est. huic moriens Ant. Nebriffensis opera sua castiganda testamento reliquit. Extant eius poemata publice edita apud Hispanos, quæ & leguntur, & apud eos habentur. Est & D. Mich. Siluius Card. Vicensis Lusitanus, qui in Italia diu versatus, literis Senis in Hetruria operam dedit, mox Romam à suo Rege orator missus, Leone & Clemente Mediceis Pont. imperantibus, non modo cæteras disciplinas, sed & poeticam vivens adhuc excolit: in ampliss. vero ordinem à Paulo III. Pont. Max. accitus est, parum licet Regi in hac dignitate gratus. Volo vobis, si placet audire, ipsius epigramma recitare, quod
- 30 S. P. Q. R. his diebus insculpi voluit in Capitolio sub repertis tabulis marmoreis in quibus continentur Coss. & cæteri Romanorum Magistratus. Epigramma hoc ipsum est:

Marmora præclaros testantia fronte triumphos

Atque magistratus inclyta Roma tuos,

In medio mansere foro, dum Roma manebas,

Postquæ Deos orbi iura secunda dabas:

Ast ubi te indignis fregit Fortuna ruinis,

Obruerat tuos alta ruina tuos,

Quæ modo Alexander patria te dignus auoq;

Paulo. inuenta tibi marmora restituit.

50

Tu Capitolina meliore in sede reponis,

Et legeris magni munere Pharnesij.

Leguntur & alia huius Card. carmina, quæ à plurimis habentur, non modo legi, sed

Hermicus
Caiadus.

Lud. Tensira.

Arius Bar-
bose.

Mich. Sil-
uius.

Georg. Cœ-
lius.

And. Refen-
dius.

Io. Genesius
Sepulveda.

Ant. Nebrif-
sens.

Io. Men-
da.

Georg. Man-
dricius.

M. Aufas.

sed & edisci digna à doctis. Viuit vt puto Georgius Cœlius poeta Lusitanus, multa quidem ille suis carminibus pollicens, sed parum meo quidem iudicio exulta videntur. id quod ex suis quibusdam Epigrammatibus cognoui, sed imprimis ex illo poemate, quod in D. Alphonfi infantis S.R.E. Card. consecratione composuit. Est & hodie L. Andr. Refendius poeta, & ipse Lusitanus, doctus sanè, qui D. Vincentij martyris vitam descripsit, & historias Prouinciæ Lusitanix in manu habet, & Genethliacon Regij pueri, & de vitæ aulicæ miseria libellum composuit. Fuit & Laurentius Acarzeres in aliquo poetarum numero habitus, vir non vulgariter eruditus, cuius carmina à quibusdam celebrari audiimus. Hic cum non plura de Lusitanis poetis Didacus dicturus esse videretur, sic ego, Pyrrhe, inquam, tu rectè de tuis es locutus, sed cæterorum pace dixerim, tu mihi vnus super omnes, quos recensuisti, in poetica pollere videris, siue heroicum canas, siue elegum, siue lyricum moduleris: nam hendecasyllabis non minus eleganter quàm argutè ludis, vt tui libelli partim editi, partim propediem edendi palam ostendent: sed tu cum Lusitaniam tanto poetices honore illustres, eò illa in te magis ingrata, quòd te tam diu exulem, ac profugum diuersas orbis partes peragrare permittit: quanta maiora, & meliora faceres, si otiosam pacatamq; ageres vitam. Rectè tu quidem & verè de Didaco, inquit Riccius: sed permittamus eum dicere qui restant, & quæ eius sunt partes. Seque re igitur ò Didace tuum sermonem. & ille sic: De reliqua verò tota Hispania non multos habeo quos referam, non quòd maiores & priscos Hispanos, qui viuunt, non referant ingenio, robore, virtute, sed quòd à Latinis literis pene descuerint, ex quo Mauri, Serraceni, & reliqui Barbari magnam Hispaniæ partem occuparunt, in qua & literas Arabas, & sectam Mahometis induxerunt, vbi & per septingentos, & eo amplius annos imperitarunt, donec Ferdinandus & Isabella Reges diutino bello eos perfligatos eiecerunt, ex quo tẽpore & Latinas literas vt prisco tempore excolere cœperunt, fueruntq; & sunt ab eo tempore plerique qui in disciplinis cæteris, & in poetica facultate floruerunt, quorum & nonnullos tu quidem Lili Romæ nosse potuisti, illuc enim ex omni natione aliqua virtute præstantes confugere solent. Verè inquam tu quidem Didace: nam multos quidem cognoui & versu, & prosa, sed doctrina magis præstantes, vt Io. Genesium Sepuluedam, qui & Græcè & Latine & bonis omnibus artibus est eruditus, imprimisq; philosophia, & Theologia, & cum eo Stunicam qui cum Erasmo inimicitias gessit, cum eoque certauit pietate magis quàm doctrina. Fuit & quidam mihi cum supradictis multa familiaritate iunctus Io. Hispanus philosophus subtilissimus. cognoui præterea Ant. Nebriffensem adulescens Bononiæ, vbi per aliquot annos commoratus est, & ibidem certa dedit suæ variæ doctrinæ documenta: sed quanquam hi viri doctissimi extiterint, non tamen eorum versus vobis possem afferre. Tunc Didacus, Et alij plures sunt, & fuere in tota Hispania viri præclari, quos Marinæus Siculus in suis de Hispania historijs commemorat. in Hispanijs quidem suo & nostro vernaculo sermone plures eleganter versus scripsere, inter quos tres tantum vobis referam Ioann. Menam, & Georgium Mandricium, & M. Aufiam, quorum primus Mena scilicet qua fuit maiestate & lepore linguæ, Hispana poemata scripsit, ita vt Lud. Viues eum appellaret Hispanum poetam, vt iure in eius idiomate Hetrusco Petrarchæ comparari possit, de quo si plura cupis, vide Marinæum ipsum Siculum. Alter vero, id est D. Georgius Mandricius, cuius extat monodia in patris obitu de humana fragilitate, non modo sententiarum grauitate referta, sed etiam versus Hispani dulcedine. Tertius vero M. Aufias Hispanus ex Valentia natus creditur, cuius cum poemata iam diu delituissent, hoc tempore à viro illustri sunt edita, & ea religione ab Hispanis leguntur, vt à nostratibus Franc. Petrarchæ rythmi. huius mihi copiam fecit vir eruditus bonis literis, & iure consul. peritiss. Petr. Turro Hispanus. quæ cum dixisset Didacus, Te, inquam, Didace conuertas ab Hispanis ad Britan-

nōs poetas, nobisq; illos recites, quos tu cum illic fuisti vel nouisti, vel audiuisti. Sic agam, inquit Didacus.

Inter Britanos igitur, post Gildam Britannum, cuius tu Lili mentionem in alijs dialogis fecisti, Gulielmus Lilius in primis huius seculi poetis commemoratus fuit, qui ex Viatonienſis Diocēſis oppido natus est. mira fuit ingenij felicitate, iuuenis peregrinandi cupiditate Hieroſolymam pietatis ergo profectus est, mox inde rediens Rhodi aliquandiu literarum cauſa ſubſtitit, vbi Latine & Græcæ linguæ rudimenta percepit: Romam deinde cum veniſſet, Sulpitio & Pomponio Lato operam dedit, mox non poſt multos annos in patriam eſt reuerſus, vbi docere cœpit Britannicam iuuentutem adeo, vt Io. Coletus ſummo vir ingenio & doctrina ornatus, eum ſuæ nouæ Scholæ, quam Londini erexerat, primum præceptorem elegerit, in qua annos quindecim docendo ſe exercuit, ſcripſit Compendium grammaticæ perutile: ſunt qui etiam libellum, qui ſub Eraſmi nomine circumfertur, Syntaxis inſcriptum, huius eſſe exiſtiment: ſcripſit verò carmine hexametro de Latinorum nominum, verborumq; generibus opusculum: ſed & ipſius carmen celebratur, quod in Philipp. Maximiliani Caſaris filium, qui vi tempeſtatis diſiecta claſſe in Carnubici littoris portum appulerat, Carolum item V. Caſarem ab Henrico VIII. Rege magnifico ſuſceptum hoſpitio, & celeberrimo Spectaculorum apparatu Londini urbem intrantem Panegyrico carmine, & luculenta oratione laudauit: in vertendis verò Græcis aliquot epigrammatibus cum Thoma Moro adoleſcens contendit, quinqua-

genarius mortuus eſt. Relatur mihi aliquid de Thomæ Mori poetica, ac doctrina horreſcit animus, quòd illum acerbiffima morte ſuus Rex affecit, tantòq; eius omni doctrina mirabilior videtur quòd nunquã Inſula egreſſus, ſeiſo vſus eſt magiſtro, adeoq; profecit tum Græcè, tum latine, vt è Græco in latinum carmina verteret, & epigrammatis ſatis argutis luderet, cumq; Gulielmo Lilio canendo interdum certaret, mox ad grauiora ſtudia conuerſus non inferior videbatur ſuis aequalibus Coletò, Grocinto, Luſſeto, Ricardo Paceo, Roſſenſe, & alijs. quare ad ſummos magiſtratus ob eius virtutes ab Henrico VIII. eius nominis

Rege euectus eſt. Sed cum Rex repudiij libellum Reginae Catherinae dare vellet cõtra omnia diuina & humana iura, ipſe ſeſe magiſtratibus abdicauit, vt in ocio vitam duceret, ſed nec ea ratione immanem Regis iram euitauit, quin ſecuri eũ percufferit, relictiſtis poſt ſe liberis, atque nepotibus, inter quos fuere tres filia virtutibus & doctrina ornatiſſimæ. ſed de Moro aliq; plura, hoc mihi loco hæc pauca dixiſſe ſufficiat. Celebratur, & legitur eius ſoluta oratione Vtopia liber, de felici ac beato R. P. ſtatu. Fuere & in Britannorum idiomate & eorum vernaculo ſermone aliqui poetae ab eis ſummo in pretio habiti, inter quos Galfredus Chauſerus vetuſtior, qui multa ſcripſit, & Thomas Viatus ambo inſignes equites. His ita à Didaco expoſitiſ, Si non eſt, inquam, quod amplius vel meminiſſe vel dixiſſe velis, tempus eſt, vt Andr. Gruntherus ſuas partes obeat ac de Germanis ſuis, & Gallis poetis in medium afferat. quod cum Gruntherus audiuiſſet, cœpit huc illuc caput flectere, & abnuēti ſimilis, ſuas etiam Didaco videbatur partes velle imponere. Tunc ego, & ceteri omnes, Non, non ſic Andr. facere oportet, tu tuum onus ſubeas neceſſe eſt. ceruices habes robustas ad iſtud onus ſecondum: quare age, rubore ſepoſito, rem nauiter aggredere. Tunc ſic ait Andr. poſtquam ſic omnes vos velle video, quibus non parere nefas eſt, hæc ſarcinam veſtro iuſſu ſubibo: Sed ſi minus ſatis vobis fecero, culpa veſtra fiet. & ſic cœpit.

Cum omnis noſtra Germania longe latèq; pateat, multo plures cum in alijs diſciplinis, tum in hac poetica facultate peritos alit, & quoniam difficile eſſet per temporum ordinem omnes enumerare, vtcumq; mihi ſuccurrerint, vt melius potero referam. Inter hos omnium primus non tempore, ſed nominis celebritate, mihi occurrit Des. Eraſmus Rhoterodamus, qui, vt mitram, quæ ſoluta oratione

Gulielmus
Lilius.

Thomas Mo-
rus.

Eraſmus.

tione perſcripſit, quæ & ipſe ſuo quodam libello connumerauit, non parum etiam in poetica profeciſſe videtur, ex ijs quas ex Euripide feliciter tragœdias Latinas fecit. edidit & ipſe ſed non pari felicitate aliqua ſua carmina & verſus partim ſua incude formatos, partim ex diuerſis Græcis in Latinum conuerſos, vir hic iure vbique magnus, ſed an tantus fuerit quantus à nonnullis exiſtimatur, haud mihi parum liquet, certe inter Germanos Latinus, inter Latinos aliquando Germanus. Fuit & eodem tempore, Gulielmus Budæus, homo Gallus, vir quidem doctiſſ. & eruditionis non vulgaris, ſed quantum inter poetas profecerit neſcio: ex ipſius, quæ adhuc ego viderim, ſcriptis, ille quidem ad quæ cunq; velitis, ſi non deterſam, paratam tamen & copioſam ſupelleſtilem habuiſſe videtur. Io. quidem Bellaius Pariſienſis cardinalis, & aula & muſis inſignis, in hoc poetarum numero eſt connumerandus. Quippe qui in magnis ſui Regis negocijs cum diu verſatus eſſet, nunquam tamen bonas literas deſtituit. nam præter alia verſus quoque eius leguntur. Fuere tamen alij, & nunc eſſe audio aliquot apud Gallos in hac facultate haud infantes, de quibus, vt occurrer, agam. Sed ex noſtra Germania non multo ante hos annos Rhodulphus Agricola fuit, Phryſius, in Italia primum, mox apud ſuos exquiſita doctrinæ ſtudia nonnihil longius à littore prouexit, verum immaturo obitu non ea potuit præſtare quæ primis annis pollicebatur. eius nonnullos verſus, & plura ſoluta oratione legi bonæ frugis ſpe referta, certe eius in D. Annam Carmen circumfertur, & epigrammata quædam quæ vos haud legiſſe pigeat. Agricolæ diſcipulus fuit Ioannes Camerarius, qui etſi iuri dicundo operam ſtrenuam nauarit, poetiæ tamen facultatis ſtudioſus adeo fuit vt eius verſus à laudatis lauderentur, veluti ſunt ij, quos de Agricola morte reliquit, alios præterea multos audiui ab eo compoſitos, non à me viſos. præſul hic tandem creatus. Multum quoq; me puero Conrado Celti Proturcio deferebatur, vt qui & ipſe non ſolum in poetica, verum & alijs bonis diſciplinis non nihil ornamentum apud noſtros Germanos afferret. Legi ipſe vtiq; eius carmina non parum multa, quæ ſi vacaret poſſitis legere. Fuit & Sebaſtianus Ticio Germanus ex Argentorato, qui pene infinita poemata apud ſuos ſcripſit, quorum quædam in Italiam aduecta, vt Roſarium D. Virginis matris, ſapphicum, & Nauis quæ Stultifera vocatur. Eſt & non contemnendi nominis Rhodulphus Langius in Germania, cuius plura leguntur carmina. Fuit & Brixius ex eadem noſtra Germania, homo Latine & Græcè ſatis doctus, præter ea quæ ex Græco Latina fecit, verſus etiam quorum nonnullos ipſe legi, compoſuit haud quaquam Muſarum aura deſtitutos. Rheuelinum & Bilibaldum vobis non recenſeo, iuris quidem illos peritos, & legum, linguarumque cum Græcæ tum Hebrææ, & Latinæ, quos Pico tuo Lili chariſſimos fuiſſe intelligo, eorum tamen verſus habeo nullos quos proferam, audiui ex noſtris illos non quæſiſſe fuiſſe. Apud Batauos Mart. Dorpius in omni ferè ſcriptorum genere laudatur, ſed cum altiora eum, vt ſuperiores, ſtudia nonnihil auocarint, tum mors præpropere à ſcribendo retraxit. Egidius quoque Delphus vir Tranſalpinus multa eruditione præditus, & mira in pangendis carminibus facilitate, ſed non multa cum re. Felix magis Hermanus Buſcius, & ſoluta ſimul oratione: Critius verò promptæ facilitatis, & pene extemporalis eſſe dicitur. Sed horum ſcripta mihi haud legere contigit & perinde vobis tantum audita refero. Nonnulla quidem Huſici Hutteni legi, quæ non ſine aliqua facilitate ſunt, de ijs in præſentia quæ ſoluta oratione perſcripſit, quando ex ijs intolerabilem nec ferendam hominis arrogantiam collegi. hic & in verſu, & carmine pangendo felicior, quam in ſoluta oratione mihi fuiſſe videtur. Fuit & inter Gallos Salmontius Macrinus Iuliodunèſis celebris poeta Gallus, Lyricus potius quam vel elegus, vel heroicus. libros carminum, ſeu odarum pleroſque conſcripſit, qui editi ſunt Pariſijs, & paſſim leguntur. fuit hic à cubiculo Regis Franc. Habentur & alia eius opuscula diuerſo carminum genere, ſcripſit & hymnos. Dominicus Mancinus Germanus, cuius

- cuius patriam ignoro, plurima scripsit, tam metro, quam soluta oratione, quæ ad notitiam meam non peruenere, sed ex alijs audiui, qui se in primis opusculum legisse affirmant, de Domini nostri (quam sic vocamus) passione. vixit sub Maximiliano Romanorum Rege anno circiter M. D. Engelhardus de Francia orientali natione Germanus, Romæ versatus est, & carmina plurima scripsit, quæ commemorare supervacanei operis videtur. claruit eodem Maximiliano imperante. Iacobus Vimphelingus sacerdos Ecclesiæ Spirensis, pleraque edidit carmina, inter quæ ad Bertholdum Archiepiscopum Moguntinum opus celeberrimum hexametro & pentametro versu elegantissime composuit, quod prænotavit de triplici candore. scripsit & poeticam & alia permulta soluta oratione, quæ apud Theutonas habentur. Fuit & Ioachinus Vadianus Helveticus apud Germanos nostros celebratus, Viennæ Pannonicæ aliquandiu docuit, Maximiliano Cæsare imperante. scripsit varia tum soluta, tum pedestri oratione, inter quæ sunt hæc, carmen de laudibus Cæsaris Friderici III. patris & filij Maximiliani, Ecloga cui titulus Faustus, contra inuidos quosdam, Elegia altera, qua certamen suum cum morte describit, & ode in laudibus Dominicæ, ut Christiani dicimus, resurrectionis, Silvæ de laudibus patriæ, de poetica & carminis ratione liber. Io. Cuspinianus Germanus, cuius multa extant cum carmine tum soluta oratione conscripta, poeta, & historicus fuit, nam de Cæsaribus, & Imperatoribus Rom. opus insigne scriptum reliquit. Fuit & Andreas Traiectensis, Theutonicus Monachus. varia scripsit, inter quæ carmina quæ vix leguntur à Germanis, D. Benedicti sodalibus. Clemens Marotus poeta Gallus, qui cum esset à cubiculo Franc. primi Regis Gallorum, plurima suo idiomate, & quidem pereleganti conscripta edidit, inter quæ sunt Metamorphosis Ovidiana, & Vergilij eclogæ, iudicium Minois, Encomium Beroaldi, & alia permulta tum profana tum etiam sacra. Martialis Aruernus coactor Senatus Parisiensis scripsit sermone Gallico rhythmos diversos, inter quos illud maxime memoratur quod Arestam nuncupat, item cantiones seu cantilenas eleganti carmine, quæ nunc passim à Gallis concinuntur. Vincentius Obsopœus Germanus, qui scripsit de Arte bibendi, sicut Ovid. de Arte amandi. Matthias Illyricus scripsit Epithalamion Georgij Sabinij Græce carmine elegiaco, in qua eadem materia, & Melchior Aconius lusit. Georgius Sabinus Germanus Brandeburgen. Erotica scripsit, id est amatoria, quæ passim in Germania leguntur, inter quæ sunt epistolæ ad diversos, quorum prima ad P. Bembum. Est & Iacobus Micyllus Argentoratensis, vir Græcæ & Latinæ doctus, qui publicè Francophordiæ proficetur, plurima ex Græco transfudit, quæ passim per totam Germaniam leguntur, multa & carmine perscripsit, inter quæ epigrammata, Epicedia quædam, Epigrammata in Icones Imperatorum. Nec mittendus est Conradus Coclenius, quem mirabili facundia apud nostros floruisse audiui, atque imprimis Louanij in Academia trilingui: huius meminit & Erasmus in Ciceroniano. Hic Didacus, Ieiunè, inquit, admodum de Coclenio Andrea loqui videris Ego enim & vidi & audiui Louanij elegantissime auctore. varios prælegentem. homo certè fuit omnium, quos unquam audiui suavis. & suavis, cuius versus non ex rivis corruatis, sed ex ipso, ut italoquar, Permessi fluminis alveo profluere videbantur, quorum multos si vacat, vobis memoriter recitarem, sed cursum dicendi reliquos Andræ non remorabor. qui non cunctatus, sic subsecutus est: Fuit & Georgius Logus Silesius Germanus poeta, cuius carmina pleraque legi non sine aliquo nitore. Sed & Scenicam poësin nostri Germani attigere, quam feliciter non dixerim, qua de re poetæ, qui fuisse hac tempestate, ex sacris Hebræorum, & Christianorum historijs dramata conscripserunt Latino sermone, hoc est Comædias, Tragicædias, & Tragicomædias. imprimis est Protoplastes, siue de creatione hominis Comico tragicædia Hieronymo Zieglero auctore, item ab eodè Isaci immo-

latio Comœdia. Item eiusdem Nomothesia Tragicomœdia. Samson Tragœdia eodem auctore. item eodem auctore Heli, siue pædonothia Tragœdia. Legitur & Tragœdia Protogonos inscripta eodem fermè argumento quo Protoplastes, ab Io. Anyfio composita, Ioseph Comœdia, Cor. Croco Dithero Augustano auctore, Ruth Comœdia Iacobo Zouitio Driescaro auctore, Sapientia Solomonis Drama Comicotragicum Xysto Betuleio auctore, Iudith Comicotragœdia Reip. rectè instituta exemplum eodem Xysto auctore, Susanna Comicotragœdia eiusdem Xysti Betuleij, Beelivna cum Draconis historia, Tragœdia è Germanico Xysti eiusdem Betuleij Latine reddita per Martinum Ostermincherum Augustanum. Eiusdem Zorobabel Comœdia ex libro Esdrae, regni feliciter constituti typus, è vernacula quoque per Io. Entomium Augustanum Latinis numeris reddita. Iobus Patientia exemplum Comœdia Ioanni Lorichio Hadamario auctore. Eua Mythologia Philippi Melanchthonis redacta in Actionem ludicram per Xystum Betuleium Augustanum. Est & Petrus Nannius Alcmarianus Batauus, conterraneus (vt puto) Erasmi Rhoderodami, vir insigni literatura, qui vtraque facundia valet. eius pleraque soluta oratione legi non aspernanda, sed & carmine eadem penè facultate esse cum alijs plerique asseruere, tum noster hic Didacus, qui aliquo tempore Louanij diuersatus est, in cuius gymnasio primas obtinet in humanitatis studijs Nannius: neque enim mihi illic esse contigit: audiui & illum Theocriti quædam edyllia in latinam consuetudinem conuertisse. Noster quoque Arnoldus Arlenius hanc poetices lauream adeptus fuisset, si huic viæ insistere voluisset, vt eius greca & latina quædam epigrammata facile ostendunt, si non potius de soluto sermone palmam ferre voluisset, quod tu Lili plane testari potes, qui eius consuetudine frueris. Potest & terra nostra Germania gloriari Helio Eobano Hesso poeta insigni, cuius complura passim leguntur poemata, non in Germania modo, sed & in Italia & Gallia. hic cum sua Minerua carmina composuit, sed & ex Græcis multa traduxit, ex Homero, Theocrito, & alijs poetis: laudauit & urbem Norimbergam eleganti heroico carmine. hic non solum mea commendatione clarus poeta habeatur, sed etiam Erasmi. Andr. Critius ex Sarmatia Pont. 30

Plocensis, hic vt Erasmus ait, ingenium habet in numerato, carmina pangit feliciter, & felicior in oratione soluta, dicit & ex tempore. Potuissent & in horum classe poetarum connumerari Oecolampadius, Bucerus, Sturmus, & Philippus Melanchthon, alijsque permulti, si se in bonis tantum literis continere voluissent, & non plus sapere, quam oportet, & non potius cum Martino Lutero populos commouere ad nouæ religionis sectam suscipiendam aduersus Romanum Pont. & Cæsaris imperium, vnde tot illatæ Germanicæ nostræ nationi clades & calamitates sunt. Sed hæc deflare potius quam emendare possumus, cum quidem cum paucis sapere melius sit, & multis viuere. Tunc omnes simul, Rectè tu quidem, dixere, Andrea, sed & tu de illis. proinde sequere 40 de poetis. Tunc Andreas, Fuit, inquit, & Io. Secundus Hagiensis, cuius extant Basia, quæ ab omnibus ita leguntur, vt basijs affici videantur, in quæ Basia Alciatus eleganter carmine lusit. Scripsit præterea elegiarum libros tres, Funerum vnum, Epigrammata, epistolas, odas, siluas. audio & hunc scripsisse alia nonnulla, quæ ea ratione non sunt edita quod in principes quosdam acerbis dicta viderentur: habuit hic & duos alios fratres, qui non sunt à Musis alieni, iuris scientia insignes, quamuis & Cæsaris negocia apud Belgas agant. perijt Io. in suæ ætatis flore, xxv. enim annum non excessit, de quo si plura quaritis, legitote epicedium quod in eius funere Adrianus Marius eius frater composuit: leguntur & eius alia pleraque inter quæ & epitaphium illud Thomæ Mori,

Quis iacet hic truncus, cuius caput ense recisum est.

Quæ natat in tetro sanguine? Canicies.

Hic ille est Thomas Morus: sic Fata rependit

*Tristia multa bonis, & bona multa malis.
 Quæ circumfistunt Diua lugubre cadaver?
 Diua tenax Veri, Sancta fides, Nemesis,
 Quarum prima fuit causa, & fuit altera mortis,
 Vlix in iniuste tertia cadis erit.*

Fuisset & Io. Sinapius meus propinquus inter poetas iure collocandus, qui & suo ingenio multos versus edidit, & ex Græcis multos transtulit, ut est ex Luciano podagra, ni illum philosophiæ, & medicinæ studia à mansuetioribus multis auocassent: & me de eo plura dicere & necessitudo nostra, & omnium vestrum notitia prohibent.

Postquam finem dicendi fecit Andreas Gruntherus, omnes sermonis finem esse existimantes assurgere velle visi sunt, abitionemq; parare. At ego, Manete, inquam, adhuc modicum, nō dum enim perfecta est fabula, & restat ut Riccius non ut κἀφοκς πρὸς πολλοὺς hic fuisse videat, vices enim & partes ipsius ut peragat, restant adhuc & quæ à me relicta in priore Dialogo fuerant ipse suppleat, & ut dicitur πρὸς Ἀλιππίωνα eius sermonis nobis recitet, quod cum haud inuitus se facturum Riccius ostendisset & iam dicenda cogitare videretur, Nunquid, dixi, amici optimi dignus Andr. vobis videtur, ut inter huius classis Germanicæ poetas connumeretur: omnibus verò assentiētibus, Antimache, inquam, quoniam tu nostrum senior & doctior etiam, ut qui non solum in poetica & arte oratoria, tum Græce tum Latine cum antiquis vtriusque linguæ es conferendus, id quod propediem, quæ in lucem es daturus, quæ dixi clarius ostendent. Tu omnium nostrum sententiā atque auctoritatē, And. ipsum Laurea insignias, & honestes, ut qui mereatur & dignus sit non solum inter suos, sed etiam inter nostros annumerari, ut eius declarāt carmina, quæ à primis suis annis composuit, heroica, elegiaca, lyrica, & epigrammata. Tunc Antimachus illo ad se vocato, Ego, inquit, Grunthere meo & istorum omnium nomine & suffragio, te in numerum & ordinem constituo poetarum, ut non solum in Italia, sed ubique gentium nostra auctoritate poeta habearis. & simul manus capiti imposuit, quod ubi perfectum est, tunc sic Riccius sermonem exorsus est: Ego amici optimi à prima quidem mea pueritia carminibus & versibus deditus tui, maiore tamen studio artem oratoriam sum amplexus, in qua quantum profecerim aliorum sit iudicium: non detrectabo tamen quod onus imposuistis subire. nolim quidem ita me astrictum esse velitis, ut si forte seriem temporū in poetis recensendis & ordinem perturbauero, accusetis incuriā: ut enim mihi memoria suggeret, vobis referam, quod & tu ipse Lili priore Dialogo fecisti, & in hoc ipso paulo ante alij fecere, quippe qui vereri visus es, ne ij tibi succenserent, quos præterisses. Inter hos tamē, qui ab alijs dicti sunt & posthac dicturi sumus, aliqui sunt & fuerunt, qui velut centonas conficerent, quicq; dum pannos varij coloris assunt, fito vtantur Indico, vel longē diuersi coloris, ita ut iunctura appareat, quod & in imitatione nostra attigimus. Atq; imprimis incipiam à Pandulpho Collenucio Pisarenſi, qui iuris quidem peritus fuit, sed disciplinis ferme omnibus satis imbutus, adeo ut ad mortem vsque cum Leonicensi viro doctiss. controuersias exercuerit: nec facultate poetica caruit, quippe cuius carmina multa leguntur alia atque alia, multis ignota, publicè verò legitur vrbs Florentina, & Laurentij Medicis panegyricus carmine Heroico, de quo hæc legitur Politiani epistola ad Io. Picum: Promiseram venturum manē ad te, ut Indum illum hospitem de rebus patrijs vnā tecum audirem fabulantem, sed vnctior culina me rapuit. Pandulphus Collenucius Præt. Urb. carmen pro rostris ineunte summo Magistratu pronunciauit, materia Laudes vrbs, sedi ego ad pedes dicētis in ipso suggestu, conspicuus omnib. omnes enim planè confluxerant, qui sic ab ore dicentis pendebāt ut ad vnum putares literatos, carmen grande, variū, cultum, nisi

Io. Sinapius.

And. Gruntherus.

Pandulphus
Collenucius.

forſitan ſeſellit actio, certè potuit fallere, fuit enim planè Roſcius, mihi tantum tribuit, vt cum quid eminebat, oculos ad me ſtatim, quaſi gaudens agnoſci. ſed exhibit puto, & clauſtra perfringet: etenim qua forma eſt diu laſcebras ferre non poteſt, Vale. Extant vero eius ſoluta oratione plurima ſcripta, quæ quia paſſim leguntur, non commemoro. Eliſium Calentium ingenio quidem ad poeticam aptum fuiſſe video, ſed amoribus implicitum, vixit tempore Pontani, Altilij & ſanazarij, quibus etiã familiaris fuit: pauper admodum, non multa huius carmina memini me legiſſe, audio tamen pleraque extare quæ & Angelo Colotio epifcopo Nucertino Eliſius viuens ipſe dicauit. huius à Pontano fit mētio. Appulus verò fuit ex Amphracta oppido, & Neapoli præcipuè verſatus. 10
 Fuit & per ea tempora Fran. Niger Venetus, cuius opuscula multa leguntur. hic cum Hippolyto Eſtensi primo Card. ampliff. & Illuſtriſſ. adhæſiſſet, ab eo proto notarij dignitate, & domus ſuæ magiſtratu inſignitus eſt. Vidi eius pleraque carmina, ſed admodum dura, quòd in eis affectatam eruditionem infereret. librum totius grammatices non aſpernandum reliquit. diuſius Ferrariæ verſatus eſt. Eſt & alter Franc. Niger Baſſanen. poeta: cuius opuscula carmine cõſcripta leguntur, imprimiſq; heroicum carmen quod inſcribitur Rhetia, ſiue de ſitu & moribus Rhetorum, & lyrica nonnulla. Fuit & Macarius Mutius, eques Camers. ſcripſit de Crucis victoria, ſeu de triumpho Chriſti. Epiftoſa eius ad Ang. Politianum legitur libro v. 11. epiftoſarum Politiani. Paulus 111. Pont. Max. qui 10
 viridi ſua ſenectia multos ſe iuniores Card. Pontificatum ab interitu ſuo ſibi pollicentes eluſit, & ipſe & Græcè, & Latine bene doctus non parum in poetica profecit, ac in rebus occupatiſſ. Græca & Latina carmina ſibi à viris doctis recitari non renuit, penè nonagenarius non modo ſenſibus integris, ſed corpore pro ætate firmo ævalenti adeo, vt verum illud exiſtimem quod interroganti Ionio Leoniceſum, Quònam arcano artis vteretur, vt tanto corporis atque animi vigore vitia ſenectutis ſuperaret. viuudum ei reſpondit ingenium, ſalubre verò corpus hilaritatis ſingularis præſidio facile tuemur. Erat & Leoniceſus meritò inter poetas collocandus, nam cum ſenex optimos verſus faceret, & interdum è Græco in Latinum transferret, tum in iuuenili ſua ætate non modò 30
 meditatoſ argute, & doctè compoſuit, ſed etiã vt ſape mihi memorare ſolitus fuit, ex tempore, & impræmeditata carmina cecinit. Fuit & per hæc tempora Vergilius Portus, medicus & poeta Mutineniſis, cuius verſus legebantur me adoleſcente, Bononiæ imprimiſ vixit. Cognoui & Romæ Franc. Arfillum Senogallièſem, medicinam profitentem, & ſimul poeticam. legitur eius elegia de poetis vrbaniſ ſui temporis, item proloquia Hippocratiſ ſatis appoſito verſu, homo frugi fuit, & contemptor auiæ aulicæ, & perinde paruo in precio habitus. Sũt & ſi Deis placet, qui Quintianum Stoam, & Scopam Grammatifſtas, inter poetas connumerent, cum potius inter glorioſos Nebulones, & maledicos reponendi ſint, qui tamen & ipſi aliquos naçti ſunt ſui amatores: de quibus in præſentia nihil aliud quàm obiter Catulli illud imitatus dicam: 40

Cum ſuis viuant, valeantq; amici,

Quos ſibi nugis triuſ pararunt.

Sed de his iam plus fatiſ. Hos cum Riccius commemorafſet, Quid? inquam ego, num Iulium Camillum tuum viſ præterire? & tu Porte, qui cum eo diu es verſatus: hoc pro vobis ego munere ſungar. & ſimul, Fuit, inquam, Iulius Camillus Forouſiendiſ Polyhiſtor, qui in diſciplinis nouas quaſdam methodoſ ſe inueniſſe gloriabatur vt Theatrum illud ſuum, quo miraculoſe concluſas diſciplinã prædicabat, ad oſtentationem & quaſtum potius quàm ad erudiendos creduloſ adoleſcentes: vnde non modo ab amicis, ſed & à principibus viris grã 50
 dem pecuniam interdum extorquebat, vidi verò eius pleraque carmina cum latina, tum vernacula, non inerudita illa quidem, ſed quaſi inuitiſ muſiſ & Minerua compoſita, quorum & nonnulla ſuis ipſe commentarijs eſt interpretatus,

certè

certè dum vixit multos in sui admirationem cōuertit, quos inter tu Porte, & tu Ricci fuistis, qui & eius epitaphium hoc elegans composuisti:

D. M.

*Julio Camillo viro & ad omnia omnium scientiarum sensa mirificè
eruenda, & scientias ipsas in suum ordinem aptè constituendas natu-
ra mirè factò, de Latinis literis imprimis optimè merito, qui dum Me-
diolani sub Daualo Historij Principe D. Ioānis arcana diuinitus per-
scrutatus, repentino apud Dom. Sāuilum mortuus concidit, vixit
ann. * * **

- 10 Tunc his à me dictis aliquāto in me cōmoti Portus, & Riccius, Parcius cer-
tè Lili de tanto ac tali viro loqui debuisses, cuius nomē per omnem penè Euro-
pam diffusum est. Quibus ego: Aequo precor ferte animo de Julio Camillo. sed
libet hoc quoq; loco de Egnatio meā vobis fateri leuitatē, ne stultitiam dicam,
qui iuuenis iuuenē illū, vt vidistis, priore dialogo in ordinem redegi, nimirū pa-
rum mihi cognitum. nam & hic noster Antimachus, à quibusdā impulsus, græ-
cum in Egnatiū epigrāma virulentū composuit, sed mox mutata sentētia, vt ille
sic ego pro viribus laudare cōstitui, quod & meis quibusdā hendecasyllabis fe-
ci, quos & procurauī vt illi redderent, & in eius manus veniret per summā no-
20 bilitatis & literaturę virū Herc. Bentiuolū, quæ mea sententiā vt omnibus no-
ta sit, meos ipsos hendecasyllabos vt memoriā teneo recitabo:

*Egnati decus vtriusq; linguæ,
Atq; idem pater eruditorum
Primus in Veneta professor Vrbe,
Hinc te plebs colit & colit Senatus,
Externi quoq; & Vrbs inquilini:
Ecquid tu memor es senis Gyraldi
Dura arthritide iam dui pefesi!
Cuius non nihil æstimare nugæ
30 Visus, cum dare publice legendas
Dixi si mihi Vera nuntiantur:
Salue præsidium & decus bonorum,
Salue & pierij chori Patrone,
Te sic incolumem dei perennent
Cumeæ vt superes dies Sybillæ,
Aequæ & Pylæ dies senectæ.*

- Quæ cum dixissem, sermonem secutus Riccius de poetis, Achilles, inquit, Boc-
chius eques Bononien. in hoc genere laudis & cæterarū optimarum artium non
mediocrem honorem sibi comparauit, qui in omni hac penè facultate præclara
40 documenta dedit superiorib. annis, & nunc publicè in patria honestè profiten-
do, & eius historias conscribendo, simulq; magnificas ædes construens, sibi &
Musis symbola conficit, ex varijs cum philosophiæ sententijs, tum historijs &
fabulis, quæ vario carminum genere exponit, & elegantissimè graphide com-
pingi facit subtilissime in ære adeo, vt his symbolis illa tria conficiat, quæ bonus
poeta & orator efficere debet, hoc est, vt proffit, vt delectet, & in vtrinq; partem
moueat. Io. Petrus Pherettus Rhauennas iuuenis poeta fuit alicuius nominis,
50 multa enim carmine perscripsit, & varij quidem generis, & soluta oratione. pa-
trem habuit Nic. Pherettum grammaticum non ignobilem. senex Episcopus fa-
ctus Mylensis, verso stylo in studijs ecclesiasticis consenescit. Scripsit & bene
magna volumina Stephanus Doletus homo Gallus, quæ mihi voluere nun-
quam fuit animus: triuialibus enim illa, & scholarum magistris scripta sunt ad
triuialem elegantiam comparandam, verum & eius carmina feruntur, satis illa

Achilles
Bocchius.

Io. Petrus
Pherettus.

Stephanus
Doletus.

quidem tolerabilia, sed arrogantia plena. quam cum & in caelum, & pietatem extulisset, illum merito impietatis procella e medio sustulit. Fuit & Bonaventura Pistoophilus inter mediocres poetas ut qui cum Strozis sit versatus, sed in conficiendis epistolis ad Principes & viros primarios elegantiss. fuit in hoc nostro idiomate, quare eum sibi a secretis Alphonsus Princeps noster asciuit, hic & philosophiae post eloquentiam, & poeticam, operam sub Leonicensi nonnihil dedit, ideoque gratus discipulus, doctori sepulchrum honorificentiss. poni curauit. hic Ferrinum suae Bibliothecae heredem reliquit, quem Ferrinum non sine piaculo hoc loco silentio praeterirem, qui versiculos, ut scitis, cum Latinos tum Hetruscos, politos ac tersos pangebatur, ut mitram quam elegantes principales epistolas conscriberet. Sed de eo nihil est quod plura vobis enarrem. Eulogium tantum vobis afferam, quod noster hic Lilius in eius funere composuit.

Ferrinus.

D. M.

BARTH Ferrino ab epistolis duorum subinde Principum Alph. et Herc. Esten. qui ob eius fidem, integritatem, prudentiam ac taciturnitatem, & in negocijs gerendis dexteritatem, multo maiora erga eum animo conceperant: his vnus omnium aule, vrbis, prouinciae, ceterisque omnibus officiosus, adeoque graciosus fuit, ut in ipso aetatis suae flore immatura morte praereptum simul omnes vna collachrimarint. Ecaterina vxor ex eo iam septem liberorum mater maestiss. pos. vixit annis p.m. xxxviiij.

10

Tunc ego, Ricci, inquam, si plane de Ferrino dicere volebas, particulam illam recitare debueras, quae de eius tota vita est in tua luculenta illa oratione de eius obitu descripta, & edita, vel ex Alb. Lolij vernacula funebri oratione, vel si breuius concinniusque volebas, tuum illud epitaphium, quod in eius sepulchro pulcherrimis literis est inscriptum in Mariae Consolationis aede. Sed de Ferrino iam factis, video enim vos omnes super eius memoria animo commotos, quare ad caeteros te conuertas. Sic faciam, inquit Riccius, & simul in me conuersus, Tuum, inquit, Lili Cynthium Io. Bapt. Gyraldum imprimis afferam, qui ut etate, & amore Ferrino fuerat aequalis, ita in studijs philosophiae longe superior: qui ob praeclearas ipsius dotes, cum ipse philosophiae, & medicinae operam daret, easque publice profiteretur, primum a Principe hoc nostro, & Tribuno plebis totoque Senatu in humanitatis studijs, in demortui Coelij Calcagnini locum successus est, & non multo post idem Princeps in suorum a secretis collegium asciuit, hic enim quantum in arte oratoria & poetica profecerit, nostis omnes: quid enim dicam in vernaculo quem isti vocant, Hetrusco sermone, eius enim Tragedias, Comedias, ac antiquas Satyras, per tot annos intermissas, actas maximo cum plausu audistis & vidistis: legistis & epigrammata, hoc est, Cantiones quas Flamas inscripsit, vidistis eius poemata Latina, Herc. principem salutatum heroico versu, eclogas, epigrammata, & alia iam bis typis publicata. permittatis oratione de Cynthio ex amoris abundantia, & si vobis haec notissima, dixisse. Tunc Didacus, Non minori causa, si non elegantia de Cynthio dicere voluisssem. Didacum excepit Riccius, Fratrem habet Cynthius Flauium Ant. Gyraldum, qui epigrammata, & elegias non minore cultu, & argutia componere est solitus, sed cum ipse gloriae plus aequo despiciens sit, sua carmina minus in apertum prodit. audite quae suo eius distichon, quod de glorioso quodam poeta cui Pignius cognomen, se iactante in multorum corona, ex tempore fudit.

Cynthius Io.
Bapt. Gyraldus.

A Esopi Veluti varijs cornicula plumis

Induta, inter aues conspiciendus ades.

Sunt item Cynthio inter reliquos filij duo: maior natu alterum Lucium Olympium, alterum Marcum Caesium, optimae spei adolescentes: hos arbitror a parentis moribus & doctrina non abhorretere, tale enim hac tenera aetate, de se specimen

50

cimen

citamen dederunt, vt omnia de ipsis bona omnes iam cœperint sperare. Et simul
 hoc dicto Riccius de poetis sermonem continuauit, Hic per vos, inquit, mihi li-
 ceat de Hieronymo Phaleto aliquanto sublatius nunc dicere, cuius amicitia, &
 quotidiana prope consuetudine vtor, is enim patria Saonenſis ex Liguria nobi-
 li loco natus, diuerſas orbis partes circuiuit ad capeſſandas bonas artes, & inge-
 nij cultum, quem, vt aiunt, in numero habet. nam vt mittam iuris & legum pe-
 ritiam, qua ab Alciato & Catone eſt inſignitus, & verſus quoq; Latinos, vt eius
 libelli qui iam editi ſunt oſtendunt, & Hetruſcos vernaculos commode pangit,
 nec eum deſtituit vtraq; ſoluta oratio, vt eius nunc cæteras animi & corporis do-
 10 tes præteream. quibus de rebus Herc. princeps noſter ſapientiſſimus eum anno
 ſuperiore inter ſuos oratores, quos huc illuc ad diuerſos maximos principes de-
 ſtinat, connumerauit. Scio ego quantum ille abſit ab eo quod quidã illi eius ſuc-
 ceſſu inuidi obijciunt: ſed rumpantur licebit, ille indies magis proficiet. neq; ve-
 rò Phaletus primus in ſua familia ijs virtutibus ornatus: patrem habuit Guido-
 nem Phaletum, & poeram & oratorem, cuius vtriuſq; facundiæ monumenta ip-
 ſe perlegi. Sed & mater illius literarum non fuit ignara. habet & fratrem qui à
 maioribus non degenerat. habuit quoq; auum maternum qui perbelle eruditus
 fuit, Dominicus Nanum Mirabellium, qui elego carmine nonnulla ſcripſit, elegias
 ſcilicet & epigrammata, ſtilo penè omni Ouidiano, reliquit & opus illud labo-
 20 rioſum ex omni ſorum genere ex ſcriptoribus concinnatum, quod à re Polyan-
 theam appellauit. Fuerat & his addendus ſi non præponendus horum collega Iac.
 Actiolus, ſi non tam parcus, ac tenax ſuorum carminum eſſet, ſed de eius patre &
 filio, tu Lili planius priore dialogo, & tuo carmine ad Thebaldeum teſtimoniũ
 perhibuiſti. Poterit & merito quidem quiſquis viderit Iac. Nouarij adoleſcentis
 molliculos verſiculos, multa, vt ipſe eſt, præditos modestia, in hunc ſcribentiũ
 verſus ordinem reponere, & quanquam aſcitus in numero ſcribarum Principis
 noſtri, qui ſunt ab epistoſis, in ijsq; aſſidue & accurate verſetur, vtpote qui ſub
 auunculo inter primarios à ſecretis Barth. Proſpero viro ornatuſ. iſtã quotidie
 incudem tundat, nonnunquam tamen verſibus ludit, in quibus & elegantia &
 30 modestia elucet, de quo ideo melius indies ſperandum eſſe in vtraq; facultate vi-
 detur. Quis non inter primos epigrammatum & elegiarum poetas cõnumeret
 Ben. Acoltum Rhauennæ Card. quis eo argutior: quis cultior: politor: extant
 & leguntur eius carmina mira concinnitate compoſita: mitto nunc ſolutam ora-
 tionem qua penè omnem Ciceron. ꝑꝑꝑꝑ eſt aſſecutus, quod manifeſtant eius e-
 piſtolæ & libelli: mitto qua beneuolentia ſemper doctos eſt perſecutus, Picum,
 Molciam, Pierium, Vbaldinum, & te o Lili, quem ſemper honeſtiſ. magiſtri
 nomine vocauit: mitto Pat. Octauium, Paulum Manutium, Robertellum, alioſ:
 & licet in eo vtramq; paginam fortuna explicuerit, nunc ſœlix tamen apud He-
 truſcos in ſtudijs conquieſcit. Viuit & floret in ſtudijs Paulus Sadoletus Carpẽ-
 40 toraſenſium Pont. cuius adoleſcentis verſus legi, multa venere & gratijs con-
 ſperſos: hic ſi poeticam, & eloquentiam quam philoſophiam & ſacras literas ſe-
 qui maluiſſet, vnus fuiſſet, qui Card. ſuo gentili iure ac merito conferri poſſet.
 Viuunt & hodie duo Amafæi, Romulus, & Pompilius, pater, & filius, viri vtri-
 uſq; linguæ peritiſſimi, ambo bonarum literarum profeſſores, genere quidẽ Fo-
 roſulienſes, qui Bononiæ tamen diutius verſati & functi honoribus, Bononien-
 ciues habentur. Pater è Græco in Latinum vertit Xenophõtiſ hitoriam de Cy-
 ri deſcenſu, & Pauſaniã: filius de forma Reipublicæ veterẽ Romanorũ ex Po-
 lybio. Horum ferme æqualis eſt Adamus Fumanus Veronenſis, bene ac pie lite-
 ratus, qui cum alumnus Giberti fuerit Veronẽ. antiſtitis, eius vitæ & morum ra-
 50 tionem ſectatus, D. Baſilij, & alia quædam ex Græco Latina fecit: & horũ qui-
 dem trium, vt multa oratione ſoluta leguntur, ita pauca admodum carmine ſcri-
 pta circumferuntur, quæ tamen mihi videre contigit non ſine Venere & Gratijs
 eſſe viſa ſunt, & de his vobis hoc loco pauca receuſui. Vidi Franc. Robert. Vti-

Hieron.
Phalethus.

Iac. Actio-
lus.

Iac. Noua-
rius.

B. Acoltus.

Paulus Sado-
letus.

Amafæi
duo.

Franc. Robertell.

nenfis hendeca syllabos quosdam, & elegos non sine Venere & Charite conscriptos, vt iure, & merito dignus sit, vt in hac classe censeatur, nam vt ex te quoque audiui ô Lili, & Græcis versibus aliquando ludit, vt nuper ode lyrica, quam ad Arnoldum Arlenium tuum misit. Sed de hoc viro eruditiss. nihil amplius habeo quod dicam, præterquam quod tu nuper de eo epigramma conscripsisti, quod puto vos omnes etiam libenter audire.

Robertelle decus nouem sororum,
 Quem rexere togaq; pallioq;
 Tibrini decies in amne lotum,
 Et Minci decies in amne lotum.
 Ecquid spreueris, ah, senem Gyraldum,
 Qui mittit tibi plurimam salutem,
 Incultæ pedibus suæ Thaliæ
 Consectus nimis artuum dolore,
 Et compage miser solutus omni?
 Sed non spreueris, vt puto, imbecillem,
 Nec quæ te mea tam libens carmœna,
 Nunc visit, pater elegantiarum
 Cum sis, & pater eruditiorum,
 Robertelle decus nouem sororum.

Seb. Corradus.

Sebastianum quoq; Corradum Regiensem hoc loco commemorabo, siquidem vera sunt, quæ mihi eius quidam discipuli retulere, & quæ tibi sua epistola scripsit, in qua Vergilianum illud usurpat:

—Sunt & mihi carmina, me quoque vatem

• Pastores dicunt.

Ant. Maioragius.

quod etiam vt facilius credam facit eius carmē phalæciū ad te Lili missum, quod mihi, & Phaletho Iulius Princeps Scandiani ostendit. Sed nunquid & M. Ant. Maioragium nunc prætermittam? qui vt scitis paratum habet ingenium ad que- 30
 cunq; animum intendit, ornatq; se peregrinis ac transmarinis disciplinis, labori minime parcens; & quanquam nō vidi eius vlla carmina præterquam quædam Iambica veneni plena, quæ in maledicum quendam grammaticum, cuius Manibus parco, composuerat, & nuperrimè quosdam Hetruscos rhythmos, quos in principem Hispaniæ Cæsaris filium condidit, cum Mediolorani diuertisset in Belgas ad patrem proficiscens, ex quibus liquidò patet non minus carmine valere posse, quam soluta oratione: Verum hos tres quos modo commemorauit, à poetica planè excolenda publice auctores interpretandi munus & prælegēdi non 40
 nihil auocasse videri potest: primus enim Pisis, alter Bononiæ, tertius Mediolorani profitetur. Sed has tres cultas arbores, & bene consitas indies speramus vbe-

Hieronymus Quercens.

riores & volemus fructus edituras. Ignoscite luxurianti huic meo sermoni, ex nimia enim processit amoris abundantia, qua illos ob eorum præclara studia in bonis artibus prosequor, iam iam in viam redeo. Hieronymus vero Quercens ex familia & genere Iulij II. Pontif. Maxim. qui in puerili ætate miraculum visus est in omni doctrinarum genere Ticini, & alibi, & publice perorauit, & diuersa carminum opuscula composuit, non modo versu hexametro, Lyrico, cæterisq; id genus. viuit adhuc, vt puto, sed et inter Gallos versatur. Andr. Dactius Hetruscus Florentiæ natus per tempora magni Laurentij Medicis, vt ex ipsius poematibus liquidò conspiciere possumus, quæ nuper excusa typis, Arnoldus Arlenius ad te dono misit, poeta inter mediocres connumerari potest. varia scripsit haud multa cum re: eius tamen quædam legi ab ociosis queunt. de eo illud mi- 50
 rum, quod senex & cæcus publice Græcas litteras professus sit: non multos ante hos dies interijt. Fuit & aliquo versificatorum numero Andr. Sarachus ex Gallia

Andr. Sarachus.

Gallia Togata, qui res gestas Sirenu Imperatoris Io. Iacob. Triulcij carmine complexus est, sub Lud. & Fran. Gallorum Regibus: huius certe versus ab ijs legi possunt, qui eius ætatis historias vel scire, vel scribere volunt. Parum mihi cõpertũ est an Sarachus iste huius nostri Bap. Sarachi aliqua fuerit consanguinitate propinquus, qui in nostri principis collegio 1111 V R. à secretis, & idem Sacri Scrinij præfectus est, & nemini secundus in tabulis publicis conficiendis: qui tamen tot ac tantis negotijs plenè obrutus, non nihil aliquando relaxandi animi gratia se Musis mansuetioribus dedere solet, & versus facere, & alienos libenter legere. Legitur quoq; Marcelli Palingenij Stellati liber hexametro versu cõscriptus, cui Titulus est Zodiacus vitæ, duodecim voluminibus digestus, quorũ

10 singulis titulus est à nomine cœlestis signi, ita vt Aries primo præponatur: opus varium, multisq; rebus ad constituendam vitam minime idoneum: quod nisi principi nostro Herc. Estensi (si minus vobis placet Atestio) nuncupatum foret, eius minime meminisset, nam & post eius mortem in eius cineres sæuitum est, ob impietatis crimen. Superioribus annis editum fuit opus carmine conscriptum

Io. Mariae Velmatij Flaminij de oppido Bagnacaballi, in quo veteris & noui testamenti historias est complexus, de quo quid aliud vobis dicam in præsentia non habeo, nisi quòd ex Franciscanis sodalibus vnus est & esse palam cognosci potest. Vidi & Thomæ Scaurani versus aliquot elegos, qui legi à semidoctis possunt.

20 Est & Petrus Zanchus Bergamas, qui mutato vitæ instituto à Sodalibus Basilii vocitatus est. viuit adhuc, à prima eius adolescentia mihi cognitus Romæ in studijs bonarum literarum versatus, nec minus in sacris benè eruditus: plurima ad hanc diem tum soluta oratione, tum pedestri & carmine perscripsit, inter quæ Romæ publicata in manus peritorum vagantur duo libri versu heroico elaborati ad Petr. Bembum Card. qui in scribuntur Hortus Sophiæ, & præterea alia simul impressa: extat & laboriosum opus, Sylua vocabulorum ex optimis auctoribus linguæ Latine, item Nizolij ex Cicerone Paralipomena. Iul. Scaliger, qui prius Burdonis cognomine fuit, Veronensis, apprime eruditus, non solum soluta oratione, in qua nonnulla leguntur, sed & versu quædam cecinit,

30 inter quæ Elysius (poematis hæc inscriptio est) in quo insulã Padi Belvedere Ferrariæ Ducis eleganti carmine descripsit, & omnem ferè Estensium Genealogiam. Nuper eius libellum de numeris Comicis legi, mira subtilitate concinnatum, adeo vt interdum nisi bene in numeris versatus lector se possit explicare. Scripsit & alia multa, sed quæ non ad rem faciunt. Viuit adhuc Scipio

Scipio Baldus. Car. Aegidius.

Baldus Finalen. cui ingenium ad poeticam pronum esse ex eius plurimis versibus facile cognoscimus, multa edidit, plura adhuc suppressit, de hoc multis nõ agam, illum enim vos ipsi & cognoscitis, & amatis. Valuit & Card. Aegidius carmine Latino, sed & vernaculo Hetruscorum, extant nonnulla ipsius apud quosdam carmina, quæ illius ingenij subtilitatem ostendunt, sed conuersus ad

40 linguarum noticiam in sacre Theologiæ studijs conqueuit. Fuere & eodem ferme tempore alij plerique vates qui vernacula lingua poemata condidere: Vt Math. Marius Boiardus Comes Scandiani, Aloisius Pulcius Florentinus, & item Hieronymus Beniuenius, & Politianus, Nicolaus Corrigia Corrigiensis princeps, magnificusq; Laurentius Medices: sed nimius sim, si cunctos complecti velim, tonsores enim & sutores opificesque sellularios multos etiam ex fece haustos enumerare oporteret. Ex quo nescio qui viri alioqui docti in eam hæresin incidere, vt non modo vernaculas velint Latinis literis æquare, verum etiam antepone, quin & id etiam literis prodidere. Qui autem primi Rhythmos & huiuscemodii carminum genus inuexere, vel inuenere potius, variæ sunt summo

50 rum virorum sententiæ: quidam enim in Siculos, & Regnicolas retulere, pleriq; in Hetruscos, vnde & sermo Thuscanus dictus est. alij nonnulli in prouinciales, id est, eã partẽ Galliæ, quæ Prouincia nuncupatur, alij alia de quib. primũ Colotius, inde Bembus plurib. disseruere, præter eos vero quos & priore dial. & hoc ipso

Marcellus
PalingeniusIo. Mar. Vel
matius.Iulius Scali-
ger.Scipio Bal-
dus.
Car. Aegi-
dus.

- complexi sumus. Sunt & fuere nonnulli, qui tamen digni sunt ut à nobis hoc loco commemorentur, ut Hannibal Charus, inter hos felicissimus quidem poeta atque imprimis in ijs rhythmis, in quibus deflet Io. Guidiccioni Forosemproniense. Pont. interitum, soluto quoque sermone plurimum valet, ut eius indicant pleraque epistolae, quae passim per ora hominum vagantur, & quorum aliqua inter miscellaneas collectas epistolas passim leguntur. Est & Bernardus Capellus Patricius Venetus, cuius Hetrusco idiomate epigrammata multa leguntur, referta illa quidem multis luminibus ingenij & linguæ lepore. Est & Bernardus Tassus, olim quidem ab epistolis secretioribus nostrae Principis, nunc vero Principis Salernitani, vir profecto felicissimi ingenij: Cuius inter caetera huius vulgari dicendi genere tres libelli per rhythmos passim leguntur, sub Iuniperique arboris figmento Ill. Iuniperam Malatestam elegantissime celebrat. Est & in hoc sermone vernaculi genere Nicolaus Amaniùs, illustris & acuti ingenij, cuius multa poemata leguntur, inter quae est illa cantio, qua deflet multo cum pathetice & miseratione acerbam filij Hippolyti mortem. Fuit & in horum numero Ioann. Guidiccionus poeta admirandi ingenij, in cuius scriptis mirae animi conceptiones cernuntur, verbis etiam non minus electis prodita & explicata: sed interdum obscurior esse videtur quam par esset in ea dicendi forma. in his vero carminibus, in quibus Italiae miseras calamitates atque infortunia complorat, suae istius praeclarae dictionis testimonia legentibus exhibet. Fuit & praecleari ingenij prope haec nostra tempora Ioan. Oricellarius nobilis Florentinus, cuius Tragedia Rosimunda conscripta legitur, qua fabula manifeste videtur Euripidis aemulator, dum Hecubam illius imitatur: hic primus quidem in fabulis tragicis Chorus inuexit rhythmis solutis, ut praecipue ostendit tertius eius tragediae Chorus. Scripsit, & scribit indies Ill. Herc. Bentiuolus vernacula, & Latina, quae digna sunt & eius nobilitate & elegantia: quorum pleraque edita, in manibus eruditorum versantur. de eo parcius dico, quod tu Lili fati in praefatione sexti Dialogi de poetis dixisti & in praefatione Syntagmatum de Baccho & Diana. Ioan. a Casa (si vobis minus placet Casius) Florentinus, qui Beneuentanus Pont. Summi Pont. nunc legatum agit apud Ducem & R. P. Venetam, dignus & ipse mihi videtur, ut in hoc ordine poetarum collocetur, nam & vidi quaedam ipsius Hetrusco idiomate composita, quae ipsum supra mediocre subsellium reponendum arguant: mitto quod & Latine & erudite scribit. Esset & inter primos in hoc scribendi genere meo quidem iudicio reponendus Claudius Ptolemæus Senensis, nisi vulgaria haec & vernacula ad antiquorum Latinorum normam reuocare studuisset, qua in re, si non potius heresi, multos inuenit, qui eum sequerentur, ut infelix ille I. F. R. Valerius Claudio isti Ptolemæo eadem penè diligentia incessit, quae nuper Triflino & pridem Claudio Caes. Imp. ut novos characteres literarum excogitare voluerit, qua tamen in re, & multos habet sui studiosos. Extant & leguntur à multis aude imprimis quae ab eo scripta sunt, gradus amoris Platonici, & pacis sermones, aliaque. Est & inter Thuscos Benedictus Varchius, non modo in Thusco & vernaculo sermone cum gloria versatus, sed & graecis & latinis literis eruditus, cuius Latinos versus non sine Venere conditos legi, heroicis & epigrammata: Cynthio gentili meo amicissimus, ob communia studia, & insignem utriusque animi candorem. Est & hic Ferrariensis apud nos Albertus Regiensis, qui cum primū Philosophiae operam nauaret, coactus, ut puto, egestate ludum aperuit, & docet in Triuio. hic epigrammata Hetrusca supra ferè quae credi possit pulcherrimis & argutiss. rhythmis interdum conficit, quae, ut mea quidem est opinio, cum omnibus nostrae aetatis versibus Hetruscis conferri possunt. Similes etiam cantiones habet, sed imperfectas, nisi enim Lectisterniorum fabula ridiculum eum apud Principes fecisset, libenter in hunc poetarum ordinem collocarem. Est & in ore multorum Alamanus Florentinus qui pro Hetruria Gallias incolit, cuius plurima in hoc vernaculo dicendi genere feruntur, quae cum nec à

me visa, nec lecta, præter ex Sophocle in Hetruscum idioma conuersam Antigonem, ideo prætermissa. Fuere & duo in suo genere arguti & mordaces, non sine salibus, Francif. Bernia Bibiennas, & Maurus Foroiulienfis, quorum vt scitis multa leguntur à doctis & indoctis. Fuere penè non viris inferiores duæ illustres Principes & poetrix, Victoria Columnia Piscariæ, & Veronice Gamba
 ra Corrigiensis, quarum vtriusque pro sexus qualitate diuina leguntur poemata quæ eò cupidius à plerisque leguntur, quò sunt ab Illustribus matronis composita. Audio & alias emergere, quæ suo & aliorum præconio posthac celebrabuntur. Speronum Parauinum non inter hos vernaculos recensui qui Thuscansimum consecrati sunt, quoniam philosophus magis quàm poeta multis videtur. Audiui & Franciscum Bolognetum, nobilem Bononiensem libros quosdam de Fl. Constante Cæs. confecisse (quos enim alij cantus vulgares appellant, iste libros nuncupat:) vir est multi ingenij multæque lectionis, & in rebus agendis dexter & paratus. Sed iam videor de vernaculis satis multa dixisse, cum eorum carmina nunc passim per urbium fora, & vicos etiam à pueris concinantur. Et quidem rectè, inquit Antimachus, & proinde rædde nobis si quos habes Latinos amplius. Non desunt, inquit Riccius, si velimus Goricianam euoluere, vel si eos quos Paulus Iouius sua elogia tam virorum in disciplinis quàm in re militari illustriũ ornare conatus est, cõnumeraremus, nõ in quã desunt, & quidẽ
 20 pleriq; adhuc viuentes: quorum nonnullos vobis referam, quorum versus ad meam notitiam peruenere. nam & multo plures & esse & fuisse mihi persuasum habeo, minus enim huc omnium scripta perferuntur; vt sit Romæ, Venetijs, & Luteciæ Parisiorum. Inter hos igitur imprimis commemorabo Scipionem Capycium poetam ex Neapolitano Regno, qui in aliquo poetarum numero censendus est: eius ego tres libros carmine heroico conscriptos legi de Vate maximo inscriptos, quos ita exorsus est:

*Egregium iuuenem terris qui numine missus
 Diuino, æterni patefecit luminis ortum,
 Surgentisq; canam veræ primordia Lucis.*

30 Aonius Palearius poeta, vt opinor, Verulanus, vir non in poetica modò elegantia ingenio, sed & soluta oratione, qui nunc publice Lucæ profitetur bonas literas. Editus eius est liber de Immortalitate animorum heroico carmine ad Card. ampliff. & doctiff. Sadoletum. legi & eius elegantem orationem R. P. Lucensium. Quis non miretur in omni carminum fermè genere facilitatem Pet. Myrte
 Myrtei Foroiulien. poetæ: cui si accessisset animi constantia, nec tam erro & vagus esset, posset cum multis & quidem primarijs conferri, cum & ipsius versus tanti fecerit Iouius historicus vt sua elogia eis se honestare putauerit. Pet. Angelius Bargæus ex oppido Hetruriæ, qui nunc Pisis profitetur Græcas & Latinas literas, multa scripsisse fertur, inter quæ ego de Venatione libros & Eclogas quasdam vidi: scribit & Græcos versus. de eo speranda sunt indies meliora. Gulielmus Bigotius Laualensis scripsit diuersa poemata, Catoptron, id est, speculum ad emendationem iuuentutis: Epithalamion pro D. Henrico caduceatore I. C. Epigrammata in Empiricum quendam, vnã cum elegia ad libellum suum, & alijs quibusdam. Iannus Anysius poeta facilis multa reliquit poemata diuersorum argumentorum, quæ longum esset recensere. huius frater Cosmus imitatus vestigia, & ipse in poetica profecit, quæ cuius ordinis sint, facillime emuncte naris censor iudicabit, ne vobis hîc multa inculcem. Lud. Pariseti iunioris Regensis multa poemata extant, quæ ego quidem vidi, sed
 50 non accuratè legi. De Hieronymo Pariseto non attinet plura dicere, qui iuris quidem peritus, bonis tamẽ literis apprime eruditus, vt qui exierit e Schola Alciati, & Græcè & Latine doctus, versus aliquando componit. Cataldus Siculus

Principes
 poetrix.

Fran. Bolo-
 gnetus.

Scipio Capy-
 cium.

Aonius Pa-
 learius.

Pet. Myr-
 teus.

Guil. Bige-
 tius.

Iannus Any-
 sius.

Hier. Parise-
 tus.

Io. Birretarius.

Ael. Iulius Crottus.

Ioan. Bapt. Amaltheus.

Laur. Gambarara.

lus scripsit de morte Alph. Principis, de bello Africo, & quatuor aut quinque libros elegiarum, & alia. Iac. Lebetius Ferrarien. inter Sodales Canonicos S. Seruatoris bonis literis imbutus, & imprimis poetica, huius poemata nonnulla excusa Ferrariæ leguntur, & alia pleraque adhuc ab eo supprimuntur. Io. Birretarius Mutinen. sacerdos cum in bonis literis, tum in vernacula poesi mirum iuuenis proficere visus est, atque imprimis in cantionibus ita argutus, tersus & ornatus videbatur, ut cum eius nonnullas Bembo & Bibiennas alijque probati legissent, eum inter raros futurum sperarent: quare & Molcia noster eum domi suæ domesticum alebat: mox mutato dicendi genere totum se sacris literis addixit, unde factum est, ut Mutinen. omnis Academia eum patrem ac parentem vocaret, & patris loco haberet, donec ei non nihil turbarum à pietatis inquisitoribus factum est, sic ut cogereetur Romam proficisci, ad de se dicendum causam, ubi post aliquot menses absolutus Mutinæ in patria senex quiescere dicitur. Nec hoc loco præterierim Aelium Iulium Crottum Cremonensem non in poetica solum cognitum, sed & alijs plerisque artibus ingenuis, qui & nonnullos edidit libellos sui ingenij, & poetices facultatis documenta præbentes, sed & quotidie alia componit, quæ sicut ætate ille maturior, sic & eius scripta censemus, veluti ea sunt quæ ad te Lili scripta dedit Iambica, Hendecasyllabas, Eclogas, aliaque diuersi generis carmina. Vidi & superioribus diebus Io. Bapt. Amalthei quosdam versus, inter quos eclogas, elegos & epigrammata: iuuenis hic ut audio trilinguis, de quo bene sperandum. cuiatis sit nescio, sed eum Foroiulensem audio: eumque Venetijs apud Lipomanos iuuentutis institutorem agere. Viuit adhuc Laurentius Gambarara Riulanus ex Brixia, cuius poemata nuper legi Romæ excusa non indigna illa quidem lectione bonorum, nam & numeris poeticis, ac figuris, & varia eruditione habetur insignis. Romæ versatur Basilio nostro Zanchi carissimus amicus, ut ex eius carmine facile cognoscimus, & Zanchi ipsius epistolis. Præterea Ant. Franciscum Rainerium Mediolanensem, Honoratum Tasitellium, Augustum Cocceianum Brixientem, Gabrielem Taernum Cremonensem, Antonium Vulpium Nouocomensem, Parthenium Parauicinum, ac ipsum Nouocomensem, Georgium Iodocum Berganum, Angelum Perotium Camertem, Ptolemaum Galilium Comensem, Iulium Feroldum Cremonensem, Franciscum Manfredum & ipsum Cremonensem, Ioh. Paulum Amanium Cremensem, Paulum iuniorem & Iulium Iouios, Fabium Beneuolentium Senensem, Hieron. Olgiatum Percussorem, Landrianum Mediolanensem, Andream Angulium, Antonium Vaccam, Ant. Sanfelicium, Placidium Placentinum, Lud. Dominicum & ipsum Placentinum, Io. Baptistam Gabium, Ferdinandum Balanum Siculum, Fab. Segnium Florè. Petrum Aluarium Romanum, Lelium Caranum, Martinum Cromerum Sarमतam, Alexandrum Suitenum Germanum. Quibus sic à Riccio expositis, Antimachus subdidit: Postquam es in isto dicendi cursu ô Ricci, de Academijs etiam aliquid in medium afferas, quæ his annis proximis in aliquot Italiae urbibus constitutæ sunt. cui sic Riccius non cunctatus respondit, De Academijs quæ in plerisque urbibus erectæ sunt, nihil in vniuersum statuere possum: nam illæ quidem multum splendoris, ac lucis præferre videbantur, sed paulò post in fumum & nebulas euauerunt. verum & earum cognomina quales essent futuræ, significabant, quare de his nolo verba faciamus: nam quædam vix inchoatæ, esse desierunt, ut quam erigere hic Alb. Lollius enixe studebat, de qua extat & legitur oratio Ferrini nostri, & item altera ipsius Lollij. Ergo de poetis nostræ ætatis perficiamus, de his Academijs alias seorsum cum plus ocij fuerit agemus, Ita censes Antimache, vosque ceteri? Tunc nobis omnibus Riccio annuentibus, Riccius ita subdidit: Federicus Scotus, & Constantius Landus, Comites Placentini, omnem suam pueritiam & adolescentiam in humanitatis studijs ac maxime in poetica exercuere, quod eorum testantur carmina edita, itemque orationes: sed mox ambo cum discipuli magni Alciati essent, se ad

ad studia legum & iuris peritiam conuerterunt: non ut forenses causas ut Legulel acriterent, vel ius dicerent, sed ut elegantiam ac doctrinam veterum imprimis Iurisconsulti. adnotarent, & admirarentur, id quod eorum quaedam annotationa, quae mihi aliquando ostendere, facile declarant, viuunt, & quotidie in bonis literis versantur, praecceptorem Alciatum amulantes, qui & ipse potest inter poetarum collegium, & consortium reponi, eò quod eius extant carmina plurima diuersis in urbibus iam impressa, sicut sunt epigrammata, & emblemata. de hoc enim illud verissime dici potest, quod est apud Cic. de Scæuola, Iuris peritorum eloquentissimus, eloquentium iuris peritissimus: addam & ego: & polyhistor, bonusque poeta, quod tamen multorum aliorum uenia & pace dictum uelim, ut Lamph. Gypsi Lugensis consiliarij & Praefecti praetorio nostri principis, & Lelij Taurelli Fanen. Principis Florentini Iurisconsulti, & Anton. Augustini Hispani, duodecim uiri Rotæ (ut dicitur) Apostolicæ, & nostri Lud. Catonis aliorumque qui eloquentia & varijs disciplinis iuris scientiam exornare non cessant. Sed nostra commendatione non indiget Alciatus, qui suis scriptis iam toti orbi illustris, & clarus habetur. Francisc. Luisinius Vtinen. iuuenis est ad poeticam suapte natura & studio maxime propensus, de quo, ut eius ostendunt carmina, quae & ad me, & Eridanus quem D. Herc. nostro Principi misit de Nuptijs Annæ Esten. item Epodicum eiusdem carmen, quod de suo ipsius die natali Horatianis numeris ad Calinum scripsit, faciunt, ut in dies de eo longè meliora speranda sint: nunc uerò agit Venetijs institutor, & praecceptor adolescentum Corneliorum. His sic à Riccio commemoratis, ego de Mutinensibus in uniuersum sum locutus, Horum, inquam, ingenia prompta sunt, ac parata in utramque partem, nam & in poetica sunt qui acutè argutèque scribant, sed obscure admodum, ut Philippus Valentinus, & Ludouic. Castelvtrius criticus potius quam poeta, cui non satis Bembus & Sadoletus aures implent ut audio, de quo plura quae loquar non habeo, neque enim eius scripta mihi uidere contigit: nonnulla illius monumenta nuper mihi allata fuere, & Latina & uernacula lingua composita, quae sane mihi persuaserunt cum iudicio esset quàm acerrimo & eruditione non vulgari. Est & Gabriel Falopius qui se ad rem medicam transtulit. sunt & alij pene innumerabiles, sed vnus est inter eos mihi à primis annis cognitus Anto. Florebellus, qui cum doctrina tum modestia, ac uitæ continentia insigni laude est prosequendus. hic cum Sadoleto diutius uersatus, eius omnem uitam æmulatur: & quamquam eius uersus non legerim, quod meminero, extant tamen edita eius quaedam opuscula soluta oratione, quae quod de eo uobis ipse attuli uerissima esse demonstrant. Caroli Segonij nec carmina, nec orationes legi, ideo eius non memini, publicè Græcas & Latinas literas Mutinæ proficitur. Brixia multos habet eruditos, sed non & poetas, ut eius filia Verona. inter eruditos quidem magnus ubique Pater Octauius, nisi quod stilo abstinet, nec suas opes publica taberna uendit. Versificatores etiam potius quàm poetas fouet ipsa Brixia. Hæc cum à me dicta fuissent, De meis Mantuanis, inquit Antimachus, nihil prætereas: sunt enim & plures qui in hoc poetarum cœtu digni sunt ut connumerentur, inter quos isti, Lelius & Hippolytus Capilupi fratres Mantuani, quorum cum Latina tum Hetrusca multis luminibus ingenij lita, sed non castro ac stilo Vergilij ac Petrarchæ polita leguntur, quæ illos non indignos demonstrant, ut inter poetas nostræ ætatis reponantur. Fuit Ieremias Cusaturus Mantuanus & ipse poeta, & sacrificulus, qui mira facilitate, propè Ouidiana, inter cetera sua poemata reliquit fastorum libros, in quibus & antiquas gentium ceremonias, & nostras complexus est. huius poetæ carmina nondum quod sciam sunt edita, & ab eius posteris ut audio, supprimuntur. Galeacius quoque Gonzaga, qui ut Ill. genere, sic & carmine: ac Mantuæ quidem natus, hic tamen Ferrariæ plurimum in aula uersatus comes principis, nunc prorex Mutinam gubernat. leguntur

Alciatus.

Fr. Luisinius

Gabriel Falopius.
Ant. Florebellus.

Ier. Cusaturus.

Galeacius Gonzaga.

tur eius carmina multa, sed non edita. Sunt & alij Mantuani, quorum scripta ad notitiam meam non peruenere. Fuit & Peregrinus Moratus grammaticus criticus Mantuanus, hic & Latinos & vernaculos versus plurimos componere solitus fuit, quorum pars edita, pars adhuc supprimitur. Ferrariae tamen hic diu est versatus, nobilium adolescentium magister, vbi & uxorem duxit, ex qua liberos suscepit, quos inter est Olympia Morata puella supra sexum ingentiosa: nam non contenta vernaculo sermone, Latinas, & Graecas literas apprime erudita, miraculum ferè omnibus, qui eam audiunt, esse videtur: hæc his diebus nupsit Grunthero huic nostro, qui & eam in Germaniam ad urbem patriam Herbipolim transferre meditatur. Est & Mantuanus Io. Baptista Posseninus, quem audio de honore libellum, seu maui dialogū, Thusce ea felicitate composuisse, vt nemo honoris cupidior illum in delitijs non sit habiturus. hic fratrem habet Antonium præclaro ingenio, & hoc fratre non indignum, quem & optimis studijs & poeticæ facultati operâ nauare felicissimè intelligo. Mantuanus etiam immò vester ex multo tempore Io. Ant. Burgus, ex cuius ludo hic multi prodire in omni facultate docti discipuli, cum philosophi, ac medici, tum Iur. conf. cunctus multa extant carmina, sed non edita, quæ ille amicis quidem legēda & describēda exhibet. viuit adhuc in viridi senectâ. Hæc cum ita ab Antimacho de Mantuanis suis dicta fuissent, tunc ego: Quid vetat præter iam dictos de Ferr. etiam aliquos longè quidem repetitos hic vobis recensere: quos inter Lud. Carbo, de quo & alibi meminimus, insignem gloriâ suo tempore est adeptus, floruit enim Leonello Principe & Borasio Estenlibus huic vrbis imperantibus. plurima cum soluta oratione tum versu conscripsit, quæ florido, sed humilistilo à paucis habentur. discipulus hic Gazæ fuit, & in hac nostra vrbe, quoad vixit publicè Graecas, & Latinas literas professus est, pestilentia absumptus, quo tempore Venetum cum Ferrariens. bellum gessere, anno à Christi natali 1482. Nec incelebris poeta & Grammaticus noster Ferrariens. fuit Curius Lancilotus Palsius, laurea insignitus, qui post carmina, vt ea ferebant tempora, non penitus insulsa, libros reliquit s. P. Q. Regien. inscriptos de literatura non vulgari, ob cuius librorum eruditionem eius gloriæ nonnulli inuidi eum Pomp. Leto furto illos subtraxisse, distulerunt. Fuit & Daniel Finus non insulsus omnino poeta, qui plurima quidem opuscula scripsit, sed non edita præter pauca. Viuit Gabriel Areostus Ludouici frater, de quo priore dialogo actum est, qui Gabriel suapte natura ac ingenio ad poeticam fertur, cuius poemata varia, & varij generis carmina leguntur, & nisi totius corporis membris ac neruis contractus fuisset, potuisset in hac facultate bonis conferri: ingenium certe ei non deest, nec inuenienti aut disponendi facultas. Fuere & mea ætate, familiaritate iuncti duo, qui Romæ periire, Aeneas Gerardinus, qui absorptus meretricum procellis peste perijt, suis omnibus scriptis amissis: Alter vero fuit Albertus Cistarellus qui eo vltieris processisset & doctrina & moribus, nisi curiæ Romanæ ambitio illum in alicuius Pont. desiderium rapuisset, quod eum tam diu tenuit, quoad eum mors matura è medio sustulit, eius scripta cum eo deperdita esse existimo, præter poema heroicū non aspernandum, quod in D. Annam Goricianam composuit, quod & Romæ excusum in Goriciana legitur. Recitauit mihi his proximis diebus & lyricos & epigrammata quedā Archelaus Actiolus, huius nostri Iacobi Actioli filius, quem in poetica auū & patrē secuturū spero, Hic Riccius, Quoniã de te Lili nostrū nullus neq; de tuis carminib. adhuc verbū fecit, puto mihi hoc reseruatū vt de te loquar. Ego verò te in hoc poetarum genere cum optimis quibusq; conferā, cum hymnos, elegias, & epigrammata tot scripseris, quæ tamen distinctè iuuenilia, senilia, & sacra nuncupare soles. quem vt ridentem de me plura dicurum conspexi, sermonem interrupi: Ex nostris quoq; multi sunt hodie qui si in hoc stadij curriculo, & in hoc puluere & arena poeticæ facultatis perstitissent, multis lauream, & palmā abstulissent: sed eos ferè ex carcerib. egressos alios philosophia & medicina

na seduxit, alios Pont. & ius ciuile. Nam quis Fabio Antimacho huius M. Ant. filio Græcè ac Latine instructior? Quis Franc. Seuero Argentenfi torosior, laborosior? qui in difficillima dialectices materia explicanda tropis & metapho-
 ris, quas Græci dicunt, vsus, tam belle pedè effert. Quis Dom. Bondio Magnano argutior ac limatior? Quis Iulio Pontio Moreleto festiuior, ac plenior? quis-
 nam & in tragœdia cõponenda ornatior? Quis Hieronymo Benintendio Bel-
 giarino magis statarius, & amentatas hastas valētius intorquet? Porrò quis Iac.
 Cagnacino paratior ac faciliior? Quis Prospero Pasetho grauior ac pudentior?
 Quis Ronchogallo audacior, copiosior? Quis R. Renato Catone magni Lud.
 10 Cat. filio mollior, & delicatior? Sed video vos mirari quod de duobus penè fra-
 tribus intimis amicis, Irenæo Brasauolo & Io. Baptista Pigna adhuc nihil dix-
 rim, putantes me oblitum: sed sicut ex animo nunquam, ita nec è memoria efflu-
 ent. Sed Irenæus paterna imitatus vestigia, instructiorem se esse cupit, & exer-
 cet in tota re medica: Pigna vero quamquam & ipse in philosophia & medici-
 na sese studiosum præbet, nihilominus humanitatis studia nunquam deserit. nã
 vt omittam quæ adolescens soluta oratione perscripsit de consolatione tres li-
 bros ad Thomam Lucen. materteræ suæ virum, & libellum de ocio, quem am-
 plissim. Cardin. Saluiato misit, & varias epistolas, versus quoq; Latinos, & Rhy-
 thmos Hetruscos, & illos quidem argutos ac lepidos, indies conficit. Sed & ly-
 20 ricos aggressus, elegos, & heroicos tam studiose pangit, vt merito bene de eo
 sperandum sit. quibus de rebus inducti prudentiss. Princeps noster Her. & Iac.
 Troctus Trib. Pleb. & Pa. Pat. & Ant. Musa Archiaterus nostri literarij gymnasij
 moderator & præfectus, eum in professorum albo ascribi voluere, vt extraordi-
 narius humanitatis lectionem pub. Græcè & Latine profiteatur. Inter hos non
 commemoro Alex. Sardum, qui ex patris Sardi instituto historias consecratur,
 & quotidie opisthographa collectanea ex omni scriptorum genere conscripta
 compilat, vt illum omnia scire credas, quæ colligit. Herc. postremò Troctum
 Alph. Trocti filium equitem meum vereor ne a bonis literis & Græcis & Lati-
 nis nonnihil auertant principalis aulae illecebræ, & equitandi studium, quod ta-
 30 men ne fiat, parentis diligentia & solertia cauet. & hos quidem nos ipsi nomi-
 nauimus, cum inter omnes primus fuisset connumerandus Herc. II. Esten. Pr.
 noster qui ab ipsa penè infantia carmina & versus scribere solebat: sed eum desse
 xit cura dominandi, & principatus, & quamquam seorsum nonnunquam cum
 musis se ociosus oblectet, & libenter ab alijs conditos versus scienter perlegat,
 dissimulanter tamen se hac in parte laudari patitur. Nos tamen ô HERC. musa-
 rum sacra colentes feras, si non taciti hoc præterimus, quando & ex tuis cubicu-
 lis exiure duo non indigni vt cum poetis connumerentur, Aug. Mustius &
 Nic. Bendideus, quorum vtriusq; præter cætera aulae ornamenta, & non incon-
 ditos versus legi tum ad me, tum ad alios missos. Et simul hæc dicens, Ho-
 40 ra, inquam, iam tarda est, & Sol inclinatur, ideo totius sermonis finem
 faciamus. & ita sermo absolutus fuit, cum & vesper & diei
 serum iam esset, & ita omnes ad propria,
 vale dicto, redi-
 erunt.

Irenæus Bra-
 sauolus & I.
 Bapt. Pigna

Hercules II.
 Esten.

DIALOGORVM DVORVM DE RECEN-
 TIORIBVS POETIS
 FINIS.

NN

LILII GREGORII GY-
RALDI FERRARIENSIS PRO-
GYMNASMA ADVERSVS LITERAS
ET LITERATOS.

Probo & candido Lectori.

QUIS unquam humaniss. Lector satis pro dignitate literas laudare potuit? quis numerare
quanta vitæ commoda attulerunt? Id quidem quàm plurimi conati sunt, nullus planè ad-
huc, quantum mihi videre contigit, omni ex parte est assecutus. Hæ nos etenim imprimis huma-
nitate, mores, & virtutes edocuerunt: hæ nobis leges & iura descripsere: hæ rerum naturam, &
quæ ab ipsa producta sunt explicuerunt: his humanarum diuinarumq; rerum scientiam, hoc est, sa-
pientiam comprehendimus: hæ quæ innumerabilibus ante nos pene seculis gesta sunt ante oculos
ponunt: hæ & quæ nos ipsi vel præclare gerimus, vel acute excogitamus, ab obliuione vendicant,
ac posteris cognoscenda commendant: hæ cæli orbis circulosq; & globorum stellarumq; conuersi-
ones ac traiectiones patefaciunt: hæ demq; DEVM ipsum immortalem, ælitumq; sedes, & di-
uina arcanaq; mysteria declarauerunt, & quo essent celebranda ritu exposuere. Has tamen vnus e-
go tantas ac tales, parum prudens nunc demum ausus sum criminari, reasq; facere: id quod mihi nõ
impunè, sed pessime cecidit. Nam tamen hoc ipsum haud serio sum molitus, loquacitatis tamen et
iocationis nostræ panas & quidem grauisimas dependi: & licet, vt Stesichorus Theodeetesq; po-
eta, non oculis captus fuerim, nec vt Theopompus historicus mente commotus: ex quo tamen tem-
pore hoc ipsum Progymnasma composui, non sciuentis modo Fortuna procellis iactatus sum, bis
bonis omnibus spoliatus: Verum etiam ita sum corporis membrorum affectus, vt eius iam nulla pars
articulorum doloribus vacet. Pœnas ergo pertuli, non quòd, vt illi, Helenam vel Hebræorum sa-
cra, sed sanctas literas per ludum & per iocum vituperavi, idq; vel ludentis nos fortuna iniquita-
te, vel potius (vt dixi) exercitationis causa. Quam utiq; exercitationem ea nunc ratione in lucem
proferre constitui, vt si qui forte erga literas, & literatos male affecti sunt, meo ipsius exemplo ac
periculo discant, non modo serio, sed nec quidem ioco maledicere: & simul, si forsitan eorum ali-
qua quæ literatis hic obiecta sunt, vera fuerint, ea in te probe Lector ipse corrigas & castiges, nec
sanctissimas ipse literas patiari per te vel inquinari, vel in te vitiari. Vale diu, & equi rogo boniq;
hoc quicquid est, consulas. Iterum vale.

LILIVS GREG. GYRALDVVS CAELIO
CALCAGNINO VIRO DOCTISSI-
mo S. P. D.

MEMINISTIN' Cæli doctissime, ambo adolescentes cum essemus, me abs te ad declamandum sa-
pius prouocari? vt in hanc pulcherrimam & florentiss. urbem antiquam illam rhetorica
ludicræ exercitationis consuetudinem pridem desitam atque abolitam, nostro exemplo inducere-
mus, vt declamatorum more ac sophistarum, materia proposita in vtranq; partem quacũq; de re,
nonnunquam etiam ex tempore oratio haberetur, ad excitanda videlicet & exercenda patriæ iu-
uentutis ingenia. Meministin' inquam, eo nos tempore inter alias controuersias illam declamasse,
qua non Iuris peritis modò, quorum de scientia tum disceptabatur, sed etiam philosophis sermonem
dedimus: nam cum fortè mihi iura & leges vt laudarem obtigisset, tu contra quæ à me dicta fue-
rant, tanta verborum ac sententiarum copia, tantis argumentis respondisti, vt non fictam contro-
uersiam declamitare, sed planè orare videreris: Emanauit nescio quo pacto in vulgus ea declama-
tio, quam non simulatè, sed ex animo dictam fuisse rati nonnulli inter iureconsultos ea tempestate
non ignobiles, eius rei nomine non a quos erga te se iudices præbuisse recordor. Quare hoc tuo exem-
plo monitus, quum aliquot post annos ego Romæ cum essem, eadem exercendi ingenij causa in li-
teras &

terat & literatos progymnasma composuiffem, obrectatorum & sciorum calumnias sermo-
nesq; veritus, ipsum illud tantum absuit, vt in apertum lucemq; proferrem, vt vix etiam quin
Vulcano Neptunoq; consecrarem me continere potuerim. Latuit ergo mecum haectenus, ex tot ca-
lamitatibus nescio quo fato superstes. Vides iam puto Coeli, qualis libelli sit Genius: nempe antequam
cognitus, quasi quodam prauidicio condemnatus. Mitto igitur ad te illum ea de causa, vt cum tu
inter literatos & eruditos iam diu principem locum tuo iure ac merito obtineas, ipsum diligentif-
sime non modò examines & censeas, sed, si ita videbitur, stilo quoq; verso deleas: nam quacunq;
illum Fortuna nota dignum remisit, eandem, ex tuo iudicio & censura apud me subibit. Vale
decus meum, immo Vrbs & orbis. MDXL. Mense Septemb.

LILIVS GREG. GYRALDVVS BERNARDI
NO ADRIANO BARBULEIO SACER-
doti S. P. D.

EA inter nos Bern. Barbuleie suauiss. intercedit amicitia, quae à pueritia & schola vsq; initium
sumpsit: quae, vt Fabius verissimè scripsit, vsq; ad senectutem firmissimè durat, religiosa qua-
dam necessitudine imbuta: nec enim est sanctius sacris isdem initiari (quanquam & nos vtrius-
que etiam, hoc est sacrorum & literarum mysterijs initiati sumus) quod quidem mihi summi a-
moris vinculum primum cum Caelio Calcagnino (vt probe potes meminisse) intercedebat, & te-
cum deinde, quapropter cum nuper tanto ac tali amico, & si fateri velim, patrono orbatus sim, v-
nusq; mihi propè reliquus huius sodalitatis sis superstes, qui ab eo non minus amabaris, quam à me:
vt potè qui cū eo semper in hac vrbe sanctissime vixeris, nec ab eo vnquam absueris, vt ego, qui
peregrè profectus, à vobis multos annos cum alibi, tum Romae praesertim absui: sed cum nequā-
quam id est, praexercitamentum meum quoddam illi superioribus annis dicassem, nec adhuc in
apertum lucemq; protulissim, propter scilicet ἀδελφῶν κὶ ἀπορίας ἔπιπορευῶν, id est, turpe argumentū,
vel si mauis, vt Gellius, interpretari, infamem ac inopinabilem materiam, nam id aduersus literas
& literatos inscribitur: hoc vero demum tempore, quo communi vtriusq; sumus amico priuati, il-
lud ea lege statui edere, vt si quid forte vitæ, scriptorum meorum exilitas est habitura, posteris hæc
nostris nota fiat animorum ac necessitudinis coniunctio. Quare mi Barbuleie hoc nostrum quale-
cunq; Caelio quidem prius inscriptum progymnasma accipe, quod alioqui viri quidam vt vrbs no-
stra primarij enixe efflagitarunt, sed nulli mihi post acerbum Caelij interitum, cui vt omnis erudi-
tionis Coryphæo illud vt castigaret destinaueram, magis sunt digni existimati, quam tu ipse, vt in
tuo & illius nomine appareat. Vale. Ferr. M. D. XLI. Mense Iunio.

LILII GREGORII GYRALDI FER-
RARIEN. PROGYMNASMA ADVERSVS
LITERAS ET LITERATOS,

46

Ad Ioannem Franc. Picum Mirandulan. Principem.



NON eram Pice nescius, si quæ pridem mala cognoueram litera-
rum studia mortalibus afferre, ea patefacere, fore, vt me labo-
remq; meum pro cōmuni omnium utilitate susceptum varijs re-
prehensionibus obijcerem. nam & cum ipsam cogitationē hanc
meam amicis quibusdam communicassim, ex his quidam me a-
tra bile motum, nonnulli panicis agi dicebant. Si qui tamen, vt
certe nonnulli, eadem sentirent, vel à mea hac sententiā non omnino abhorre-
rent, hi me ad quascunq; alias dictiones vocabant, genus hoc dicendi totum, et si
res de qua agere praeposui vera sit, non decere tñ in vulgus in apertumq; pro-
ferri propter iam inueteratam & insitā in omnium propè animis opinionē: simulq;
vt literatorum hominū inuidiam vitarem, quorum genus est maximè irritabile,
& iā non modò in me luculentas orationes meditari sentio, lectissimosq; hinc &

inde flosculos decerpere, & simul vndiq; venena colligere. Ego vero id quidem eos longe me elegantius ornatiusq; copiosius etiã & eruditius dicturos arbitror, verius certe nequaquã. Verùm cogitanti mihi, quantum hoc studiũ meũ & cogitatio, vtilitatis plerisq; omnibus esset allatura (si qui modo nobis auscultari, vel alias ad res cõmunis hominum vitæ degendæ accommodatiores labores suos impendere, & studia animũmq; intendere voluerint) non ab re fore visum est, vt omni depulso metu, si non omnibus (multos enim fore pertinaces ac obstinatos putamus) paucis saltẽ, vel vni tibi, qui inter literarũ ac disciplinarum studiosos ab ineunte ætate natura ipsa & ruopte studio ita institutus es, vt propè iam summum locum inter earum professores teneas, hæc nostra mitteremus. Simul equidẽ non nescio, quantum sermonis plerisq; sim daturus, quantumq; mihi inuidiæ apud omnes, quibus res ista pridẽ est præiudicata ac persuasa, sim comparaturus. nec minus quantũ laboris subierim, si rem non totanti modò ac penitus, sed ex parte complecti voluero. Verum enimvero ita mihi fluctuantib; multo plus animi, tu mihi Pice addidisti, cum te omnium gentium philosophiam, atq; imprimis Platonis, quem virum diuinum literati istĩ vocant, & Aristotelis quem naturæ peritissimum fuisse volunt, ita infirmasse atq; evertisse potius video pro hominũ Christianorum vtilitate: Quid nõ mihi quoq; in re tam præsertim vtili & manifesta (vt quidẽ mihi videtur, modò aliquo, vel mediocri ingenio præditus non collimem) non sperem me ostensurũ, vel ijs saltem viam aperire, digitũmq; ad fontes intendere, quò alij multo meliora, & plura possint, & meditando inuenire, & alijs scribendo impertiri. Sed enim antequam aliud faciam, illud mihi imprimis, quod à literatis nonnullis obijci sentio, paucis diluendum est, me videlicet literarum ac disciplinarum auxilio atq; ope vsum fuisse ad conuellendas & diuexandas literas & literarum professores: Quasi verò, quoniam Cantharidis venenatisq; alijs ad sanitatem periti medici vtuntur, ideo Cantharidas & venena ipsa suapte natura bona & vtilia existimanda sint. Neq; tamen negarim me literarũ notis & figuris vsum esse in huiusce rei scripture: quĩ enim aliter fieri potuit: non earum tamen vsus sum præsidio atq; suffragio. Si quid enim hĩc quod literis vel earum professoribus conuenire visum fuerit, id non est acceptum referendum illis, nec earum studijs, at ingenij. potius mediocritati & cogitationi sedulæ, cum aliqua (si forte videtur) industria & diligentia, quibus non inficior me nonnihil libenter operam dare. Erunt & alij fortasse, qui mei ostentandi causa hæc ipsa à me perscripta affirmant. Quibus ego breuiter ita responsum esse volo, primũ nullam in me tantam esse vel eloquentiæ, vel eruditionis non dicam excellentiam vel æstimationem, sed opinionem, de me, vt mihi merito id imputari possit. Deinde si aliqua ex parte me & antea vitæ meæ instituta ab ineunte vsq; pueritiã cognouissent, non id de me profectò opinarentur, id quod verum me dicere, tute ipse testis es Pice, quĩ cum à teneris assidue sum versatus, & optimè noris ab omni venditione atq; ostentatione quàm procul absum. quare hæcenus ijs sit responsum, qui vel beneficio literarũ, vel ostentationis gratiã eas ipsas literas me insectatum fuisse, atq; improbasse dixerint. Iam vero, quas ego literas hoc loco intelligam, quòsve literatos, earũque professores, prius ostendere atq; monstrare pretium operæ videtur, ne in vniuersum omnes dãnare videar. Literas ego hoc loco appello desideriu quoddã ac intemperatam quandam cupidinem per ipsas literas & earum studia, alicuius rei vel scientiæ inuestigandæ ac perdiscendæ: Literatos autem, & earum professores, qui id quod modo diximus, per eas ipsas literas, efficere dies noctesq; laborant. nam literas ipsas, hoc est, notas & elementa, quibus in scribendo vtimur, quæ tum publice tum priuatim, tum etiã domestica nobis indies gerenda occurrunt negocia, vt maximè necessarium opus, & opportunũ rebus pertractandis, cum in rebus publicis & ciuitatibus, tum priuatis & commerciis, & rerum permutationibus, alijsq; quàm plurimis, non modo non detestamur,

mur, sed nec quidem improbamus: Illas tamen inter ea opificum opera artésq̄, quas sordidas vulgaresq̄ & sellularias appellant, reposuerim: de hoc enim literarum genere à nobis in præsentia minime agendū. quamquam & Platonem dicere solitum audiui, literarum vsus memoriam obstare, videlicet quòd illa, quæ scriptis reposuimus, velut custodire desinimus, & ipsa securitate dimittimus: tamen nec illas nos, nec item illud reprehendere velle intelligimus, congrue & ornate loqui quocunq̄ sermonis genere, seu latino illo seu græco, seu vernaculo quocunq̄ & quotidiano, vt quæ mente animoq̄ à nobis cogitata sunt prudenter, & quadam naturali (vt sic dicam) ratiocinatione, nec perperam nec præpostere ponderata, palam vt sint ad vsus vitæ, demonstramus. Atque hæc vtinam mihi imprimis à Deo optimo maximo ipsa quæ natura concessa forent, vt ea pro re castè atq̄ ornate facere possem, non equidem hoc mihi loco tantum laborandum esset, vt ea ostenderem, quæ animo pridem mecum cogitata, & vt mea quidem est opinio rectè pensitata sunt. Illud nunc certe nos facere intendimus, vt quo plus in negotijs gerendis res quàm verba profunt, eò iudicium ingeniumque ipsum à natura bene institutum atq̄ informatum, longe literis & literatis ipsis præstare monstremus, nimiasq̄ literas, vt ille ait, ad insaniam homines conuertere: nec modo id verum esse, sapius ad laudem atq̄ virtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam: immò multò etiam sapius diffuisse quàm profuisse humano generi & vitæ audiuimus, cum se literis & earum studijs homines potius dediderunt, quàm animo à natura bene instituto atq̄ informato. Rem profectò arduam (vt vides) Pice aggressi sumus, nam præter literatorum quorundam inuidiam vel sciolorum potius, & se bene doctos putantium, qui nos calumniabunt, nobisq̄ negotium facessent, id quoq̄ compertum habemus, omnium rerum cognitione, cum primum aperitur, multis obstructam videri difficultatibus & calumnijs patere: & quamquàm hæc quæ nos in præsentia dicturi sumus, in obscuro minime lateant, ea tamen est in iudicijs hominum plerumq̄ infirmitas, & sæpe malitia ac pertinacia, vt id obstinate pernegent, quod animo tamen verum esse fatentur: Verum nec difficultas ipsa, nec inuidia, nec quam modo diximus, multorum malitia ac pertinacia me terrebunt, quo minus institutum propositum intrepide aggrediar, tuo præsertim fretus exemplo: quod cum à me fit, animum quæso parumper à curijs, quibus plus nimio interdum distringeris in ditione tuenda, & à disciplinis semotum mihi adhibe.

Principio humanum genus ea ego ratione à Deo opt. Max. constitutum audiui, vt vel Deum ipsum principem & rerum omnium parentem penitus contempletur, diésq̄ noctésq̄ aliud nihil agat, quàm vt studium & operam rebus agendis impendat, aut si rectius meliusq̄ sibi & alijs consulere velit, vtrunq̄ vt faciat, vt scilicet & Deo immortalis simul, & vitæ in communi degendæ operam nauet: ex qua re hominum cœtus & conuenticula, quæ ciuitates & Respub. dicte sunt, conflata & constituta sunt. Id verò vt sic fieret, Mens imprimis ipsa diuina nobis a Deo ipso immortalis insita atq̄ elargita in causa fuit, ad cuius exprimendas & manifestandas conceptiones, membrum lingue tamquam instrumentum à natura datum est, quæ esset quasi mentis ipsius ac animi interpret atque prænuntia: hæc ipsa utique lingua nos Deus & natura vti voluere ad ea, vt modo dicebam, expromenda quæ animo & mente conceperamus. Quantum vero utilitatis & momenti afferret lingue munus, sollertiores quidam animaduertentes, signa quædam & notas, quas ipsi literas vocauere, longo post tempore excogitarunt, quibus procul absentibus lingue loco vsi sunt. aliqui mox etiam imbecillioris memoriæ ijs literis tamquam rerum thesauris præsentibus vsi fuere: qui non his literarum muneribus contenti officium peruerterunt, & in alios omnino vsus transtulerunt, sequæ ijs, quod aiebant, hominum ingenia & animos excolere professi sunt, ipsisque literis & animum ipsum & eius cogitationes ac sensus subiecerunt, Regesque ac dominos seruire & famulari ancillis

coegerunt. vnde pene innumerabiles exortæ sunt illis abutentium opinio-
 nes atque sententiæ: Quidam enim ijs se rerum præteritarum memoriam po-
 steris consecrare, alij sapientiæ se operam dare dixerunt, & quidem multifa-
 riam, vt iam non illud, quod aiunt, esse putem de capitibus hydræ fabulosius:
 alij dicendi facultatem artémque à se inuentam tradere, alij medendi rationem:
 quidam etiam Deos ipsos immortales commentari atque docere, alij se le-
 ges & decreta plebiumque scita ciuitatibus & populis sancire: alij demum,
 & ij quidem plurimi ingensque turba, se ijs plebes & vulgus inaniter oble-
 ctaro falli sunt. atque ita hæc noua insanendi via adeo permultos traxit in sen-
 tentiam, vt ad hanc nostram ferme atatem hominem nihil sapere à plurimis
 & dictum & existimatum sit, qui non prius in eiusmodi literarum & disci-
 plinarum studijs, quæ vocant, insaniuerit: atque adeo etiam prudentiorem ac
 sapientiorem vocauere, qui literatius & magis in his delipuerit. Fuerunt &, si
 deis placet, ex mulieribus, quæ colo & calatho relictis, non contentæ muliebris
 & domesticæ leuitatis, literarum quoque ac studiorum insaniam sibi asciuere:
 Athæ quales nugæ, quæ libidinum noua portenta excogitarunt? quas inau-
 ditas tragœdias amoribus nefandissimis emancipatæ plusquam foeminae fer-
 cerunt, ne dicam faciant: pudet me hoc loco reminisci masculam quoque Ve-
 nerem eas molitas, & mutuo frictu contaminatas, cæteraque quæ puer ali-
 quando non sine rubore à magistris in scholis de huiuscemodi nefandis mu-
 lierum monstris audiui. Sed quid de istius (vt dicitur) segnioris sexus litera-
 ris pluribus agimus, qui ad sobolem tantum, & domus rei que familiaris custo-
 diam à natura constitutus esse videtur: Quare iam satis de his à nobis in præsen-
 tia dictum, ne propositum nobis institutum deseramus, istius multiplicis per-
 suasionis euellendæ, vt vanæ, vt generi humano maxime perniciosæ, & pestife-
 ræ, quæ non solum nobis in rebus quæ extra nos sunt, & quæ fortunæ dicun-
 tur, sed etiam quæ nobiscum sunt, animo videlicet & corpori, plurimum obest,
 idque paucioribus quam fieri poterit ostendemus: si prius tamen illud, quod in
 multorum animis ac mentibus penitus insedisse videmus, euellere ac radicitus
 extirpare poterimus, existimantium literarum studia ab ipsa natura esse nobis
 ingenerata: id quod ego vel solo argumento facillime refellam, à puerulorum
 & paruorum natura sumpto, in quibus, vt in speculis, natura ipsa relucet, ac cer-
 nitur, & qua ipsi duce nituntur, omniâque rerum & actionum principia in ijs ab
 ipsa natura ingenita sunt, & (vt sic dicam) adumbrata, omnium verò illi re-
 liquarum rerum quæ secundum naturam sunt, auditione ac commemoratio-
 ne delectantur, earumque inuestigatione, vt omnia velle scire indicia certissi-
 ma demonstrent, solas literas & earum scholas fugitant, & ab his maxime ab-
 horrent: nec eas nisi munusculis allecti, vel metu, vel verberibus ac ferula co-
 acti frequentant. Indicium hoc certè manifestissimum, non naturæ opus es-
 se literarum studium, sed violentiæ cuiusdam, & aduentitium potius, ac altun-
 de quam à natura accersitum: nam si à natura ipsa literæ proficiscerentur, eas
 vt cætera sponte non coacti aliqua saltem ex parte pueri illi tenelli & parui in
 illa ætatula asciscerent: iam vero literas non à natura esse videmus, vt quæ illi-
 us opus non sint. Num eæ saltem vel earum studia sub aliqua artium natura-
 lium diuisione comprehendî possunt? Num in ea quæ in consideratione &
 inspectione tantum consistere dicitur? minimè: quoniam nisi annexa agunt &
 coniuncta alicui materiæ, vel rei subiectæ. Num in ea quæ in effectu atque
 actu existunt? tantundem: quoniam, vt diximus, non nisi coniuncta agunt.
 An fortasse coniunctæ & consideratione & actione simul? Longè minus pro-
 pter iam à nobis dicta: Reliquum tam est, vt inter ea sint, quæ oculis subiiciun-
 tur, & consummationē aliquam potius quam finem accipiunt, qualis est pictu-
 ra: Quæ nam enim sunt propria literarum studia nisi characteres & figuræ ipsæ
 ea vero quæ considerantur per eas, ingenij sunt & naturæ ac rationis. At ali-
 quis

- quis dicit: ratiocinari, & rerum causas, nisi per ea quæ scripta sunt, investigare non possumus: minime vero. nam mens & ratio, non literæ hoc faciunt. at hæc instrumenta saltem, & adminicula: quin potius lingua, quam instrumentum à natura constitutum ante iam diximus, ad expromendas animi conceptiones. At vero quosdam literas audio reposuisse inter eas artes, quæ circumcurrentes dicuntur: quòd scilicet eæ in omni materia & re subiecta se intromisceant ac circumquaque cursare videntur, vt nonnullorum est natura famulanti-um, qui temeritate ac impudentia quadam, non vocati, heris etiam plerumque inuitis sese in ea ingerunt, quæ non sua sunt à domino munera præscripta: E-
- 10^o sto vero sint famulæ literæ, vt sunt, ad expromendos sensus & animi conceptiones: Num hoc ipsum melius pictura præstabit: quibus, vt audiui ex literatis ipsis hominibus, eos interdum vti, cum quid memoratu difficile recitandum, vel describendum occurrit, ad quod exprimendum vel memoria vel descriptio ipsa per literas non sufficit, idque ea præcipue de causa se facere prædicant, quòd eæ ipsæ picturæ vel imagines clarius & verius rerum formas imprimant, quam quæ per literas fiunt. quin & audiui nonnullas olim Orbis nationes & quidem celebres imaginibus quibusdam ac figuris vsas esse pro literis. Ex ijs certe quæ diximus cognoscimus parum utilitatis & vsus esse ex literis, tantundem atque in pictura: damni vero plurimum, quod infra planius ostendemus.
- 20^o Memini quoque ab eruditis quibusdam audire, nihil infantius, nihil ineptius, nihil etiam durius fieri posse, quam prima literarum rudimenta, adeo vt earum radices non aliam ob causam amaras dictas à quibusdam ex literatis ipsis existimem: artes quoque de literis traditas (si modo ars esse potest de ijs quæ indies antiquari videmus) molestas & odiosas esse. Sed hæc raptim præteruolamus, vt notiora. Iamque illud potius agamus quod prius à nobis fuerat propositum. Omnia quæcunque bona dicuntur, ea trifariam definiri ac censei posse videntur: vt tum animi, tum corporis, tum fortunæ dicantur. Animi bona nunc intelligo, recte sapere, non agi voluntate & libidine, temperatum & sedatum ipsum animum à perturbationibus nimis habere, mentis acumine pol-
- 30^o lere, tenebras errorum offusas ab illo propellere. Corporis bona dico prosperam & integram ipsius valitudinem conseruare, aduersam repellere. Fortunæ autem bona ea nunc censeo quæ in ipsius Fortunæ arbitrio & manu posita esse dicuntur, opes, diuitias, Regum ac principum virorum fauores, auras, popularitates, beneuolentias, amicitias, ceteraque huiusmodi. Paruum mihi profecto Pice negotium reliquum esse arbitror duo illa extrema, quæ dixi, bonorum genera per literarum studia labefactari atque corrumpi, si primum illud de bonis animi monstrauero, quod mihi fortasse perdifficile fuerit, quando hoc hominum genus se ultra cæteros animo pollere, eiusque viribus præ cæteris valere & credit & prædicat. Bene instituti ergo animi est recte iudicare, nulla amoris vel odij di-
- 40^o ci perturbatione, æquum & rectum cum quadam, vt græce dicam, isonomia, mē- tisque ratione omnibus ministrare: iustitiam denique ceterasque virtutes, quæ tum ciuiles, tum voluntariæ dicuntur, non docere solum verbis, quod ij se facere gloriantur, sed in actionibus quoque eas perspectas, exhibere. Sed pro Dei atque hominum fidem, qui magis animo affecti: qui perturbationibus immodicis aut affectionibus, quæ à græcis πάθη dicuntur, aut ab appetitionibus, quas illi ὀρέξεις vocant, facilius aguntur, impelluntur, trahuntur: nulli hominum iracundi magis, elati & inflati magis, arrogantes, insolentes, superbi, vani, futiles, leues, opiniosi, inconstantes, pertinaces, omnium rerum etiam portentissimarum creduli inter eos aliqui, aliqui è contrario etiam clarissimarum in-
- 50^o creduli, nonnulli interdum suspiciosi magis, interdum qui minus curæ, ne suspicionis dicam, habent: nulli omnino ijs minus libero animo: atque id ea de causa, quòd se illi eo magis, vt paulo ante diximus, valere arbitrantur. nam sibi omnia arrogant, omnia præ se nihil esse, se Deos, nos indoctos homulos ex argilla

& luto fictos, vt aiunt ipsi, esse existimāt. Si vero quidam veteratores inter ipsos
 hæc dissimulent, vt sunt inter ipsos quidam, si altius eos attingas, & introspicere
 possis, istos eo vitio magis implicitos, eoque magis agi facile cognoscas. Nulli
 sunt præterea, qui magis amoribus insaniant, faciliusq; agantur, modo hi epigrā
 mata diuerforum versiculorum generibus, modo per Rhythmos cantiuinculas
 suis amatis meditantur & canunt, quin & ijs sacra magnos alioqui philosophos
 interdum fecisse, tamquam Deis immortalibus audiuimus: Pudet hæc me refer
 re. Sed vide Pice quo animo sit hoc hominum genus: firmam ætatem omnem
 per luxum vel otio & secordia, oscitantes sibi labi impune interdum permittūt,
 cum verò annis & senio ingrauescunt, quidam eorum, ne scilicet per ipsos spe- 10
 cies humana minus, quod ipsi aiunt, perpetuet, vxores ducunt, idque ea ratione
 prætexunt, vt liberis operam dent: Pulchre ac bene mehercule factum. At illud
 minus in præsentia colligo quòd in administranda familia & gubernanda, quã
 & illi suæ sapientiæ partem esse voluerunt, nihil penitus interdum vident, nihil,
 ad normam, nihil ad calculum, interdum vero non modo tabulas & rationes
 sed ephemeridas, & anniuersaria ita anxie vt ad obryzum vsq; quod dicitur, ex-
 igere ac reposcere videantur, nunc auidiores auariorésque & sordidi, nunc pro-
 digi ac profusi adeo vt mediocritas illa, quam auream appellant ipsi, & laudi-
 bus in cœlum extollunt, in rebus & eorum actionibus nulla sit, omnia ad extre-
 ma, quæ ipsi etiam non sine vitio dicunt, exigunt: ita vt aliquando mirum in mo- 20
 dum honoribus ac magistratibus inhient, nunc vel repulsa, vel leuitate minus
 curent. Nulli denique omnino virtute minus aguntur: nam cum alia omnia in-
 certa sint & falsa, caduca, mobilia: virtus vna ipsa est altissimis naturæ fixa ra-
 dicibus, quæ numquam vlla vi externa, nulla alia re labefactari potest, suo num-
 quam dimoueri loco. At hi literarum professores, qui virtute præ cæteris polle-
 re ac niti gloriantur & prædicant, quam inconstantes, quam leues & mutabiles
 sint, etsi modo diximus, planius tamen infra, vt spero, dicemus. Quid vero si
 eos aliquando præcipientes audias, & monita dantes populis & idiotis, deos
 putes ex verbis, non homines loqui: atqui nihil eorum, quæ prædicant & con-
 cionantur, ipsi faciunt, suisque ideo præceptis ac monitis pondus detrahunt: cui 30
 enim persuadeant, qui sibi ipsis prius non persuaserint: non verbis modo, sed a-
 ctione inanes, quippe falsa omnis sapientia existimatur, quæ non in aliquo fue-
 rit actu, quo vim suam exerceat. Equidem vt literatorum insaniam clarius pate-
 faciam, audiui ego eorum huiusmodi aliquos ad tantam vsque adeo peruenisse
 dementiam, vt relictis patrimonijs, vel abiectis opibus se in sylvas abdiderint
 procul ab hominum cœtu & commercio, alios sibi testes amputasse, alios ocu-
 los, alios linguam sibi mordicus euellisse, quosdam se ab altissimis parietibus
 præcipientes dedisse, alios aiunt vitæ & sui perætos vitam inedia finiuisse, aliquos
 miserabiliter perijsse, cum quædam assequi in his quas profitebantur literis ne-
 quiuissent, aliquos quòd propositas sibi quæstiones soluere minime in prom- 40
 ptu fuerit: nonnullos in adulterio perijsse, quosdam etiam amoris furore, alios
 in amatorum complexibus, alios nimia lætitia & gaudio expirasse, alios tineis
 & pediculis propter sordes, alios infomnia atq; vigilia necatos, alios quoq; fuis-
 se audiui, qui diuinitatis desiderio se in Aetnæ montis crateres delecerint, quos-
 dam vero crudelius sibi manus conciuisse: alij vitam exosi optimum censuere
 non nasci, aut quam ocyssime aboleri: alios iccirco nos natos dicere non pudu-
 it vt scelerum pœnas lueremus, vt illud minus mirari possimus, eorum nonnul-
 los fuisse, qui Tyrannides vel occupauerint, vel concupierint. Sed & inter illos
 aliqui fuerunt qui proprias vxores prostituerint ipsi, vel amicis abutendas con-
 cesserint, aliquos, vt canes, passim sine villo pudore hominem se ferere fatentes, 50
 & palam concubuisse. Quosdã ferunt nudos in sole & harena ad philosophan-
 dũ se abiecisse, quosdã inter sylvas & nemora, vnde & illis nomẽ, abdidisse, alios
 ita sese voluptatibus addixisse, vt tamquam subantes & lutulenti sues in eis
 semper

semper volutarentur, alios carnibus, alios vino, alios leguminibus abstinuisse: vt illud minus mirum sit, inter eos aliquos fuisse qui totos dies consumerent in colli columbini & pavonis contemplatione. Sed ne illud Pice sine magno risu non audire potui, quod de quibusdam inter hoc hominum genus audiui, qui sese modo in varias subinde formas mutari aiebant, sequē auium voces & cantus intelligere atq; ex ijs arcana interpretari, & rerum euentus præscire. At qui & aliqui qui se femore aureo esse putauere, idq; palam & publicè nudabant, vt vulgo crederetur: alij hominem fieri ex mulo, colubrum ex muliere dixere: alij nonnulli modo se pisces, modo arborum ramos, modo feras, modo homines fuisse,

10 scriptis, vt audio, testari sunt: alij tanta vesania & delirio correpti, vt continue timerent, ne, quod existimabant se anima destitutos, vmbrae suae occurrerent: alij tanta se esse leuitate & mēbrorum corporis exilitate, vt soleas ex plumbo semp in pedes inducerēt, ne à vento scilicet diriperentur: alij se ventis, nubib. atque procellis imperitare, & ex his futura colligere, necnon ex ijs quæ in nubibus varia videri solent imagines: quidam propriā suam ipsius animā in coruos ingredi, quoad sibi placitū foret, vt euolaret & reuolaret: quidā se multos annos dormiuisse tamquam noctem integram credidere: quidam & per aera transire, vnde & à Græcis ætherobatae cognominati sunt: quidā magicis artibus dediti, quidam fascinationibus, quidā sternutamentis fidem habuere, alij oscitationibus,

20 & in his futuri auguria esse putauerunt: alij insomniorum diuinationes commēti, ita vt vigilantes vere dormitalle videri possint: alij alio modo se futura prædiuinare ac præuidere dixerunt. Ne me tamen tu Pice de ijs dicere in præsentia arbitreris, qui diuina quadam vi atq; immensa in Deū charitate accensi futura præuident, quos Christiani & Hebræi quotidiano sermone diuinos Prophetas & futura videntes vocant: hos enim quo magis diuinos eo minus literatos fuisse & audiuius & legimus. Non minus & in placitis atq; decretis suis quæ Græci dogmata appellant literatissimos istos homines insanisse audio, quàm in vitæ institutione: nam quid dicā aliquos fuisse qui dicerent omnia quæ sunt, nihil esse: alios qui eadē possibilia, rursūm impossibilia demonstrare tentarent, alios se nescire quæ scirent, alios se tantum scire quod nescirent, & quæ supra nos nihil ad nos pertinere: Quin & quosdam intelligo plures mundos esse opinatos, alios vnum quidem animatum eūmq; æternum, & vt sine initio, ita sine fine futurum: quosdam perpetuum, hoc est fabricatum quidem ab opifice & edificatore Deo, sed non interiturum: alios igne, alios aquis defecturum, quosdam elementorū colluuiōne in semet ruiturum. Nec minus de Cælo Cœliq; substantia eiusq; perpetua agitatione ac conuersione, deq; illius partibus dissensere. At quæ de anima eiusq; muneribus ac functionibus deq; substantia commentū sunt, quam varia sunt, quàm repugnantia: vt mihi videatur, cur tantopere literatos istos, & antea pleriq; mortalium & nunc quidem sectentur ac venerentur: alij enim mortalem ipsam animam, alij ad tempus immortalem, alij æternam, atque ad nos descendere ex quadam cœlesti sylua: alij aliam quidem, & ad nos cum descendit pennas amittere, & irrigatam aquis cœlestibus rursus aliam fieri, vt ad superiora redeat: animam demum, alij spiritum, alij ignem, alij aera, alij harmoniam, alij numeros, quidam & sanguinem, vel lucem, vel anhelitum, alij alia esse dixerunt. Sedem quoque & ipsius animæ domicilium in homine varie retulere, alij in capite tamquam in arce quadam, alij in corde, alij in arterijs, alij in toto corpore totam vbique esse. De finibus item bonorum discordes fuere, alijs virtutem, alijs sapientiam & rerum notionem asserentibus, alijs voluptatem & quidem multifariam, alijs indolentiam quæ ἀλυσία dicitur, quibusdam securitatem (seu si mauis animi tranquillitatem ἀθυμία interpretari,) alijs, quod ferme idem, affectationibus non agi, quod ἀπαθείαν Græci vocant, alijs id quod vnum esset & simile, & idem semper alijs tria fortunæ, corporis, & animi bona, alijs alia approbantibus. Nec minus in corporis sensibus dissensere: quidam

dam eos quinq; quidam plus, alij minus esse dixerunt, plerique omnem illis rerum fidem abrogant, quidam quadantenus, alij ijs fidem omnem adhibent: preterea quæ nam eorum vis, quæ instrumenta, an intrinsecus an extrinsecus in nobis agant: id quæ confuse adeo atque perplexe, vt mirum dictu sit, quàm sit difficile de ijs quicquam definitè statuere in tanta eorum controuersia. Nec in ijs quæ de moribus in vniuersum tradidere conueniunt, nec in ciuilibus: alius enim aliam gubernandi viam laudauit vel inuexit. Quidam vnus, paucorum alius, optimatum alius, popularem alij & plebeiam probauere, nec qui tyrannidem laudarint defuere. Idem planè de virtute non conuenere, eiusquæ & vi & fine. Agè in naturalibus, quæ ab illis physica dicuntur, quas lites, quas controuersias audiuius. De rerum principijs primum, ex quibus omnia constare dixerunt, quidam aquam, quidam ignem, quadam aera, quidam terram, alij materiam, quidam plenum & inane, quidam numeros, Chaos alij, litem amorèque alij, quidam inscabilia atque indiuidua quædam corpuscula, quidam elementa quatuor, quidam tria, quidam his amplius, quidam nescio quo nouo à se conflato vocabulo prodiderunt, vsq; adeò disceptantes, inuicèmq; certantes, vt eorū nonnulli ad tantam insipientiam ne dicam insaniam deuenisse audiuerim, vt niuem nigram, ignem frigidum, candida nigra, solem longe minorem esse quàm videatur, quidam saxum ignitum, quidam igneum ipsum, quidam nec calidum nec frigidum esse prodiderint, alij Lunam sine lumine, alij dimidiam lucidam, alij à Sole lumen foenerari, alij alia: quidam & æstus maritimos fretorumquæ angustias, ipsosque maris accessus & recessus Lunæ motibus attribuerunt, alij vanius tradunt, in ea etiam habitari, eamque esset terram multarum urbium & motium. terram præterea moueri, cælum stare eorum quidam asseruerunt, non apud antiquos modo, sed & hodie hoc affirmare intelligo, huiusmodiquæ monstra atque miracula quæ anicularum lucubrationibus sunt magis ridicula, & rerum quoque portenta innumerabilia quæ cauillis & falsis argutationibus potius quàm argumentationibus pertinacissime vel astruxerunt, vel confutarunt, vt verissime à quodam de ijs dictum esse audiuerim, quot homines tot sententiæ, cum vnã tamen esse necesse sit ad sui perfectionem veritatem, vt nobis naturæ ratio persuadet. Quid: nonne pari ratione dissenserunt in ea facultate, quæ disceptatrix est, & Græca voce modo logicen modo Dialecticen vocauerunt: quot genera argumentationum, quàm varia, hinc quæ cornua dicuntur, hinc Acerui, hinc Crocodilites, hinc reciproca & recurrentia, quæ sic vocantur, argumenta: hinc inductiones, demonstrationes, ratiocinationes, oppositiones, contraria, opiniones, cauillationes, loci, & cætera huiusmodi multa, quæ pro arbitrio diuersi diuersa atque eadem plerumque inter se contraria, vt audiui, commenti sunt. Nec minus quoq; medici nostro periculo de medendi ratione eiusquæ partibus dissensere, alijs alia subinde approbantibus, vt nostra etiam hac ætate tanta sit inter medicos dissimilitudo, vt eorum aliqui venæ incisionem omnino prohibeant, alij ad eam aperiendam protinus exclament: mitto infinitas eorum sectas, quibus vt ab ipsis medicinæ studiosis audiui, per temporum spatia delitas, vel subinde mutatas fuisse medicandi vias, & quo amplius ipsi in re medica doctores philosophari voluerunt, & morborum causas indagare atq; aperire, eò nobis grauiores & magis incurabiles morbos inuexerunt. atates repperè, sed nostra longior esset oratio, volentes quidem complura attingere nò ea tamen perpetua oratione describere. Idem in astrologia literatos homines istos parū cōuenire intelligo, magno, vt vos Pici docuistis, in postea Christianorū religione superstitiōis atq; impietatis errore, sed nec minus eos audio dissentire in cæteris artibus & disciplinis, quas breuitatis causa prætereo. Pari ratiōe accidit Christianis ijs, qui literis, quas vir deo gratissimus occidere ait, se nimio plus addixerunt, & non diuinæ potius contemplationi, in varios & diuersos errores, & eos quidē nefandissimos nec vlla ratione ferēdos prolapsi sunt, adeo vt in du-
bium

bium quoque traxerint mystica nostrae religionis sacramenta, & quo se altius mysteriorum arcana rimari putauere, eò foedius lapsos videamus, parum videlicet eius diuinæ vocis memores, quæ eos monet in domini dynastias non ingressuros, qui literaturas nouissent: hinc tot præposteræ de Dei immortalis maiestate, eiusque vnigeniti filij, opiniões coortæ sunt, hinc tot earum principes, quos ideo hærelarchas vocamus, prouenere, quorum tamen vndique pullulantes impietatis errores, simplex atque indocta Christianorum pietas expulit, & diris ac execrationibus ita est insecuta, vt ex ijs omnibus semper gloriosissime triumphauerit. Hæc ideo summatim atque cursim attigi, & breuioribus quam potui, & quod

10 ea iam Christianis ferme omnibus, & tibi longe quam mihi melius cognita, vt quæ abs te, vt tu mihi quidem sæpe dixisti, confutata sunt, atque reiecta, diuinæ pietatis & religionis ergo. quo fit, vt eo magis quorundam hoc ipso lucis tempore deliramenta ridenda sint, qui nunc demum pleraque nostræ religionis placita ac diuinitus pridem sancita in dubium reuocare impudenter audeant, quod bonarum literarum optimarumque artium sectatores, vt ipsi aiunt, sint & ab alijs haberi velint: sed de his satis. Pudet me Pice pigèrque id de literatis afferre, quod omnium tamen est in ore, nullos esse cum omnium vitiorum etiam nefandissimorum genere inquinatos magis, tum ijs præcipue, quæ præter naturam dicuntur, in eamque procliues ita ferri, nec clam, sed palam & in propatulo,

20 atque impune, vt rem suam se facere arbitrentur & prædicent: audiui à quibusdam ex ijs literatis de meliore, quod dicitur, nota ab ijs ipsis etiam sceleratum ac nefandum id scelus primum excogitatum fuisse. Verum de hoc ipso parcius, aurius honor habeatur: Quid? nonne & illud nefandum magis, atque omni quantouis atrociori supplicio piandum impietatis crimen eorum est, quo minimum, vel nihil potius & pietatis & cultus Deo diuisque impendunt, quin præter falsas eorum hæreses, quas diximus, Deum ipsum æternum & immortalem, cuius opus est omne quodcunque est, non modo animo non concipere, verum nec eum etiam esse credere nonnullos audio: quinimmo &

30 pro facinus, literis quoque suis & literarum monumentis ausi sunt alijs, vt non credant & venerentur, scribendo suadere, atque iccirco vulgo, vt impij, Græca voce *ἄθεοι* & *ἀσεβῆς* cognominati sunt. si qui vero inter hos Deos esse credunt, quam præpostere, quam variè indagant, mirum dictu est. Alij enim mundum & mundi partes Deos fecere, Aethera, Solem, Lunam, Stellas, Terram, Aquam, reliqua: quidam pestes, morbos, obscæna, salutem, victoriam, meretrices, exoletos, Catamitos, Animalia bruta, plantas, herbas, saxa: quo quid fieri potest ineptius? vt fabulosos nunc mittam Ioues, Neptunos, Plutones, Summanos, Apollines, Bacchos, Veneres, lunones, Mineruas, Dianas, Cynocephalos, alios innumerabiles, quos aliquando audiui, cum etiam vitia nostra & virtutes inter Deos ab ijs repositæ sint. At qui sapientiores videri voluere, pœnam &

40 beneficium, & fortunam, ac eam quidem variè, vnde & illi tot imposta sunt nomina, Deos fecere. Quid dicam de ijs qui eos ipsos Deos Androgynos & Arsenotheles esse voluerunt, hoc est, mares & foeminas? Quid? quod & eos inter se preliantes, furentes, effusos in omni intemperantia, libidinosos, adulteros, hominibus sese miscens, ceteraque huiuscemodi portenta, quæ literarum monumentis eos mandasse intelligo. Si qui tamen literati eos immortales credidere, & sine corpore, non minore infania propterea ac impietate contaminatos conspiciamus, eos etiam ociosos euum degere, nec mundum gubernare, nec omnia scire, nec posse: quidam nec mortalia curare, nullam inferiorum rerum prouidentiam habere dixerunt, adeo vt fatidicam animum ipsam *ὑπεροχίαν* quibusdam eorum, tam anxie excogitatum frustra inter Deos esse crediderint. Sed omnes has superstitionum & impietatū cimerias, vt ita dicam, tenebras cœlesti diuinitatis lumine Christiana, Deo gratissima ignorantia illiterata dispulit atque discussit. Sunt quoque inter literarum professores quidam qui eo vsque hominibus

blandi-

blandiēdo ac demulcēdo fucatis verbis ac lenocinijs imponunt, vt coactos
 ipsos quamcunq; in partem velint impellant, nunc flere, nunc ridere, nunc silere
 nunc loqui, velle, nolle, quæ falsa sunt vera videri, quæ vera obscurari, præstigijs
 ac captionibus & veteratoria quadam dicēdi ratione omnia confundere atq;
 peruertere, hos peiores causas meliores facere, æquæ fanda, nefanda, hos pœnis
 atq; supplicijs obnoxios vi quadam linguæ eripere, bonos plerunq; fraudib; ac
 falsis accusationibus damnare, iniusta & mala consilia tanquam recta suadere,
 factiones ac seditiōnes partēsq; inter ciues conflare, & quàm sapissimè acerri-
 ma bella excitare, vrbium ac oppidorum direptiones suasionibus verborum-
 quē illicitijs plerumque, vt fiant, impellere, ij; propterea se quandam, vt ipsi a-
 iunt, suadēdi deam in labris & ore gestare, nunc se fulgurare & tonare dixe-
 runt. Hos ego ipsos tales non minus fugiēdos, quàm qui libidinum scopuli in
 fabulis dicuntur, existimauerim. atqui hi demum quoq; se cūcures homines ab i-
 pso mundi primordio fecisse, eosq; a fera & agresti, vt ipsi dicunt, vita ad mansue-
 tiorem & ciuilem pellexisse prædicant, ac si non à natura ipsa, genus hoc ipsum
 hominū diuinum constitutum sit, atq; ita constitutum, vt natum ad congre-
 gationem & societatem inter se communitatēq; esse videatur. Audiui tamen
 hos ipsos eloquentes viros, cum de capite, aut alia quapiam re graui ac seria di-
 cere iubentur, eos quàm minimam artificij alicuius & literarum disciplinarum-
 que significationem ostendere, ac præ se ferre, omnino quē, si fieri potest, artem
 suam dissimulare, ac medijs fidijs ratione, quod eorum iucundior ac probabi-
 lior omnibus futura, si non apparata eorum videt oratio: suspecta enim fore iu-
 dicibus ac populo arbitrantur eorum pigmenta, & verborum emblemata, vt di-
 citur, vermīculata, nec nō orationum suarum occultas tendiculas, id quod meo
 quidem iudicio ab ijs non fieret, nisi cognoscerent, quàm sint æqui & veri cor-
 ruptrices literarum captiones, & ipsarum, vt sic dicam lenocinia. Si quando ve-
 rō inter agendum de huiusmodi literarum studijs eos loqui contingat, quàm id
 inuiti, quantāq; venia & audientiu pace se id facere profitentur? Sed sit hoc parū,
 quod mihi certè maximum est argumentum. Nonne & in legibus quoq; suis tra-
 dunt antiqui illi iureconsulti, qui sapientissimi fuisse dicuntur, & quorum verba
 ac responsa, tanquam oracula quædam habita sunt, non vsque adeo scripto legis
 ac nudis verbis insistentium, sed sententiæ potius, & rem spectari oportere, non
 verba, & quod per ipsum scriptum æquus ac sanæ mentis interpretes exponit:
 id scilicet, vt puto, significare volentes, mente & animi recti sapientia, non lite-
 ratura seu scriptura bonas leges & iura constare. Non puto me tibi recitare o-
 portere legis verba, & quod ea non probè teneo, & ea ipsa intelligo in eo le-
 gum magno volumine, quod quia in se omnia contineat, Pandectæ vulgò di-
 citur: quin & illos ipsos item iureconsultos, quos modò sapientissimos ha-
 bitos fuisse diximus, in iuris & legum suarum diuisione leges eas reponere
 dicuntur, quæ sine scripto sunt, & propterea Græca voce νόμος ἀγράφους ab ijs
 vocari: quasi illud inferre ac innuere velint, non multum necessarias fuisse has
 multiplices legum flexiones atque ambages per literarum studia excogitatas
 ad expilandos potius quàm conseruandos clientulos & reos. Lacedæmonios
 ego certè audiui, legibus memorię cōmendatis magis quàm scriptis vsos fuisse.
 Sed & illa utique est vera lex, quæ existimatur, & verè creditur, nec scripturis,
 nec literis vllis concludi, quam Naturæ legem appellamus. Hæc à mundi ori-
 gine & primordio nobiscum nata est, numquam interitura: quam si sequerentur
 nostri iurisperiti, ne rabulas dicam & leguleios potius, non profectò in
 tot secturas & mæandros quotidie & identidem detruderemur, non tot de scri-
 pto nobis, non de legis scriptura contentiones, non de literis, quæ, vt inquit il-
 le, tenues & obscuræ notæ sunt voluntatis, orientur. At hæc iam mittamus,
 & cum his alia multa: atque ad illa potius in præsentia pergamus, si placet, vi-
 deamus quē, quàm rectè, quàmve prudenter ij literati vel in Rebus publicis
 versentur,

versentur, quamve excellenter in ijs se gerant, aut ciuitates populósque gubernent, si quando eos regere & moderari, vel ijs præesse contingat. Nulli profecto iniquius & inconsideratius, nulli morosiores interdum & minus exorabiles, nulli negligentiores, interdum & indulgentiores quam populorum ferat leuitas & inconstantia, semper omnia pro arbitrio ac libidine facientes. quoties ego audire recordor gubernantium ac regentium vel incuria nullaque diligentia, vel seueritate, moxq; asperitate quadam populos & ciues ad defectionem, vel seditionem prouocatos fuisse. De antiquis multos in mediũ afferre possem, quos intellexi, qui Remp. funditus euerterunt dominandi libidine, qui ve præter multorum ciuium neces, quas ipsi fecerunt, eã quoq; R. P. quæ semper caput, & libertatis ciuium esse conseruatrix dicta fuit, publicam factam esse, vt sic dicam, carnificinam, immo sicariorum & parricidarũ receptaculum. sed & nonnullos ipsi hoc nostro tempore vidimus, qui rem hãc ipsam factio magis, quam nos verbis possumus comprobare: exempla enim præsentia & quæ in oculis omnium posita sunt, præteritis certius credendi testimonium ac fidem faciunt. Quod verò sapientum quidam dixerunt, tum demum bene ijs ciuitatibus futurum, quibus philosophos vel eorum amatores præesse contigerit, vel id falsissimum est, vel de ijs potius intelligendum, qui à natura ipsa atque ingenio ad philosophiam, non à literis, instituti sunt. Est & illud literatorum hominum præcipuum & ferè publicum vitium, vt cum vix eorum nonnulli prima literarum rudimenta, ac ipsa, vt dixerim, incunabula supergressi, adeo se ijs inflati gloriantur, vt quoscunq; præ se nihil esse arbitrentur: hoc aiunt non Ciceronis est, hoc non Maronis, hoc non Romanè & Latine dictũ, barbarum illud, & exoticum illud & exoletum nimis, et, si Deis placet, interdum petunt vbi hoc ait Aristoteles: vbi Plato: vbi Cicero: idque professoribus & magistris identidẽ inculcant, sibiq; ita arrogant impudenter, vt verè literati, vt Plautine loquar, & literarum notis inuri digni sint, non candenti solum ferro, sed funesta quoque illa iudiciorum litera. Ab istis quidem facile colligimus quam perniciofa & vana sint ista literarum studia, cum & rudes & vix eis imbutos, tam arrogantes & immodestos esse videamus, adeo vt eorum etiam nonnulli inter Barbaros & nati & alti Græcos & Romanos ipsos suas literas ac voces recte atque ordine pronuntiare se docere arbitrentur. Sed hæc minora, vt multum certe ridicula. quid de illis dicam, qui in doctores suos & magistros ingratis simi sunt, quo crimine nullum apud Persas crudelius puniri audiui, & cuius apud Athenienses fuit actio, & apud nescio quos alios populos: à literatis enim ipsis ista accepi. nonnullos ego eius generis audiui, cum apud antiquos fuisse, tum præcipue nostris his diebus ipse & vidi, & ab aliis intellexi, qui mirum in modum in doctores & magistros suos ingrati sunt. quid: quod & hoc hominum genus tanta esse impudentia nullave fronte audio, vt aliena interdum pro suis non modo recitent, & ab aliis recitari faciant, sed abralis quoq; inscriptionibus & legitimorũ auctorum titulis pro suis ipsi in publicum edant, nihil veriti atroces illas in plagarios leges. Age ex omnibus ijs, quæ diximus, si placet, Pice colligamus quam bene instituti sunt animo, qui literarum studiosi sunt, atq; ij imprimis, qui literas interiores & reconditas ac diuinas quas vocant disciplinas & artes colunt, ipsam quoq; si Deis placet Theologiam. Equidem ego hinc patere arbitror, quantum ijs animo & ingenio, quibus ipsi excellere maxime gloriantur, præstant: cum leues nullos magis & fatuos & quod in prouerbio dicitur, magis Báculos & Salacones esse videamus. sed hæc iam satis. Age iam consideremus corporis validitudinem, videbimus nihilo plus illos ea valere, quam animo: hanc equidem ita comparari, & conseruari autumo, quin ipsa iam experientia didici, recta videlicet ac temperata viuendi ratione, quam Græca voce diætã dici video. diætã verò tum cibis ac potionibus boni nutrimenti ac succi, quæ euchyia dicuntur, tum cum moderazione sumptis, tum apta & opportuna corporis exer-

citatione, constare dicitur, illud etiā accedit, hilaritas animi, & abstinentia tem-
 perata à rebus venereis, vti nec illas, si ita ferat natura, nimium pertimescamus, in
 ijs vero rebus quibus vel sanitatem tuemur, vel comparamus, nullos minus di-
 ligentes esse, minus sollicitos, quàm literarum cupidos, ego cum ab alijs, tum ab
 ijs ipsis audiui, intempestiui cibos capiūt, modò serius, modò citius quàm opus
 sit, nunc appetentiores, nunc sitis ac famis patientiores, nunc hos, nunc illos, &
 quidem insalubris materiæ ac succi cibos absumunt & deuorāt. Memini me vi-
 rum quendam præcellentem & generis nobilitate & opibus, & disciplinarum
 quoq; studijs videre, pomis ac fructibus nimio plus auidiorem, vnde nunc ille
 fortasse dat incontinentiæ pœnas diuturno morbo, quo pridem grauiter confli- 10
 ctatur. sed hæc recensere nō nostri est instituti. Somni quoq; literati modo par-
 cissimi sunt, modo somno & inertia maximè dediti, nulla exercitatione corpo-
 ris, nulla alia re, quæ valitudinem curet, videas ipsos literarum cupidos, semper,
 vti ipsi dicunt, cacostomachos, pallidos, imbecilles, macie confectos, tabe & pi-
 tuita laborare, temporarijs statiq; vt sic dicā, morbis affici, atra vero bile, quàm
 alios magis agitari, quin & ex ijs studiosis ego nōnullos audiui palam affirman-
 tes, eos melancholia affici oportere, qui plurimum in literarum studiis ac disci-
 plinis proficere cupiant. sed hac de re quàm verum dicam, tu tuo & domestico
 exemplo nosti Pice, ne de alijs multis dicam, qui grauioribus infirmitatibus &
 morbis annis superioribus propter literarum ac disciplinarum studia affectus 20
 fuisse: *σκόταμα* enim & vertigo illa tua, & pedum & capitis dolores, quibus in-
 terdum & nunc nuper laborasti, non aliunde prouenire, quàm ab ea studiorum
 causa, semper putauit: quin est videre, vbi te vrsit necessitas, plus etiam quàm for-
 tasse voluisses exercere, vt vallum, fossas, aggeres propugnacula cæteraq; mu-
 nitiones patriæ parares, ne ea iam tertio spoliareris, quod Deus Maximus auer-
 tat: ex eo longe te melius habere intelligo. alios audio in grauiores morbos in-
 cidisse, quòd cibis ac potionibus immoderate ac intemperanter vsi sunt, hinc ar-
 ticulares morbi, hinc nervorum debilitas, hinc aqua intercus & tabes, cæteraq;
 morborum genera. Sed inter literarum sectatores nonnullos ganeones, nepo-
 tes, & belluones non modo apud antiquos fuisse intellexi, qui de edendi ac bi- 30
 bendi, supra id quod naturale est, ratione scripserunt, quin & ganearū popinæq;
 omne genus profecuti sunt, atque ad gulæ palatiq; irritamenta epulas & dapes
 condire ac parare scriptis suis docuerunt, sed etiam ad maiorem voracitatis ap-
 paratum, non quidem ad lautitiā, quæ vbiq; gentium probata magis inueniren-
 tur, prodiderūt. Pudet me dicere, quod ipse vidi, ex his literatis nepotes aliquos
 nostris his diebus tanta esse voracitate, atq; bibendi appetitione vsque adeo, vt
 tantum edendo & bibendo absumant, quantum decem alij vegetæ ac robustæ
 alioqui naturæ haud facile possent, vinumque ita largiter immanibus quidem
 poculis ingurgitent, vt stuporem non mediocre cernentibus immittant:
 Vnum ex ijs mitto honoris patriæ causa, sed alterum abdomini suo potius 40
 quàm literis natum, quòd quotidie mihi ante oculos in hac orbis & hominum
 luce obuersatur, robustioris edacitatis & bibacitatis, intemperantissimus gur-
 ges, haud præterire possum, qui cum si quando loquere, vt est hominum impu-
 dentissimus idemq; audacissimus, frustra esculenta & vinum redolentia, teter-
 rimosque anhelitus tibi effundat, in quos istos gurgites & Charybdas potius
 quàm homines, morbos casuros putas: nōne in pestilentissimos, & lethiferos,
 vel cito etiam morituros? sed iam si placet Pice, partem hanc ita concludamus:
 Vehemens & immodicum literarum studium & desiderium, vt plurimum no-
 cumentum & tabem corporibus afferre: id quod manifestissime ostenditur in
 ijs, qui ipsas sequuntur, diuersis ac varijs morborum & ægritudinum generibus 50
 laborantibus, vt iam ostendimus. Qua nam igitur (malum) ratione ad hæc stu-
 dia totis corporis animiq; viribus incumbimus, quæ prima ipsa, media, & extre-
 ma quoq; pestifera & perniciofa habere videmus: eo maxime si ingenio ipso à
 natura

natura nobis dato, atque ipsa animi nostri solertia sani atque incolumes longe plura & melius cognoscere & scrutari possimus. Sed quid dicam de horum qui literati & sapientes vocantur interitu ac morte: ^{audire enim ipsos infelicissime} perire: & quanquam in manu nostra non sit ius mortis & vitæ, accepi tamē eorum plurimos atrocissima morte periisse, quidam à Tyrannis truculentissime necati, quidam patibulis affixi, alij strangulati, quidam à populis lapidibus obruti, alij aquis suffocati, alij à canibus lacerati, quidam dum in Sole apricarentur ab aquilis testudine dimissa capite illisi, alij q̄ quæstiones soluere nequiuissent sibi mortem consciuisse, nonnulli vt diuinitatem se adeptos fingerent se in montis Aethnæ crateres immisisse. quid ille qui se in Euripum iecit: quidam præ nimio gaudio, alij verò immoderato risu prægrauati, nonnulli etiam super gremium puerorum quibus delectabatur capite posito turpissime periere, alij acino vix passæ suffocati, quidam ex alto pariete se præcipites dedere, quidam in puteos: sed quid dicam quosdam obstinatos, dum pillis tunderentur, vtres tundi nō homines, pertinaciter asserebant: alij cum ab amicis liberari possent, cicutam potius bibere voluerunt quàm euadere mortem: quidā amicos elusit, quum moreretur, Bacillum prope me quo abigam volucres & feras, ait, ponitote: se enim inhumatum proici iubebat. memini puerum me in scholis audiuisse penē innumerabilia istius mihi exempla: hæc tantum attigisse pro re & tempore sufficiant. Iam verò res & locus monent, vt qualem fortis & fortunæ conditionem fortiantur literarum cupidī, dispiciamus. Infelices vero ac infortunatos omnes literarum sectatores esse & despiciatissimos quis non videt? laudantur quidem interdum ij ab aliquibus regibus & principibus, atque imprimis à dominis & Tyrānis, nulla propria nixis virtute vel sanguinis nobilitate, vt eos ad de se scribendum & laudandum alliciant, nullum enim libentius tyranni acroama nec vocē audiunt, verum vbi eos ad de se scribendum infeliciter prouocauerint, elurire cogunt, dimensa & salaria subtrahunt, & ea militibus, si non morionibus ac scurris potius suisq̄ libidinibus large effuseq̄ profundunt: at hæc non nostri sunt instituti, vt satyram agamus, mendici inquam, sunt qui literas & earum studia amplectuntur, & vt plurimum fortunæ muneribus extorres: nec mirum, cum ijs ipsa sit ipsa virtus præmium, & ea contenti viuant. At cur eos tam sæpe de mendicitate & fortuna conqueri & dolere videmus? nempe fortunæ munera, non virtutem ipsam, quam dicunt, exoptant. Sed quid dixi eos parum à summis regibus & Tetrarchis ac Tyrannis amari? cum nullum genus minus in pretio sit, minusque æstimetur, quàm ipsi literati homines & disciplinarum studiosi, atque ea præcipue de causa, quod otio & socordia dediti minus R. P. commodis, & regum negotiis pertractandis apti sunt: nam cum se à literis ad illa pertractanda conferūt, nimio plus sibi & credunt & arrogāt. Nec quisquam tamen mihi nunc illud afferat, quod Astrologi quidam dicunt propter iniquum

40 aduersantium & concursantium siderum aspectum malam his sortem parari: id enim quàm friuolum sit, præter id quod audio dici à quibusdam earum rerum etiam scriptoribus, certè eorum sapientia fatum vincere deberet, vt ipsi identidem prædicant. sed hæc à vobis Pice diligentius contra Astrologos & reliquos diuinationis professores explosa & confutata sunt. Nec quisquam hoc mihi loco illud afferat, fortunatos leguleios quosdam & rabulas potius quàm iurisperitos, in quorum numero se triduo futurum ex literatis quidam in populi Romani corona & foro medio clara voce professus est: minus item Medicos quosdam, quos aptiore vocabulo carnifices dixeris, istos enim inter mercenarios & operarios potius quàm inter disciplinarū studiosos à literatis ipsis

50 reponi sentio, quin & ab eminentissimis literatoribus medicas artes mutas vocari audiui, nihil enim minus profitentur, quàm bonarum literarum studia. Istorum vtrorumque licet in pretio nonnullos esse videamus, atque ad ingentes fortunas euectos, qui nec legere quidem bene & caste, minus recte scribere

norunt: hi multis tamen sectatorum manus stipati per vrbes incedunt, ad hos consulentium clientum agmina videas, vel languentium, curationem morborum petentium, vndique confluere, ipsorum limina terere assidue, cum iam potius hi omnia, vt dixi, quam literas norint, immo illud optime callent, argento emungere & eruscare, ante opus mercedes exigere, rem tuam si sine stipe adeas dissimulare, negotiorum molem causari, atque iccirco nonnulli ex mendicitate ad ingentes opes, & facultates emergunt, non literis, quas nullas sciunt, sed mercenaria opera, sed corralis & expilatis vel clientum vel ægrotantium & languentium follibus atq; marsupis. Quo interdum cachinno diffundar Pice optime non facile dixerim, cum quendam, vt congruis vocibus vtar, grauastellum & sicernium edentulum medicum cooptatum in numero patrum, alterumque pusillæ quidem staturæ homuncionem, aduocatū ne dicā an rabulam pene illiteratum, cū discurrentem illum ac penè volitantem per vrbem video inhiantem ac annuentem obuijs quibusque vt se ad causam pro eis dicendam aut aduocandam vocent, porrecta scilicet semper altera manu ad stipem captandam: hic tamen hac sua concursatione & verborum volubilitate filios in re sacra ad summos magistratus, quos inter vnum in amplissimum ordinem & supremum dignitatis gradum multo ambitu, maiori largitione euexit: hæc verò exempla tibi à me ea de causa duntaxat allata velim scias, non vt aliquos quidem perstringerem, neque enim nobis hoc ingenium: sed vt si quos ex ijs videas maxime fortunæ bonis augeri, vt nulla id eis ratione accidisse literarum beneficio existimes, sed ea potius quam dixi ope mercenaria. Ex his Pice quæ diximus satis arbitror, quod à nobis propositum fuerat, aperte esse monstratum, literas, & earum studia, animi bonis, corporis, & fortunæ perniciose esse & pestifera. Nunc ad reliqua quæ restant accedamus, atque id imprimis disquiramus, quanam ratione fiat, vt nonnulli plus nimio se iis literarum & disciplinarum studiis dedant. Sunt qui in cœli sidera, & siderum coniunctiones, & præcipue Saturni, vel Mercurij in Virginis vel Sagittarij vel Geminorum aut aspectibus cæterisque huiusmodi naturæ & præcipue velocibus signis retulerunt, ij vero toto, vt dicitur, cœlo aberrant: quos non alia in præsentia ratione, tecum præsertim, refellere visum est, cum genethliaca huiuscemodi in vniuersum, item stellarum traiectiones & motus, necnon horoscopea quæ dicunt, reliquaque Chaldæorum & Assyriorum inuenta à Pico patruo primum, mox à te sapientissime & doctissime refellantur. Alij in corporum & humorum temperaturam & habitudinem hæc literarum desideria reposuere, existimantes pro humorum cuiusque qualitate, vel inflammari vel destitui: ij verò à natura ipsa refelli videntur, quando cuiuscunque temperaturæ & dispositionis homines ad literas & earum studia procliuēs ac præcipites ferri videmus, hoc est, quibus vel sanguis, vel bilis, vel pituita, vel bilis atra dominatur, atque etiam quæ ex ijs coniunctis conflantur temperamentis & habitudinibus. Vnam equidem ego ab alijs causam audiui, quæ quoniam mihi non aliunde quam à nobis ipsis pendere videtur, verior existimatur. Sic enim aiunt, literas & disciplinas humana esse opera, atque ab homine repertas, & temporum curriculum magis minusve excultas, mentem vero atque intellectum, quo sapimus, naturæ & Dei potius immortalis opus esse, non hominis: atque iccirco fieri, vt qui minus naturali ac diuina & cœlesti mente & ratione pollere se vident, eo illi impensius literas & disciplinas & amant & inuestigant, vt scilicet per ista literarum studia naturali succurrentes imbecillitati ac frigiditati, perfectionem ignari comparent: fuere aliqui qui incuriositatem eorum, qui otio plus satis se dedidissent, retulere, vel quod rebus publicis & vitæ in communi degendæ minus habiles, minusque aptos esse viderent: quidam cum repulsas tulissent, aut eo in pretio apud suos ciues se non esse conspicerent, nec florere, vt antea solerēt, se huiuscemodi studiis addixerunt: alij ambitionis & gloriæ desiderio. Initia omnino horū, vt vides, parum hone-

honestæ fuerunt. Quid nonne illud potissimum argumentum esse potest imbecillitatis huius professionis, & socordiae: quales nam quæso ætates fuisse audiuimus ante hæc literarum & disciplinarum studia: quæ tempora: nonne felicia, & tranquilla, & ut ipsi literarum professores scriptorum suorum monumentis testantur, aurea sæcula: quo quidem tempore omnia pura, casta omnia, integra, in propria sui natura: rectum ubique fuit, ius fasque ubique, & cætera quæ & scriptis suis illos mandasse intelligo, ut penes quos illiteratos illa omnium domina & regina virtutum Iustitia degeret, & necdum ad Cælum, ut aiunt ipsi, euolasset. Post hanc ætatem, quam, ut diximus, auream & ipsi appellant, à deis

10 immortalibus in uitium scelerum hanc pestem studiorum immisissam facile crediderim: Iouem enim aiunt ipsi, non passum sua regna, ut aurea illa Saturnia, otio torpescere, atque ita cum aliis curis, tum literarum & disciplinarum studiis humanum genus affecit, ut meditando artes extunderet, & illud scilicet haberet, quod ipsum continue intus ageret, maximèque torqueret: vel, si modo in re tam serua mihi iocari amplius liceat, quod sibi tamen interdum licere à literatis ipsis audiui, tum hæc pestis mortalibus immissa fuit, cum Prometheus è cælo diuinum ignem furtim sustulisse dicitur, quem verè si fuisset affectus, id est, diuinam ipsam sapientiam, non tam immani pœna ac supplicio affectus in monte Caucaaso religatus fuisset, ex quo quidem furto male cœlestis flammæ sublata, cum aliis morbis & pestibus ab immortalibus deis mortalibus hominibus immisissis, tum hoc quoque tam dirum & pestilens literarum desiderium, si non potius carcinoma, emissum est: Alij Mercurium hæc literarum studia inuenisse volunt, & perinde literatos ut sidus ipsum ita esse versipelles, versutos atque fallaces: alij Apollinem, alij Nymphas quasdam, quas musas appellauerunt. Quidam Herculem harum rerum repertorem vel ipsius magistrum Atlantem putauere, alij alios. Sed fabulosa ista quidem esse & ipsi quoque literarum studiosi affirmant, atque ea iccirco ego celerrime perstrixi. Audiui tamen & Phœnices dicere literas suum esse inuentum atque ideo nuncupari phœniceas: idem Aegyptios: idem Chaldaeos & Hebræos, qua de

30 re multa intelligo apud scriptores inueniri dissona, quæ rei indignitatem simul & falsitatem ostendunt. At his missis videamus, si vacat, quam tandem utilitatem afferre possunt, quàmve magna momenta habeant hæc ipsa literarum studia, tantum ab aliquibus expetita, ut vitam potius nonnulli amittere, quàm ea deferere voluerint. Memini non satis longo temporis interuallo iuuenem quendam eorum desiderio ita inflammatum atque incensum fuisse, ut cum morbo nescio quo grauissime affligeretur, atque à parentibus, ab amicis, à medicis denique rogaretur, ut literas saltem tantisper intermitteret, si non penitus eas relinquere vellet, dum nonnihil conualeret, illum mortem potius elegisse, quæ & non diu post consecuta est, attamen amentem hunc iuuenem

40 literatorum cohors, ut puto amentium, summis laudibus & carminibus celebrare. Sed age videamus, quam utilitatem, quòdve emolumentum nobis hæc literæ afferunt. Si non essent hæc, inquiunt earum studiosi, omnia in tenebris & umbra iacerent, hæc lumen posteris accendunt, hæc nobis præterita repræsentant. Ista certe nobis, eoque amplius nos doctos & eruditos homines facere possunt, num propterea prudentes & sapientes: minimè, quia hæc mentis & animi bene instituti opera sunt, non literarum. At forte dicas, literæ saltem virtutes, quæ morales & ciuiles appellantur, nos docent: tantundem: nam has quidem melius & firmiter sapientum virorum sermones ipsi, & morum & vitæ exempla, adhæc & traditiones, quæ per successorum memoriam fiunt, & ut ita

50 dicam per manus traditæ in animis nostris firmiter hærent, quomodo Hebræi per multa tempora factitauerunt, & sacra quædam Augurum ab Antiquis Hebræis & Romanis conseruata ab ipsis literatis audiui, quæ arcana ducerentur & opertanea, simul & quæ Apollinis operta, quo etiam pacto Athenien-

ses Bacchi & Cereris Inuita, quæ & Myſteria dicuntur: quin & ego cæcos à na-
 tiuitate & vidî & audiui, qui de ſingulis ferme diſciplinis interrogati respon-
 debant, eâſque publice etiam profitebantur. Quod cum ita ſit, manifeſte vide-
 mus non literarum beneficio prudentiam & cognitionem rerum, ſed naturæ
 iplius ac mentis vi nobis præſtari, ad quam quidem naturam ſi ratio quædam
 & habitus acceſſerit ac indiſtriæ confirmatio, tum illud neſcio quid in homine
 præclarum ac ſingulare ſolet exiſtere. At nos indoctos docti iſti & literati angu-
 ſtius vrgent, & illud ceu quoddam diuinum oraculum afferunt: hæ literæ ado-
 leſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis pro-
 fugium ac ſolacium præbent, delectant domi, non impediunt foris, perno-
 ctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur: Eſto, quid ni? nonne & hæ lon-
 ge melius homini proueniunt ex animi moderatione à natura ipſa bene infor-
 mati? Num & illud etiam compertum habemus, viris iplis eruditiffimis ap-
 probantibus, longe plures homines excellenti animo & virtute fuiſſe, qui ſi-
 ne doctrina atque eruditione, naturæ iplius habitu prope diuino per ſe iplî &
 moderati & graues extiterunt. doctrinam enim ſine natura parum valere, iis
 iplis quoque literatis perſuaſum videmus. Quinetiam audio ſenem quendam
 Thebanum pictura quapiam ſua tabula oſtendiſſe nonnullis ſuis hoſpitibus li-
 teras ac diſciplinâs nihil conferre ad homines meliores efficiendos, literas iplâs
 tantum eſſe velut frenum quoddam ad coercendos adoleſcentes, vt eo tem-
 pore ne ad alia peiora diſtrahant, quin & id melius præſtare corporis exercita-
 tiones, qualibus Lacedæmonios uſos fuiſſe ſæpe audiuiſus. Cedò agè, frena
 ſint, etiam lupata, cedò num literati meliores? continentiores? num pacatio-
 res? minime, quia ex his plures flagitioſi & facinoroſi ſunt. Quinetiam eos iplâs
 literatos maximis inter ſe odiis flagrare, & inimicitias gerere videmus, iplâs
 inter ſe lacereſſe contumeliis, ac ſi non palam quidam hoc faciunt, at in con-
 uenticulis ſeorſum, in angulis & in abdito: adeo à maledictis & contumeliis
 non abſtinere poteſt hoc hominum genus. An pium, ſaltem & religioſum
 hominem hæ literæ faciunt? longe minus: quoniam iplî, vt ante diximus, om-
 nis ſuperſtitionis & impietatis auctores extitere. Quid ergo exponunt fa-
 bulas, hitorias, ritus, conſuetudines, mores, locorum & regionum ſitus, res
 iplâs: atqui literati, iſta literarum ornamenta eſſe aiunt, amplius & longe no-
 bilius, philoſophiam, leges, Theologiam, artes denique quæ liberales dicun-
 tur: Iſta quidem magna & præclara, ſed vnde orta? & à quibus inuenta? ab
 hominibus ne? ab hominibus vtique: homines ergo ſuapte natura & ingenio
 iſta per ſe poſſunt ac valent excogitare & indagare, hominis igitur ingenium
 & ſolertia naturæ, vt videmus, longe literis & earum ſtudiis præſtantiores, vt à
 quibus & illa ſint excogitata & inuenta: immo etiam purius & defæcatiùs, vt
 ſic dicam, homines ingenio & mentis acie præditi ea ipſa conſiderant ac per-
 pendunt, quàm huiusmodi ſtudioſi varijs diuerſiſq; ac plerunque falſis opi-
 nionibus pro voluntate & libidine pertinaciter imbuti. Inter Theologos, non-
 nullos habitu & iſtitutis vitæ eximios habitos vidî, vt eorum cæteras penè
 innumerabiles controuerſias pluſquam hoſtiles miſſas faciam, qui de integer-
 rimæ matris Dei conceptione uſque adeo altercantes digladiati ſunt, vt ab
 odiis & inſolentibus verbis ad verbera crudeliſſima deuenerint, mala de ſe ſa-
 cricularum & profanorum in corona aſtantium concitata opinione: adeo quiſ-
 que pertinaciter & obſtinate opinionem pro voluntate & partium ſtudio non
 pro re tueri ſatagebat. Sed hæc quæ omnibus nota mittamus, infinita enim
 huiusmodi literatotum odiorum inter ſe, & controuerſiarum exempla ſunt,
 quo ſit, vt quodam quali naturali ſenſu iudicare, & de ijs quæ occurrunt ſa-
 nius & minori cum affectione cõſulere videamus, qui procul ſunt ab arte & ab
 iplis literarum ſtudijs, & perinde etiam omnia penè videmus, ſi ad naturæ &
 ciuitatum rationem dirigantur, recta eſſe: ſin perpendere ad diſciplinæ præce-
 pta ve-

pta velimus, prauissima reperiantur. Agite perpendamus, qui Reges, quæ ciuitates, qui populi & nationes per literarum studia creuerint terminoq; promouerint, vel latè ditionem propagauerint, aut iam tē lōgo tempore & diu vigerint, Agite, inquam, videamus, an istis hoc accepum referre possimus. Res populi Romani, vt ab ijs incipiamus, qui fere toti orbi terrarum gloriæ imperitarunt, tam diu florere & auctæ sunt, quousq; philosophos, poetas, oratores, huiusmodiq; hominum reliquum genus literarum vmbas & otium sectantium pepulere, factis etiā & promulgatis contra eos senatusconsultis: vbi verò non solum in partem vrbis recepti, ac ipsa vrbe cæterisq; præmijs donati, sed & ijs

10 quoq; iuuentus Romana instituenda, ac eorū artibus imbuenda est tradita, tum cum non multo post Senatu & curia admissi versipelles ipsi & inconstantes fuissent, continuo factiones & partes urbem inuasere, paulatimque primo Res ipsa publ. ab optimatibus & principibus vrbis ad vnius dominationem & potestatem deuenit: mox penitus ad externos Duces & Imperatores, ac demum tandem funditus extincta est, ita vt nūc ex multo tempore, nisi nomen populi Romani restet. Deteriore fortuna vsos Persas fuisse memini me audire, cum quibusdam apud eos literatis & sapientibus, quos illi Magos appellabant, sese regendos permisere. Diutius sine literis viguere Assyrii, at vbi per literas cælum scrutari voluerunt, atque ex eo hominum fata cognoscere, regnum amiserunt.

20 Num sapientissimi illi & literatissimi Athenienses citius multo desolati sunt, & libertatem cum Repub. perdidere? quia se studiosiores, & literarum amantiores esse præ cæteris voluerunt. Paulo plus Lacedæmonios floruisse audio, quòd minus literis quàm Athenienses operam impenderunt. Aegyptij verò, qui se hominum antiquissimos putant, & Sicyonij, paulo quoque plus admodum viguere eadem ratione. Ad hæc autem vsque tempora, vt audio, Scythæ imperium tenent suum, quoniam ab ipso primordio nunquam istos literarū sapientes in consortium admiserunt. Possem & cum ijs multis alias barbaras nationes hoc loco in medium asserre, quæ eundem tenorem ac institutum seruauerunt, & adhuc seruant, quibus contra literas, ad scribendum tantum epistolas, & in

30 deorum suorum quibusdam laudibus in vsu habent, quam rem nec nos improbamus. Venetorum rempublicam intelligo tam diu floruisse, quo mercibus comparandis & conuehendis, nec non versuram faciendo nauigationiq; quàm literis magis operam dederunt, opes aut facultates auxisse, urbem locupletasse, ditionem longè latèq; terra marique protulisse: vbi literis & literatis locum fecere & in senatu admiserunt, penè ad nihilum redactū esse nos ipsi vidimus. illud certe adhuc faciunt, vt nō nisi vernaculo & quotidiano sermone in senatu vtantur. Vide quoq; nationes, quæ hoc tempore plurimum rerum et imperio potiuntur, parui literas & earum professores facere, eorum minimum rationem habere, vt sunt Turcæ, Indi, Persæ, Scythæ. Rem ridiculam à multis existimatam audiui non multis annis antequam hæc meditabamur, Velitrenses (Latij hæc ciuitas) inter se legem statuisse, ne quis magistratum in sua R. P. obtineret, qui vel literas sciret, vel ijs deditus esset. At hoc fortasse, si nō ciuitates & nationes diutius floruerunt in quibus literæ exultæ fuerunt, plurimi tamen literati excellentissimi fuerunt in re militari, & in ductandis exercitibus illustres imperatores ac inuicti, quique victorias multas & triumphos vel patriæ suæ, vel populis ijs pro quibus rem gerebant, compararunt, à quibus exordiar: Nullus nunc mihi Pice memoria succurrit: audiui quidem Socratem meruisse, Sophoclem, Xenophontem, Pythagoram, Varronem, Ennium, Horatium, alios penè innumera- biles, quid nisi nihil istos laude dignum fecisse audio. At alij Thucydidem laudant, sed res male gesta, vel exilium rem faciunt obscuram: Demosthenem alij, sed abiectio clypei, quæ res & in proverbium cessit, ei ignominiam & dedecus comparauit, tametsi hæc quæ fortunæ potius quàm virtuti attribuuntur, minimum vel laudis, vel vituperationis habere existimem. Audiui tamen &

M. T. Ciceronem, virum illum plane virum cum suo imprimis tum aliorum iudicio maximum, Imperatorem fuisse, enumeres tu mihi quæso Pice istius triumphos, & ouationes: quot inuis aureæ in Iouis Capitolini gremio collocatæ videntur? nullæ videlicet: quanquā expugnatis aliquot castellis montis Amani, & an visis, nescio, procul hostibus nimio triumphu bellus imperator desiderio teneretur, homo scilicet inconstans, modò harum modo illarum partium, & qui duabus sellis sedere solitus esset, vt ei quoq; viuenti aliquādo obiectum audiuit: pudet me referre quas calamitates & strages excellentissimæ R. P. reportauerint: socordia ac imbellia ductorum huiusmodi: sed suas ipsi historias & annales euoluant duces egregij & eruditi, quæ scripserunt, vel ab alijs scripta legant, longe plura & maiora ijs quæ dico cognoscent. Neque enim huc mihi quisquam Cæsarem afferat, vnus enim mihi cæteros vicisse & scribendo & pugnando videtur, inique tamen atque impie patriæ suæ & R. P. tyrannidem induxit, perpetuum ei seruitutis iugum imponens, à suis tandem ille, quos ipse ad culmen honorum & dignitatum euexerat, est in senatu atrocissime trucidatus. Vide quò tandem ruit illius literata, vt sic dicam, fortuna, & sapientia penè inuicta. Alius huc Alexandrum Macedonem afferre volet, audiui quidem illum magistros in literis habuisse excellentes, sed eorum aliquos crudelissime necasse, alios in desperationem induxisse: quantum vero in literis profecerit nescio, nam ebrietate & furore plurimum scio, veneno tandem periisse traditur, maxima cum infamia philosophi ipsius præceptoris. Vis afferamus Hannibalem Carthaginensem: at Capua illum & Sepasia vicit, & aduersa fortuna illum solum vertere compulit & voluntarium exilium adire. Nec mihi quisquam Scipionem afferat, summus hic certe & fortunatus Imperator, sed illum res non literæ commendant, tamen eum caste & proprie locutum fuisse audiamus, verum ea tunc ætate sic ferè omnes loquebantur: sapientiam enim ac prudentiam qua Scipio excelluit, non ex literis, sed assidua animi meditatione, & sapientissimorum virorum quotidiana consuetudine ac conuictu affecutum fuisse intelleximus, quanquam à principio mei quidem sermonis recte & caste loqui & scribere vitio dandum nulla ratione sum professus, id quod paulo infra manifestius explicabo. Non mihi tecum Pice operæpretium fuit hoc loco nominatim plures colligere, tam nostrorum quàm exterorum, tum Græcorum tum barbarorum ducum & Imperatorum, qui longe virtute potius ac animi robore, quàm literis, earumve studiis victorias ex hostibus peperere. Iam verò tempus vt illud agamus, vt quæ à nostra Christianorum pietate & religione huiusmodi literarum studiosi argumenta extorquent quàm accipiant potius, refellamus. Cum enim ostenderit eos nihil præsidij habere, ijs boni nihil esse vlla ex parte, ad religionis præsidium confugiunt, vnde causam suam defendere ac tueri arbitrantur, & nobis ora occludere. Sed ego eorum subterfugium inane prorsus ac leuissimum esse statim ostendam. Attende quid dicunt. Si nostrarum aiunt literarum præsidia non forent, quonam pacto ad posteros tradita esset diuina hæc nostra & vera religio & Dei cultus, quo Dei ipsius optimi max. & assistentium beatorum animorum nosceretur æternitas, atque gloriosa eorum beatitas? Quali non hæc potius nota sint instinctu afflatuque diuinæ bonitatis idiotis & indoctis hominibus, quàm sapientibus & literatis: his certe initiis creuit & aucta est Christiana pietas: illiteratos ac penè infantes hæc habuit primos magistros & inuictos duces: Quin, si fari licet, quoad in animis, & puris mentibus & ad cœlestia & diuina tantum intentis innixa est nostra religio, semper creuit, caput extulit, late per omnes orbis terrarum partes propagata est, vbi vero cœptus est amoris ardor refrigerare, & potius scriptis & philosophorum probabilibus argumētis corroborari & fulciri, pro bone Deus quantum retro lapsa est, quantum imminuta: penes nos dico contaminatos & male affectos: nam vera ipsa in Deum pietas in se ipsa & fundatore suo incommutabilis

mutabilis & perennis perseverat, & ut ipse æternus est Deus & constantissimus, ipsam æternam sibi sponsam & constantissimam ab æterno præparavit & cooptavit. Sed de hac minime nobis in præsentia sermo est: de ea inquam pietate & fide agimus, quam in animis nostris, & pectoribus fixam & insitam esse per sancta & pia opera nulli obnoxia conscientia oporteret & expediret. Vides iam Pice penè totam Asiam, totam penè Africam, hanc ipsam quam nos incolimus penè Europam, ad superstitiones & falsorum deorum vanos cultus vel defecisse, vel transfugisse, id quod & tu mecum sæpe conquestus es: eæ vero non literis & disputationibus, ut nos, sed mente sola, atque animi & corporis viribus nituntur: nullis certe Saraceni, nullis Arabes, nullis Persæ, nullis Turcæ ceteraq; Barbaræ nationes, his, quibus nos utimur, literis, argumentationibus & disputationibus de Deo, de eius vi ac potestate, de religione, de cultu agunt, si ve nituntur, id quod & Hebræos aliquo tempore factitalle audivimus, & ij qui Pythagorei, alii que qui inter mundi sapientes habiti sunt, nullum igitur, ut vides, literariæ istius sapientiæ proceres tutum habent subterfugium, eos iam verbis vides hæsitare, silere. At hoc mihi forte loco dices, cur ergo tandem verbis & orationi non acquiescunt tuæ? Nimirum Pice, ut quodam morbo aliqui & sensus stupore suavitatem cibi nullam sentiunt, & ab eo abhorrent: sic obstinati isti, tanquam sirenum cantibus illecti, & in literarum

20 studijs obdurati huiusce monitionis nostræ non sensum neque gustum habent. Age ut nihil quod in præsentia succurrat mittamus, illud quoque consideremus, quinam quæso sunt harum literarum & earum studiosorum laudatores & præcones? ipsimet certe literati: at nec minus ij exquisitissimis suis scriptis Bombylios laudarunt & pulices, alij comam, alij caluitium, ebrietatem alij, aliâque etiam dictu foediora, ut illud mittam, quod & eorum alios febres, iniustitiam, mortem, Busrim, & si Deis placet, stultitiam ipsam laudasse audivi: minime ergo est illis fides habenda, ut his qui leuïora multo scriptis celebrarint, vel qui de re propria affecti agant, laudem etenim in ore se laudantis fordescere diuino veritatis testimonio perspecte cognitum habemus: vel

30 si modo qui alij sunt, qui vel literatos commendatione aliqua dignos existiment, hi imbecillis & perexigui ingenij homines sunt, qui per literarum præconia illò se attingere posse autumant, quò eorum vel socordia, vel ingenij tarditas, vel animi imbecillitas non aspirare, nedum peruenire potest: Quidam ea de causâ literatos laudibus ideo prosequuntur, ut & ipsi ab iis laudentur celebrenturque per eorum scripta, vanæ videlicet & inanis gloriæ cupiditate ambitioneque ducti. Nolim tamen existimes omnes homines inani ista literarum suasionem & corruptela fuisse corruptos, nam præter quàm plurimos cuiusque gradus & conditionis homines, tum reges & imperatores, tum tetrarchas & dynastas, tum principes, tum nobiles & patricios, tum populares quoque & plebeios humilimòque loco natos innumerabiles, quibus non tantummodo obsolescerunt literæ: sed nec eas omnino sciure vnquam nec scire voluerunt. Quin & potentes quidam reges nonnullèq; ciuitates literas, & earum cuiusque generis professores ex urbibus suis pepulere: quidam etiam virus & pestem publicam inter Cæsares literas nominarunt, ut audivi: sunt quoque & ad hanc diem populi & longinquis quidem orbis regionibus nationes & gentes, quæ nullum literarum usum norunt, nedum earum studia a pud se esse patiuntur, hos vero beatos tranquillissimam vitam degere procul à perturbationibus omnibus cum ab alijs tum ab ipsis literatis sæpe intellexi: sed tamen inter ipsos quoque literarum professores quidam philosophi celebres extitere, qui nò tota,

50 ut dicitur, via aberrarunt: ij enim non modo sapientiam & ipsam & artes, quas liberales vocant, contendere: & asseueranter defendere audio homines, haud sciri quicquam posse, sed nec illud quidem ipsum quod nescimus: ita enim quidam inter eos nò postremi ordinis exclamat, Nego, inquit, scire, sciamus ne ali-

quid

quid, an nihil sciamus, ne id ipsum quidem nescire, aut scire nos, nec omnino sitne aliquid an nihil sit. Qui profecto & eum secuti verè sapientes quasi per transfennam, quod aiunt, id ex parte videbant, quod nos in præsentia palam asseueramus, idque ipsi naturæ beneficio & quasi diuino quodam instinctu cognouerunt hanc literaturæ, vt sic dicam, gangrænâ noctes atque dies nos mortales alioqui nostrapte natura satis infelices, rodere, torquere, consumere: Sed & te Pice quoque illo tuo examinis doctrinæ gentium ingenti sane & laborioso volumine aliud penè nihil ostèdere velle putarim, quàm literas ipsas, omnemque rem litterariam nullius esse momenti, ad illam cœlestem animi nostri quietem & tranquillitatem, quam illiteratis nobis sola Dei immortalis benignitas gratis exhibet, atque elargitur. Sunt verò aliqui, qui literas nec laudant, nec vituperant, modo id remissius & moderatius agatur, quandam enim temperantiam in iis adhibendam postulant: sed videant isti, ne id faciant, quod amantes sæpe facere audiuius, qui dum se interdum putant in amore ludere atque iocari, plerunque non se prius captos atque amoris laqueis irretitos aduertunt quàm penitus toto pectore & amoris furore insaniant. Quosdam video non ita male affectos hac ipsa literarum cupiditate, vt quos modo nominauit, qui literas & literarum studia ex ijs esse aiunt, quæ indifferentia & mediâ à Latinis, à Græcis ἀδιάφορα & μέτρια dicuntur, hoc est eas nec in bonis nec in malis esse, vt quæ si bene institutis animo ac suapte natura bonis accedant, bonæ & tales sunt, quales ij qui eis imbuti sint, atque è contrario: similiter vt quoque inter sidera illud ipsum esse aiunt Mercurij à quo & ea inuentæ dicuntur. Nonnullos tamen fuisse anteauctis seculis audiui, & nunc esse video, & item mox futuris temporibus auguror animi à natura ita bene instituti, vt cum literatissimi ipsi atque eruditissimi & sint & habeantur, prudentissimi tamen & integerrimi ac probitatis egregiæ viri existimentur, horum sit licet mira paucitas, hi tamen viri & planè viri literarum virus atque perniciem in bonum vsum conuètere: ac veluti plerunque reges potentissimi faciunt qui per facinorosos sicarios ac notæ improbitatis apparitores ea in suis ciuitatibus munera exerceri ac fieri iubent, quæ sibi & ciuibus suis maxime conducunt: ac veluti quoque solertissimi medici qui venenorum quàm plurimum perniciem & virus tam bene miscentes præparant, vt eis vtantur sapissime etiam inter salutare medicinas ad diuersa morborum & quidem lethaliū remedia, cum ea ipsa venena à suæ naturæ vi & proprietate pestifera sint & noxia maximèque perniciofa. Remedium enim illud salubre, & utilitas quæ inde ex veneno prouenit non à re ipsa certe pessima & minime salutifera, sed administrantis prudentia & iudicio proficisci certum est: ita quoque in eruditissimis & literatissimis probis his hominibus, quos modo diximus, accidit, vt ipsi adeo bene instituto animo sint, vt solidæ veræque virtutis vi sibi ingenerata, ac ingenij iam pridem ad bonitatem & virtutem confirmati, ipsarum literarum vitium atque perniciem edomitent, adeo vt id boni non à literis, nec ab earum studiis ori, sed ab animo ita bene instituto & informato, tanquam ab optimo rege vel à peritissimo medico videamus. Non propterea ij fortunatos magis aut alijs feliciores esse arbitreris, quàm quos supra ostendimus, nūc nō dico, hac præcipue Leonis X. Pont. Max. aurea propè ætate, qui omnibus æque fauet, modo illi notescant aliqua virtute præditi. Sed præteritis in nostra memoria temporum spatijs, quos ego bene literatos infelices vel à me visos vel ab alijs auditos si recensere velim quadragesimum annum qui excessi, penè te exemplorum multitudinè obruerem, inter quos & tu Pice pars magna esses: sed iam de his satis. Nunc iam tempus vt vela colligam nauemque nostram per has procellas fluctuantem, si non in portum, in littus saltem subducam, vt omnem iam cōportatam mercem exponam, & quid eum facere velim ostendam quem omnibus numeris literis & literatis ipsis excellere & præstare arbitror: ls igitur mea quidem sententia, qui ceteris vt

ris vt excellat efficere voluerit, tribus his rebus in omni re sua atque actione consuetudine quadam à teneris vsque vnguiculis assuescat assidue, vt primum scilicet ingenij acumē nulla ratione obtundi permittat, illudq; continenter aliqua re laudabili exercebit, ne vt ferrū rubigine conteraē, aliquidq; semper laude dignum peruestigabit. Deinde modū & rationem adhibebit cogitando, cunctaque vndique perspiciendo. Tertium quod potissimum est, cura & diligentia vtetur, quam naturæ ac ingenij tarditati persæpe succurrere videmus. Nam tametsi ingenio primas concedimus, ipsum tamen ingenium diligentia incitat, acuit, perficit, diligentia inquam cum omnibus in rebus, tum maxime in comparanda prudentia plurimum valet, hæc præcipue colenda est semper, & vbiq; adhibenda: hæc oscitantem literatorum istorum sapientiam, & intra suas literas dormientem longe post se relinquit, hæc se in omnes actiones insinuet, hæc si adhibuerimus, perpaululum loci in rerum natura literis reliquisque disciplinis literariis esse videbimus: huius sunt comites, nec ab ea, vt dicitur, latum vnguem discedunt, cogitatio, vigilantia, animaduersio, assiduitas, vsus, labor, quibus omnia facile penitus perspicimus, & percallemus. Si verò hoc amplius ex me iure tuo quaeris, quatenus, & quantum ego in literarum studijs procedendum existimem, quoniam caste legere, & recte scribere non damnamus, vt iam diximus, eatenus respondeam, vt mea quidem est opinio, quoad animi conceptiones & sensus excogitados intrepide ac expedite possis efferre, atque adeo si Græcus Græcè, si Arabs Arabice, si Latinus latine, latine quidem magis, quando hæc ipsa lingua, & hic loquendi modus iam magis est per plurimas orbis terrarum partes sparsus atque diffusus. Hæc quidem mihi habui, quæ hac de re dicenda putarem, aliàs fortasse plura, ni tibi & mihi quoque posthac aliud forte visum fuerit. Illud verò scio me in varios sermones, vt à principio dixi, & reprehensiones incursum, sed si nulli consilium hoc nostrum placuerit, nec tibi quoque, mihi certe & Musis, quod dicitur, cecinerim.

PROGYMNASMATICIS AD-
VERSUS LITERAS
FINIS.

LILII GREGORII GYRALDI FERRARIENSIS LIBELLVS, IN QVO AENIGMATA PLERAQVE ANTIQVORVM, NON PAVLO, QVAM hactenus ab alijs, clariùs faciliùsque sunt explicata.

LILIVS GREG. GYRALDVVS PROSPERO PASETHO IVRISCONSULTISS. S. P. D.



M hos pridem libellos in Io. Pici pueri gratiam consecissem, quorum altero pleraque complexus fueram Aenigmata, altero verò Pythagoræ philosophi Symbola, quæ & ipsa à multis Aenigmata dicuntur, ut vel ab alijs fuerant, vel à me sunt quocunq; modo interpretata: & eos libellos iam diu in puluere & situ latere, & cum tineis blattisq; luctari putarem, nescio quo eorum fato potius, quàm ingenio, amicis quibusdam meis innotuere, quibus ego omnia maxime debeo: ij suo iure hos à me non modò petere, sed efflagitare eò vsque non destitire, quò meæ voluntatis (ut sic dicam) pertinaciam expugnauere. Hac igitur, si non iusta ipsa quidem, sed decente tamen & rationabili causa impulsus, ut excriberentur, non inuitus eis permisi. Et quamquam illis & mihi multo consultius fuisset, si nos nostro iudicio, ut sorices, non proderemur: non potui tamen ipse, non eis libenter acquiescere, quibus omnia mea vltro etiam offerre debeo, si non ingratisimius & esse et haberi velim. In hoc ergo cause discrimine constitutus, cū omnino mihi sit vulgi & plebis iudicium subeundum: tuq; Prosper Pasethe, cum omnium semper fueris patronus acerrimus, tum & mihi hoc tempore & in hac causa te affuturum spero, qui inter ceteros mihi hac infirma valetudine, affectaq; iam etate, in hac fortuna iniquitate miserrimè agitato, prope vnus indies opitulans, & presens ades. Sumas igitur & horum duorum librorum, tuorum tanquam clientum, patrociniū: proq; eis ita contra detractores & maledicos contende, ut omnes facile nōscant, ista tibi nomina diuinitus esse imposta, quòd scilicet tuis sis moribus, & virtutibus omnibus, & prosper & fœlix. Vale.

D V M maius molimur opus, numerosa Deorum
Dum nomina & cognomina,
Effigiesq; insigniaq; & quæ patria cuique
Rudi papyro inteximus,
Accipe, quæ puero puer olim Aenigmata scripsi,
Milesiam ceu fabulam:
Et, quæ Pythagoræ collegi arcana renati
Interpretata Symbola:
Post clamosa fori, & Plebis consulta tribuni,
Post lectiones publicas,
Te quibus oblectes nugis post seria, Prosper.
Extorsit has Arlenius,
Eaq; situ, blattisq; mihi, vir factus ad vnguem:
Cui debeo vni plurimum.
Ergo, hæc si Momus rabido lacerauerit ore,
Senem clientem protege.

LILIVS GREGORIVS GYRALDVVS

IO. THOMAE PICO MIRANDV-

læ S. P. D.

ET amor, quo me mirificè prosequeris, & variarum abditarumq; rerum studium, quo impen-
 se delectaris, fecerunt, ut cum his contractioribus diebus, tanquam Aenigmatum syluam col-
 legissem, atq; in libelli formam redegissem, ut te hoc ipso libello, hoc præcipue (ut ait Catullus)
 Saturnalibus optimo dierum, donarem. Qui labor, etsi fortasse multis superuacaneus, inanisq;
 10 videri possit: me tamen apud vituperatores aliorum exemplis excusabis, qui similia fecerunt.
 Nam apud Græcos Cleobolus Lindius, inter septem sapientes connumeratus, aenigmata compo-
 suit: & Heraclitus Ephesius: ut ceteros mittam, quos vel Athenæus in decimo, vel nos hoc ip-
 sa libello commemoramus. Sed & alio modo Macrembolitus, philosophus & rhetor sapientis-
 simus, scripsit aenigmata: Maximus verò Olobolus, & Clearchus Solensis Peripateticus, aenigma-
 tum absolutiones composuerunt. Solomon quoque Hierosolymorum rex, ut Dion in historia Phœ-
 nicum & Menander Ephesius prodiderunt, cum Hiromio Tyri rege, quem Hiran sacra literæ ap-
 pellant, aenigmatibus & huiusmodi inuolucris lusit: quorum ambages cum plerunque Hiromus
 soluere nequisset, magnam pecuniarum multam pependit. rursus quoque cum Solomon ab Ab-
 demono Tyrio proposita aenigmata resolueret non potuisset, & ipse vicissim pecuniam multam re-
 20 pendit: quod & Iosephus repetit contra Appionem. adeo hoc genus Aenigmatum & Problema-
 tum antiquis illarum nationum regibus placuisse videmus: id quod etiam in Aesopi Phrygis græ-
 ca historia pluribus ostensum est. Attigit & hoc genus Vergilius, & Cicero. Illud verò te scire:
 velim, Deorum immortalium & vatum oracula plerunque aenigmatum proxima videri, tum quæ
 apud gentium scriptores, tum quæ Christianis nobis & Hebræis & cantata & prædicta sunt: a-
 deo penè omnes qui numine diuino afflati cecinerunt, hoc dicendi genere vsi videntur. His adig-
 ci, quæ à Pythagora Symbola appellata sunt, quorum aliqua sunt aenigmatum simillima: quin &
 ab aliquibus, ut in eorum diximus interpretatione, aenigmata vocantur. Tibi autem, Pice, ut
 30 trunque libellum non ea ratione misi, ut mea cum ijs conferas, quæ domi tibi nascuntur: hoc est,
 cum ijs quæ quotidie à parente tuo scribuntur, à qua omnis est tibi vita perdiscenda: sed
 ut his Saturnalibus pro strenis à magistra munus habeas, ut per hæc iocosa &
 ludrica, ad seria & maiora te conuertas. Vale: ex castro nouo
 Carpenfi. M. D. LII.

LILII GREGORII GYRALDI FER-
RARIENSIS AD IOAN. THOMAM
PICVM MIRANDVLÆ PRINCIPEM.



Voniam te inter legendum oblectari mæandris & obscuris ple-
runque sermonibus conplexi, meq; persæpe ad eos interpretan-
dos vocas: ideo cum in hoc huius oppiduli secessu essemus,
nec aliud his diebus quid agerem haberem, & præsertim cum me
tibi rem admodum gratam facturum intelligerem, placuit id ge- 10
nus multa tibi colligere & interpretari, quæ mihi memoria suc-
currebant, ut hoc te ludicri genere (quod & antiquis in conuiujs frequens fuit,
ut Pollux & Athenæus testantur, & nunc etiam nonnihil est in aulis Regū quo-
rundam & Principum) potius quam tesseriis aut taxillis, cæteraq; alea his Satur-
nalibus, oblecteris, ut cum fructu aliquo ac lucro, non ut in alea plerunque cū
dispendio & damno, hos totos dies lætus transigas. Sanè, ut ab hoc incipiam:
Aenigma vocabulum est græcum, & obscurum inuolutumq; sermonem signifi-
cat: adeo, ut in sacrarum etiam literarum scriptoribus, pro abditis & mysticis nō
nunquam accipi videamus. quin etiam & symbola, Philosophi & celebres qui-
dam scriptores ænigmata vocauerunt: ut Pythagorici. Illud utique etiam obserua- 20
ui, apud Hebræos, quod prouerbum ænigma aliquando dicitur: & qui prouer-
bijs vtuntur apud Hebræos 70. verterunt ænigmatistas. quo fit, ut eius vocabu-
lilator esse videatur significatio. Sed nos nostra sequamur. Quæ igitur (ait Gel-
lius) Græci ænigmata, hoc genus quidam ex nostris Scirpos appellauerunt. &
Scirpos quidem, quod nō in genere palustrium iuncorum enodes & læues esse di-
cuntur. à quibus & factum est tritū sermone prouerbum, Nodum in scirpo que-
ris: de ijs qui in rebus admodum claris atque perspicuis difficultatem quærunt.
quo utique prouerbio, præter Ennium, Lucilium, Plautum, Terentium, Auso-
nius quoque in Griffo ternario vsus est: Numerorum, inquit, naturam non esse
scirpum, ut sine nodo sit. Sunt qui Gellium ideo damnent, quod scirpum pro 30
ænigmate latinè dici existimauerit: & propterea in eo loco, libr. 12. pro scirpo
tum Grifphum, vel Scrupum reponunt. Sed Grifphus cum græca vox sit, ibi non
conuenit. Scrupos latini calculos, lapillosq; vocant, qui ingredientibus dif-
ficultatem possunt afferre: vnde & scrupeus, & scrupulus, Vergilio & Teren-
tio. Grifphi certè ænigmata dicuntur, ab impliciti quodam genere retis: qua-
re & in conuiujs, quod eis præcipue vterentur veluti retibus, ad conuiuas ob-
scuris quæstionibus capiendos, Grifphos appellabant. & quod ad pocula & ca-
lices proponerentur, etiam à græcis κλίμα, ut Pollux ait, κληματα vocaban-
tur. κλίμα enim, ut est notissimum, calix est. Fuerunt & qui αἰολος grifphum, ex
Eustachio & Suida, dicere voluerunt. Sed certe αἰολος Ammonio & alijs plura 40
significat. Sunt præterea qui inter Aenigma & Grifphum nonnihil differre tra-
dant, quod Aenigma lusum tantum habeat & iocum, Grifphus etiam studium
curamq;. Sed multa legenti, hæc inanis apparebit diligentia. At nos iam, quam
proposuimus rem, planius exponamus, in primisque Aenigmati definitionem.
Grammatici Diomedes & Donatus Aenigma definiunt, obscuram esse senten-
tiam, per occultam rerum similitudinem enunciata. vel sic: Aenigma est, a-
iunt, oratio obscuritate allegoriæ parum intelligibilis. atque ideo Fabius ob-
scuriorem allegoriam, ænigma dici prodidit: à quibus non admodum dissona
tradit Tryphon grammaticus. Dicitur quidem ænigma videtur πῖναι τὸ ἀνίλω, ὅτι
ἀνίλω: quod est, obscure & perplexè loquor. Clearchus Solensis peripateticus 50
Grifphum ita definit: Grifphus, inquit, quæstio est ludrica, quæ imperat, ut per
inquisitionem in sententia inueniatur quod quæsitum est honoris aut vitupe-
rii gratia, quo modo illud esse videtur Vergilianum:

*Dic quibus, in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cœli spaciū non amplius vnas.*

Et illud Homeri de Polyphemo, *ὄλε ὕσατο, ἐδδμεμοῦπι*: hoc est, postremum edam
Vtin: quod annorauit Demetrius Phaleræus *πὸ δὲ τῶν ἑρμηνείας*, vbi de gratia agit,
quæ præter expectationem fit. Sed frequentior est hic vsus apud Græcos: a-
pud nostros rarior. nam à M. Tullio, alijsq; scriptoribus præceptum est, non
admodum licere, in orationibus frequenter vti ænigmatibus, quòd maximum
sit orationis vitium obscuritas. Ideoq; non satis laudatus Apuleius, & qui A-
puleium secuti sunt. In iocosis tamen narrationibus, atque in primis (vt paulo
antè dicebam) in symposijs, atque huiusmodi conuiuiorum sermonibus, aulisq;
10 Principum, suus est locus: quòd & ingenium acuere, simul & suspensum &
dubium auditorum animum facere possunt, ad præsentium & astantium hila-
ritatem atque lætitiā. Sunt verò ænigmatum quædam in verbis tantum, quæ-
dam in sententiā, aliqua in vtroque obscura: sed etiam in literis, & in syllabis, vt
planè ex libelli lectione percipies. Verùm & eorum aliqua vim proverbij ob-
tinere videntur, quædam quæstionis & problematis. Septem omnino eorum
differentias Clearchus attulit, alij sex esse voluerunt: hoc est, à simili, à contrario,
per accidens, ab historia, per æquiocationem, & secundum linguarum pro-
prietates: quam subtilitatem, quoniam Latinis parum congruere videtur, con-
sultò præteriuī. Sanè antiquiores, vt Clearchus & Athenæus tradunt, huiusmo-
20 di Griphos in rebus etiam serijs, & quæ ad philosophiam pertinerent, propone-
bant: quod & Gellius, nec vno in loco, in Noctibus Atticis innuit. Postea etiā
translulerunt ad cibariorum terrestrium & aquatiliū varietates, & ad omnem
(vt græcè dicam) *γαστρολογία*, & quicquid vbique gentium esculentum optimum
nasceretur: tum quoque de poculorum & vini generibus. Sed & de concubi-
tuum formis, deq; omni re venerea. Mox etiamnum de carminibus diuersa &
varia, vt quæ à quaque litera vel syllaba inciperent, desinerentque: & simul ver-
suum affectiones ac *πλάζα*, millèq; id genus alia: quæ si quis in vsum reuocaret,
non quidem inutilis eorum, nec illiberalis foret vsus, certè paratiores promptio-
resq; ad respondendum faceret. Erant autem & in his, vincenibus sua propo-
30 sita præmia, & ignorantibus pœna. nam & oscula, & esculenti aliquid, vel quid
simile vincenibus dabatur. Victis verò vltra ruborem, potio muria mixta of-
ferebatur, quæ vno haustu & sine respiratione esset haurienda, vt Antiphanes
in Ganymede fabula ostendit. Sed de his iam satis. Nunc ad ænigmata, & eo-
rum solutiones deuenio.

Cleobuli Aenigma, & item alterum Theodectis, aliq;.

Cleobolus Lyndius, seu (vt malunt alij) Cares philosophus, ænigmata &
cantica composuisse dicitur. is filiam habuit, quæ Cleobule, seu Cleobuli-
na à patre vocitata est, à Plutarcho alicubi Eumete: quæ, vt pater, hexametris æ-
40 nigmata condidit, cuius & adhuc quædam leguntur, vt hoc ipsum est:

*Est vnus genitor, cuius sunt pignora bis sex,
His quoque triginta nata, sed dispare forma,
Aspectu hinc niueæ, nigris sunt vultibus inde,
Sunt immortales omnes, moriuntur & omnes.*

Mirum est, quàm planius græcè exprimat: atque ideo hic tibi subscribo:

*ἔστι δὲ πατήρ, πᾶσι δὲ δυοκαίδεκα, τῶν ἀρ' ἑξήσας
πᾶσι δὲ μὲν τεράκοντα διὰ δίχα ἔδ' ἔχουσα,
αἱ μὲν λευκαὶ ἔσονται ἰδέσθαι, αἱ δ' αὖτα μέλαινα,
ἀθάνατοι δὲ τ' ἔσονται, ἀφθίνουσι ἅπαντα.*

50 Est autem huiusmodi ænigmatis solutio: Annus, qui duodecim mensibus confi-
citur, quorum duodecim mensium quilibet triginta diebus luce & tenebris di-
stinctis perficitur.

Theodectes verò Phaselites, vt Hermippus prodidit, diem & noctem in fabula Oedipi ænigmate sic expressit:

εἰσὶ καὶ σίγηται δῆλαι, ὧν ἡ μία πικρὴ
πῶ ἐσθρα, αὐτὴ δὲ περὶ σα πάλιν δ' ἔσθ' τοῦ τῆς περὶ δ'.

Duplices sunt (inquit) sorores, quarum vna parit alteram, & ipsa quæ genita est, rursus ab alia gignitur. Et hoc quidem ego totidem versib. expressi: quàm verò feliciter, nescio: *Vna aliam gignit, geminæ sunt namq; sorores,*

Quæ prius genita est, mox rursus gignitur ipsa.

Alij hoc ipsum ænigma aliter efferunt: Geminæ sunt (aiunt) sorores, sed non similes: vna quidem alteram parit, & quæ peperit alteram interimit. De hac verò eadem re sophistam quendam Regis Aegyptij Nectenabò, Phrygio Aesopo ænigma proposuisse legimus. Est (inquit) templum magnū, & in ipso columna duodecim habens vrbes, quarū qualibet 30. trabibus sustinetur: has verò traves duæ circumeunt mulieres. Cui sic statim Sophistæ respondit Aesopus: Pueri (inquit) apud nos huiusmodi propositiones solvunt. Templum quidem istud est Mūdus, columna verò annus, vrbes menses, traves autē dies: at mulieres ipsæ duæ, dies & nox. Sunt & alia pleraque in ipsa de Aesopo historia similia, quæ nunc sciens mitto. Porro & Dies & Nox sic à Philostrato describitur, vbi agit de oraculo Amphiarai: Somnus (inquit) resoluta erat specie depictus, vestēq; candida super atram indutus: id quod, ait, diem ac noctem indicat, & cætera. 20

Heracliti Ephesij Aenigma.

NEC minus Heraclitus Ephesius griphis & obscuris verborum mandris vsus fuit, atque ob id σκότειος, id est tenebricosus cognominatus est: suo vti que hic nimis periculo ænigmate vsus est. Nā cum aquæ intercutis morbo laboraret, sic solebat medicos interrogare nescio, an magis eludere: Num ex hymbre (ait) sudum, & ex nubilo serenum efficere nossent: Illis haud planè intelligentibus, ipse se boum fimo totus obruit, vt illius calido vapore noxius corporis humor exudans exiccaretur: vbi cum diutius obrutus postea permanisset, interiit. Hoc Plutarchus & Laertius prodiderunt. Alia tamen de Heracliti interitu opinio legitur, quæ ad hanc nostram Aenigmatum syluam parum pertinet. Per hymbrem igitur, hydropis morbum: per sudum & serenum, sanitatem intelligebat. 30

Homeri Poeta ænigma.

AT verò Homerus, ingeniorum fons, nec humana (vt ait Lucretius) stirpe creatus, diem suum obiit, vt Plutarchus alijq; prodidere, cum piscatoribus quibusdam ænigma soluere nequiuisset: idq; ei lōgè antea ab oraculo (vt fertur) prædictum fuerat. Cum ergo Arcadicos piscatores vidisset, his eos verbis percūctatus est: an piscis aliquid habent?

αἰσχροῦ, inquit, ἀπ' ἀρχῆς δίκας ἀλίη πρὸς, ἢ ἐξ ἄλλου;

At illi obscuro admodum velatōque sermone responderunt,

ὄσ' ἐλαμν λιπόμεσθ, ὄσ' ἐχ' ἐλαμν φρόμιεσθ.

Id latine dicas, Quæq; cepimus, reliquimus, quæq; nō cepimus, portamus. hanc cum Homerus verborum ambagem minus assequeretur, ira ac stomacho ita percitus est, vt intabuerit, & perierit: eodem quo penè modo mortuum esse Aristotelem tradit (vt alios nunc mittam) Iustinus philosophus & martyr, in admonitione ad Gentes, quam adhuc iuuenis pater tuus è græca latinam fecit. Vsq; adeò præclara ingenia, Pice, ignorantione torquentur, vt interdum mori potius, quàm nescire aliquid, sibi proponant. Eodem mortis genere & alij viri præcëlentes periere. Aenigma verò ita dissoluitur, vt quæ capta piscatores liquissent, pisces intelligerent: & quæ non capta ferebant, tineas pediculōsq; significarent. Sedenim Possidonius, & Demetrius Phalereus, ac ab his item Strabo, ad rem aliam ænigma transfulere. Nam quodcunq; (aiunt) absumpsere, non absumpsere: quæ habuere, amisere. Quod sic græce dicitur, ὄσα μὲν ἄρα ἐλάβον, ἐκ' ἐλαβον ὄσα δὲ ἔχον ἀπέλαβον. Idq; volunt Atticis conuenire, qui (vt Aegyptij) sodinas & metalla, atque 50

que in primis argenti habebant: sed cum plerunq; in altos sub terra inciderēt spe-
cus, saxofasq; rupes, quas discindere atq; aperire erat necesse, cūmq; subinde dif-
ficiles fistulas & meatus inuenirent, atque in subterranea flumina quoq; sæpenu-
mero inciderent, immodicāsq; ideo expensas & sumptus subire erat necesse, sic
vt dispendium longē lucro maius esset. Hoc idem scribit Athæneus, sed ipsos nō
nominat Athenienses; itaq; effert ænigma, ἃ μὲν ἐμελλον, ἐκ ἐλαστον ἃ δ' ἔργον, ἀπὲρ βαλοῦσ
eodem sensu. Idem cū alijs multis contigisse legimus, tum proximē superiori-
bus annis in Alpibus Mutinēsis Herculi primo, Ferrariensium duci secundo
accidisse audiuimus. Dein & Leonī x. Pont. Max. ipsi vidimus in ea Apennini
10 parte, qua à castello Tulphæ Centumcellas itur, non longē vbi sunt hodie nobi-
les illæ Aluminis fodinæ.

Sphinxos Aenigma.

Sphinx monstrum fuisse scribit Cælius, Lactantius & Diodorus, ad harpyia-
rum similitudinem, alas habens: vt verò Euripidis commentator in Oepido,
virginis faciem, leonis pedes pedibusq; & pennas auium. Fuisse autem Typhonis
filia dicitur, & Echidnæ: alij Chimære. At verò Palæphatus feram ait fuisse, quæ ca-
nis corpus haberet, caput faciēmq; virginis, alas auium, & hominis vocem, Sphi-
ciumq; montem incoleret. Latini scriptores scopulo insedisse aiunt, viæ imminē-
ti: & insolubilia prætereuntibus ænigmata proposuisse, quæ cum viatores solue-
re non possent, in eos ipsa irruens, de improviso alis & vnguibus in rupem trahe-
bat. Hoc ipsius ænigma traditur. Quod nam illud est animal primum quadrupes,
20 tum bipes, tum tripes? quod sic græcè: τίς τε τράπευς, δίπευς, ἢ πάλιν τρίπευς; Græcum
item extat epigramma in hanc sententiam: Esse animal in terra bipes & quadru-
pes, cuius vna vox: & tripes, mutans solummodo naturam, ex ijs quæ super ter-
ram reptilia mouentur, p̄r̄q; æthera, & per mare: verum vbi pluribus innitēs pe-
dibus graditur, tum membrīs illius debilissimam fieri celeritatem. Græcum ap-
posui, si minus commodè & aptè latinè reposui: est verò tale, vt Asclepiades ait
in ijs quæ de Tragœdia scripsit, quod apud Athenæum reperi:

30 ἔστι δίπευον ὡδὶ γῆς, ἢ τρίπευον, ἢ μία φωνή,
Στρίπων, ἀλλά σφ' ἴφυσιν μόνον, ὅσ' ἴσ' ταῖαν
ἔρπειται κινῆσθαι, καὶ τὰ τ' αἰθέραι καὶ κ' ἐπὶ βάλαν.
δὴ ὅπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον πρὸς βάλαν,
γῆθαι τὰ χ' ἴφυσιν ἀφαιρῶτα ἴσ' ὅσον πλείον αὐτῆ.

Cū has nugas relegerem, reperi non nihil hoc epigramma ab Erasmo interpo-
latum in Prouerbijs, atque ita latinè ex græco conuersum:

40 Est bipes in terris, & quadrupes, haud eadem vox,
Et tripes immutat speciem: hoc ex omnibus vnum,
Quæcunque in terris reptant, volat æthera circum,
Perq; mare, ast vbi iam pedibus compluribus auctum
Accelerat gressum, vietus tum maxima membrīs
Segnities ac torpor adest, minimumq; vigoris.

Sic ille. Sic & Aufonius in Gripho ternario:
illa etiam thalamos per trina ænigmata querens,
Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes, omnia solus,
Terruit Aoniam volucris, leo, virgo triformis,
Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Ipsius verò Sphinxis ambages Oedipus soluit. vnde & Plautus in Penulo: Nam
isti quidem (ait) Heraclidæ orationi Oedipi opus est coniectura, qui Sphinxis
ænigma dissoluit. Terentius verò: Dauus sum (inquit) non Oedipus. Pausanias
50 quæ à poetis dicuntur, refert quidē, sed illud amplius addit: al quos esse, qui Sphinx
ga circa Anthedonem piraticam exercuisse velint, atque ab Oedipo nauali pu-
gna superatam. Sed & præter id, proditum quoque ait, eam filiam fuisse notham

Lai, omnēsq; de oraculo ab Apolline Cadmo dato solitam eludere. tandem Oedipo per quietem adocto, rem ipsam omnem aperuisse, ab eōq; regno spoliatam. Palæphatus verò, fabulam dum interpretatur, rem ipsam aliter exponit. Cadmus (inquit) vxorem Sphinga habens, Amazonida, Thebas profectus est: vbi Draconerege interfecto, regno potitus est, ducta vxore Harmonie, Draconis sorore. id Sphinx iniquo animo tulit: quare seductis nonnullis ciuibus, & cane, quā à velocitate pedum Græci *ποδώνικω* vocant, Sphicium, seu Sphincium (vtrouque enim modo legimus) occupauit, incurfionib; ac insidijs, quæ à Thebanis indigeno sermone ænigmata dicuntur, Cadmum ipsum, & qui illum sequebantur, intestabat: tandem proposito præmio, ab Oedipo superatam fuisse, pluribus hæc Palæphatus: quæ nos, quā potuimus breuissimè, collegimus. Sedenim Suidas lancea ab Oedipo interfectam ait, vbi breuiter Oedipi vitam cōscribit. Alteram item Sphinga legimus, non Cadmeam illam quidem, sed quæ certè diuinior & sapientior fuerit, de qua factum est illud apud Græcos tritū sermone prouerbiū: Multa Sphingis negocia faceffere: hoc est, *σφιγγὸς πρέμια τὰ πῆχων πολλά*. de ijs qui multas quæstiones habent absurdorum ænigmatum. Dictam verò Sphinga grammatici putant, *πῆχ' ἢ σφιγγῶν*, quòd mentes hominum suis ambagibus constringat. Vnde & aliud est prouerbiū Græcis, Bœotia ænigmata: de rebus admodum obscuris & perplexis. Aenigmatis verò propositi interpretatio est: Homo significatur, qui primum infans manibus pedib; q; vt quadrupes, repit: firmior dein & robustus, bipes: demum senex & imbecillis, tanquam tripes, baculo innixus graditur. *τὸ πρῶτον περὶ τοῦ βροτῶτος* etiam dicitur, de inualido & imbecilli homo tripes. atque iccirco Hesiodus quoque senem hominem tripedē vocauit.

Timothei Eutyche Aenigma,

Retibus vrbes capit. Aenigma in eos dicitur, quibus in peragendis rebus est fortuna secunda. tractum, vt scribitur, à Timotheo Atheniensi, cui à bona fortuna *δὲ τύχης* cognomen inditum est, cuiq; noctu dæmonis vmbra apparuisse dicitur, quæ ad captandas vrbes rete illi dabat: atque ideo ipse dictus retibus vrbes capere. id scribit Vlpianus in secunda Demosthenis Olynth. & Aristophanis interpres. Hunc ipsum quoque Timotheum pingi solitum à pictoribus ea effigie, Suidas & Vlpianus aiunt, vt illi dormienti fortuna vrbes, quas ille caperet, retibus inclusas afferret. Verum cum insolentia quadam elatus diceret, non fortunæ nutu, sed propria virtute tantas se res gerere, ad summam redactus est inopiam. Lege Plutarchum.

Cucurbitula Aenigma.

Demetrium Phalereum, omni laude dignum, ænigmatis delectatum, ex ipsius & aliorum lectione didicimus. Nam cum aliquando significare hominem vellet, qui corpori cucurbitas admoueret, *πυρίχαλκον* dixit, hoc est,

αἰὶρ' εἶδον πυρίχαλκον ἐπ' αἰέει κρημίστρα

οὐτὼ συγκόλλω, ὥσε (ὠάμα) ποιῆν.

quasi diceret: Virum vidi ignoreum (vt sic dicam) agglutinantem adeò agglutinanter, vt consanguineus fieret. Verba ipsa in eius Rhetoricæ libro, vbi de Aenigmate ait, leguntur. Per ipsa autem verba æream cucurbitulam significat, quo genere antiqui utebantur, qui (teste Celso) duplici cucurbitularum genere, æreis scilicet, & cornéis, vsi sunt. Hoc tempore, quoniam desitæ sunt æræ, eas vitreis mutauimus, cornéis adhuc permanentibus, à quibus & vulgare nomen quo passim vtimur, inoleuit, quos cornetos dicimus. Vocat igitur ænigmati auctor, quisquis is est, cucurbitulam æream, *πυρίχαλκον*, id est ignoreum: quoniam cum corpori admouetur, in ea quodpiam linamentum accensum introcluditur. Fit huius ænigmati mentio apud Plutarchum, in eo qui de Sapiētibus inscribitur Dialogo, ex verbis Aesopi, referente Diocle, qui Dialogi narrator introducit: item in Dipnosophistis Athenæi, suppresso auctoris nomine: sed & Aristotelis libro Rhetoricorum tertio. ex cuius verbis facile colligimus, antiquius ænigma fuisse, quā vt Demetrii esse credatur. Idem Aristoteles & in libello de

Poetica, hoc idem ænigma attulit: tamen si ego latinum hominem non alioqui indoctum secutum, Demetrio prius ascripseram.

Demetrii Aenigma.

Eiusdem Demetrii Phalerei & hoc quoque esse ænigma, Strabo scribit: Vtroque cornu bouem continet. Nam cum Philippo Demetrius persuadere conaretur, ut arces duas occuparet, Acrocorinthum videlicet, & Ithomen (fieri enim, ut his captis, facillimè tota Peloponneso potiretur) his verbis vsum fuisse ait: Vtroque cornu bouem continebis. Ithomen quidem & Acrocorinthum cornua, Peloponnesum verò bouem nuncupans. Et hoc quidem prouerbij loco vti possumus, cum in alicuius potestatem rem quampiam facile trahi posse, innuere voluerimus.

A Tartaro ad Tartessum: ænigma Homeri.

Existimauerunt plerique, à Tartaro Tartessum denominatum, quæ vrbs est in extremis Hispaniarum sinibus sita, cum propter Arganthonium regem inter senum exempla relatum, tum maximè ob loci fertilitatem celebris. Tartarum autem locum esse præcipitem inferorum, vbi scelerum pœnas impiorum animæ expendant, quis est qui (modo Homerum aut Vergilium legerit) ignoret? interpretabimur ergo sic ænigma, ut à malo ad bonum intelligamus. ita & è contrario, si à Tartesso ad Tartarum dicamus, à bono ad malum significabis: quo modo locutum esse Homerum, testis est Strabo: immo & ab ipso Homero hoc emanauit. Et insuper Adagij loco vti poteris, hoc ipso præcipuè tempore, quo nos hæc scribebamus, quo omnis viuendi ratio in peius mutata est.

Crætesis Aenigma.

Cratem Cynicum philosophum Thebanum (quem adeò studiosum fuisse legimus, ut opes & facultates abiiceret, ratus se simul diuitijs & sapientiæ vacare non posse) dicere solitum tradit Plutarchus, pro lente ollam non esse augendam, ne in seditionem conijciamur: quo profectò ænigmatè, ut opinor, innuebat, ne tibi supra modum repleamur, ne videlicet corpus in perturbatione profluuiumq; deducatur. Tamen si hoc quoque ad tranquillum & pacificum Reip. statum referri commode possit.

Pacuiuanum Aenigma de testudine, item de cochlea.

Amphion apud Pacuium ænigma hoc protulit: Quadrupes, domiporta, tardigrada, agrestis, humilis, aspera, capite breui, ceruice anguina, aspectu truci, euiscerata, inanima, cum animali sono. quod, cum hoc obscurius dixisset Amphion, responderunt Attici, non intelligimus, nisi aperte dixeris: tum ille vno verbo respondit, testudinem esse, quæ quadrupes, domiporta, tardigrada, & cætera esset. Huius ænigmatis meminit M. Tullius, & Tertullianus Septimius. Illud verò, mihi Pice, ne te moretur, quod ait, Euiscerata, inanima, cum animali sono. ad testudinem enim citharâ alludit, quam primum ex exiccata testudine Mercurius inuenisse dicitur, demumque Apollini dedisse. De testudine verò rectius, quam ut alij, alioqui eruditi, de cochlea, mihi visum est intelligendum. Nam quod aiunt, eam euisceratam & inanem auribus admotam, tinnitum & sonitum quendam edere: friuolum est, ac profus à proposito alienum. Sicut illud etiam quod de Tritone dicitur, ipsum concha magis quam cochlea personare. Si verò decepti videntur Ciceronis verbis, qui secundo de Diuinatione libro, duo ipsa ænigmata hæc attulit, non vnum. In priore quidem cochleam, in altero verò ex Pacuiuo testudinem expressit. Illud autem quod est de cochlea, tale est: ut si quis, inquit, Medicus ægroto imperet, ut sumat

Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam.

Potiusque hominum more diceret, cochlea. neque enim cochlea quadrupes, ut testudo: nec sanguine cassa testudo, ut cochlea. Duo ergo ibi ænigmata Cicero, non, ut illi existimant, vnum attulit. At quod aiunt, antiquos cochlea pro tuba vsos, nec nos id negamus: quin etiam plane confirmamus, ex Theognidis poetæ

ænigmate, quod nos sic tibi latinè:

Mortua conciuit pelagi de fluctibus orta,

Mortua, quæ vino me vocat ore domum.

Quo cochlea significatur. Verùm quoniam hic græcam Theognidís Venerem minimè attigisse videor, græcè sic habet:

*ἦδη γὰρ με κέκληκε θαλάσσι θ' οἶκαδε νεκρὸς,
πεντικῶς ζῶω φθειγρόμη θ' ἄμαλι.*

Conuenit & ænigmati de cochlea, illud apud Athenæum ἢ ἀέθμοις Teucrit:

*ζῶοι ἄπειν, ἀνάκλανθον, ἀνοσέον, ὄσρα κύνωνον,
ὄμματά τ' εἰς κύνωνία περὶ μύκκα κ' εἰς κύνωνία:*

Exos est animal, pedibus sine, & sine spina,

Testea terga, oculos producens atque recondens.

hec est, vt hic quoque ludam: 10

Atque de cochlea & testudine hætenus. Illud sanè nec te latere velim, à Græcis cochleam φρεσίοικος cognominari, vt à nostris domoportam. Et hoc ænigmati persimile videtur, quod à Septimio Tertulliano affertur libro, vt opinor, de ueludis virginibus. ait enim: Bestia quædam magis quàm auis, licet pennata, breui capite, protracta ceruice, cætera altegrada. Hanc aiunt, cum delitescendum habet, caput solum planè totum in condensum abscondere, reliquam se in aperto relinquere: ita dum in capite secura est, nuda qua maior est capitur tota cum capite. Et idè Tertullianus: At nos phasianas aues hoc facere videmus. Et Plin. 20 lib. 16. de struthio camelis: Sed non minus stoliditas, in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultauerint, latere sese existimant. Cuius ænigmati similitudine moneri possumus, debere nos toto corpore, id est, omni vita delitescere: nec capite tantummodo, id est, vitæ apparentia probari.

Ænigma quod est apud grammaticum Diomedem.

MARE concretum, in creta, ligneo in campo, vbi caro humana ossibus ludit. Huius ænigmati quis auctor fuerit, nondum comperi. Grammaticus ceterè Diomedes, & vnus affert, & idem sic explicat, vt per mare concretum salem intelligas, qui vel teste Plinio, potissimum ex maris aqua conficitur. In creta, id est, in fictili salino, ex argilla & creta facto. In campo verò ligneo, in lignea mensa exponitur: vbi caro humana, id est hominis manus, ossibus ludebat, tesseriis scilicet, & astragalis. 30

Ænigma sampsonis.

AB edente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo: id est, ἐκ τῆς ἐσθίουτ' ἢ ἰβλθε βρωσις. ἢ ἰβλχερδ λλκν, sic vtique ex Hebræo 70. Alij nonnulli Græci, pro ἰβλχερδ, id est forti & robusto, τῆς πιυρδ, id amaro, libentius legunt. Ænigma verò est in sacris Hebræorum Iudicum historijs editum à viro fortissimo Sampson, quem apud Hebræos Herculem fuisse, scriptores quidam voluere, id quod in nostro Hercule scripsimus. Hic ipse Sampson leonem compressit, in cuius arefacto capitis osse, id est cranio, non multo post, ceu in aluari apes melificauerunt: quod mox Sampson, cum illac iter faciens inuenisset, fauum sumpsit, & comedit, partemq; parentibus detulit: tum hoc inexplicabile sodalibus problema proposuit. Historia copiose narratur, quo supra dictum est Iudicum libro: cuius significatio, cum Alfonso Ferrariensium Principi arrisisset, quod suæ cuiusdam quoque sententiæ conueniret, non multo antè monetam Denarij hoc signo cudi curauit. 40

Lanceis argenteis pugnandum.

OMnia tu vinces, fuerint si argentea tela.

Oraculum hoc fuit Philippo regi redditum. Græcè sic habet: 50

ἀργυρίοις λόγχουσι μάχεσθαι πάντα κρηταιήσεις.

Non enim ex argento haste cōparandæ, sed pecunijs agendū est: hoc est, vel largitione, vel mercenario milite. Sed extāt huiusmodi plurima oracula: vt illud de muris

muris ligneis Atheniensibus redditum in bello Persarum, & de Siphnijs rubricatis nauibus, de quibus in Navigijs actum est.

Aenigma de Aqua & glacie.

Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me.

MA' Diomede & Donato grammaticis scirpus hic ita soluitur, vt ex aqua intelligamus glaciem concrefcere, & rursus in aquam resolui. Vidi & qui Aenigma ita referrent:

Quam mater genuit, generauit filia matrem.

Aenigma de Iocasta.

10 **A**Via filiorum. Et hoc in genere ænigmatum à grammaticis affertur, quo Iocasta significatur, mater & vxor Oedipodis, qui patrem Laium interemit, genuitque ex ea filios. Fabula est notissima cum primis ex tragicis, Sophocle, Euripide, Seneca, tum alijs, Statio, quamquæ & tu sæpe ab alijs audiisti, & per te ipse legisti.

Aenigma de Sparto.

Concauo ligno Hibericas portabat herbas. Quis non videt & hoc habere ænigmati vicem? Spartum enim naue ex Hispania deuectum significat, quippe auctoribus Varrone, Plinio, & Gellio, spartum frequens herba apud Hispanos, immo in Græcia esse cœpit ex Hispania: dubitari tamen videmus, an à Græcis habitum vsu fuerit antiquitus, cum dicat Homerus, καὶ δὴ δὲρα σὶσηπε νέων, ἢ σπάρτα λέλω. quod est dicere, Et iam nauis ligna eputruerunt, & sparta dissoluta sunt, vbi sparta pro vinculis posita videntur. Sutiles enim naues antiquitus fiebant, id quod & poeta Vergilius innuit, qui sutilem Charontis cymbam fuisse ait: λινοῦq; non sparto sutas scribit Plinius. Gellius verò ex Varronis sententia, putat non plus sparta significare apud Homerum, quam σπάρτες, qui dicuntur, in agro Thebano natos. nã inquit, Græci magis cannabo & stuppa, cæterisque fatiuis rebus naues suebãt. Hibericas igitur herbas, spartum ex Hispania veetum, ab Hiberico enim flumine, Hispania Hiberica dicitur: res est notissima, tamen alij sunt Hiberes in Scythia. Concauum verò lignum nauem intelligit, quæ græca voce Monoxylō dicitur, quod ex vno sit cauata ligno. De qua nauis specie, Vergilius intelligere videtur, cū cecinit, Tūc alnos primū fluuij sensere cauatas: & iterum de operibus agricolæ, Cauat arbore lintres: & nos abūde in nostro de Navigijs dicemus.

Aenigma de Nauphractō.

Nauphracton vides. In collectaneis Suidæ, Aenigma hoc reperi: quare illius auctoritate fretus, cum his reliquis adieci, ille enim, ναὶ φρακτῶν βλέπει: quod in eos dicitur, qui late & amplè vident integri. Nauphracton græci magnū quoddam foramen, quod & ophthalmum vocant, quasi oculum dicas, per quæ remigantes remos inserunt, meminit Aristophanes in fabula Acarnanes. Exponunt alij Nauphracton, classē ad bellum instructam. idem & nos in Navigijs nostris. Erasmus rectè, opinor, inter prouerbia connumerauit.

Aenigma Apollonij Tyanei.

ET Apollonium Tyaneum, philosophum maximum, ad Neruam Cæsarem. Et tunc primum Romanæ reipubl. Imperium adeptum, hoc ænigma scripsisse, Philostratus in nouissimo de eius vita volumine prodidit. Cum enim se facilius & æquius imperij habenas moderaturum scripsisset Nerua, si eius consilio & iudicio aliquando vti liceret, Apollonium hoc ænigmatē respondisse ait: Nos qui dem o Rex diu simul erimus, vbi neque nos alijs, neque alijs nobis imperabunt. videlicet significans, vtrumque citò moriturum: id quod & breui contigit.

50 *Aenigma Magorum.*

Magorum hoc ænigma esse, Platonici quidam affirmant: Est res vndique lucida, est res vndique obscura: est media lucida partim, partimque obscura. In quo absoluendo, multum quidem eos laborare videmus. Nam, in-

quiunt:

quæ sunt: Sicut mens caput est animæ, & pars excellentissima: sic mentis huius, quæ non suis ipsius est sed animæ, non absoluta, verum ad animæ huius tracta capacitate, non clara, sed obscura, & quodammodo dubia: huius inquam mentis caput est mens quædam, quæ in se ipsa est, libera & lucida. Quam rem ut clarius exponant, ita exempla subiungunt. In ordine, inquit, corporum res vndique lucida est stella quælibet supra lunam: obscurus est vndique aer, media luna. In ordine verò spirituum, mens est lumine plena, anima irrationalis vacua: rationalis anima tenet medium, partem enim habet intellectus luminis, parte caret: ac partem quam habet ab ipso Deo, ceu luna à sole, aliàs aliter accipit, mutatque figuram. Mens igitur diuina, vndique est res lucida, anima irrationalis vndique obscura: media verò, hoc est, lucida partim, & partim obscura, intellectus est, & ratio. Sed in huiusmodi obscuris ænigmatum tenebris Persarum Magi, qualis est Zoroaster, sed & Platonici ipsi plerunque versantur. Nam ut Platonis numeros mittam, in quibus perscrutandis multi adeò insudarunt, parum lucis afferentes, ut iam in prouerbiū de re admodum obscura, & parum manifesta cesserint: sed nec aliud esse totus Platonis Timæus videtur, quam ænigmatum carena quædam: in quo tot viri excellentes, in primisque Proclus & Chalcidius, multa conati sunt, ut Plutarchum & Macrobiū mittam: itemque quæ plurima in alijs ipsius Dialogis sparsim leguntur ænigmatum simillima. Sed hoc quoque Platonis ænigma esse putauit Petrus Crinitus, cum in quinto de Repub. Plato ipse non suum hoc ænigma, sed puerorum esse dicat: & Athenæus in decimo, ex Clearchi sententia, *ἡ τὸ παναρκέστῃ ἐστὶ πρῶτον*, ait. huiusmodi autem est, quod se triplici senariolo complexum esse, idem ait Crinitus: Homo nō homo, videns nō vidēs, alitē non alitē, lapide non lapide, perculit, & nō perculit, cū super arbore, nō super arbore degeret. Sed hoc certe græcè sic se habet. *αἰὴρ ἢ ἐκ αἰὴρ, ἰδὼν ἢ ἐκ ἰδὼν, ὄρνιθα ἢ ἐκ ὄρνιθα, καὶ θημῆλιω ἢ ἐκ θημῆλιω, ἠδὲ ξύλου ἢ οὐ ξύλου, λίθω ἢ ἐκ λίθω, βάλαντῃ ἢ ἐκ βάλαντῃ.* Hoc est, vir non vir, videns non videns, auem & non auem, sedentem & non sedentem, in ligno & non ligno, lapide & non lapide, icit & non icit. Significatur verò hoc ænigmatē Eunuclus, qui luscus erat, & vespertilionem super ferulam ita alligatum, ut inde se amouere non posset, pumice perculit, & non perculit, quod eam alitis partem non feriebat, quam destinabat, & animo intendebat. Meminit & Marsilius Ficinus, qui in Platonem, pro ferula sambucum interpretatus est. Alij pro vespertione noctuam, pro Eunucho Hermaphroditum. Porro effertur *αἰὴρ* iste sic à Suida *αἰὴρ*, inquit, *τὸ ὄρνιθ, ὡς αἰὴρ τε καὶ ἐκ αἰὴρ, ὄρνιθα καὶ ἐκ ὄρνιθα, ὄρνιθα δ' ὁμοῦς, ἠδὲ ξύλου τε καὶ ἐξέλου καὶ θημῆλιω, λίθω τε καὶ ἐκ λίθω μεταβαλὼν δὲ ἄλλοις.* Ænigma Pythagoricum esse, à Platonicijs scribitur, quod in primis vsurpatum est à Xenocrate: Numerum se mouentem, animam: Et numerum, id est naturam multiplicem, se mouentem, id est, sua proprietate mutabilem. Quod autem ita sit, patet de corpore animato & non animato.

Marci Tullij Ænigmata, seu obscure dicta.

Marcum Tullium, omnis eloquentiæ latinæ parentem, urbanum fuisse & iocosum, cum omnes fatentur, tum eius præcipuè libertus & studiorum comes Tyro, qui tres de illius faceret dictis & iocis libros edidit: quorum tempore iniuria, facta est iactura. Scripsit quoque ipse Cicero Ioculares libellos carmine, ex quibus F. Quintilianus hos duos versus in nono adducit:

Fundum Varro vocat, quem possit mittere funda:

Ni tamen exciderit, qua caua funda patet.

Qui iocus totus in fundo & funda consistit. Vsum quoque ænigmatibus, idem scribit Fabius. qualis illud in Plectorium Fonteij accusatorem, cuius matrem dixit, dum vixisset, ludum: postquam mortua esset, magistros habuisse. Dicebantur autem, dum vixit, infames foeminae ad eam conuenire solitæ: post mortem verò, eius bona venierunt, quanquam hic, ut Fabius ait, Ludus per translationem

nem

nem dictus est, magistri per ambiguitatem. Omnem enim scholam, ut Pædianus ait, ludum dixere Romani: id est, locum ubi ad aliquid discendum conuenitur, Magistri verò dicuntur, quicumque docent, vel rei cuiusdam præfunt. Vnde per ambiguitatem, qui venditioni & sectioni præerant, magistros vocauit Cicero. Idem ad Atticum libro primo: Et is quem putabant magistrum fore, si bona venirent. In libro verò de Oratore tertio ait: Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere è nido. Quæ verba, ut vides, Griphi nōdo astricta sunt, nam quis hoc loco non videat, Coracem esse Rhetoris nomen: à quo aiunt prima Rhetoricæ fundamenta iacta esse, & à quo etiam illud in communi sermone proverbum prodijt, Mali corui malum ouum: hoc est græcè, κακὸν κέρκεθ' κερκὸν ὄον. cum videlicet Corax Tisiam docuisset, qui cauillo & sophismate magistro mercedem pēdere negabat. Fit verò ad coruum auem allusio, qui græcè κέρκεθ' dicitur, atque ideo pullos & nidum dixit, per translationem, discipulos & scholam. Multa sunt huiusmodi, ubi de ridiculis agit ipse Cicero, ubi Fabius, & Macrobius, sed & Græci, ut Aristoteles & Hermogenes, alijq̄, quæ non hoc tempore recenseo. Sunt & Apophthegmata quædam, quæ ænigmatis vim & naturam habere videntur.

Ænigma Varronis, & item alia Ciceronis.

Sed & illud ex Varronis nouissimo libro Rei rusticæ, hominis non modò Latinorum, sed & Græcorum doctissimi, ænigmati proximum esse videtur. Agens enim de piscibus, ait: Nemo coquus hos pisces in ius vocare audet. Nam cum ius ex ijs sit vocabulis quæ homonyma dicuntur, ut nepos, acies, alia, dubiam reddit orationem. non enim diem piscibus dicit coquus, sed coquit. Ius verò dicitur & legum, & prætorum: item ius coquorum, vnde iuscula, & iurulentus. tamen ius pro potestate & facultate etiam dici solet: ut illud est, Iusquē datum sceleri, & ius tibi esto. Item aliquando pro honore & munij publicis, ut, Ille ius ciuitatis amisit. Sed hæc grammaticæ facultatis. Illud nunc M. Tullij, quod priore capite non diximus, simile huic Varronis ænigmati afferamus, quod Cicero ipse cum de Prætoribus & Verre in tertia eius actione agit, adduxit (de Siculis enim loquitur) Homines, inquit, negabant mirandum esse, ius tam nequam esse Verrinum. Ludit amphibologia. nam Verres & hominem & suem significat. Habet & illud nescio quid Griphi, quod est ibidem ab eodem Cicerone positum: Siculi, inquit, Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquisset. Sacerdos enim hoc loco & proprium nomen est, & appellatiuum. Nam C. Sacerdos prætor Siciliæ fuit, cui (ut scribit Pædianus) successit Verres. ergo Sacerdos reliquit Verrem, quasi post se reliquit prætorem Verrem: & sacerdos, hoc est mactator, reliquit verrem, id est suem victimam, quam non mactauit. Sed huiusmodi, ut diximus, abundat Cicero, cum aliubi in omnibus orationibus, tum eo ipso Verrinarum libro tertio, ubi de Chelidone meretrice agit, quam efflictim deperibat Verres: ea verò tum in Urbana, tum in Siciliensi Verris prætura omnia moderabatur, transigebat, decidebat. Chelidon quoque hirundinem auem significat: omniaq̄ auspicato, & capratis augurijs Romani, ut scis, agebant, auguresq̄ & auspices & publicis & priuatis rebus adhibebant. Propterea ait Cicero: Nam ut Verres Prætor factus est, qui cum auspicato à Chelidone surrexisset, sortem nactus est Urbanae prouinciæ, &c. Quibus verbis alludit simul & ad auspiciū, & meretricis concubitum, & cubile.

Cæcilij oratoris Ænigma.

Cæciliū poetam inclitum, qui seruus fuit, & propterea nomen habuit Staius, sed postea versum est in cognomentum, appellatusque est Cæcilius Staius, & cui suo carmine de comicis poetis Sedigitus Volcatius palmam dedit, quidam usum fuisse ænigmati, quod subscribam, autumnat: id quod ego ea ratione pertinaciter negauerim, quod octauo Institutionum oratoriarum libro Fabius Quint. oratorem, nō poetā Cæciliū, ait fuisse huius ænigmatis aucto-

rem

rem. Fabij hæc sunt verba: Hæc, inquit, allegoria quæ est obscurior, ænigma dicitur, vitium (meo quidem iudicio: siquidem dicere dilucidè, virtus) quo tamen & poetæ vtuntur: Dic quibus in terris, & cætera, & oratores nonnunquam, vt Cæcilius: Quadrantariam Clytemnestram, & in Triclinio Coam, & in cubiculo nolam. namque & nunc quædam soluantur, & tunc erant notiora cum dicerentur: & ænigmata sunt tamen, nec ea nisi quis interpreteretur intelligas. Quibus quidem verbis manifestè Cæcilius oratorem, non poetam dicit, vt quidam arbitrati sunt. Fuit igitur is Cæcilius orator, qui in M. Catonem scripsit, vt docet Festus: & qui de Rhetorica libros etiam edidit, vt est apud Fabium: & quæ Salustio historico præposuisse Hadrianum Imperatorem, scribit Helius Spartianus. Nam desipientis est, de Plinio Cæcilio, vt malè quidam sentiunt, existimare, qui fuerit ipsius Quintiliani discipulus & amicus. Hoc ergo ænigma apud Fabium non interpretatum, ab expositoribus relictum est, quod omnino difficilissimum sit. Ego tamen primus digitum illuc intendi, quò alij peruenire possint, vbi huius Labyrinthi ambages explicari queant. Admonet igitur hoc Cæcilius ænigmate, ne facultates & opes inter meretrices profundamus, decoquamusque: Neue sic lautè viuamus, vt ex aureis & preciosis vasis epulemur: Si verò lasciuie & veneri aliquando indulgendum, ne propalam id, & in aperto faciamus. Quadrantariam, inquit, Clytemnestram, hoc est meretricem, quæ quadrante profest, subintellige habeto, vel parato: vt sic quadrantariam dicat, vt Plautus diobolarem, hoc est, quæ breui & minima pecunia perducatur. Ab alijs quadrantariam balnearicem exponi video, quod in balneis quadrante lauabatur, vt ait Horatius: Dum tu quadrante lauatum Rex ibis. Seneca in epistolis de balneis loquens: Cur enim, inquit, exornaretur res quadrantaria, & in vsum, non oblectamentum reperta? M. Cicero in oratione pro Cælio, de Clodia loquens, ait: Nisi fortè mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erit balneari. Quo sanè loco illud attendendum, quod Plutarchus scribit in M. Tullij vita: Clodiam, Clodij sororem, quæ Metello Celeri nupserat, Quadrantem cognominatam, quod quidam ex ijs qui eam amabant, pro argenteis numis, in eius loculum æreos quadrantes immiserit. Vnde ego putarim, M. Tullium, cum de eadem ageret, quadrantariam cum sale vocasse: quem sale nisi & tu gustes, haud facile qualis sit intelligas. Alij quidam apud Senecam, quadrantariam artem marmorariam exponunt, & pro ornamentis quæ ex marmore conficiuntur. Atqui ego, cum de marmoraria arte agitur, non quadrantariam, sed quadratariam dici existimo: quo modo iureconsulti, & Sidonius Apollinaris, & (si quibus placet) historia sanctorum quatuor Martyrum coronatorum capere videntur. Et quidem de quadrantaria hæc tenus. Sequitur, In triclinio Coam: & similiter verbum Parato intelligas, vt fictilia, & figuli argillacea vasa in triclinio habenda moneat, & simul frugalitatem subinnuat. siquidem Coa vas fictile est, vt Plinius docet lib. nat. hist. 35. quod antiquis fuit in vsu. Est & Choa cum afflatu, Galeno, Paulo, cæteris qui pondera & mensuras tradunt, mensuræ genus, in liquidis in primis: & perinde etiam vasis nomen, eam mensuram capientis, à quo & choes celebritas apud Græcos antiqua. Fuit præterea Coa vestis muliebris. Fuit & Cohum lorum, & aratri pars. Sed hæc nil ad rem nostram. Nec item de triclinio, loco in ædibus notissimo, est à me sermo inculcandus, in quo familiares discumbere consueuimus. Quod verò sequitur in ænigmate, In cubiculo nolam: hoc est, vt ego quidem opinor, Molliciem & lasciuiam ipsam non palam nec passim, sed in cubiculo & secreto parato. Nolani enim, Campaniæ populi notissimi, qui lasciuia & mollicie antiquitus diffluebant, vtinam ne & nunc etiam: quod dixi, ostendunt historiae, & Liuij in primis, & Aufonij Galli versiculus ille,

Et quem Nolanis capitalis luxus inuasisit.

Nam & Hannibal, & eius exercitus, Campanis delicijs fractus fuit. Per Nolam ergo,

ergo, lasciuiam exponamus. etsi etiam quidam Nolam tintinabulum interpretantur, quæ nunc passim & vulgò campana dici putatur: vt, si non labat memoria, Isidorus & Syrontinus testantur, Valla quoque, cum eum reprehendit, qui accipitrum venatorum tintinabula sic vocari existimauit. Atque adhuc quidẽ de Cæciliano ænigmate mea est interpretatio: quæ vt vbique vacillat, parumq; constat, ita omnes rogatos velim, qui aptiora et cõuenientia magis excogitarint, ne sibi soli sapiant. Cum fortè puerilia hæc nostra relegerẽ, venit mihi in mentem, Cœlium Rhodiginum particulam hanc huius ænigmati, In cubiculo nolam, exposuisse in 10 suarum Lectionum antiquarum: nolamque pro campana accepisse, & tintinabulo: & garrulum hominem significari, totos dies domi desidentem, & (vt ait) loquacitate importuna detinnientem: vel, quod ei magis arridet, eum qui domi quidem verborum fluenta promit, in foro verò, aut in senatu, sit prorsus elinguis.

Ne allia, ne ve fabas edito.

Legimus apud Suidam, ænigma istud dici solitum, Ne allia neve fabas edites: hoc est Græcè, *ἴνα μὴ φαγῆ σὺς φαδὰ, μηδὲ κνωμυς*: quoties vellent antiqui dissuadere à bello, vel à iudicijs, seu suffragijs ferendis. In bello quippe allia inferbantur: in iudicijs verò faba editabatur, ne iudices dormitarent. id quod mihi 20 frigidum videtur. Quare potius ego ita interpreter, vt à bello deterreat, atque à rerum publicarum administratione in quibus fabis suffragia ferri consuevit, vt in Symbolo Pythagoræ pluribus ostendemus.

Ænigma Termini.

Semel minus, bis an minus, non sat scio,
An horum vtrumque, quondam, vt audij dicier,
Ioui ipse Regi noluit concedere.

Ænigma est ex Senario Iambico, quod in 12. inenarratum reliquit Gellius, vt legentium coniecturas acueret. at nos vt laborem tibi hunc adimamus, ænigma 30 sic absoluius. Terminus Deus significatur, quẽ summa religione Romani colebant, eiq; Deo nono Cal. Martias rem diuinam faciebant, quam pluribus versibus in secundo Fastorum poeta Ouidius exequitur. Ita enim canit:

*Termine, siue lapis, siue es defossus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.*

& reliqua quæ subdidit. qui Terminus Deus Ioui noluit concedere, dum Capitolium exauguraretur, quod idem poeta ita canit:

*Quid, noua cum fierent Capitolia, nempe Deorum
Cuncta Ioui cessit turba, locumq; dedit:*

40 *Terminus, vt veteres memorant, inuentus in ade
Restitit, & magno cum Ioue templa tenet.*

Idem Alicarnasseus Dionysius prodidit, cum ijs tamen vnã luventã deam fuisse tradit, alij & Martem. Dubitat ergo, quisquis fuit ænigmati auctor (neque enim Varro est, vt vir quidã alioqui doctus malè ex Gellio putauit) semel minus, an bis minus fuerit, an vtrumq; eorum, id est terminus (ex vtroq; enim, hoc est, semel & bis, ter resultat) non igitur semel minus, non bis minus, sed terminus fuit, qui Ioui deorum Regi noluit concedere. Angelus Politianus, cuius immaturo obitu multum nuper amisimus, primus (quod sciam) scrupulas ænigmati huius ambages explicauit.

50

Duo Ausonij poeta ænigmata.

AT adsit interpres tuus,
Ænigmaton qui cognitor

*Fuit meorum, cum tibi
Cadmī nigellæ filias,
Melonis albam paginam,
Notasq; furvæ sæpiæ,
Gnidiosq; nodos prodidit.*

Versus hi dimetri Iambici sunt Aufonij Galli poetæ, quos si, Pice, minus labo-
ro vt tibi exponam, nil mireris. Duo enim nostræ ætatis viri eruditissimi, Ang.
Politianus & Philip. Beroaldus, exposuerunt: qui & conueniunt, in vna re tan-
tum discordes, nam in vltimo versiculo, nodos Politianus reposuit: modos, vt
in antiquis est, legit Beroaldus: sed male, vt videtur. Secundo enim loco non
Pyrrhichius, sed Iambus esse conuenit, vel qui ei respondeat in temporibus:
tamen in sede secunda Diomedes, Hephæstion, & Priscianus etiã pyrrhichium
admittant. at certè parum est in vsu. Sed iam ænigma ipsum enucleandum est.
Cadmī Nigellæ filia, literæ dicuntur, quoniam ex Phœnicia literas in Græciam
Cadmus primus attulisse dictus est, & propterea à Græcis literæ Phœnicæ ap-
pellatæ sunt: Albam autem paginam Melonis, papyrum interpretamur, qui in
Aegypto propter flumina Nili frequens nasci traditur, quoniam & ideo Papyrifer
Nilus cognominatus est. Ex papyro verò chartarum vsus antiquis fuit, vnde
adhuc nomen manet. Quòd autem Nilus ab antiquis Melo dictus sit, testes
sunt Festus & Seruius. Notasque furvæ sæpiæ, literarum nigras figuras signifi-
cat. Sæpia etenim ex mollium genere piscis est, quæ atramentum habet, quo
pro scriptorio nonnunquam utebantur antiqui: id quod innuit Persius, cū ait,

Nigra quòd infusa vānescat sepia Lympha.

Gnidiosq; nodos prodidit, Politianus calamos Gnidios exponit, qui (vel Pli-
nio teste) optimi & laudatissimi apud Gnidum. Nec fortè perperam, si nodos
Veneris, & amoris vincula interpretabimur, vt furta Veneris intelligamus:
quamuis in Pharmaceutria, per nodos & vincula Veneris aliud in re magica si-
gnificet apud Maronē. Beroaldus verò modos Gnidios, vt suprà dixi, legit, &
amatoria carmina exponit. Sed iam de hoc satis. Reliqua prosequamur, in pri-
misq; illud eiusdem Aufonij à Politiano interpretatum,

*Lais Eros & Itys, Chiron, & Eros Itys alter,
Nomina si scribas, prima elementa adime.
Vt facias verbum, quod tu facis Eune magister,
Dicere me latium non decet opprobrium.*

Opprobrium est inquam, Pice, & tu potius hoc à Politiano quàm ex me disces.
λέχis certè, lingit significat. Tuus enim & meus pudor facit, vt de hoc plura
non dicamus.

Ænigmata duo Bouis & Noctuæ numorum,

BOuem habet in lingua: Multæ sub tegulis cubant noctuæ. quæ duo æni-
gmata quoniam eandem ferè habent originem, ideo tibi simul attulimus. 40
Athenienses numum, quem Tetradrachmon vocabant, noctua & Mineruæ
capite signare solebant, cum antea didrachmon fuisset bouis imagine vocatus:
qua de re in nono Iul. Pollux. Atque hinc illud frequens apud Græcos emana-
uit, Bos est in lingua: hoc est, βὸς ἐπὶ γλώσσῃ, quod in eum dicitur, qui pecunia cor-
ruptus vel silet, vel loquitur: sicuti de Demosthene, quem ideo argyranchen pa-
ti calumniati sunt Athenienses, quòd pecunia & argento corruptus taceret: se-
que male habere ab angina simulabat. À tetradrachmo igitur numo, qui no-
ctuæ (vt diximus) signatus erat, serui illius ænigma emanauit, qui cum domini
furtum indicaret: Multæ (inquit) sub tegulis cubant noctuæ: hoc est, pecuniæ
sub tegulis obiectæ sunt. Historiam scribit Plutarchus. Iulius tamen Pollux,
diobolū huiusmodi noctuæ effigie notari prodidit. Sed & inter prouerbia hæc
reponuntur. Risimus modò argutiã viri literati, qui quod in magna Italiae parte
vulgò

vulgò ciuetam, id est noctuam, hominem nihili & lucifugam appellamus, ipse ab hac pecunia deductū existimauit, & non potius, quòd ea auis omnibus auibus contemptui sit, & ridicula.

Bionis Borysthenitæ Aenigma.

Bionem Borysthenitem philosophum, vt proditum est, cum humilibus parentibus, vt pote salarijs, ortus esset, quibusdam interrogantibus, quo esset parente natus: respōdisse false admodum legimus: Pater (inquit) quidem meus libertus fuit, cubitòq; se emungebat. quibus verbis significabat, patrem ex salariorum genere fuisse, qui succidiam, laridumq;, & id genus alia venditare solitus esset. Cum enim hi obunctas manus & sordescentes habere soleant, haud manu & digitis nares emungunt, sed brachio aut cubito, ne videlicet ora inficiant. locose igitur & false interrogantium curiositati illulit. Non absimile huic illius, qui cum se operarij & fossoris filium significare vellet, patrem suum, dicebat, nunquam nisi diebus festis, humi expuere solitum: quòd scilicet cæteris diebus præ opere soleret in manus expuere. Verùm huiusmodi dicteria, & vulgaria ænigmata, innumerabilia sunt: quæ de industria præterimus.

Apollonij Malaci Aenigma.

20 **A**pollonius verò Malacus, cistam scorpionibus plenam inuersam, hoc est Græcè, σκorpιίων και θήλιου και τρισημιόουκς, hoc ænigmate vrbis Alabandæ pessimos ciues dicebat. ea enim ciuitas ita montibus supposita esse videtur, vt cistæ formam imitaretur. Ea quoq; regio scorpionibus abundare traditur, vnde seruum sermonem deduxit Apollonius. Auctor Strabo. Porro quoniam Græcis καιθήλιουκς varia significat, quidam hoc loco Alinum constratum, hoc Apollonij dictū interpretari voluerunt: id quod mihi minimè placuit, Tiphernum secūto.

Eadem penè ratione vinum apud Vesuuium natum, & Aetnam, & Catinam, loca incendijs notissima, scriptores quidam Græci, & poetæ, Bacchum ignigenam appellauerunt, simul & ad Semeles fabulam & locorum naturam alludentes. Dionysij quoque sacra, quia noctu peragebantur, ad ænigma referri scribit Eustathius, quòd bibentes oporteat vinum occultare, nec quæ inuerecundè & inhonestè fiunt, debere in apertum lucemque proferri: vel quòd multa diligentia & studio in vetustatem vinum cōseruare & abdere debemus. Vnde & Bacchus ipse puer dicitur, alia licet super hoc ab alijs afferantur.

Quod autem Herodotus illud ænigma fuisse ait, quod per somnum Hipparcho redditum est, eius viri auctoritas facit, vt ascribam. nam mihi nec multum eruditionis, nec iocī habere videtur: & propterea tibi nudis verbis illud afferam, vt si quid penitus latet, alij interpretentur. Pridie namque eius diei, quo ab Harmodio & Aristogitone occisus est, Panathenæa, ingens illa celebritas, ab Atheniensibus celebrabantur, videre sibi videbatur Hipparchus per somnum virum assistere, procerū illum quidem ac speciosum, qui illi hos versus diceret:

τλήθει λείων ἄτλητα παθόν τε τλησὶ θυμῷ,
ἔδεις ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν ἐκ ἄρχήσιν.

Hoc est, vt Valla retulit:

*Intoleranda leo tolera tolerans animo ægrò,
Nemo viris pœnas iniustis iure rependet.*

Quos versus cum ad coniectores propter imminentem celebritatem deferre distulisset, in ipsa die est interfectus.

P. Vergilij Maronis Aenigmata.

30 **N**ec ab hoc ludicri generè ænigmatum abstinuit, vt à principio dictum est, Vergilius: qui cum in Bucolicis altercantes pastores induxisset, ænigmate altercationes finire facit. id quod ab eo miro artificio confectum esse

videmus, vt cum ambo pignore contenderent, ambo obmutescerent, vt pares quoque canendo ambo esse viderentur: quod non est à Theocrito factum, à quo penè totam eclogam accepit. Sunt verò hæc pastorum ænigmata:

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,

Treis pateat cœli spaciū non amplius vnas. Item alterum:

Dic quibus in terris inscripti nomina regum,

Nascantur flores, &c.

In quibus cum grammatici viuentē Vergilio multum ambigerent, Cornificius, & quidam alij à Vergilio petierunt, quidnam ibi significaret: quibus ille ita respondisse fertur, se ea in re grammaticis crucem fixisse, in qua se illi assidue distorquerent: id quod Iunius Philargyrius in Commentario Vergilij scriptum reliquit. Ea tamen ænigmata Seruius, & qui post eum fuerunt grammatici, ita interpretati sunt. In primo quidem Cœlij cuiusdam nepotis ac prodigi sepulchrum significari opinati sunt, qui rebus omnibus diuenditis atque absumptis, sibi tantum reliquum fecit, quod sepulturæ sufficeret, vt Cœli pro Cœlij dicat: id quod mihi parum probatur. Nam Cœlium Apicium hunc fuisse plerique contendunt, qui de re coquinaria libros reliquit, quorum adhuc aliqui supersunt. vixit verò, vt Seneca & Suidas prodiderunt, Tiberio imperante, cuius tempora Vergilius antecessit. Quapropter alij puteum potius in Syrene factum interpretantur, quem Mathematici ea ratione effoderant, vt solstitium indicaret: eo enim tempore nusquam umbras ibi sol flectere dicitur. Alij de quocunque profundissimo puteo intelligere volunt, in cuius si quis imo fundo fuerit, tantum cœli spaciū conspicit, quantum sola putei latitudo fuerit. Alterum verò Ænigma sic exponi solet, vt Hyacinthi florem significet, de quo duplex narratur fabula: Hyacinthi scilicet Oebalij adolescentis ab Apolline amati, & Aiæcis Telamonij, qui ambo in eundem florem conuersi feruntur: in quo quidem flore flebilis illa Græcorum vox αἰ αἰ inscripta inuenitur, vt noster poeta Naso (vt cæteros mittam) lepidissime docet. Est autem Hyacinthus flos notissimus, purpureus, de quo illo versu Ausonius,

Et tragico scriptus gemitu Salaminius αἰαἰ.

30

Eubuli poetæ de podice Ænigma.

EVbulus Atheniensis poeta fuit, mediæ Comœdiæ & antiquæ proximus, qui ænigmati aliquando vsus est in fabulis: vt illud est, quo podicem quatuor hexametris versibus circumscribit, & senariis quinque est interpretatus, id quod & in alijs hic idem poeta obseruauit, vt scilicet ænigmata hexametris scriberet, interpretationes verò Iambicis exponeret. Versus hi sunt ex fabula Sphingocarione.

*ὄβι λαλῶν ἄλλως, ὁμῶν νη ἀρρητι δῆλως,
οἰκείων ἀνέμων ταμίαις, δεσπῆς, δῆλοτε λῆ,
ἀξίνετ' ἀξωέτοισι λίτων, νόμον ἐν νόμῳ ἐλικως,
αἰ δ' ὄβιν, κῆ πολλα, κῆ ἀν' ἑρώση ἕς ἀγρωτῆ.*

40

Hoc est, vt verbum verbo reddam: Est loquens elinguis, cognominis masculo fœmina, domesticorum ventorum custos, hirsutus, & interdum læuis, non intellecta non intelligentibus loquens, nomen ex nomo (id est, carmen ex carmine) ducens: vnum est & multa, & utiq; si quis vulneret, inuulnerabilis. Quod quidem ænigma Eubulus ipse exposuit, anumq; esse, id est podicem, carmine suo declarat. Eiusdem est & distichon illud heroicum, quo Ichneumon Aegyptius significatur, cuius historia est ex Aristotele & Plinio, itémque ex alijs notissima:

*ἀπὲρ λεβοφθαλμῶς, μὴ πῶσιν, ἀμολινέφαλλῶ
αἰχμητῆς πεύδων ἀτόνωας ἰόνου ἰζαφανίζαας.*

50

Hoc est, vt & hoc verbum verbo reddatur (audebit fortasse alius carmine exprimere

mere

mere feliciter) Locustæ habens oculos, non prolato ore vtrinque mobilis, depugnator filiorum ingenitorum semen perimens. ita exponitur: Ichneumon Aegyptium animal, crocodilorum oua absumens, priusquam in feras semen euadat, perrumpit, & absumit, propterea quod ἀμολισμοῦ, id est ancipiti ore pungit inferius, labris autem mordet. Leguntur & alij griphi Eubuli, vt de Pappo carduorum illud duobus hexametris: Noui ego qui grauis est iuuenis, cum verò senex est, Euolat implumis leuiter, terramq; lacessit. Vt video, cupis & hos Gracè audire. hoc tale est:

10 οἷδ' ἐγὼ ὄσιν ἴδ' ὄσιν βαρύνει· ἀντὶ γόφων ἢ,
 ἀπὸρ' ὄσιν κέφωσ' ἀντὶ ταῦται, ἢ γλῶσφ' ἀφαιρέσει.

Antiphanis poetæ Aenigmata quedam.

ET Antiphanes Bergæus poeta griphis in suis fabulis vsus est. eius enim plures recitat Athenæus in Dipnosophistis, quorum aliquos tibi referemus: sed in primis quos in fabula Sappho poetriam proponentem inducit, & alium nescio quem soluentem:

20 ἔστι φύσις θήληα βρέφη σάλυσ' ἢ τὸ κέλευθρον
 αὐτῆς. ταῦτα δ' ἀφωνα βολῶ ἴσησι γλωσσῶσιν,
 ἢ δὲ τὸν ἴσον οἶδμα, ἢ ἢ πέρησ' ἴσησιν πάσῃσιν,
 οἷς ἐδέλξ' ἔνκτωσιν, τοῖς δ' ἢ πῆρεσιν ἀκέραισιν.
 ἔφεισιν, κωφῶσιν δ' ἀκέραισιν ἀκέραισιν. **Hoc est,**
 Est natura infantes seruans fœmina in vlnis,
 Hi muti, genitam sed possunt sistere vocem
 Per cunctas terrarū vias, perq; equoris vndas,
 Cui volet absenti mortali audire licebit,
 Cuiq; etiam sensus auditus surdus habetur.

Soluitur verò duobus modis: altero quidem, à nescio quo in fabula introducto: altero, à Sappho ipsa versibus lambicis, in hunc propemodum sensum. Et ille quidem hæc: φύσις, id est natura, quam dicis, est ciuitas: infantes quos in se nutrit, rhetores: qui vociferantes per maria, & ab ora Asiæ & Thraciæ, λήμματα, id est argumenta ducunt: habitantibus verò propè ipsos sedet, conuiuantesq; semper Populus, nihil neque audiens, neque videns. Verum cum non satis hæc solutio arrideret, Sappho ipsa ita exponit: Fœminea quidem est natura epistola, que infantes circumfert literas: mutæ quæ cum sint, his qui longè absunt, loquuntur, quibus vult: legenti verò si propè aliquis sit, legentem ipsum non audit. Sunt præterea & eiusdem Antiphanis alij de Griphis (vt sic dicam) Griphi, qui mihi adeò obscuri visi sunt, vt fatius duxerim alijs exponendos relinquere: vt ille est de perca, mugile, & melanuro. Sed de melanuro plura dicemus in Symbolis. Est item illud eiusdem ἐν κνιβοῖσι ἢ γαστροῖσι fabula, quòd ille pluribus lambicis
 40 Senariis complexus est, φέρων ἑσμι φέρει, quòd scilicet aliquis ferens non ferat: quod exponitur de his, qui in conuiujs dant symbolum, & non tamen dant ipsi conuiuium. Sunt qui de pondere dici existiment, quod à multis simul extollitur: omnes enim simul illud eleuant, non seorsum tamen vnus. Idem quòd que in Aphrodiso fabula, aliud de olla carminum multis senarijs ab Athenæo affertur, quæ propter vocabula ab eo conficta & polysyntheta Latine exprimi non possunt. Quis enim τροχουμασίτδονον, vno verbo interpretetur: nisi quis forte audaculus, vt amicus quidam meus, Rotambagistructum dicat, qui ab omnibus ideo risus est.

50 *Aenigmata de vmbra Theodectis: item alia quedam de Theodectis circumscripto.*

Theodectes Phaselites, orator & poeta, qui occæcatus fuisse perhibetur, quòd quedam Hebræorum sacra suo carmine proderè tentasset, ænigma-

tum studio, ut supra meminimus, excelluisse fertur, tum ea proponendo, tum aliena soluendo. quare illum Mnemonias, id est memoriae quaestiones, Griphos vocasse legimus, quod ipse memoria in primis polleret, id est *μνημονικός* esset, ut in eius vita inter poetas sumus ostensuri. Huius igitur Theodectis hoc esse perhibet Hermippus, in his quae de Isocratis discipulis scripsit, quod de umbra dicitur: Quandam rem esse, quae circa ortum & interitum sit maxima, circa consistentiam verò & vigorem minima. hoc quinq; versibus sic explicat:

Ἦ φύλαξας ὅσα γαῖα φέρει τρόφῳ, ἔδ' ὅσα πόντῳ,
οὐτε βροῦσιν ἔχει γῆων αἰξήσιν ὁμοίαν,
ὄλλ' ἢ μὲν χλιέσει πρὸ πωτόρω ὄσι μεγίστη,
ἢ ἢ μέγεις ἀμείλις μικρά. γῆρα ἢ πρὸς αὐτῷ
Μορφῇ ἢ μεγέθει μέζων πάλιν ὄσιν ἀπαιτῶας.

Tentabo & hos in tui gratiam latinè referre:

Natura quaecunque parit tellus, neque pontus,
Nec similem membrorum auctum mortalibus affert:
Est hæc quando suo natali maxima primo:
Dum medius vigor est illi, parua: inq; senecta
Redditur aspectu & maior, proceraq; rursus.

Idem Theodectes Gripho, qui per literarum circumscriptionem fiat, usus est, ut ostendit Athenæus: quo genere quoque Euripides in Theseo, & Agathon in Telepho, qui per huiusmodi anigma Thesei nomen proferunt, eiusque nominis literas circumscribunt. ut Θ, quæ in Theseo prima est litera, Euripides circumulum cum puncto introscripto: Agathon circumulum Mesomphalen, hoc est, medium umbilicum habentem: Theodectes verò circumulum malacophthalmon, hoc est, ut sic dixerim, mollioculum depinxerunt, atq; ita deinceps cæteras literas descriptione quadam effinxerunt, ad eò ut integrum nomen quod vellent, circumscriberent. Eadem Griphi ratione & Sophoclem quoq; usum esse legimus. Hos quoq; cum voluissem utcunq; in nostram linguam convertere, frustra tentavi. nam cum trimetri sint plane, nequiu lege trimetrorum seruata versum versui reddere. Ignosces igitur: verbum penè de verbo exprimam. Hoc quidem Theodectis est, qui agrestem hominem induxit Thesei nomen designantē ita:

Est prima scriptio mollioculus circulo
Aequalis hinc mensura gemina regula,
Obliqua vincit per medium quas altera,
Similis capillo conuoluto tertia.
Post hæc trivium apparebat obliquum velut.
Quinto loco supra virgæ æquales duæ,
Quæ continentur in vnam simul basim.
Sexta est capillus conuolutus, ut prius.

Θ

H

Σ

B

Y

Σ

Atque hoc quidem Theodectis. Euripidis autem pastor Illiteratus hoc modo idem ipsum Thesei nomen declarat:

Ego quidem sum literarum nescius,
Formas tamen dicam manifestas & notas.
Cyculus velut quidam est emensus funibus.
Hic autem habet punctum manifestum in medio.
Secunda verò in primis lineas duas,
Distinguit has vna alia per medium.
Tertia capillus ut volutus foeminae,
At quarta porro vna sese in rectum extulit,
Obliqua in ipsa tres, infixa firmiter.
At verò quintam non facile tu dixeris:

Θ

H

Σ

B

De Aiace Aenigma.

NEc absimile illud est, quod de Aiace nece dicitur, qui ubi Achillis arma assequi non potuit, interiit. Sic enim Græcè habet: γῆς ἔθαιε κτ̄ δέσμον, ὅτ' ἀγ-
γείων ἀφ' ἑμῶν, γῆς enim pro αἶας posuit (vtrumque enim terram significat, sed
& αἶας Aiace, vt modò diximus) κτ̄ δέσμον verò, id est ex vinculo, pro Tela-
mone positum est. Nam κλαμῶς tum viri nomen proprium est, Aiace patris:
tum vinculum seu clypei lorū significat. Græcè enim (vt nosti) δεσμός vinculum
dicitur. ἀγγεία autem, id est vasa, arma dixit Achillis. Sic igitur latine, Terræ obiit
ex vinculo cum vasorum haud compos factus est: hoc est, Ajax Telamonis, ubi
armorum non compos fuit.

Aenigma Alexidis poeta.

LEgimus quoq; ænigma, quod de homine dormiente, tribus senariolis, Ale-
xis Thurius poeta comicus composuit, in fabula cuius Titulus ὑπνός. Non
mortalis, inquit, neq; immortalis, sed habens quoddam vtriusq; temperamentū,
vt neq; hominis parte viuat, neq; Dei, sed nascat̄ semper. Sic verò Græcè legitur.

ἔθνη δ' ἀθάνατ' ἔχων ἕνα
συνκρασιν, ὡς ἢ μὴτ' ἢ ἀνθρώπου μόρδ,
μὴτ' ἢ θεῶν ζῶν, δὲ μὴ φέρεται τ' ἄε.

Sedenim his diebus recitauit mihi amicus meus Aenigma tribus hexametris
de somno, quod & hic tibi vt adscribam, dignum visum est.

Sponte mea veniens, varias ostendo figuras,
Fingo metus vanos nullo discrimine veri:
Sed me nemo videt, nisi qui sua lumina claudit:

Recitauit & alia, quæ frigidiuscula cum essent, sunt visa indigna relatu.

Aenigma de visco.

SEd & Ion poeta in fabula Phœnice, seu Cæneo, arboris sudorem viscum ob-
scure dixit, hoc est, σφόνδ' ἰδῶτα. Plautus quoq; noster ænigmaticè de visco
& turdo, seu turdella ait: Ipsa sibi auis mortem creat. ex eius enim auis sterco-
re viscus in arboribus nasci, scriptores tradunt. atque ideo de eo à Vergilio dici,

Quod non sua seminat arbos.

Idem Plautus, hominem trium literarū cum dixit, furem intellexit, apud quem
penè sunt huiusmodi innumerabilia: nec modò apud hunc solum, verum & a-
lios omnis generis scriptores, quorum nimis longum esset, si cūcta quæ legi his
similia huc afferre velim. Nam & Achæus Eretrius, iucundus admodum poe-
ta, pleraque huius generis scripsit: vt illud de Scytale Laconica in Iride Satyri-
ca, implexam Spartiatem scriptā Cyrbin, id est tabulam: πλεῖστον ἀσπιδίου γρα-
πῶν κίβητις. quoniam albo loco circumuoluebant Spartiatæ scytalem, & quæ
volebant, scribebant: qua de aliunde Apollonius Rhodius in eo quem de Ar-
chilocho composuit, & Gellius, Plutarchus, alij. Aenigmata quoque scripsit
• Drômeas Cous, vt Clearchus prodit, & Aristonymus Philocitharista: item
Cleon, Mimachus cognominatus, vtpote mimorum Italicorum optimus hi-
strius, qui propria vtens persona, hoc est, ἀντιπρόσωπος, Nymphodorum in eo-
dem mimorum genere superauit. Huius verò & Ilichomachus præco factus
imitator est, qui in circulis imitationes quasdam agebat: qui æstimationem na-
ctus, in miraculis cæteros transcendens, mimos etiam actirabat. Hi igitur simi-
les Grifhos agebant, quorū etiam nonnullos commemorat Aemilianus apud
Athenæum: apud nos verò Apuleius in sua Metamorphosi multa insperlit, mul-
ta Martianus, item Theocritus cum in Edylliis, tum Panos Syringe, aliisq;. Af-
fert insuper Chamæleon. in libro quem de Simonide cōposuit, quædam valde
Grifhis similia ab ipso Simonide edita: sicut illud de Delphine & hirco, & illud
de asel-

de asello Epeo, quæ & Athenæus exponit. Sed certè apud auctores multa, qualis est in primis Griphus Ausonij, quem superioribus diebus tibi sum interpretatus. Sextus item Empiricus in libro contra Logicos, Aesopi hoc Aenigma esse scribit. Cum (inquit) Silenus hominem uideret in manus sibi, ne frigerent, hyemis tempore insufflare, nec cum idem in pectus faceret, incaleceret, dixit, Cum huiusmodi fera non viuendum, ex qua maxime contraria proueniunt. Aenigmaticè quoque ille messorum aquarum dixit, hoc est, ὀπίσω ἰσθῆτι, piscatorem. Est & illud non illepudum, de homine fure, qui noctu uigilet ut furetur, interdiu dormit, ἡμὸς ὄρνις ὁ ἀνὴρ: hoc est, uir interdiu dormiens. quo usus est

10 Hesioidus in ἔργων καὶ ἡμῶν. Sed & hac forma Ennius se tria corda habere dicebat, quod Latine, Osce & Græcè sciret. Sedenim talia, ut modò dicebam, nimis longum esset collegisse, nec operis præcium foret. Ex his uerò quæ attuli, tibi uiam satis planam patere arbitror, ad cætera huiusmodi explicanda, quæ inter legendum tibi sese obtulerint. Ego quoque aliquando huiusmodi ludicris usus sum, unumque ex nostris in præsentia tibi afferam, quod Pythagoricis conclusum numeris, si diligentius extremum attendas uersum, totum dissoluas. Aenigma hoc ipsum est:

20 *Nomina si numeres, Samij est sententia uari,
Ipse nouem decies, & quadringenta notabis,
Vnde feret nomen, quo frontem littera nona
Præsignat, non prima fauet, non sexta in fello,
Cuncta auide relegas, olim legis obdita Scripi:*

F I N I S.

LILII GREGORII GYRALDI FER-

RARIENSIS AD ILLUSTR. IOAN. THO-

MAM PICVM MIRANDVLAM, PHI-

30

losophi Pythagoræ Symbolorum in-
terpretatio.

P R A E F A T I O.



SCRIBIT Lysis Pythagoricus in quadam ad Hipparchum epistola, eos qui corruptis obscenisque moribus sermones diuinos & præcepta immiscent, non secus omnino facere, quam si quis cœnoso puteo limpidissimam infundat aquam, quæ & cœnum ipsum putei conturbet, & suum contaminet nitorem. Qua puto ratione factum, ut antiquissimi illi poetæ, qui & theologi vocati sunt, omnis (ut sic dicam) sapientiæ antistites, res ideo diuinas & naturales fabularum quibusdam figmentis inuolutas cecinerint: quod in Dialogis de Poetis, pluribus, ut spero, ostendemus. Hos poetas imitati sunt, qui religiones, nouasque leges, vel ipsi primi instituerunt, vel à Deis immortalibus acceptas, mortalibus attulerunt, vel posuerunt. Nam & ipsi obscuris plerumque, operisque sermonibus usi sunt, adeo ut nec ænigmatum inuolucris, metaphorisque ac parabolis, quas uocamus, & ijs interdum longè repetitis abstinuissent uideamus. Quem sanè loquendi morem, ut iam uetustate desitos mittamus, Zoroastres, Zamolxes, Zaleucos, Dardanos, Charondas, Numas, alios: nonne & Magmed, quem uulgo Mahometen uocamus, cum in suo Dialogo, tum in eo

40 etiam quem à Deo sibi datum suis persuasit, Alchorano usurpasse uideamus? Sed & si inter impios meminisse licet, num Mosem, ceterosque Hebræorū uates, qui Græca uoce prophetæ dicunt, ijs sæpe uos esse cōspicimus? & parcius quidem

50 CHRISTVM Deum, Dominum & seruatorem nostrum? Nam ut sanctè, impius

impius tamen ipse, Iulianus Cæsar ait: Amat diuina natura celari, & abdita eius substantia, non patitur nudis verbis in aures introire pollutas. Quin eadem ratione Maternus Firmicus. Mauortium Lollianum his verbis obtestatur in vltima sui voluminis parte: Celari, inquit, & abscondi plurimis tegumentis natura diuinitatis ab initio voluit, ne omnibus facilis esset accessu, neue cunctis patefacta Maiestatis suæ origine panderetur. Hinc in primis Pythagorici & Platonici ænigmatis symbolisq; vsi sunt, quia sciebant Deo naturæq; inimicam esse nudam apertamq; expositionem: qui sicuti vulgaribus hominum sensibus, vt Aur. Macrobius ait, intellectum sui vario rerum tegmine operimentoque subtraxit, ita à prudentibus arcana sua voluit per arcana tractari. Sic ipsa mysteria figurarum quasi cuniculis operiri volebant, ne vel hæc adeptis, nudam rerum talium se diuina natura præberet, sed summatibus tantum viris sapientia interprete, veri arcani conscijs, contenti vt sint reliqui ad venerationem figuris & inuolucris defendentibus, à vilitate secretam. Quare Numenius philosophus curiosior, offensam pertulit numinum, quòd sacra Eleusinia interpretando vulgauerit. Visum enim ei fuit in somnis, videre Deas ipsas habitu meretricio in fornice prostantes. Id cum, mirabundus quid id esset, percunctatus fuisset: ei responsum fuit, ipsas Deas iratas, ab ipso pudicitia adyto vi abstractas, passimq; ab eo prostitutas. Pausanias quoque ait, se prohibitum eadem sacra Eleusinia in sua historia vulgare. Quare minus mirum videri potest, si Theodectes poeta oculis captus fuisse dicitur, cum Hebræorum quædam suis carminibus arcana profanasset, & publicasset. & si Theopompus historicus, vt Aristæas scribit, se dixit supra 30. dies mentis turbatione correptum, quòd ex Iudæorum lege secretiora quædam in suis historijs transferre conatus esset: sed cum per morbi interualla Deum implorasset, ei per somnium demonstratum, id sibi ideo contigisse, quòd diuina in vulgus transferre tentasset. Hinc ergo factum reor, vt in pro-
 dendis sacris, vel Deorum vel naturæ arcanis magni illi inter scriptores heroes, tenebris plerumque plus quam Cimmerijs, flexuosisq; mæandris, & (vt sic loquar) labyrinthis vsos esse videamus. Quin & hæc sacra symbola vocat diuinus Areopagita Dionysius: eademque de causa à doctissimis quibusdam triplex Theologia dicitur, Symbolica, Mystica, & Telestica. Sed de his satis in præsentia: neque enim de diuinis, vt rectè monet Pythagoras, sine lumine loquendum. Rectius verò, Pice, de his, quæ etsi à nostra religione aliena, non nihil tamen institutionis ad bene beatèq; viuendum afferre possunt: atq; in primis de Pythagoræ symbolis agemus, quòd ea nostro de Aenigmatis libello satis conuenire videntur.

Iamblichus ex Chalcide Syriæ philosophus, hoc est diuinus cognominatus, inter alia multa, quæ in omni philosophia monumenta reliquit, de secta & vita Pythagoræ libros edidit, in quibus Pythagoram ait, griphis & ænigmatis. quæ Symbola dicuntur, vsus fuisse. idem scribit Demetrius Byzantius, & Naucratica Athenæus: idem Olympiodorus, & Hierocles, & Cyrillus, Alexandrini, & in ijs quæ contra Ruffinum noster scripsit Hieronymus. Idem & Porphyrius philosophus, in ijs libris quos de vita Pythagoræ scripsit. Quo fit, vt tantorum virorum exemplo ac auctoritate monito, meo Aenigmaton libello addere placuerit, quæ de Symbolis Pythagoricis vel legi, vel ipse excogitauit: idq; in libelli alterius formam redactum, ad te simul cum altero, Pice, mittere.

Pythagoras igitur, qui vulgo quidem Samius, à plerisque Syrius, ab alijs Tyrrius. à Græcis quibusdam Tyrrenus, à nonnullis (vt scribit D. Ambrosius) ab Hebræis originem duxisse existimatus est: & perinde etiam, vt ait Theodoritus, à circumcissione non abstinuit, ab Hebræorum prophetis, & in primis à Mose, multa desumpsisse facile videri potest: id quod & Iosephus contra Appionem, & Aristobolus philosophus Peripateticus, Hebræi, & Eusebius & Hieronymus Christiani prodidere: quod nec negat Iamblichus, & aperte ostendit Hermippus,

pus, diligentissimus historiarum perscrutator, in primo de Pythagora libro. Pythagoras (inquit) discipulorum vno vita functo, nomine Chalciphonte Crotoniate, illius animam dicebat secum esse die noctuque, sibiq; precipere, ne transferret de loco, vnde asinus onus portaret: & ab aqua fæculenta, omnique blasphemiam & calumnia abstineret. tum subiungit: Hęc autem agebat atque dicebat, ludęorum & Tarsensium sententias, ac opiniones imitatus. Hęc Hermippus. Sed ista nos toto libello plenius ostendemus. Atque ideo mirandum magis, id Lactantium Firmianum fugisse, virum eloquentissimum pariterq; eruditissimum: quippe qui palam neget, Pythagoram apud Hebręos vnquam diuersatum. Igitur, vt institutum sequar, cum auditores ille suos, quorum ciuiles alios & extrarios, hoc est, πολιτικῶς & ἑξωτικῶς appellare consuevit: alios intimos & sanctos, hoc est ἑσωτικῶς & ἀσβαστικῶς: alios mathematicos & physicos, aliisque nominibus, vt apud Iamblichum & Suidam, & ab his diuersa apud Gellium legimus: cum inquam ille ad bene beatęque viuendum institueret, sententias quasdam perbreues, diathecas à Gręcis dictas, illis occultius proponebat, quibus eorum mentes à cogitationum intentione ad tranquillitatem traducebat. Harum quidem alia Aurei versus dicuntur, hoc est ἁγνοία ἐπι, & quę à Philolao, vt à plerisque creditur, Pythagorico carmine compositę sunt, & cum ab alijs, tum præcipue ab Hierocle Alexandrino philosopho interpretata: alia obscuriores, & ærigmatis similes, Symbola dictę, quasi notę & signa, & suę quędam philosophię ac disciplinę indicia, vitęq; puriter & sanctę degendę. Hęc inquam symbola antiquis Anaximander Milesius, is qui iunior dictus est, & Alexander Polyhistor, interpretati sunt: quorum, quod sciam, interpretationes ad nos non peruenerunt. Plutarchus quidē, & Athenęus, & Laertius, alijsq; ex parte & hinc inde interpretati sunt: sed nostro tempore Germani duo, viri doctissimi, id quidem potius incepere, quàm perfecere: Erasmus videlicet Roterodamus, & Ioan. Phorcinus. nam ante hos ex nostris senior Beroaldus, pauca quędam suo quodam libello collegit. Quamobrem nos in ijs impares licet, tibi maiore cura & studio ea ipsa nunc symbola exponere tentamus.

30 Symbola vtique Pythagoras, vt in Symplosiacis Plutarchus ait, à Tyrrenis accepisse creditur, apud quos & natus & enutritus existimatur. Quin eorum nonnulla id palam ostendunt, quę & Plutarchi gręte, & nostra quoq; apud Tyrrenos ipsos in vsu esse videmus. Ea tamen, vt scribit Iamblichus, ab Aegyptiis potius imitatę accepit. eo enim genere Aegyptij, occulta naturę mysteria significabāt. Nam vt alio in opere idem ostendit Iamblichus, Aegyptij perlutū mundi corpus materiāq; genitabilem intelligebant: per loto verò aquaticę arbori insidentem, Deum ipsum principatum rerum omnium tenentem, nec ipsum teneri significabant: ea quando arbor est lotos, quę omnia rotunda habeat, tum folia, tum fructus. ex qua re & significari putabant, mentis actionem in orbem sese mouentis, per eadem videlicet, & eodem sese modo habentis.

40 Deum quoque per nauis gubernatorem intelligi volebant, qui mundi totius curam & administrationem continuę gerat, eique prouideat. Sedenim & Cyrillus Alexandrinus, de huiuscemodi Aegyptiorum symbolis, in eis quos contra Iulianum Cęsarem libris, ita propemodum: Aegyptij, inquit, Deum significare volentes, summam scilicet, & quę super omnia est naturam, pingebāt oculum, cui & baculum substituebant: vt per hoc intelligatur, quòd omnia videat, & sit ei etiā regia dignitas. nam scepirum ferè semper regis intelligitur symbolum. Quamuis etiā per stantem baculum idem significatur, quòd nullo modo diuina natura corrumpi & labefactari possit, sed semper stare, & quodammodo

50 sustinere & fundare omnia dicatur. Dicuntur & ijdem aspidem fingere in figuram cœli, eo quòd in circulum feratur. Iidem serpentem in figuram temporis, eo quòd longus sit, & multis spiris ac voluminibus sese regyret, repātque absq; strepitu. Insuper & furorem & iram ænigmate quodam declarantes, craticulam effin-

lam effingebant, cui ignis subiectus esset, & cor illi superimpositum. Sed satis in
 praesentia de his Aegyptiorum arcanis, quantum scilicet ad Symbola pertinet.
 Alij plura ex Chæremone philosopho, itémque Horo, et Philippo qui Horum
 transtulit: & post hos Pierius noster, qui Hieroglyphica Aegyptiorum est exe-
 cutus. Sed nec Hebræi, nec Chaldaei, symbolis abstinerunt. Huiusmodi qui-
 dem multa apud Mosè Solomonémq; & Hebræorum cæteros vates legendo
 offendes, à quibus Pythagoras ipse (vt paulo antè dixi) multa decerpit. Quin
 & probati quidam scriptores, Solomonis quæ Parabolæ dicuntur vulgo, sym-
 bolorum nomine nuncupant. Ab Hebræis quidem & Aegyptijs Rheuclín exi-
 stimat Pythagoram symbola sumpsisse. De Chaldaeorū verò symbolis cum alijs,
 tum multa Pfellus, in his quæ Zoroastris magica oracula seu Chaldaica vocan-
 tur: quin & Clemens in Stromatis, & Cyrillus, itémq; Porphyrius, Pythagoram
 scribunt emulatum fuisse Zoroastrem. Sunt autem eiusmodi Chaldaica symbo-
 bola, vt est hoc: Quære paradisum, hoc est, $\zeta\eta\tau\iota\ \tau\omega\ \pi\acute{\alpha}\rho\alpha\delta\epsilon\iota\sigma\omega\varsigma$: quod Pfellus inter-
 pretatur, Paradisum esse dicens, omnem diuinarum virtutum chorum, & cætera
 quæ scribit ad similitudinem Mosaici paradisi, non solum ipse, sed & Magmed
 in sua impia illa theologia. Item illud, $\phi\lambda\omicron\gamma\iota\eta\eta\ \rho\omicron\mu\phi\alpha\iota\alpha\ \eta\ \zeta\epsilon\phi\omicron\mu\epsilon\lambda\eta\eta$, hoc est, flam-
 meus gladius & versatilis: quod & Pfellus idem sic exponit. Implacabilis vir-
 tus, immiúsque potestas, his qui indignè ingrediuntur paradisum: qua de re
 tamen longè plura Philo Alexandrinus. Chaldaicum & istud est, materia ster-
 cus igne cœlesti absumamus: quod sic Græcè, $\psi\lambda\lambda\eta\varsigma\ \sigma\acute{\upsilon}\mu\beta\alpha\lambda\omicron\nu\ \pi\omega\epsilon\iota\ \delta\epsilon\acute{\iota}\omega\ \epsilon\kappa\sigma\alpha\omega\alpha\iota\eta\ \sigma\omicron\mu\epsilon\lambda\eta$.
 hoc est, vt idem Pfellus exponit, diuino lumine corruptibilem & sordidam
 hominis partem eluamus. De his verò Chaldaeorum symbolis, liber curiosa
 quadam doctrina refertus apud Græcos extat mancus, apud Chaldaeos verò
 copiosior & absolutior. Placet & hoc tibi loco Zoroastris symbolicon il-
 lud de anima afferre, quod illius esse, Chaldaei interpretes asserunt: Animam
 scilicet alatham esse: cumque alæ excidunt, illam in corpus præcipitem ferritum
 demum illis subcrefcentibus, ad superos reuolare. Eum autem discipulis
 percunctantibus, quo pacto alis bene plumantibus volucres animos fortiren-
 tur? Irrigetis, inquit, alas aquis vitæ. Iterum sciscitantibus, vnde has aquas pe-
 terent? illis per parabolam respondit: Quatuor fluuijs Dei Paradisus abluatur
 & irrigatur, inde vobis salutare aquas haurietis. nomen fluminis quod est ab
 aquilone, quod rectum denotat: quod ab occasu, quod expiationem: quod ab
 ortu, quod lumen: quod à meridie, quod nos pietatem interpretari possumus. &
 hæc quidem Zoroastris. Porro fluuiorum nomina Hebræa hæc sunt: Phison,
 qui est Ganges: Geon, qui est Nilus: Chiddechel, qui est Tigris: & Perath, qui
 est Euphrates, vt interpretatur Hieronymus. Sedenim & præter quas nomina-
 uimus, aliæ etiam gentes sua symbola habuere. non Græci modò, sed & Roma-
 ni: quibus inter alia, ne singula enumeremus, papauer fertilitatis & vrbis sym-
 bolum fuit: cõnubij, malum cydonium: fructuum, Adon: libertatis, Liber pater: 40
 florum, Atys: spuma, genitura: Satyrus, libidinis: atq; huius generis multa, quæ
 Plutarchus & Eusebius collegere. Non id tamen missum fecerim, quod ab Eu-
 stathio in Dionysium proditum est, Ammonem in Libya, oracula per symbola
 tantum reddere solitum. Nunc & tibi breuiter, quid symbolum significet, absol-
 uam. Symbolum igitur, quoniam deductum est $\pi\acute{\alpha}\rho\ \delta\iota\ \sigma\upsilon\mu\beta\acute{\alpha}\lambda\omicron\mu\omicron\iota\ \eta\ \sigma\upsilon\mu\beta\acute{\alpha}\lambda\omicron\iota\omega$,
 quæ verba apud Græcos diuersa significant, ideo & ipsum diuersa & varia
 significat, quæ à Græcis & Latinis grammaticis collecta sunt. Nam & inter-
 dum collatio illa est, qua plures quid in vnum conferunt, ad celebranda conui-
 uia, & ipsum etiam interdum conuiuium: quomodo apud nos Terentius & Plau-
 tus, & alijs. tametsi quidam fœmineo genere symbolen hoc significatu potius 50
 malint dicere. $\epsilon\beta\alpha\upsilon\omicron\lambda\omicron\varsigma$ dixit Homerus, & Hesiodus, & ab his alijs plerique,
 vnde eum Asymbolon dicere consueuimus, qui conuiuia nil conferens admit-
 titur: quam vocem etiam ad alia cum Latini tum Græci transtulerunt. Symbo-
 lum etiam

lum etiam interdum est signum, quod vel epistolis, vel vasis imprimitur, ne relinquantur à quibus non oportet. Significat præterea bellicum signum, & tesseram, quo in bello vti consueuimus. aliquando in super indicium seu coniecturam, qua aliquid prænoscamus. & ab hoc ad varia transfertur. Nam & annulum nuptiarum symbolum denotat: item nummum seu nomisma, vt sit ciuitatis vel principis indicium. nunc etymologiam, seu argumentum symbolum significat, nunc augurium & vaticinium. quamobrem Græci quidam ita symbolum definiunt, vt id sit, quo aliquid coniectamus & cognoscimus: hoc est, vt eorum verbis vtar, *ὅτι μὲν βολάν ὄσιν ἴδῃ οὐ ἐστὶν ἡμᾶς συμβάλλας ἢ γινώσκειν*. Differre autem dicunt à *τυκμείω*, hoc est coniectura, quòd hoc naturale est, vt lac in puerpera, fumus ex igne: symbolum verò, quod non à natura, sed positione fiat. Hic mitto quæ Moschopulus multa hac dere. Sed vt vrbium & legum symbola Græci posuere: ita & sententiarum arcanarum, mysticarumque rerum. quare Ruffinus Aquileiensis, Apostolos ait ea ratione sua symbola posuisse, quibus, quod eorum quisque de religione sentiret, in medium & in vnum contulere. Pari modo & Pythagoricorum symbola fuerunt, quibus arcano sensu & mystico breuissimè quid præciperetur ostendebant. Hic plura non inculco, quæ ab alijs in medium sunt allata. Illud tantum non omiserim, Symbolorum id proprium esse, vt mandris obscurisque sententiarum inuolucris inuoluantur: quod in ijs mirè est obseruatum, quæ sine controuersia Pythagorica sunt. Nam, vt videbis, aliqua sunt, quæ quoniam ea non sunt ratione conscripta qua cætera, propterea plerisque dubitatum an sint legitima. Illud quoque Demetrius Phalereus in symbolis attendendum ait, vt cum grauitate & breuitate quadam plurimū sensus sub his intelligamus. Dat ille exemplum, vt si dicamus, Humi nobis cicada canunt: cum intelligamus, Arbores nobis excisas esse. Est ergo symboli propria & peculiaris breuitas cum grauitate quadam, quæ plura vno significatu comprehendat. Sed nec minus illud attendere oportet, quod est à Plutarcho traditum: pleraque esse in symbolis, quæ prohibita videri possint, quæ ab ipsis tamen Pythagoricis nec auersata nec formidata sunt, verum per ea deterrentur, ab ijs quæ per ipsa significari volebant. Quale illud est, Sub vitem non eundem: hoc est, vitandam esse ebrietatem, quæ non pedes modò debilitat, sed & caput noxijs pertentat vaporibus. Contra Aegyptij per vitem lætitiā intelligebant sacris suis literis: quo modo & symbolum exponere queas, non nimis voluptati ac lætitiæ indulgendum esse. Nec illud te lateat volo, symbolorum pleraque prouerbiorum naturam habere: cum & ideo Pythagoram adagijs non abstinuisse legamus. Quippe, si Apuleio credimus, ijs nonnunquam vsus sit, vt cum non ex omni ligno faciendum esse Mercurium diceret: & significare vellet, non ad capeffendas disciplinas cuncta apta esse ingenia: atque ob hanc causam priusquam in consortium & contubernium discipulos admitteret, cuius habitus naturæque essent, diligenter explorabat: qua de re & alij multa, & ego non nihil alibi. Ad hæc, quæ per symbola traduntur, nos ad mentem intellectumque per corporeos sensus transferunt: & ea trifariam esse dicuntur, hoc est moralia, naturalia, theologica: id quod & tibi ex horum interpretatione liquidò constabit. Verum quoniam Pythagoram sua acroamata, hoc est auditiones trifariam diuisisse accepimus: in eo videlicet quo quid est, vt quid quaternarius numerus, quid ternarius: & in eo quo quid maximè, vt quid iustissimum, quid optimum: & in quid agendum, quid non, vt an piscis & faba in cibis sint habendi: in omnibus his tribus symbola reposuisse creditur. his etenim vti præceptis quibusdam, vt dixi, discipulos quid agendum, fugiendumue monebat. In his verò interpretandis minus tibi mirum videndum, si varias plerunque sententias attulero, & nonnunquam ferè contrarias ac oppositas, cum & Pythagoricos ipsos in ijs non conuenisse videamus. Eorum enim aliquos nudè ea & simpliciter exposuisse accepimus, alios altiores & in ijs occultiores sensus indagare & perscrutari voluisse: id

quod de aliquibus omnino contenderim, & à me quoque fiet. Ordinem autem recensendis his meum ipsius, non aliorum, ea ratione secutus sum, quòd variè à veteribus digesta videmus, immò plerunque confusè allata. Illud verò nos ideo primum fecimus, quod est de iustitia & æquitate: quia sine ea nihil vquam rectè benèque fieri conspiciamus

Iugum ne transilias.

IVgum, stateramue ne transilito: quod græcè dicitur, ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν. Hoc Symbolum nos primum afferimus, quoniam eo philosophus nos admonet, ne æquitatis iustitiæq; viam deseramus, quomodo Plutarchus & Hieronymus exponunt. Quis enim ignorat, lance & statera iustitiam significari: huic non absimile proverbum illud esse videtur, quod est Trutina iustior: quod de ijs dici solet, qui sunt & iustissimi & æquissimi: vnde & æquilibrium dicere solemus. Cyrillus tamen Alexandrinus: Stateram, inquit, ne transilito, hoc est, avarus ne esto. Idem & Athenæus, qui hoc symbolo πολυνομία, hoc est avaritiam fugiendam ait, & æqualitatem sectandam. Sunt qui præcipi putent, studijs actisq; omnibus moderamentum adhibendum. quidam simpliciter ad mensuras & pondera referunt, quæ iusta esse debent: quo modo & nostri & Hebræi præcipiunt. At nos ad omnem potius æquitatem referendum arbitrati sumus: illud certè mirati, quosdam (alioqui doctos) fuisse, qui vnum hoc symbolum in duo diuiserunt, græca (vt puto) lectione decepti, in qua modò iugum, modò stateram inuenias. Cum illud certè magis fuerat obseruandum, Plutarchum in Symposiacis ita enunciare, μὴ σάρον ὑπερβαίνειν. quo loco Saron quidam pro Zygon positum crediderunt, mendumque in codicem irreplisse, quo modo penè innumerabilia in ijs Plutarchi codicibus. Alius verò quid Saron significaret, minus videns, Saron (transtulit) ne transilito. alij mensuram, seu Babyloniorum Chaldæorumque numerum. At cū Plutarchus idem in Quæstionibus de eodem symbolo agat, illud, vt puto, rectius examinavi, & hoc à priore aliud omnino esse statui. quod à quapiam fluxisse consuetudine existimo, quæ & hodie est in vulgi frequenti sermone, qua monemur, Scopas non transiliendum: quippe σάρα, teste Polluce, instrumentum illud est, quo pauimenta & areas verrere solemus, & latini scopas vocamus: deductum à verbo σάρω σαρωδ, quod verro significat: vnde & pauimenta, quæ verri non posse videntur, Asarota dicuntur. Hoc vero symbolo monemur, ne scopas transiliamus: hoc est, ne proni simus ad iracundiam, neue leui causa à ratione excedamus. Nam, vt modò dicebam, in ore & frequenti vulgi sermone est, Ne scopas transilito. Detortum id putant Hetrusci à vulgari opificum sellulariorumq; consuetudine, cum res eorum v. tustior longè sit. Atq; de iugo & saro non transiliendo satis.

In chœnice non sedendum.

IN chœnice ne sedeto: quidam inter Græcos sic, χοίνικι μὴ ἀδικήσῃσαι. Suidas alijque nonnulli, ἀδὶ χοίνικῳ μὴ καθίσῃς. Marsilius vertit, Supra modium non sedendum. Politianus, Supra sextarium: quidam alij, In femodio: quisque vt sibi visum fuit. Commodius mihi, In chœnice. nam cūm, Laertio & Suida testibus, chœnix sit, quam Clearchus Hemerotrophin nuncupat, id est diurnus cibus & dimensum, quod indies alicui impenditur, quasi dicas, quod à recentioribus latinis sportula dicitur, & salarium eo modo quo apud Homerum in Odyssa à grammaticis chœnix ipsa exponi solet: hac ratione symbolum plerique interpretantur, æquè præsentis & futuri victus habendam esse rationem. Rhemnius Fannius, alijq; nonnulli, chœnicem mensuram quampiam esse dicunt quaterni sextarij, hoc est, vt ipse Fannius cecinit,

Qui quater assumptus fit Graio nomine chœnix.

Neque verò hic ego rem ad obryzum repeto, vt Budæus, cui, vt videmus, omne studium fuit, sub assis ratione omneis Italæ nationis literatos vellicare. Sic enim

enim disputat, quantum chœnæ capiat, si nunc demum Damascenæ Alexandri-
 næ merces ea mensura præstinentur, atque ita ipse symbolum interpretatur:
 Cum vnus, inquit, diei victum paraueris, ne eo statim acquiescas. Id quod mul-
 to antè Athenæus his verbis docuerat: Quæ præsentis (inquit) sunt diei, non
 consideranda, sed quæ futura dies afferat: terminus enim & vitæ finis mors est,
 ac si nos moneat, non sollicitos esse debere de victu, sed de morte. Plutarchus
 cum priore sententiâ conuenit, non enim ocio indulgendum ait, sed in poster-
 rum prospiciendum: id quod etiam scribit D. Cyrillus Alexandrinus in his li-
 bris, quos contra Iulianum Cæsarem scripsit. Roterodamus verò Erasmus,
 10 multæ vir eruditionis & faciendæ, non oportere ait per inertiam atque secordiâ
 cibum alienum sectari, sed sua quemque industria necessaria sibi comparare,
 quando (ait) aliena sit fœdum viuere quadra. At Picus senior tuus, Pice, ma-
 gnus patruus, symbolum alia lance perpendens, ad altiore sensum, in qua-
 dam sua oratione sic exposuit, vt omnia videlicet nos rationali anima metien-
 tes, ad mensuram & regulam cuncta dirigamus. Præcipit, inquit, Pythagoras,
 ne super modium sedeamus: id est, rationalem partem, qua anima cuncta me-
 titur & examinat, ne ociosa desidia remittentes amittamus, sed rationis exerci-
 tatione ac regula & dirigamus assiduè, & excitemus. Hæc ferè ille. Sed si
 quis Pythagoram dixerit hoc symbolo præcepisse, non esse de victu semper co-
 20 gitandum, non fortassis malè interpretabitur: atque ideo non super chœnice
 sedendum. Cui CHRISTI Domini sententiâ conuenit, præcipientis, non so-
 licitos nos esse debere de crastino, nec (vt ait Seneca) ex illo pendere, quo mo-
 do & D. Hieronymus exposuit: De victu, inquit, in crastinum ne sollicitus
 fueris.

Onus simul tollendum, non simul ponendum.

O Nus simul tollito, non simul deponito. quod D. Hieronymus ita vertit:
 Oneratis superimponendum onus, deponentibus non communicandum:
 seu, vt legunt alij, non connitendum. Græcè sic enunciatur, φορτίον συγκαταρῆν, μὴ
 ἵνωπιπθῆναι. vel sic, vt alij legunt, φορτίον συγκαταρῆν, μὴ ἵνωπιπθῆναι. Mar-
 30 silius sic latinè vertit: Viro qui pondus eleuat, auxiliare, non tamen cum eo depo-
 nas. Decolampadius verò: Onus portantibus imponendum, non autem si-
 mul deponendum, & suam interpretationem fecit Erasmus, ita enim ipse: Tol-
 lenti onus auxiliandum, haud adiuuandus tamen qui deponit. Rheuclîn: O-
 nus simul deponere, non autem simul imponere, haud secus atque si dicas, Id
 coadiuuato, vt homines molestia leuentur, non grauentur. Symboli quidem
 sententiam interpretes omnes assequi videntur, si minus verba, quæ sic certè
 se habent: Simul quidem tollendum onus, non simul tamen deponendum,
 quo fit, vt is clarius (vt mihi quidem videtur) vertere potuisset, qui Laerti-
 40 um est interpretatus, si onus vnâ tollendum, non abiiciendum dixisset. Hoc
 verò symbolo monebat philosophus, ad virtutem tendentibus præcepta indies
 augenda esse: contra, ocio se atque inertiae dedentes relinquendos, neque cum
 ijs communicandum. Certè in eos Symbolum dici potest, qui pridem aliquod
 sanctioris vitæ institutum professi, ad laxiorem demum se viuendi normam,
 ne licentiam dicam, transtulerunt: quo in genere innumerabilis cum aliis sem-
 per, tum hac præcipuè temporum fæce multitudo apparet: vnde & tot indi-
 es in Christiana religione cooriuntur dissensiones & turbæ. Sed nos nostra
 symbola potius explicemus, istosque sic dissidentes Dei igneo versatili gla-
 dio vindicando mittamus. Olympiodorus quidem in Platonis Phædone,
 50 symbolum hoc ita legebat, μὴ ἀρπθῆναι ἀλλὰ ἵνωπιπθῆναι βαρῆν, hoc est, Non depo-
 nenda, sed vnâ subeunda onera. Quod ita ipse exponit: Simul in vita operan-
 dum, non autem contra faciendum. hoc est, συμπερὶ τῆν τῆ ζωῆς, ἵνωπιπθῆναι, cū
 quo sentit Cyrillus, sic scribens: Non oportet, inquit, cooperari cuiquam ad
 ignauiam, sed ad virtutes & labores. Idem innuit & Plutarchus in Sympo-

fiacis. Suidas tamen, vbi de hoc symbolo meminit, hoc ipsum ita legere videtur, φορτίον μὴ συγκαταίρειν, μηδὲ (σωεπιλειδοῦσαι: hoc est, onus neque simul ponendum, neque simul tollendum. quæ si legitima sit lectio, alia quoque erit adhibenda expositio. Neque enim eo loco onus pro virtute sumendum, sed eius contrarium. Plures tamen cum priore sententia conueniunt.

Hirundines familiares non habe.

Domesticas hirundines ne habeto. hoc est græcè, ὄμαροῦτος χελιδῶνας μὴ ἔχεις. Profertur & hoc latinè variè. Nam D. Hieronymus, hirundinem in domo non suscipiendam, transtulit: alius, Sub eodem tecto hirundinem ne habeto. Marcellus, Hirundinem domi ne suscipias. Sed quisque, vt commodius sibi visum. Certè ὄμαροῦτος Græcè ex vi verbi, eiusdem vel tecti vel culminis significat. At nos hoc loco sensum potius perquiramus. Hieronymus & Cyrillus, & quidam alij putant nos hoc symbolo moneri, ne garrulis & nugacibus fidem præstemus, nèue eorum consuetudinem conseruiamq; habeamus. Etenim est hirundinis natura. & ideo κρημνῶ appellari dicitur, vt apud Hesiodum scribit Proclus, eodem & ab Anacreonte & Simonide nomine nuncupata. Omnia, quidem, vt Aesopus ait, mala ex lingua prouenire solent: id quod & Plutarchus, in his qui sunt de Nugacitate, & de Audiendo, planè ostendit. Græca huic Symbolo sententia congruere videtur, quæ ait, nugacem hominem è domo eiciendum. Alij sic interpretantur, vt cauendum dicant ab his antiquis, qui infelicitatis tempore recedunt, & qui (vt cecinit Horatius) diffugiunt cadis cum fæce siccatis, ferre iugum pariter dolosi: & quos in Satyrico sic insectatus est Petronius Arbitrator,

Dum fortuna manet, vultum seruat is amici:

Dum fortuna perit, vertitis ora fuga.

Talis est profectò hirundinis natura, vt garrula sit, & bono tempore, hoc est verus & æstiuo, nobiscum sit: malo verò & turbido, hoc est hyberno, demigret, proculq; à nobis recedat. & vt ille (quisquis fuit qui ad Herennium scripsit) Vt hirundines æstiuo tempore præstò sunt, frigore pulsæ decedunt: ita falsi amici, sereno vitæ tempore adsunt, simulatque fortuna immutata est, deuolant omnes. Alexander quoque Myndius & Dionysius Heliopolites, hirundinem in somnis malum significare prodiderunt. Contrarium tamen sentit Artemidorus libro secundo Onerocriticon, vbi de hirundine quædam scitu digna scribit: quæ ideo præterimus, ne symbolis misceamus. Alias verò alij huius symboli afferunt expositiones, sed hanc à Plutarcho in Sympotiacis magis probari video. Ne ingratum, inquit, instabilemq; amicum & conuictorem nobis comparemus. Vna enim hæc inter minutas aues esse perhibetur, quæ rapto & carne vescatur, etenim Musis dicatas cicadas venatur, humilisque nonnunquam volans, minutis insidiatur animalibus. Eos quoque Plutarchus reprehendit, qui ad tragœdiam hoc symbolum transferunt, qua triste infaustumque augurium hirundinem facere tradatur. Nunc quæso mi Pice, vide quid prudentum & sapientum hominum symbola præstent. Quotus enim quisque tam sacri quam profani ordinis princeps est, qui non libentius nugaces & blaterones, & hoc genus locuti leios nebulones in conuictu & familiaritate admittat, quàm qui doctrinam & prudentiam spectati sunt? Quid mirum igitur, si indies & malè cum populis agitur, & ipsorum principum si scepra vacillant?

Ne retrovertare, cum ad terminum veneris.

Non reuertendum, cum perueneris ad terminos: hoc est Græcè, μὴ ὑποστρέψῃς ὅταν ἴσῃς ὁρὴς ἐλθόντας. Rheuclin ita: Ne reflectas, vbi ad terminos perueneris. At Suidas, ἀποδημοῦντα γὰρ τοῖς ὁρῶν ἀποστρέψῃν. quod sic latinè Hieronymus enunciat: Cum profectus fueris, ne redeas. Marcellus verò: Cum domo discesseris, ne reuertaris: Furiam enim congregientur. Multorum sanè opinio est, apud gentes, Pythagoram primum animorum immortalitatē ostendisse: nec aliud

metem-

metempsychosi & palingenesis significasse existimatur, hoc est, cum in noua corpora animas ingredi & regenerari diceret. Monebat igitur Pythagoras hac sententia, non desiderandam post mortem hanc ipsam vitam, ut Hieronymus & plerique exponunt. At Plutarchus, in eo qui est de Educandis liberis: Cum moriendum est, inquit, & vitæ terminum in proximo esse videamus, facile id & æquo animo ferre debemus. Consona scribit his Rheuclin: Hoc symbolo, inquit, non tantum trepidare mortem prohibet, verum etiam quicquid in fatis est, quantuncumque terreat. hi namque sunt termini definiti & determinati, quos transire non poteris. Frustra igitur times, quod reflectere aut vitare nequeas.
 10 ab eiusmodi quippe casu nunquam resilire, fortitudinis quidē laudatæ ac egregiæ magnanimitatis est. hæc ille. Sed quæ à Suida affertur expositio, nescio quo pacto mihi magis arridet. ait enim: Cum peregrinatum est in finibus, non retroflectendum: vel, quod idem ferè est apud Diogenem, in finibus peregrinanti non redeundum: hoc est, non in concupiscentiis & desideriis, mutata iam vitæ ratione, viuendum esse, neque his agendum voluptatibus, nec illecebris, quibus antea, & propterea quidam Symbolum ita enunciant: Qua via iueris, ne redito. id quod & nostra lege prohibemur, cum & nouum hominem induere iubemur, nec ad aratrum respicere. Sed & Deus per Moscm, per eandem viam non reuertendum, Hebræis præcipit: idem & prophetæ ad Hieroboam missõ,
 20 ut Iosephus, & Regnorum libri testantur.

Per viam publicam ne vadas.

PER viam publicam ne ito. hoc est Græcè, *λεωφόρος μὴ βαδίζεις*. Sic verò Olympiodorus enunciat, *φθίγγει τὰς λεωφόρους*, hoc est, fugiendas vias publicas. Diuus quidem Hieronymus, viam populo vsitatam & communem interpretatur. Idem, ad Irænzæum D. Ambrosius: idemque vterque ex libris Hebræorum desumptum affirmant, multorumque & vulgi errores nos sequi non debere interpretantur. Idem dicit Philon Alexandrinus. Sed & Origenes eodem ferè sensu euangelicum illud exponit, spaciosam & latam viam declinandam. At verò
 30 Iamblichus per latas publicas vias incedendum non esse, eodem sensu protulit. alij, prostritas ac populares vias non affectandas: hoc est, *λεωφόρος ἰσθμὸς μὴ τυχεῖς*, nosque monitos aiunt, ne multitudinis ac vulgi sententiis rumoribusque adhærere debeamus. Idem ferè Athenæus & Olympiodorus. Ficinus symbolum ipse sic enunciat: Populares vias fuge, per diuerticula vadito. Politianus: Regiam viam declinato, per semitas ingreditor. Idem Erasmus, qui & sententiæ Euangelicæ conuenire ostendit, cuius modò meminimus. Sedenim vnanimi ferè consensu sacri nostri interpretes angustam viam exponunt, angustæ vitæ regulam, qua viuendo ad normam dirigimur: cuiusmodi sunt cœnobitæ, & solitariam in communi vitam sectantes monachi. Sunt & qui hoc ipsum per Ypsilon literam à philosopho designatum fuisse volunt, qua de litera & multa &
 40 sæpe audiuisti: atque ideo nunc ego tibi parcius. Sed & ad symbolum deduci illa sententia potest, Ne in gentium viam abieritis: hoc est, gentium errores declinetis. Illud præterea te meminisse velim, apud Laertium hoc ipsum symbolum ita enunciari, Extra publicam viam ne ito: hoc est, *ἐκ τῶν λεωφόρων μὴ βαδίζειν*, quod & ab Erasmo etiam probatur. Ego verò an Pythagoricum sit, nescio: quare iam satis, ne & ego popularem viam ingredi videar.

Ignem gladio ne scalpas.

IGNEM gladio ne scalpito: hoc est, *πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλίσαι*. D. Hieronymus, Ignis gladio non ferendus. Politianus verò, quod puto aliquando legerat
 50 *πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν*, Ignem ferro ne fodicato, transtulit. Aliqui eum secuti, ignem ferro ne fodices. Exponitur quidem, potentiorum iram, ac superborum non commouendam. Quidam malitiam & impotentiam: quo modo ex nostris quidam apud Iezekielem. Cyrillus verò, & Plutarchus, & Laertius, & cum

his Athenæus, furentem hominem & iracundum asperis verbis non irritandum interpretantur. Ignis enim (vt inquit Athenæus) ira est, gladius lis est & contentio: & flamma, vt ait Laerius Diogenes, quo magis exagritatur, hoc magis atque magis inualefcit. Diuus quoque Clemens libro ἀσχυαίων sexto, ignem pro iracundiā & furore fumere videtur, cum ait: Puto quòd satis dignas habeatis iracundiæ causas, ex quibus iustissimus ignis iste coalescat. Pythagoram secutus credo Plato, ignem igni non addendum esse dicebat hoc est, πῦρ ὡδὶ πῦρ, Basiliius tamen, idemq; Plato, symbolum vsurpare videntur, de ijs qui aliquid frustra moliantur, vt notauit Erasmus sunt & qui ab antiquo genere ludi deductum putent, quo ignis gladio cæditur, vel (vt alij dicunt) diuiditur. Id enim quod apud Basilium legitur, ἀπὸ χειρῶν εἰς πῦρ ζαίνοντο, ignem cædentes inscietenter & sine arte: Leonardus vertit, verè ignem diuidentes, ἀλλοθῶς videlicet, non ἀπὸ χειρῶν apud Basilium legens. Sanè Porphyrius, Ignem symbolum esse diuinæ naturæ, scriptum reliquit: & propterea in templis ait asseruari, capitaléque fuisse, si sacerdotes ignem ipsum extingui permisissent: quo pacto apud Romanos virgines Vestales, & apud Persas. qua de re & alij, & Clemens non parum multa. Et ideo symbolum ita quoque interpretari possumus, diuinam naturam, hoc est Deum ipsum immortalem, non gladio impetendum, hoc est linguæ acumine, & maledicentiâ, quæ vtique expositio si non vera, at certè & pia, & speciosa. Verùm & hoc non te lateat, hoc vnum ex ijs symbolis esse, quæ Andocyde Pythagorico à Græcis scriptoribus, non Pythagoræ ipsi adscribuntur: veluti etiam hoc quod statim subiungemus. 20

Animalia vnguicuruia non nutrienda.

ANimalia vnguicuruia ne nutrito. hoc est græcè, γαμψώνυχα μὴ τρέφειν. Theodorus Gaza, & eum secuti alij, vncunguia γαμψώνυχα interpretati sunt. vtrumque, & hoc & illud, nouum: sed bellè, vt videtur, expressum. Monemur verò hoc symbolo, vt rapaces homines fugiamus, néue inter familiares & domesticos habeamus: quoniam rapiendi deliderio, insatiabilique auiditate omnia confundunt, & conturbant. id quod præcipuè in Principum & potentiorum aulis est videre, in quibus ferè huiusmodi rei familiaris magistri præficiuntur de industria, qui aliquid amplius corradere & conseruare dominis ostentant, vt eo amplius ipsi rapiant & furentur. Vnguicuruia igitur non nutrienda, nec domi habenda. Nunc quoque huiuscemodi hominum genus, si non potius ex Harpyiarum stirpe, recuruis esse vnguibus, in quotidiano sermone dicere solemus. Fuit etiam Hebræis religio, vesci ijs auibus vncunguibus. nam & tales antiqui effingebant, rapax auium genus, Harpyias, vt scribit Seruius. 30

Angustum annulum non ferendum.

Angustum arcumque annulum ne gestato. Quod græce scribitur, μὴ φορεῖν ἄστυ δακτύλιον: hoc est, Ne feras arcum annulum. A diuo Hieronymo exponitur, non debere quenquam anxie viuere, nec semet in seruitutem conijcere: tum nec sese in eiusmodi vitæ instituto implicare, vnde mox se nequeat, cum libuerit, explicare, & eximere. Idem & Plurarchus. Flamines etiam Diales apud Romanos ea ratione utebantur peruio & casto annulo. 40

Dei figuram in annulo ne insculpas.

NE Dei imaginem in annulo insculpito. At si græcorum auctorum fidem sequi volumus, & Iamblichii in primis, ita est pronuncianum, οὐ δακτύλιῳ εἰκόνα θεῶν μὴ ποιεῖν, hoc est, in annulo Dei imaginem nec circumfero, ea scilicet ratione, ne polluat. Marcellius sic transtulit, Dei figuram ne annulo insculpas. Deorum imagines, inquit Cyrillus, in annulis ne feras: hoc est, sententiâ & sermonem de Deis ne facile manifestes, & diuulges. Idem ferè existimauit Erasmus: ait enim, ne passim Dei memoriâ misceamus. Sed Rhodiginus Cœlius sic interpretatur, Non esse animam, quæ imago Dei est, merendam 50

dám in corpus, quo planè, vti annulus gemma, animæ vis contineri videtur, nec mancipandam. Non ab hoc multum diuersa Rheuclín. Sed mea quidem sententia (quid enim prohibet, & nos nostri aliquid afferre?) Symbolum nos monet, ne in delicijs & proapatulo Dei effigiem ac memoriam habeamus. Nam non temerè & vulgo Dei nomen pronounciandum Hebræis, nobisq; opertanea enim & arcana esse oportet diuina mysteria.

A fabis abstinendum.

A Fabis abstineto: quod græcè est, *κνάμων ἀπίχεται*. A fabis verò non tantum homines vt abstinerent, præcepit Pythagoras, sed & bouem quoque: cui cum in aurem locutus esset, à fabulo perpetuò abstinuisset, pluribus Iamblichus prodidit, & paucis in Lamia repetit Politianus. Quare autem à fabis abstinendum monuerit, tametsi abditum occultumq; profanis ipse esse voluerit, adeò vt Timycha Pythagorica, cum eam Dionysius cogeret id mysterium reuelare, ipsa arcanum ne proderet, mordicus sibi linguam præcidens, in faciem tyranni expuisse dicitur, quod idem scribit Iamblichus, & Olympiodorus his fere verbis in Plat. Phædone: Mulier, inquit, Pythagorica coacta enunciare, cur fabam non comesset, dixit, *φάγοιμι αὐτὴν, ἢ ἐπιποιμὴ ἀλσ.* rursus coacta vt comesset, ait, *ἢ ποίμι αὐτὴν, ἢ φάβοιμι αὐτὴν.* & demum linguam sibi abscidit, instrumentum scilicet & loquendi & gustandi: tametsi abditum est (inquam) fabæ mysterium, varias tamen hac de re, quas apud auctores reperi opiniones, tibi hoc loco breuiter recensere placuit. Quidam enim nimis ineptè existimant, ne simul breuia & minuta quæ in fabis inueniuntur animalia, Mydas scilicet appellata, deuorentur. Ineptius quidam, & fabas ipsas animalia esse dixerunt. Simeon Antiochenus, de fabæ natura & proprietate pleraque scribit, in eo libro quem de cibariorum facultate ad Imperatorem Michaelem Byzantium scripsit, inter quæ hæc, vt à me interpretata sunt: Ferunt autem, inquit, fabas propterea quòd malum succum habent, insomniã turbulenta facere, & adducere, hancq; ob causam Pythagoreos ab ijs abstinuisset. Alias insuper multas & diuersas causas afferunt harum abstinentiæ, de quibus nunc non dicendi tempus. hæc ille. Sed quod de faba Simeon, idem & Plinius in nat. historia, & Suidas asserunt; & Heron in secundo Rei rusticæ libro ex Geoponicis Didymi, vt videtur. Adiungit idem Heron, quod in earum flore auspiciũ quoddam lugubre inueniatur. Hunc Heronem secutus est Constantinus Imper. seu quisquis ille fuit, qui totidem quot Heron libris, hoc est de tota re rustica scripsit apud Græcos: qui & illud quoque prodidit, Amphiaraum primum à fabis abstinuisset, ob vaticiniã per somnia. Circumferuntur & Orpheĩ versus, quos latine ita nos vertimus:

*O miseri à fabulo miseri subducite dexteras,
Esse fabas, simile ac caput absumpsisse parentum.* Græci hi sunt:
*ἄλλοι πάνδελοι κνάμων ἀπὸ χειρῶν; ἐχέει,
ἢ Ἴδου δὲ κνάμων φαγίφι, κεφαλαίς τε ποικίαις.*

Gellius tamen in Att. noctibus, hunc priorem Empedoclis versum, non Orpheĩ nomine citat. Origenes in eo quem ipse *θελοφρεμίων* inscripsit, Zaretan aut Chaldæum has afferre causas, cur à fabis esset abstinendum: Omnium, ait, quæ in terra consistunt, comparationem quandam & principium faba habere videtur. Coniecturamq; hanc ille afferebat, quod si macerata ad solem per aliquod temporis spacium dimittatur, seminis humani odorem contrahere. Clarius etiam hoc profert exemplum, quod ea florète, vnà cum flore in olla circumlita si cõcludatur, humiq; obruatur, & post aliquot dies effodiatur, pudendi muliebris effigiem habere reperietur, & mox etiam puerilis capitis. Hæc ego quidẽ breuibus, quæ pluribus ille recensuit. Lucianus quoque miranda in eo dialogo scribit, cui *βίωσι πικρίας* est inscriptio: vbi illud præcipue, quod si viridem fabam

folliculo exuas, apparere virilibus genitalibus similem: coctam autem si nocturno tempore ad Lunam certo spatio dimiseris, sanguini per similem fieri. Idem ferè his verbis Acron: A faba, inquit, Pythagoras abstinuit, quòd viridis in pyxide area seruata, vertitur in sanguinem. Plutarchus verò in eo qui est de Educandis liberis, abstinendum interpretatur à suffragiis, quæ per bicolores fabas ut plurimum feruntur: id quod & Athenienses in primis fecisse in principibus & magistratibus sortiendis, testis est in eodem quem supra diximus loco Lucianus. Vnde & *κναμοτρῶξ* apud Græcos prouerbij vice dicitur, in eum qui inde victitat, hoc est, in dandis præstandisque suffragiis: quasi latine dicas, fabæ rosor. Hinc fortassis & illud emanauit, quod in Aenigmatibus retulimus, 10
Ne allium, néve fabam edas: etsi Suidas interpretatur, quòd iudices ne dormitent, illas esse soleant. Scribit Plutarchus in Quæstionibus, legumina inflare, atque præcipuè fabulum: ideòque Venerem stimulare: & ea ratione Pythagoricos ab his abstinere. Idem M. Cicero tradit in libris de Diuinatione: Ex quo, inquit, etiam Pythagoreis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quæ res habet inflammationem magnam. Is enim cibus tranquillitatem mentis querentibus, constat esse cõtrarius. hæc quidem M. Cicero. Scribit Pausanias, quòd Pheneatæ Arcadiæ populî, fabam ideò immundam & impurâ existimant, quòd cum illic Proserpinam querens dea Ceres diuertisset, omnibus qui eam hospitio suscepissent, legumina præbuit, præter fabas, quo argumento eam impuram esse 20 cognouere: atque iccirco eam Pythagoras prohibuit. & fortassis eadem ratione Orpheus, dum terræ hymnum concinuit, cui thymiana ex omni seminum genere adhibet, excipit fabam. Gellius tamen ex Aristoxeni sententia, *κνάμους*, fabas non significare voluisse Pythagoram docet, quippe qui fabis vesci vsus fuerit: sed testiculos, idque etiam carmine Empedoclis significari tradit. Videtur, inquit, de cyamo nõ elitato causam erroris fuisse, quia in Empedoclis carmine, qui disciplinas Pythagoræ sectatus est, versus hic inuenitur,

δφλοι πάνδελοι κνάμων ἄρ χειρας ἔχραθ. (quem ita vertit Gaza,

ah miseri, à cyamo miseri subducite dextras.)

Opinati enim sunt plerique, *κνάμων* vulgo legumentum dici: sed qui diligentius 30 scitiúsque carmina Empedoclis arbitrati sunt, *κνάμους* hoc loco testiculos significare dicunt, eosque more Pythagoræ *κνάμους* appellatos, quia sint *εἰς δ' κύνων δφλοι, ἢ αἰπὸι τὸ κύνων*, hoc est, in ferendo vtero validi, causæque vteri ferendi, & genituræ humanæ vim præbeant. Iccirco Empedoclem versus isto non à fabulo edendo, sed rei venereæ profluuio voluisse hominem deducere. Hactenus Gellius. Aristoteles verò in libro de Fabis, ut est à Diogene Laertio relatum, ab his ideò abstineri mandasse ait, quòd eæ pudendis sint similes, vel inferiorum portis. vnum enim hoc legumen est, genituræ expers: vel quòd corruptat, vel quòd sit vniuersi naturæ simile: vel quòd ad paucorum dominatum, quam *ὀλιγαρχίαν* Græci vocant, pertinet, quæ plerunque fabis sortitionem faciat. Marcellus Vergilius no 40 stra ætate *κνάμους* oua interpretatus est, cyamónque quali *κύνισις*, id est foeturam & conceptum animalis intelligere maluit: ac si per ipsas fabulas philosophus nõ minus ab animalis principio seminéque abstinendum iubeat, quàm ab absoluto iam & perfecto animalí. Macrobius quoque, ouum ait mundi symbolum esse, vnde & ab initiatis Libero patri colebatur. Sed hæc fortasse nimis longè repetita videntur: iccirco ad alia transeo. Quidam sunt qui tradunt, Pythagoram ideò fabis abstinuisset, quod in ipsius fabæ flore lugubres reperiantur literæ. Existimant præterea Magi, mortuorum animas fabis inesse, quibus dum parentamus, fabas ipsas comesse moris sit. Quare, ut puto, hoc etiam nunc tempore, in defunctorum celebri die fabas passim & esitamus ipsi, & alijs impendimus. Alij 50 fabas esitare interpretantur, ut dixi, quæstum ex suffragiis facere, & muneribus capi: id quod scribit, præter supradictos citatos, is qui ex Gregor. Nazianzeno historias græcè collegit. idē & Suidas. Theon apud Plutarchum, Aegyptios ait

ait in tantum fabas venerari, vt eas nunquam ferant, neque comedant, nec etiam fas sit aspicere: idē quoq; scribit Herodotus. Ab Aegyptijs igitur, vt etiā à principio diximus, multa Pythagoras accepit, quod & Plutarchus & Iamblichus & alij prodiderunt. Fabæ quoq; segetem ne pedibus calcaret Pythagoras, cum inimici eum insequerentur, deprehensus, occisus est: vel vt alij tradunt, incendio vnà cum discipulis consumptus est.

A piscibus abstinendum.

Pisces ne gustato: hoc est, ἰχθύων μὴ γάλαξ. Variæ verò & huius symboli interpretationes à Plutarcho afferuntur. Quidam enim, inquit, in silentium
 10 & taciturnitatem referunt, quam (vt diximus) ἔχεν υἱὸς αὐτοῦ ille vocabat, quòd inter animalia pisces sint sine voce, vt & in prouerbium res deducta sit, magis quàm piscis mutus: quam opinionem Athenæus in septimo approbauit, illud subiungens, silentium rem esse diuinam. Alij dicunt, ideo quod nihil magis naturæ humanæ sit hostile & inimicum, quàm mare. atque Osiriden maximum Aegyptiorum Deum in mare deiectum perijisse. qua causa factum est, vt qui in eo nascuntur piscibus, Aegyptijs sit nefas vesci: qui & nautas eadem ratione alloqui indignantur. Sunt qui ea ratione Pythagoram scribant, prohibuisse piscium escam, quòd ipse ex exijs quæ deis sacrificata essent, vesci esset solitus: quæ hierothyta græcè dicuntur. Neque enim de piscibus rem sacram faciebant antiqui. De Aegyptijs vtique intelligendum: nam & apud antiquas gentes de thynno & de anguilla rem sacram faciebant: quod pluribus ostendit Athenæus in septimo, & apud Persium Flaccum Cornutus grammaticus, quem Probi nomine quidam citāt. Persius enim ita ait, Cauda natat thynni. Sed & M. Varro libro tertio Rei rusticæ, de certis piscibus rem sacram fieri apud Lydios scribit. Sed & hoc ab Aegyptijs deductum ipse crediderim. nam vt est apud Herodotum, ipsi piscibus abstinēbant: qua ratione quoque, cum nefas inquinamentumquē ijdem significare volunt, piscem pingunt, quòd pisces mutua carne vescantur, & inter se esca sint, vt Horus Aegyptius scribit: quod tamen & ad Osiridis fabulam referri potest. Sanè præter Aegyptios, & Syros etiam piscibus ab-
 30 stinuisse legimus. Vnde apud eos Atergatis dea colebatur, quæ interpretatur sine pisce: quippe Syrorum lingua Ater priuatiua est dictio, & Gatis piscem significat. Athenæus libro octauo deam hanc appellatam scribit ex sententia Antipatri Tarsensis Stoici, & Mnaseæ, à Regina quapiam sic vocata, cuius & historiam pluribus colligit, quam cōmodius in Deorum cognominibus referemus. de hac quoq; dea plura & Strabo, nec semel. Sed quod Syri abstinerēt piscibus, apud Hyginum & alios in fabulam relatum videmus. Porro Pythagoram, scribit Plutarchus, à piscatorum retium iactum emisse, vt quicquid piscium eo iactu caperetur, statim emitteret: quod & fecit. Idem & auium aucupes, hoc est ὀρνίθων ἀρπακτῆς detestabatur. Sed, vt ad rem redeam, symbolo ea interpretatio
 40 magis conuenire apud Plutarchum existimatur, quæ est, quod piscis animal sit eius naturæ, vt nullo modo hominem lædat, eique nihil officiat: iccirco impium esse, piscem lædere. tum & illud subiungitur, quòd non ad saturitatem eduntur, sed ad luxum & gulæ irritamenta. Multa hoc loco mitto, quæ, vt hoc astruat, Plutarchus in Conuiualibus affert. Sed & Homerus videtur abstinentiam piscium asserere, quòd nusquam suo carmine piscium esum ostenderit: quod idem Plutarchus scribit. Meleager tamen Gadadeus in χάρεισι tradit, Homerum, cum Syrus esset genere, iuxta patrium morem fecisse, vt antiqui illi Heroes piscibus abstinērent. Ceterum Pythagoras, & ea quoque ratione potuit piscium conuiuia interdicare, quòd ab Hebræis didicisset pisces ignobilissima
 10 esse animalia. Nam vt est à Philone in mundi constitutione traditum, primi inter cætera animalia pisces creati sunt, quòd illorum videlicet sit anima ignobilissima, vt hominis est acutissima. Animarum, inquit, aliqua quidē est tardissima, & minus expressa, quæ pisciū generi obuenit: aliqua verò acutissima, quæ hominis est:

est: quæ autem ambarum est intermedia, terrestribus & volucribus data est. Magis enim hæc sensilis, quàm in piscibus: hebetior verò, quàm quæ in hominibus. Qamohrem, inquit, inter animantes Deus pisces primos condidit, magis corporis substantiæ, quàm animæ participes, & quodammodo animalia & non animalia, mobilia inanima; atque ad ipsam solam corporis conseruationem Deus illis indidit spiritum animale, ceu (vt dicitur) sal carnibus inspergitur, ne facile putrescant. Non omni tamen piscium genere Hebræi abstinuerunt: quippe qui tantum ijs vesci prohibiti sunt, vt est apud Mosem, qui pinulis & squammis carent. Super quare nostri theologi, & in primis Cyrillus Alexandrinus in nono libro contra Iulianum Cæsarem.

Melanuros ne gustes.

Melanuros ne gustato, quod sic græcè scribitur, *μη γούεωζ μελανέρου*. Marcellus Ficinus, vt reor, quòd illum fugeret Melanuros ex piscium genere esse, sic vertit: Ab eo quod nigram caudam habet, abstinere: terrestrium enim Deorum est. Secutus videtur Marsilius Guarinum, qui in eo Plutarchi, qui est *πρόδι πούδων ἀγρυγής* inscriptus, ita transtulit: qui nigrantes caudas habent, gustari non oportere. Guarinum & Marsilium est Erasmus in Prouerbijs æmulatus, & Rheucelinus. Symbolum verò sic Plutarchus explicat, Pythagoram eo monere voluisse auditores suos, ne cum improbis commercium haberent. quare & Antiphanes poeta, suo ænigmate, vt diximus, à melanuro & mugile cauendum suasilit: 20 & nostri quoque scriptores, malos & improbos nigros & atros vocant. vt illud Catulli, *Albus an ater*. & Horatius: *Hic niger est, hunc tu Romane caueo*. Tryphon grammaticus, & alij, symbolum, à falsis sermonibus & mendacibus cauendum esse, interpretati sunt. nam mendacium extremis partibus obscuratur & nigrescit. Quidam pessimè ad sepiam referunt, quoniam & sepiam ipsam Melanuron vocatam, perperam autumant: quos inter Laertij est interpretas. Suidas certè, alijque nonnulli, Melanurum piscis genus esse aiunt, à quo abstinendum quidem, voluisse Pythagoram: sed secretiore, occultiorèque, eo quem supra diximus, sensu. Melanurum apud Aristotelem Theodorus oculatam vertere visus est, cum tamen Plinius oculatam à melanuro diuersam; 30 manifestè faciat. Melanurum verò valde timidum piscem esse, & prudentem, Aelianus tradit. Sed naturas hoc loco piscium complecti, nostri non est instituti. Melanuri meminere Artemidorus in secundo Onirocriticon, & apud Athenæum græci quidam poetæ, & præcipue Aumenius in Halieutico, & Icesius in libro de Piscib. sed apud Latinos meminuit Columella libro 9. & Ennius illo carmine,

Melanurum, turdum, merulamq̄, vmbraamq̄ marinam.

In quo primus pes est anapæstus. Extat & prouerbium apud Græcos, Sequitur perca melanurum, cuius meminuit Athenæus. quo loco in sepiam impexit Erasmus. Alia insuper multa à Pythagoricis mandi sunt vetita, quæ tamen ferè 40 inter symbola reponuntur: vt illud est,

Non edendus erythinus.

NE erythinum edito: hoc est, *μη ἐρυθινον ἐσθίειν*. Cum verò erythinus piscis genus sit, coloris rubri, nos à sanguine & vindicta abstinere monet Pythagoras, imitatus Hebræos, quibus ideo præceptum est ne sanguine vescantur: quod planius infra ostendemus. Qui piscium naturas scripserunt, Erythinum cum R litera hunc piscem appellauerunt, vt Speusippus & Dorion, quibus adstipulatur Artemidorus Daldianus, & Athenæus, & Suidas. Clitarchus quoque Erythinum ait à Cyrenæis Dycen vocari, Zenodotus Hycam. Plinius in hoc genere piscis marem non esse ait. de Erythri- 50 ne canit Oppianus. Theodorus Gaza Erythinum apud Aristotelem, rubeculam interpretatus est: Rubellionē, Hermolaus Barbarus: & Erythinum, nō Erythrinum

num vocat, aliumq; esse ostendit ab Eritmo. Quibus omnibus de rebus mirum videri potest, quo pacto & hic Ficinus in errorem impegerit, qui symbolum trāstulit, Rubrum aliquid ne suscipias. Nam licem Erythrinus rubrū significet, non ideo tamen piscis ipse ruber vocatur.

A' scaro præterea pisce Pythagoras abstinendum præcepit, quod *τρυνφάγῳ*, id est, vorator vuæ sit, cuius duæ species traduntur, Oniæ & Aeoli cognominatæ.

Item, à mugilibus, & labrace, id est lupo abstinerebat: quod sint, vt græci dicunt, *ωσφμυλάτοι*, hoc est seminum leguli; & cætera, quæ Plutarchus in octauo Sympo-
10 siacôn enumerat. Est & prouerbium græcum, *λωβίαι μιλήσιῳ*, in auidum & stolidum.

Vrticam quoque marinam non edendam (piscis id genus) præcipiebat, quæ *ἄκρ λύφη* græcè dicitur, quod ea Veneris stimulos afferre dicitur. alij, quod Hecate sacra sit, vt tragla quoq; de qua protinus agemus. Sed cuiusmodi vrticæ mari-
15 riæ forma & natura sit, planè Aristoteles in quinto de Historia animalium, & Aristotele plura ex varijs scriptorib. In secundo Athenæus, qui & eam alio nomine *κινιδας* vocari ait, eiusq; duo esse genera. Diphilus verò Siphnius medicus, hanc vrticam ventri & stomacho, & vrinæ ciendę vtilem esse prodidit: quodq; si attin-
gatur, pruritus commoueat, vt etiam eius nominis herba.

20 Sed & à trigla abstinendum monebat. Est autem trigla, quam latini mulum appellant, nunc vulgo Romæ græcum seruat nomen: sic appellata, teste Aristotele, quod in anno ter pariat. Id quod & Aristophanes in Aristotelis commen-
tarijs, & Artemidorus in secundo Onirocriticon comprobant. Ideo autem ab ea Pythagoras abstinuit, quod ea deę Hecatæ sacra putaretur, quæ & triformis, & triodites, hoc est triuia, & *τρίγλω*, hoc est (vt sic dicam) triocula cognomi-
nata est. Quare verò Hecatę sit sacra, in septimo scribit Athenæus. Fuit & Athenis locus Trigla nuncupatus, vbi & simulachrum fuit Hecatæ Triglanthinae. At Hegesander Delphus, triglam ait in sacris Dianæ præferri, quod scilicet ve-
30 netur triga lepores marinos hominibus noxios: atque ideo venatrici deæ venatorem piscem apponi. Sanè nec te id fugiat volo, quod sicut est à latinis mulus barbatus appellatus, ita & à græcis *τρίγλη γυνεῖας*, à barba videlicet cogno-
minata est. vt Sophron ostendit. Quidam præterea ea causa Pythagoram tradunt trigla abstinuiffe, quod per eam ternionis numeri mysterium coleret: eum
quando numerum in sacris adhibendum putauit, vt alibi ex Aristotele & Ausonio & Eusebio ostendimus. Iamblichus tamen, Pythagoram ait Apollini ex
ternario numero sacrificasse, propter (vt ait) tripodem, veneri autem ex senario. Scribit Theon Smyrnæus Platonicus, ternarium numerum in libaminibus ea
causa adhiberi solere, quod primus ipse inter numeros dicitur omnia esse. in nu-
40 meris enim eo minoribus, non omnes dicimus, sed vnum vel ambos, de tribus
verò omnes. Sed hæc non huius loci.

Vulvam quoque non edendam, Pythagoras dicebat, quod ea esset generandi sedes: & perinde etiam coitum & venerem fugiendam monebat. Hierocles quidem philosophus ita exponit: Si, inquit, simpliciter præceptum consideres,
à re quidem minima terrena nos abstinere præcipit Pythagoras: si verò ad profan-
50 ditatem intellectus, totius rei venereę doceris abstinentiã: & vt in cibo ea abstinemus, ita in purificatione corporis, id quod per eam intelligimus, exer-
cebimus. Atque hæc quidem ferè Hierocles. meminit & hac de re Plutarchus, Aristoteles & Gellius.

Abstinuiffe & à *θνησιμαίοις*, id est, si latinè recte dicitur, à morticinis animalib.
50 hoc est, ab ijs quæ per se mortua sunt: & hoc plane ab Hebræis desumpsit, vt facile ex libris Moïsis cognoscitur, ex quibus & immundos ac impuros esse illos colligimus, qui ea attigerint, nedum comederint. At verò melle & fauo plerunq; vesci solitum accepimus, quod hæc scilicet sine hominum labore parètur,
& quasi

& quasi cœlestis sit cibus: & propterea etiam in sacris libris, pro cœlestibus delicijs nonnunquam sumi videmus, id quod & pluribus ab antiquis theologis proditum est.

Milio quoque & pane vescabatur Pythagoras, vino verò penitus abstinuit: idque ut etiam facerent discipuli, identidem monebat, οἶνον μὲν ἡμῶν μὴ γίνεσθαι, hoc est, Vinum interdiu ne gustate.

Cocctis autem oleribus, & in primis lactucis, quæ Eunuchi (ut Pythagoricus Ibycus ait) ea causa dictæ sunt, quòd venerem listant, libentius vescabatur. Atriplicis duo sunt genera, sylvestre & satium: satium verò Pythagoram culpasse legimus, quòd difficillimè coquatur: quo fit, ut in hortis minus iuxta ipsum quicquam nisi languidum ac imbecille nascatur. Longa est inter nostrorum temporum scriptores disputatio, an Spinachia dicta, eius sint generis. Quidam omnino negant, quidam nescio quo modo recipiunt: sed certè quæ Atraphaces, & chrysolachana dicuntur, sunt quæ nostrate vulgus Trepese, hoc est Atriplex vocat. Sed hæc nos hoc tempore non disquirimus. De Pythagoricorum verò parimonia, non parùm multa ab Iamblichò in libris de secta Pythagoræ, & ab Athenæo ex diuersis scriptoribus collecta, in secundo Diapnosophilon legimus, quibus satyricorum iocos facilius poteris assequi de epulis & prandijs Pythagoreorum. Verumenimvero, non omnia quæ præcepta erant, Pythagoricos vitauisse, ab initio ex Plutarcho diximus. quare cætera exequamur.

Cor non edendum.

NE cor edito: μή ἐσθ' ἴψιν τὴν καρδίαν, Quod symbolum sic exponitur, nō animum angoribus cruciandum, nec doloribus subinde affligendum. Et ut D. Cyrillus ait, Ne cor edas: hoc est, ne te ipsum conficias curis. Homerus de Bellerophonte, ut Cicero vertit:

Ipse suum cor edens campis errabat Aleis.

Et Phocylides, apud ignem sedentem cor frustra non minuendum, præcepit hoc versu:

μὴ ὅμα τὸν ἰδίον πῦρ καίσεις μνήθης ἄλλον ἦτορ.

& quidem rectè. Nam præterquam quòd infirmā valetudinem, & corpori aduersam inuehit, nec cogitationum quoque studijs liberum permittit esse animum. Non est igitur cor edendum, si simul & sapere, & valere cupimus. Sunt qui ideo symbolum à philosopho institutum velint, quòd cordis caro suapte natura cœmefa difficiliter concoquitur. Quid si pro mente cor posuerit? quo modo apud auctores sæpe in sacris literis. ut illud, Si cor haberet: & Ex corde cogitationes malæ, & similia: ut intelligat, quæ mentis sunt, non voranda, nec abijcienda. Ad hæc supra ex Cyrillo diximus, cor supra craticulam impositum, prunis & igne supposito, apud Aegyptios significare iram furoremque. Sed quòd non edendum esset cor, Pythagoras eadem ratione cerebrum non edendum, hoc est, ut græcè dicitur, μή ἐσθ' ἴψιν ἐγκέφαλος, hoc est, Cerebrum ne mandito: quod ab alijs exponitur, obliuionem fugiendam esse. Verùm Iamblichus: Cor ideo, ait, & cerebrum, mandari non permittit Pythagoras, quòd quasi duo sint duces, & quasi gradus, sedesve viuendi & sapiendi. Illud notandum hoc loco, quod Philon scribit Alexandrinus, Deum nequaquam sibi sacra fieri præcepisse de corde, aut cerebro, quæ (ut ille ait) ante alia iure fuerant sanctificanda. sed quod Deus in sacrificijs tacitè, id expresse Philosophus in mensa vetuit.

Sal apponendus.

SAlem apponito: hoc græcè dicitur, ἢ ἄλα πῖσιν, hoc verò symbolo plerique omnes philosophum præcepisse volunt, Amicitiam dirimendam non esse. Sal enim à putrefactione omnia conseruat, & ex purissimis liquidissimisque rebus constat, aqua scilicet & mari: tamen si ex omni penè re salem chemici confieri tradunt. Sed nostros nunc auctores sequor. Huic symbolo non nihil congruit prouerbium illud, quod est, Salem & mensam ne præterito: nam
salem

fale & mensa amicitia sancitur. vnde & nostri reuerentiam mensæ, pro quadam amicitia lege dicere consuevere, vt Iuuenalis & Claudianus, & longè ante hos Euripides in Hecuba, & Theocritus in Hyla. Sanè & sal amicitia symbolum est, vnde & hospitibus ante alios cibos apposuisse antiquos legimus, quo amicitia firmitas significabatur: vel quia conseruat & perdurat sal plerarumque rerum corpora, vel quia vt ex aquis multis & fusilib. sal cogitur, & in solidum quid & vnum coalescit: ita ex diuerso conuenientes animi coniunguntur. Sunt tamen qui hoc symbolo iustitiam significari putant, de qua supra per iugum & libram Pythagoram locutum ostendimus: atque hoc quidem Diogenes ex Aristotele & Alexandro prodidit. Rheuclín pertinere existimat ad affectiones nostras: Sal, inquit, nota modestia, quoniam in cibatu hominis admittitur nec plurimus nec minimus, nam vtrumque respuitur. Salem præterea mysticè sapientiam prudentiamque significare legimus, atque ea de causa in quotidiano sermone dicere consueuimus, Omnibus in rebus sal adhibendus. Sed & faceta & mordaci quodam lepore dicta salem, & sales, nostri sæpe dixere. Quin & pro acrimonia sal sumitur, vt oleum pro mollitie. iuxta quod Aristoteles secundo Rhetoricorum ait, ὃ ἐλαίου δὲ πλείονος ἢ ὀλίγου ἄλας: hoc est, oleum oportet redimi, & salem. Et si codices quidam ἐλαίον malè, pro ἐλαίου, scriptum habent. Hoc verò loco tibi plura afferre possem, quæ sunt de conseruatione, purificatione, alijsq; salis proprietatibus, quæ à Plutarcho in Sympotiacis, & à Dioscoride & Plinio referuntur. itémque de varia salis differentia, quæ omnia breuitatis causa mitto. Verùm nequaquam illud quod à Platone scribitur, præteribo: salem diuinis rebus maximè conuenire: iccircoque ab Homero diuinus sal appellatur: id quod tamen ab Hebræis Plato accepisse videri potest, apud quos Moses omnia quæ in sacrificio offeruntur, sale condiri præcipit, cum ait, ἢ πᾶν ὄρωρον θυσιῶν ἑμαῶν ἄλι ἀλιθίον. id quod & alibi præcipit, nec semel, idem Moses. Verùm & nobis quoque in Evangelica historia, sed & alio sensu dicitur: Omnis victima salietur. Apud gentes præterea, ad placandos deos sal apponebatur. Vnde apud Latinos Ouidius in Fastis cecinit,

30 *Antè deis homines quod conciliare valeret,
Far erat, & puri lucida mica salis.*

Sed & nos ipsi Christiani in sacris Iustrationibus, & sacramentis olei & aque, alijsque simul & seorsum sale vt iubemur. Vnde mirum videri potest, Aegyptios sale abstinuisse, vt Plutarch. scribit, adeò vt & pane sale condito non vescerentur. Sanè ebrios & delirantes oleo & sale perungere solebant antiqui, quod in Nephelis Aristophanes innuit, vt eius obseruant interpretes. Vinum præterea conseruari audimus, ne iuuescat, neue acescat, si in eo sal indatur. Sed de sale satis.

40 *Panis non frangendus.*

PAnem ne frangito. Hoc græcè dicitur, ἄρτον μὴ κοίτα γινώδας. Quidam sic interpretati sunt, quòd non sit hominis vita distrahenda, & consumenda, ea scilicet ratione, quòd panis sit vitæ humanæ subsidium: iuxta illud Dominici oraculi, ἄρτον ἠδὲ ζωὴν, quod Latini quotidianum panem quàm substantialem vertè maluerunt. Alijs placuit ita interpretari, vt eo ad concordiam communionemque conseruandam inducamur, nam vt ex multis granis vnus panis conficitur, vnde est homini nutrimentum: sic ex multorum voluntate & consensu communio & concordia conflatur: quibus ita paruæ res crescunt, vt contrà maximè dilabuntur. Sic verò alij exponunt: Quo pacto ex pane victus constat humanus, ita ex concordia amicitia & pax. Sumptum videri potest, vt Iamblichus & Diogenes tradunt, quòd ad panem veteres amici in vnum coibant, quemadmodum etiam nūc Barbari, ait Laertius: quo loco videtur Christianos significare, qui ad vnum sacrum & cœlestem panem in primitiua ecclesia con-

ueniebant. Et quo scripsit tempore Laertius & Iamblichus, frequentius Christiani, quàm nunc, plurimorum frigescentibus animis, ad *ὑπερστίαις* sacratissimū CHRISTI panem conueniebant: vel certè eo loco Laertius Christianorum antiqua illa conuiuia insinuat, quæ à dilectione & charitate græco *ἀγάπης* nomine (teste Tertulliano) vocabantur. Scribit tamen Qu. Curtius, cum Alexander Macedo Roxanis amore captus, eam vxorem duceret, eum in medio cupiditatis ardore iussisse afferri patrio more panem, quod erat apud Macedones sanctissimum coeuntium pignus, quem panem diuisum gladio vterque libabat. Credo, inquit Curtius, eos qui gentis mores condiderunt, parco & parabili victu ostendere voluisse iungentibus opes, quantulo contenti esse deberent. Sed vt ad symbolum redeam, Non comminuendus & frangendus panis, id est, pax & commu-
 10 nio, ex quibus ocium & vitæ tranquillitas populis præstatur. At quàm parua ex causa, ne momento dicam, hoc nostro tempore, non à populo & plebe modo, sed à Regibus, & ipsis Pontificibus, panis frangitur, & in frustra & micæ con-
 20 scinditur, diuellitur: cum eorum vna ea potius cura studiūq; esse deberet, vt panis nusquam frangeretur: id quod cum alias, tum nuper quoque vidimus, cum ea causa totus penè Christianus orbis discordiarum & bellorum turbinibus agitaretur: quibus de rebus quotidie cōmunis hostis aliquam ex nostris regionem suæ adiungit tyrannidi. Sed quid hæc ego, breuiore orationis filo des-
 30 cenda, attingo: cum id multo me eloquentiores viri, elegantissimis orationibus frustra & sæpe officium præstiterint. Sed vide quàm ab huiusmodi Pythagorica superstitione nostra sit religio & pietas aliena, quæ in fractione panis maximè cō-
 sistit, id etiam Luca attestante: Perseuerantes, inquit, erant discipuli in fractione panis, hoc est, in communionē. Sanè Anaximander, Anaximandri filius, Milesius Iunior, historicus, qui per tempora Artaxerxis cognominati Amymonos scripsit symbolorum Pythagoricorum interpretationem, de integro & solido pane non comedendum, symbolum pronuntiabat: hoc est, *ἀπὸ ἰσοκλήρου ἀρτύματι ἐσθ' ἴδμεν*: quod nobiscum, id est Christianis ferè conuenire videtur. Sed & apud Plu-
 40 tarchum in Symposiacis, Lucius Tyrrhenus eos Pythagoricos reprehendit, qui in amicorum sociorūq; cœnis panem non frangebant.

Cibum ne in scaphium immittas.

NE cibum in scaphium seu matellam inijcito: quod græcè sic enunciatur, *ἄπιον ἐς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν*. Est verò amis apud Græcos, vas in quo vrinam & excrementa deponuntur, qua ex causa quidam symbolum ita interpretantur, fordidos ac inhonestos homines non esse nutriendos. Sed Plutarchus, sapientem ac urbanum sermonem non immittendum esse ait in flagitiosi & scelerati hominis animum: nam nec inter suos, vt sacro docemur sermone, spargendæ sunt margaritæ. Cibum quoque interpretantur sacri scriptores, locos qui in scripturis difficultiores videntur: quod eos quasi diutius mandere oporteat, qui
 40 rectè intelligere, & penitus scrutari velit. Recte igitur monemur, ne in vas stercorearium, & sordidum, quæ animum nostrum pascunt & nutriunt, cibaria immittamus.

Gallum nutrias, ne tamen sacrifices.

GAllum nutrito quidem, ne tamen sacrificato: est enim solis & lunæ dicatus. Et hoc ab aliquibus inter symbola repositum est. Sūt qui hoc dimidiatum tantum efferant, hoc est, Gallos enutrias. Sunt quidem inter ga quæ præcepta dicenda sunt potius, quàm symbola, quanquam & symbola præcepta, vt de alijs etiam quibusdam obseruauimus. Nihil enim aliud hoc loco quidam Pythagoræ
 50 intellexisse volunt, quàm gallum ipsum. Si quis tamen altius & hoc considerare voluerit, ad reliquorum symbolorum rationem modūq; interpretari poterit, vt scilicet nos philosophus moneat, gallos nutrire, hoc est, vt patruus ma-
 gnus

gnus tuus (Pice) scribit in oratione, vt diuinam animæ nostræ partem, diuinarū rerum cognitione, quasi solido cibo & cœlesti ambrosia pascamus. Sed si tam alta negligis, exponas ab hoc diuerso modo: Gallos, id est milites ac bellatores homines; in ciuitate habendos esse, & in contubernio retinendos; non tamen rei sacræ causa. seu vrbs vigiles & custodes intelligas, quando ij per gallos significari videntur. Nam & fabulæ gallum Marti rei bellicæ & militiæ præsidii comitem ac satellitem fuisse tradunt, vt ex Luciani Gallo, in Ausonij poetæ gripho ternario pridem docui. Quod verò soli & lunæ dicatus sit, id innuit, quòd temporì hoc hominum genus inseruit, quod per solem & lunam intelligitur: 10 vel quòd nos gallus suo cantu admoneat. Alius aliam comminisci poterit expositionem, vt gloriosos & stolidos homines, nimiumq; sibi arrogantes habendos illos quidem, & non penitus eijciendos: non tamen ad sacra; id est arcana admittendos, minusque in serijs & grauioribus sermonibus & rebus habendos. Quod secus tamen hodie à plerisque regibus & principibus fieri conspiciamus. Alius amantes, & qui continuè amore depereunt, interpretari per gallum poterit: quo pacto videntur significasse Athenienses, cum Anterotis aram constituerunt, in qua pueri nudi & formosi signum inerat, in vlnis geminos sustinentis generosos gallos, & se in caput impellentes, quibus Timagoram & Meletam, seu Melitum (vtrunq; enim legimus) qui amore perierunt, significabant. Historia notissima apud Pausaniam, & Suidam: quanquam non nihil inter se euariet, 20 ille in Attica, hic in dictione Melitus. Nec te id hoc loco latere velim, quod etiam de gallo gentes rem sacram facere consueuerunt, eumq; vel in primis Aesculapio macabant: quod & Socratem testamento cauisse, apud Platonem legimus: cuius rei & Eusebius, Tertullianus & Lactantius meminere. Artemidorus quoq; in libro Onirocriticò quinto, somnium cuiusdam narrat, qui galium Aesculapio vouit, si sanus foret. Ouidius tamen in Fastis, Nocti à Romanis gallum cædi, his versibus ait,

Nocte deæ Noctis cristatus caditur ales,

Quod tepidum vigili prouocet ore diem.

30 Mercurio tamen gallum attribuit Fulgentius, ob mercatorum videlicet vigilantiam. Est & apud Plutarchum traditum, Lacedæmonios, cum hostes profugassent, gallum sacrificare solitos. Verum ne à proposito aberremus, scribunt Laertius & Suidas, gallum album non attingendum, inter symbola esse: hoc est, 40 ἀλευκρόν ἄμιον ἀπὸ λαδῆς: quòd Ioui, inquit, sacer est, & lunæ, atq; horarum nuncijs, & diei. Meminit & Plutarchus quarto Symposiacon, sed causam non affert. Vide quæso quàm superstitiose gentes ante C H R I S T I lucem degerunt. Scribit Pausanias in Lacon. Methanam urbem ad Isthmum, in qua ciues contra Africum, vineis florescentibus ac germinantibus infestum, galli pennis albis, ac niueis remedio vsos fuisse, quem gallum homines in diuersa trahentes discerpebant, per vineas discurrentes: demum in eundem locum redeuntes, vbi discerperant, gallum sepeliebant. adeò hi diuersi fuere à Pythagoræ institutis, quem tradunt gallum album adeò amasse, vt si quando videret, fratris germani loco saluaret, & apud se haberet: suis verò sectatoribus, qui ciues, id est politici dicti sunt, permisisse ait Iamblichus, vt gallum, agnum, & alia quædam paulo ante nata, præter vitulum, ritè sacrificarent. Idem ferè scribit Suidas. Sed & Laertius: Sacrificijs, inquit, utebatur Pythagoras inanims. Sunt qui dicant, gallis gallinaceis, & hædis etiam lacteolis, quos teneros dicunt, agnis autem minime. Cæterum Aristoxenus apud Gellium cuncta illum animata in cibum permisisse ait, boue aratore & arietè exceptis. Idem scribit Suidas, qui & illud ait à 50 Theoclea sorore, vel potius (vt est apud Laertium) Themistoclea, hæc placita illum sumpsisse. At verò Christiani theologi nonnulli, vt de nostris quoque non nihil afferam, per gallos concionatores & diuinos homines intelligunt, qui nobis verba salutis enunciant, quique iacentibus in tenebris & vmbra mortis lū-

cem, qui Deus est, prænunciant, & à nobis mentis nostræ veterum ac torporem suo cantu excutiunt.

Non frangendi dentes.

NE dentes frangito: hoc est, quod græcè dicitur, ὀδόντας μὴ καταγνύειν. Monuisse nos puto philosophum hoc symbolo, ne in quenquam obtrectantes maledicentésq; simus. Nam & genuinum frangere eodem penè modo Latini dixerunt scriptores, vti & apud Persium satyricum, & D. Hieronymum. Martialis etiam in obtrectatorem: Quid dentem dente iuuabit Rodere. & Horatius, dentem Theoninum pro maledico dixit in Sermonibus. Vnde & apud Vrsitenum Iobum, D. Gregorius illud exponit, Per gyrum dentium eius formido: de eo qui contra CHRISTVM futurus est Antichristus. Sed Iamblichus ea causa Pythagoram monuisse innuit. quòd dentes existimaret primam esse genituram humidæ naturæ, & nutrimentum quoddam communis & prioris, vt ait, materiæ.

Non cuiq; dexteram facile porrigendam.

NE cuique dexteram facile porrigito. hoc est græcè, μὴ εὐδίας παντὶ ἐμβάλλειν δεξιῶν. Ficinus hoc modo transtulit, Dextram ne ad omnia facile iniicias. Erasmus, vt puto, Plutarchum secutus, εὐδίας particulam non adscripsit: quod nec multi refert. Suidas, nec παντὶ. Exponitur verò symbolum hoc: Non oportere temerè, nec inconsultò cum omnibus amicitiam inire, nec in asciscendis amicis præcipitandum. Id quod etiam notissimo versiculò edocemur:

Nec citò desisto, nec temerè incipio.

Idem præcipit Plutarchus. Conuenit etiam cum ea Solonis sententia, quæ est apud Laertium: Nec citò tibi compares amicos: cum paraueris, ipse nec relinque. hoc est, vt ille græcè dixit, φίλους μὴ ταχὺ κτῶν οὐς δ' αὖ κτῆσι μὴ ἐχθροκίμαζε. Sanè porrigere & dare dexteram, prouerbij vice dicimus, suppetias auxiliùmq; ferre: Dare verò manus, victum se fateri: Manum iniicere, vim inferre: Manus addere, deridere. sed hæ Grāmaticorum figuræ sunt loquendi. Dextera insuper pro bono opere in sacris literis aliquando legitur. Dicimus & dextera & læua in auguralibus. Verùm iam satis.

Ne coronam decerpas.

Coronam ne carpito: quod Græcè dicitur, στέφανον μὴ σπρέπαθ. Rheuclius, Coronam ne carpseris: ita & Erasmus. Hoc symbolo Pythagoras monebat, vt Cyrillus & Hieronymus, alijsq; tradunt, discipulos ne vrbium ciuitatùmq; in quibus eos esse contingeret, leges decretâq; offenderent, neue violarent, sed ea custodirent, ac inuiolata seruarent: neue magistratus principesq; vrbium, qui & hodie per coronarum & diadematum insignia significantur, laessendo prouocarent. Id quod & nostri Christiani proceres suis scriptis à principio præceperunt. Tamen si hoc ipsum non obseruasse Pythagoram, cum alijs, tum Tertullianus asserat, vt qui tyrannidem affectauerit apud Crotoniatis.

In cinere ollæ vestigium confunde.

Ollæ vestigium in cinere confundito: quod græcè sic habet, χύψας ἵχου σου χεῖρ ἢ τῆ τιφῶ. Hoc ipsum symbolum nos monet, post inimicitias nullum vestigium seu signum nos seruare debere: & vt in Symposiacis scribit Plutarchus, ipsa cessante iracundia, eius omnem memoriam abolendam. Malorum etenim, vt ille sapienter cecinit, iram est meminisse. Id etiam nunc quidam obseruant, vt cum primum ad ignem accedunt, si ollæ adsit vestigium, statim conturbent. Possent & fortasse quispiam alius aliter interpretari, hoc est, vt est prophete vaticinium, olla igne & carbonibus succensa: hoc est, cor plenum curis & sollicitudinibus. Olla pro corde, cinis pro pœnitentia interdum apud sacros scriptores sumitur.

Her-

Herbam Molochen fere, ne tamen edas.

• **H**erbam Molochen serito, ne tamen mandito. Politianus verò ita latine ver-
tit: Maluam, inquit, transferto, sed eam ne comedito. Sed Ficinus, Herbam
Molochinam (inquit) fere, ne tamen edas: vsus videlicet vocabulo, quo Arabes
vtuntur, parum à greco deflexo. Videtur quidem Pythagoras hoc symbolo nos
ad mansuetudinem & placabilitatem inuitare apud cæteros: at non ita erga nos
iplos, in quos acres iudices esse debemus. nam cum Moloché herba sit inter mal-
uæ species, cuius virtus est mollire & soluere, facilitatem ac mollitudinem, vt
sic dicam, innuere videtur. Quin & apud Barbaras nationes hoc tempore ipsa
10 Molochia vocatur, passimque in Africa & Babylone per fora & vicos vendita-
ri solet. Molochen cum sole circumagi, cum græci tradunt, tum suo carmine Mo-
destus Columella cecinit,

Et Moloche prono sequitur quæ vertice solem.

• Molochinum colorem ab herbæ huius flore Nonius Marcellus interpretatur,
ab eadem & Plinius Molochiten gemmam. Malache enim, & Moloche, vt est
apud Athenæum, malua est. Tametsi ab his nominibus, quidam maluæ duo ge-
nera constituunt: Molochen scilicet maiorum foliorum in satiuis, Malachen ve-
rò è syluestribus. Dioscorides quidem hortensem, & chersæam, id est terrestrem
facit, libro secundo, quo loco & nomina & vires earum exequitur. Sed & aliæ
20 præterea eius sunt species, quæ non est cur hoc loco tibi perscribam: non enim
hoc nostrum est institutum. Illud certe te scire volo, pleraque ex his symbola &
ænigmata à similitudine quadam intelligi & exponi debere, quod & alicubi
Plutarchus prodidit. Quale est illud, quod de nubentibus dici vulgo solebat,
Sesamum aut hordeum fere, aut proÿce: cum fœcunditatem, & multiplicem ge-
nerationem ac fœtum significare volebant. Sunt enim huiusmodi semina mul-
tæ fœcunditatis, & vt Græci dicunt, πολύγονα. Sed quod de sesamo dicimus, ali-
qui ex eo placentam fieri solitam in nuptijs, eadem ratione tradunt.

30 *Vnguium, criniūmq; præsegmina vrina non
inspergenda.*

Vnguium, criniūque præsegmina ne cōmingito, neue insistito: quod sic
græce dicitur, ἀπονύχμασι και κρηαίς μη ἐπὶ τρεῖς, μη δὲ ἐπίσασθαι. Hoc symbolum
cum non expositum ab antiquis scriptoribus Erasmus inuenisset, ita ille sua sen-
tentia absoluit, vt amicos & cognatos dicat, tametsi humiles atque abiectos, nō
tamen spernedos. Idem ferme & Rheulin. Quid verò dicas, si non calcandam,
nec penitus negligendam rerum externarum curam, suo hoc symbolo nos Py-
thagoras monere voluerit, & iccirco etiam, vt scribit Iamblichus, in die festo
nec vngues secari, neque crines tonderi volebat: quam superstitionem & hodie
à plerisque custodiri anxie videmus. At verò contrarium significare symbolum
40 videtur, si, vt Ficinus transtulit, enūciemus. ita enim ille: Capillorum & vngu-
um superfluitates, postquam abscideris, pessunda. ac si innuat, de externis mini-
me curandum. Theodoritus quoque apud Græcos insignis theologus, morta-
litas symbolum capillos habere, his verbis ait: Capilli (inquit) mortalitatis
symbolum. mortuū enim sunt, nec doloris sensum habent. Diuerse insuper à Fi-
cino in Lamia symbolum Politianus protulit: Vnguium, inquit, criniūq; tuo-
rum præsegmina ne commingito, sed in ea despuito.

Aduersus solem ne mingas.

50 **C**ontra solem ne metito: sic Politianus, quod est græce, πρὸς τὸ ἥλιον πηραμί-
μοίρας μη ὀμχίαις. hoc est, Versus ad solem ne metito. Hoc ipso vtique symbó-
lo discipulos monet philosophus, vt omnibus in rebus, omnique loco pudor-
em verecundiamque seruent. Erasmus tamen ad Magos pertinere arbitratur,
ex Plinij sententia, qui ait eos vetare, eius causa contra solem lunamque nu-

dari, aut vmbra cuiusquam ab ipsa aspergi. quo in loco & Hesiodi poetæ carmen affert. Sanè quia in lotij hoc loco mentionem incidimus, Oshanes Persa illud contra mala medicamenta omnia promisit auxiliari, matutinis horis suum cuique stillatum in pedem. Eiusdem verò lotij perfusione maleficia atque incantamina auerti solere, gentes credidere. Vnde harum rerum Apuleius peritissimus, libro primo de Asino, Aristomenem scribit à veneficis sagisque mulieribus lotio fuisse perfusum. Id etiam manifestus in diuorum historijs colligimus. nam cum arte magica Christiani, miranda quæ faciebant, patrare existimarentur, lotio inspergi iuebantur, quo modo Numeriano Cæsare iubente, Crysanthus, & Lucia Syracusana virgo, item Ss. Iulianus & socij martyres, e quæ vrina conspergi iussi. Verùm ad auertenda maleficia, & vnctio adipis, & abrasio capitis amuleta esse traduntur. Aliàs tamen lotij perfusio ignominia causa est etiamnum hoc tempore. Notissima historia apud Tranquillum de sacris Iliadis. Sed iam & nos aliam symboli afferamus interpretationem. Sol in sacris literis pro Deo sæpe accipitur. Non (opinor) igitur irabis, si ita exposueris, vt non sint in Dei conspectu, vel coram eis qui nobis Deum ipsum representant, ea facienda, quæ parum honestè & decorè fiunt. Sedenim quoque Io. Picum illum magnum patrium tuum, duo hæc Pythagoræ symbola coniunxisse video, & enodasse: Cauenda, inquit, in primis duo nobis Pythagoras significat, ne aut aduersus solem emingamus, aut inter sacrificandum vngues secemus: vt scilicet, postquam per moralem animæ partem, & superfluentium voluptatum fluxas eminxerimus appetentias, & vnguium præsemina, quasi acutas iræ prominentias & animorum aculeos refecerimus, tum demum sacris operemur: & cætera quæ scripsit Picus tuus. Possamus & hoc ita interpretari, Ne feces vngues: ne in rebus superuacuis & sordidis occuperis inter sacrificandum. nam & à Marsilio ita pronunciat, iuxta sacrificium ne incidas vngues.

Non aduersus solem loquendum.

AD solem versus ne loquitor. ita græcè enunciatur, πρὸς τὸν ἥλιον παραμύσιον μὴ λαλέῃς. Quod sic ferè exponitur. Non esse in manifestis rebus, & in his quæ in aperto sunt, repugnandum. quid enim est sole clarius? Vsu quoque comprobatum est, eum in disciplinis reliquis, nedum in re literaria, non multum profecturum, qui manifestæ veritati contumax repugnat. Aduersus solem (inquit Rheuclín) ne loquaris, ne videlicet incidas in periculum: quod rectè monet illud, Acutum gladium declines. id fit, si honesta verecundia vararis in publico: cuius hæc nota est, aduersus solem ne meito, cuius paulo antè meminimus. Verùm quoniam suprà diximus, solem pro Deo interdum accipi, possis & hoc ita interpretari, aduersus diuinitatem non esse loquendum. Neque hoc loco te id latère velim, hunc Hebræorum esse loquendi morem, vt aliquid contra solem fieri dicant, quod in conspicuo & aperto fiat. vt est illud apud Mosen, quod κατ' ἑναντίον ἡλίου, Hieronymus noster Contra solem transtulit.

Non in meridie dormiendum.

IN meridie ne dormito: quod græcè ita habetur, μὴ δὲ καθ' ἡμέραν γὰρ μεσημέρια. hoc symbolo videntur monuisse Pythagorici, non esse in manifesta luce conuendendum, neque stertendum, tum cum aperta nobis est lux. Nam & Olympiodorus in Platonis Phædone, ait ideo à Pythagoricis statutum, non esse in meridie dormiendum, quoniam sol ea hora validissimam suam ostendat efficaciam. Eadem ferè ratione, eodémq; Olympiodoro auctore, lege apud Athenienses cautum fuerat, ne de quopiam interdium necis supplicium sumeretur.

Cum è lecto surgis, stramenta confunde.

Cum è lecto surgis, stragula complicato, vestigiúmque corporis confundito. sic Politianus. Alij: Stramentis surgens, ipsa colligito, figurámque confundito. Sed vide quàm concinnius hoc græcè enunciatur, ἀναστὰς ἐξ ὕπνου (ω-
 τὰρ ἄττις, τὰ σωματῖα. Commodius igitur, si sic verterimus: E lecto surgens, ipsa
 conturbes stragula. nam & Erasmus sic: Surgens è lecto, vestigiúm corporis
 confundito. Idémque ipse significare ait, quod illud de complicandis stragulis:
 id quod paulo pòst de clarabimus. Sed viderit Erasmus, an rectè. Rheucum in
 10 somnia transfudit, vt paulo pòst dicemus. Plutarchus quidem in Symposiacis,
 hoc & ipse ad pudorem & thalami reuerentiam pertinere scribit. Sed certè hoc
 in vsu est quotidiano apud ingenuos, & præcipuè in Hetruria. At mea quoque
 sententia symbolum commodè sic expones: surgens à lecto, ac si dicat, è som-
 no mortalis huiusce vitæ: erigénsque te ad dici lucem, hoc est, ad cœlestium di-
 • uinarumquæ rerum contemplationem: stragula complicato, hoc est, corporeos
 sensus deserito. id sic enim quidam interpretantur, & perinde corporis vestigi-
 um & stragula confundito: hoc est, ne ad momentanea & mortalia, sensu quæ
 obnoxia respexeris, eorúmue memineris. nam & in re sacra perficienda eadem
 ferme præcipiet, vt planè eo loco ostendemus. Non poterit ergo rectè philoso-
 20 phari, qui fluxarum rerum curam non abiecerit. nam & sacri interpretes, per le-
 ctum & grabatum carnis voluptates exponunt.

Cantibus vtendum ad lyram.

Carminibus vtendum ad lyram: hoc est, ἀσκάς χηῖας πρὸς λύραν. Institutum Py-
 thagoræ fuisse legimus, vt ante soporis initium, ad lyram cantibus vtentur,
 ne videlicet perturbatis molestarentur insomnijs: quæ si forte irruissent, sur-
 gentes iussit lecti stragula excutere ac conuoluere: hoc est, insomnia glomera-
 re, in vnúmquæ reijcere, vt scribit Rheucum, ne remorata grauarent. Sanè vt scri-
 bit Cicero primò de Diuinat. & repetit Gellius in 4. Plato sic iubet ad somnum
 30 proficisci corporibus affectis, vt nihil sit quod errorè animis, perturbationémquæ
 afferat. Per lyram verò significabant honestam quandam temperantiám, nec se-
 se perturbationibus nimijs dedere iubebant, cum dicerent, neque risui nequæ tri-
 stitiæ manus dedendas: quod & Laertius.

Stragula semper conuoluta sunt habenda.

Stragula semper conuoluta habeto: hoc est quod græcè habetur, τὰ σωματῖα
 δὲ ἐκ τῆς δεξιᾶς ἔχειν. Erasmus ad verecundiam refert, quasi indecorum sit incō-
 posita habere stragula. Age, cur tibi præcipuè, quod sentio, palàm non afferos?
 Ego potius nos monere voluisse Pythagoram crediderim, vt parati atque expe-
 40 diti semper simus, quasi quæ in procinctu, tanquam peregre abituri. nam & in ca-
 stris, cum migrandum est, omnia conuoluta habere, & colligata, conuoluta-
 que solemus. Verùm tamen hæc ad animum transferamus. ac si ab hac mortali-
 tate sit migrandum, ne nos imparatos mors offendat. Quid si nos moneat, cum
 non firmam hic & stabilem mansionem habeamus, & varij plerunque casus im-
 mineant atque impendant, vt parati semper simus, quocunque locorum pere-
 grinandum sit, sed & mutandæ: nos quæ in nobis ipsis omnia nostra posita ha-
 bere debere, omnesquæ fortunæ casus longè virtute inferiores esse ducere: & de-
 mum tales nos esse, quales erant illi, qui sua secum bona omnia in patriæ dire-
 50 ptione ferre asseuerabāt (duos quippe philosophos idem dixisse compe-
 rimus) quod quidem tu symbolum à parente puer, maximo ac
 rarissimo exemplo, perdiscere
 potuisti.

In Via ne ligna feces.

IN via ne ligna scindito: quod sic græcè habet, ἡ δὲ μὴ χίψιν ξύλα, vt legitur apud Olympiodorum. Hoc verò Pythagorici monentur, eodem auctore, ne vitam nimis curis discrucient, ac inanibus cogitationibus agitent. Via enim, vitæ humanæ cursum: & lignum, fortem animum, etiam in sacris literis significare videmus. Rheuclin tamen ait, nos moneri, ne publica, & quæ sunt vniuersitatis turbare velimus.

In iussu imperatoris ex præsidio non decedendum.

Absque Imperatoris mandato, ex custodia non recedendum. Quod græcè sic effertur, ἀδὲν πρὸς ἀρχαῖς ὁ ἀποκρίπτο, ἐκ τῆς φρεσὸς μὴ ἀναχωρεῖν. Quod suis ita verbis in Catone M. Tullius: In iussu, inquit, Imperatoris de statione & præsidio ne decedas. Hoc verò symbolo Pythagoras auditores monere volebat, eos non debere sponte ex hac vita migrare. per Imperatorem enim, Deum immortalem, moderantem omnia, atque regentem: per stationem & præsidium, vitam qua viuimus, intelligere volebat. Atque ita quidem Cicero exponit, qui & in libris de Republ. in hunc propè modum loquitur: Quare (ait) retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius, à quo ille est nobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus assignatum à Deo defugisse videamini. Atque hæc ille quidem totidem verbis. Hanc eandem sententiam, sed paucioribus verbis, eundem significasse Pythagoram, ostendit Olympiodorus. ait enim eum præcepisse, quempiam seipsum non educere debere: hoc est, vt ille refert, μὴ ἱζάγῃ ἐκ τῆς. Eadem & Plato ipse, & qui ab eo sunt philosophi. Sunt & his similia, quæ nobis sunt lege diuina præcepta. Eadem & Hebræi. Vnde elegans illa oratio apud Egesippum, de Iosepho Matthathia, quem in lacum conclusum à Romanis militibus, comites hortabantur, vt sibi manus inferret potius, quam in hostium manus veniret. quam orationem idem ipse Iosephus in sua historia copiose est executus.

Elixum ne asses.

Quod elixum est, ne affato: quod fortè sic græcè, ἐφθόν μὴ ὀππάδμ. Iamblichus autem ferè sic exponit: Benignitatem ac mansuetudinem ad iracundiam non inducendam. Mitia enim, elixa esse dicuntur: Assa verò & tosta, immitia & iracunda. Sunt & qui hoc desumptum existiment à Persarum Magis, apud quos, vt iam diximus, Pythagoras aliquandiu est diuersatus, & institutus.

Gladium acutum auerte.

Gladium acutum auertito: quod græcè legitur, ὀφέταν μάχουρον ἀπὸ σφίδης. Quod symbolum ex re potius, quam ex verbo interpretatus est Marsilius, 40 Acutum omnè abs te dimoue. Rheuclin, Gladium acutum dicitur clines. Sic verò ferè ab omnibus exponitur: ab his qui periculum afferunt, vel afferre possunt, abstinero, cauetóque: & quæ nocitura tibi vides, auertito, qua ratione & Moses gladium flammeum dixit, & versatilem, qui lignum vitæ custodiat: id est, diuinam vltionem, vt antè meminimus. Quidam & gladium, malam linguam interpretantur: quo modo & illud Iobi exponunt, De gladio oris liberabit: quæ & alibi gladius anceps dicitur.

Quæ ceciderint, ne colligito.

Quæ ceciderint, ne tollito: quod sic græcè legitur, τὰ πρὸς ἡμῶν μὴ ἀναρεῖσθ. Diogenes Laertius hoc quoque inter symbola connumerat, id quæ interpretatur à Pythagora imperatum, vt modeste ac decenter nos esse doceret, & moderate vesci, adducitque Aristophanem poetam in heroicis, qui ea quæ de mensa caderent, heroum esse dixerit. Obseruatur & hodie à plerisque symbolum, vt quod

quod semel è mensa ceciderit, nec ipsi edant, nec colligi patiantur: id quod ab hoc Pythagoricorum more effluxisse videri potest. Quem tamen morem si ad animum & animi cibum conuertamus, non superstitiosum videri poterit. Huius & Suidas symboli meminit, illudque sic protulit, τὰ πῖπτοις ἀπὸ τῆς πίστεως μὴ ἀναγεῖσθαι, & eadem fermè quæ Diogenes affert. Sunt & qui sic efferunt, μὴ γούσθαι ἢ ἂν γινώσκῃς τῆς πίστεως κατὰ πόσιν: hoc est, Ne gustate quæcunque in mensa deciderint. Porro Rheuclin sic ipse symbolum interpretatur, Quæ deciderint, inquit, ne tollito. hoc est, non decere quenquam suarum rerum ardentio rem esse amatorem.

10

Non coaceruanda ligna cupressina.

Ligna cupressina ne coaceruato: quod sic græcè dicas, κυπαρίσσια τὰ ξύλα μὴ συνασπείρειν. Vel vt Hermippus legit apud Laertium, ἀπίχετε τὰ ἐς τοὺς κνωστῆρας. A paucis quidem hoc inter symbola connumerari vidi. id tamen quoniam nos comperimus, hic ideo adscripsimus. Videtur verò Pythagoras, vel quisquis adscripsit, nos admonere, ne ex sacris rebus, & Deo diuisquæ consecratis, nobis opes deliciásq; comparemus: néue eas in nostros & proprios vsus conuertamus. Nam & ex cupressò, inquit Iamblichus, & repetit Hermippus, Iouis sceptrum conficitur. Sacra quoq; à prophanis indignè vsurpata, & malè parta simul & alia prophana destruere ac dissipare, & vulgo creditum, & iam penè persuasum. Sed & id considerandum, ne fortassis symboli auctor nos monitos esse velit, ne de sepultura ac funere nimis solliciti anxijquæ simus. Cupressus enim, vt nosti, Diti sacra est, & funeribus indicandis vetere instituto, ante ædium fores affigi solita fuit.

20

Imparia superis, paria inferis sacrificato.

Plutarchus & hoc Pythagoricum ænigma esse ait: Cœlestibus imparia sacrificato, inferis verò paria. hoc est, τοῖς ἄνω θεοῖς πρὸς τὰ δῶρα, ἀπὸ τῶν ἑσθίων. Quod cum Plutarchus non explicet, Erasmus ipse affert, quod idem Plutarchus in Quæstionibus ait, primum videlicet mensam deis cœlestibus habitum sacrum, secundum verò deis inferis, in quo & lustrationibus quibusdam vti mos erat, & mortuis parentabant. Quin etiam totius mensis tres dies principes & auctores esse voluerunt: & reliqua quæ ille doctè affert. Porro apud Vergilium notant eruditi de pari & impari numero multa, quæ ad hunc locum faciunt. Lege Macrobius & Seruius, & quæ suprà de ternario diximus, & quæ infrà dicemus.

30

Ex imputatis vitibus ne deis libes.

Nex imputatis vitibus deis libato. Sic verò græcè habetur, μὴ ποιεῖν θεοῖς ἐξ ἀμπελων ἀτήτην. Docet hoc symbolo philosophus, vt actiones nostras Deo immortalì purgatas offeramus: quando illi nihil est gratum, quod non purum sit, & expurgatum. Hebræorum quoque maximus & philosophus & rex Solomon, vineam seu vitem hominis stulti, vitam intelligit, quæ sine doctrina est, & bonis operibus. Verùm hoc quod de vite imputata dicimus, non Pythagoræ tantummodò præceptum fuit, verùm & antiquorum legibus cautum. Cuius rei meminit Plinius. Maurus verò Seruius in sacris dici ait, vt is furore corripiatur, qui de vino sacrificauerit, quod de vitibus esset imputatis. Romani etiam, vt Plutarchus scribit, Iouis sacerdotem sub vitem ingredi noluerunt, quod eum scilicet ebrium fieri non deceret. Eundem & hederam attingere religio fuit, quòd hederam spiritum quendam habere existimabant, quo hominum mentes in furorem agantur. Plutarchus idem in Numa putauit, regis fuisse institutū, non Pythagoræ, & hoc quod statim subiungemus, Sed de his iam factis: quare iam cætera.

40

50

Non sine farina sacrificandum.

NE sine farina sacrificatio. Præcipiebat Pythagoras, suos discipulos *μη δίψας ἀποδ' ἀλωίτην*, hoc est, non sine farina sacrificare: hoc est, vt mundi ipsi, & mente candida, & expurgata conscientia, & quod dicunt nostri, probè expiata, Deo sacrificemus. Vnde & gentes mola, quæ ex farina & sale conficiebatur, victimarum capita, antequam mactarent, inspergere solebant. Non me præterit hoc loco, Pice, quæ à Græcis *ἀλωιτα* dicuntur, à nostris frequentius polentam verti solere, quod in medicæ facultatis scriptoribus facillimè conspeximus, Dioscoride, Galeno, Paulo: quod, nec inconcinne fortè hoc loco, volui tamen ego eos sequi, qui ante me symbolum exposuere, quos inter Erasmus, qui hoc ipsum ænigma ad morum mansuetudinem pertinere existimat. Sedenim & Hebræi eadem, vt puto, causa, sua pleraque sacrificia, farina & oleo conspersa, Deo opt. max. offerre consueuerant. vt est apud Mosem, Philonem, & Iosephum. Apud Romanos tamen, vt est auctor Plutarchus, flamine diali nefas erat farinam attingere, quòd ea cibus sit imperfectus & indigestus. neque enim farina semen est amplius, nec per se cibi vsum præstat. Porro & illud considerandum, Pythagoram panem & vinum purum in sacris adhibuisse, quæ rex Salè multo antè Deo obtulisse in sacra historia legitur, & nos multo ac longè sanctiore sacramento quotidie offerre consueuimus. 20

Nudis pedibus sacrificandum.

Nudis pedibus rem diuinam facito, & adorato. Et quoniam à nemine adhuc, quod sciam, hoc symbolum explanatum reperi, ideo ne inenarratum tibi mitterem, nonnulla hoc in loco collegi, vt illud saltem ipse quoquo modo aperirem. Pythagoras igitur & hoc ab Hebræis sumpsisse videri potest, apud quos morem fuisse accepimus, sacra & sancta non ingredi loca, nisi nudis pedibus. Mosi certè Deus Max. præcepit, vt calciamentum solueret, quòd in quocumque loco, terra sancta esset. Post Mosem quoque Iesu Naues filio idem est imperatum. Scribit & Flauius Iosephus, Berenicen regis Agrippæ sororem, cum Hierosolymam profecta esset voti gratia, rem sacram facturam idem fecisse, atque (vt ipse ait) ita nudipedem ante Flori præsidis tribunal stetisse. Hinc illa quoque Diui Leonis in quodam de ieiunio sermone, exclamatio de Hebræorum ieiunio loquentis: Habeant illi nudipedalia sua, & in tristitia vultuum ostendant ociosa ieiunia. Nunc quoque Mauri & Sarraceni, eiusmodiq; hominum genus, templa in quibus sacra facturi sunt, non ingrediuntur, nisi calceis depositis. Ergo Pythagoram monuisse puto, vt inter sacrificandum, mundi, & mundanis relictis curis, & à scelerum inquinamentis expiati, rei diuinæ operam darent. nam & lauare pedes mysticè, expurgare mentem dicimus: qua de re & Christiani nostri theologi, dum mandatùm Domini de pedum lotionem exponunt, & simul illud, Excutiendos pulueres de pedibus. Euthymius quoque pedes pro cogitationibus, in Psalmo 72. exponit: Per pedes (inquit) cogitationes intelligit, veluti quæ animæ nostræ religionem pedum instar regunt, ac sustinent. Licet Casiodorus arbitrium mentis eo loci interpretetur, cogitationes tamen & ipse Psalmo 120. pedes exponit. Sed longior sim, si eiusmodi multa tibi afferre velim. Cæterùm apud scriptores proditum est, Lacedæmonios iuxta Pythagoræ hoc institutum nudis pedibus adorare, & rem sacram facere solitos: quod nihil mirum. Nam, Iosepho teste, Lacedæmonij Hebræos socios habuere, & ab ipsis vt alia multa, & hoc suscipere potuerunt. Porro Christianis nobis ex carimoniarum ritu, & Pontificum institutis prohibitum est, sacram Eucharistiam nudis pedibus conficere: & Paulus monet, calciatos nos pedes habere debere in præparationem Euangelij Idem repetit D. Cyprianus: Vt serpens, inquit, à nobis calcatus obteratur, neue armatos pedes possit mordere. Sedenim & per pedes

pedes humanitatem significari, si volunt, qui Euangelium illud exponunt, quod est de pedum osculo meretricis, & unguenti infusione. D. Augustinus per pedes, humanos affectus intelligit. At verò Gregorius, dum illud interpretatur, Calciamenta habebitis in pedibus: Calciamenta, inquit, in pedibus habere, est mortuorum vitam conspiciere, & nostra vestigia à peccati vulnere custodire. Sed de his plus iam fatis.

Adoraturi sedeant.

10 **A** Doraturi sedento: quod græcè sic, καὶ ἴσθι προσκυνήσονται. Videtur verò Plutarchus hoc Numæ regi ascribere. Exponitur verò sic: Oportere certa vota concipere, & in his quæ optima fuerint, perseverare. Ego ab eo deductum puto, quòd sedentes meliorem pacatoremque animum assequi existimantur (nam sedendo & quiescendo animus, teste Philosopho, melior fit) atque ea causa quoque rectius de quaque re censere. Vnde etiam iudicem, dum sententiam est pronunciaturus, pro tribunali federe, tanquam Deo sacra sit facturus, legibus cautum est. Erasmus putat & alium subesse sensum, quòd oporteat eos qui sacris operantur, non obiter ac velut aliud agentes, hoc facere: sed vacuos, ac totos rei diuinæ intentos. Vnde & Plutarchus tradit, quoties Pontifex auguria seu sacra aggrediebatur, præcones clamasse, Hoc age. Ea vox hortabatur, ut qui sacra adirent, reuerenter & attentè id facerent. Idem Plutarchus in Quæstionibus ait, qui deis vota fecissent, in templis manere, & quietem agere solitos, quòd actiones huius vitæ frequenter inuoluant hominem molestijs. hæc Erasmus.

Circumactus adora.

Vertigine actus adorato, vel (vt Erasmus ait) Adorato circumactus: quod est græcè, περισκύνω περιφορῶν. Plutarchus & hoc Numæ Regi, non Pythagoræ adscribere videtur, qui & multa in Numa cognitione digna de vertigine in sacris affert. Putabat Rheuclín, hoc symbolo prudentiam circa diuinas preces indicare voluisse Pythagoram, ne in nos videlicet iure retorqueri posset, 30 Nescitis quid peratis. Alij existimant, vertiginem hanc à Pythagora ea causa institutam, quòd sacrificantes imitari cælum quodammodo videantur, quod continua vertigine agitur. Cælum namque gentes Deum esse putauere, vel quòd ea cæli circulatione terrena auerti viderentur. Idem ferè ex Aegyptiorum disciplina Apuleius: idem & nos Christiani in sacris mysticis facere consueuimus, sed aliam ob causam. Nam & in dextram & in sinistram diuersa ratione, dum rem sacram missam facimus, circumagimur, vt ritualibus nostris libris continetur. Sed & gentes ad orientem solem, quod innuit Apuleius, adorabant: ita & nostri templa construi præcipiunt, ad solis ortum, tamen Laterana & Vaticana Romæ basilicæ ad occasum vergant. Similes vtique aliqua ex parte ceremonias gens vnaquæque & natio in Deis colendis habuisse videtur: id quod superstitiosi quidam ex nostris, & indocti rerum, dicere piaculum autumant. At ne à proposito aberremus, apud gentes obseruatum legimus, vt peractis sacris, 40 antequam populis missio fieret, id est, λαός ἔσθις, sacerdotem sese ad dextram circumagere solitum, manumque priore digito in erectum pollicem residente, ori admouere: demum sedere: id scilicet innuentem, deos rata sacra & preces habuisse. Gallos verò ad lauam se circumuertisse, proditum est. Verùm hæc non nostri instituti colligere hoc tibi loco, qui alias ex Plutarcho, Plauto, Suetonio, Iamblichio, Apuleio, alijsque, in Annotationibus multa complexi sumus.

50 *Cum veneris in templum, adora, nec interea aliud facias.*

A Dorato cum veneris in templum, neque quod ad victum pertineat, quicquam aut dicito, aut facito. Inter symbola & hoc connumerauit Mar filius Ficinus: quod tamen Olympiodorus ita in Plat. Phedone ex Philolai sententia

tentia profert, ἀπὸ τοῦ εἰσεῖναι, ὅτι εἰ εἰσέλθῃς: hoc est, Cum templum ingrederis, non conuertere oportet. Monemur verò, cum sacratam viam & religionis instituta ingressi fuerimus, nos non debere profanis curis de cætero immisceri, & diuina quæ cepimus, non humana tractare. Nam & CHRISTVS discipulos ideo sine pera & facculo, hoc est absque vlla rerum terrenarum cogitatione, in Euangelij prædicationem dimisit. Deus enim cœlestis pater ijs prouidet, qui sincere templa ingrediuntur: hoc est, religionis semitam. Alij simpliciter symbolum ipsum interpretantur, vt ipsa verba sonant. Sedenim & Seneca in Epistolis, ait Pythagoram & illud dicere solitum, Alium animum fieri intrantibus templum, Deorumque simulachra ex vicino cernentibus, & alicuius oraculi opperientibus vocem: quæ verba etsi simpliciter dicta videntur, monere tamen queunt, in rebus sacris hominem alium quam humanum assumere animum debere. Iamblichus item illud Pythagoræ præceptum, seu Symbolum fuisse ait, Non esse in templo reuenera vtendum, ne scilicet polluatur: quomodo & Christianis prohibitum. Non in templo quoque pariendum esse, seu magis (vt reor) concipiendum, idem volebat philosophus, ne scilicet anima, quæ diuinum quiddam est, in corpus (quod mortale est) immergatur, vt idem scribit Iamblichus. Verum hoc idem esse cum superiore videtur.

Exitinere, præter propositum, in templum non ingrediendum esse.

20

EX itinere præter propositum ne templum ingreditor, neue orator, etiam si prope vestibulum transeas. Si huius symboli, quod dici solet, corticem superficiali quæ verborum tantum inspexeris, irreligiosum quiddam & impium, ne leue & puerile dicam, philosophus præcepisse videtur: si verò medullam interiorèmq; sensum inspexeris, aliud profectò significare videbis. Nam non decere rebus profanis & irreligiosis, diuina & sacra commiscere, his verbis præmonet. Iter enim, vitæ communis cursum: & templum, contemplandi & adorandi rationem significare crediderim. Sunt qui symbolum vtrumque sic exponunt, vt cum rem sacram facias, nil te tum aliud facere oportere: cum verò rem profanam, sacram non attingendam, nec cogitandam quidem. qua de re & Plutarchus: In profectis, inquit, diebus, & omnino in festis, per urbem sacerdotem præcones præcedebant, qui vt quiescerent, & ab operibus desisterent, iuebant. Nam vt Pythagorici dicunt, non præter propositum homines per transitum adorare deos immortales, illòsq; precari, sed continuò ex ipsa domo mente ad id paratos pergere. Ita & Romanos Numa instituit, neque audire quicquam rerum diuinarum, neque aspiciere per desidiam atque negligentiam, sed vacare à rebus cæteris oportere, mentemque sacris adhibere existimauit. Ex his tamen symbolis quæ diximus, & quæ mox item afferemus, pleraque potius præcepta esse videntur, iccirco & à nonnullis non legitima putantur.

Non absque lumine de rebus diuinis loquendum.

DE rebus diuinis absque lumine ne loquitur. Manifestum puto, quid hoc loco præcipiat Pythagoras. Lumen enim pro cognitione & scientia accipi videtur. Vnde Tertullianus Septimius libro contra Marcionem primo: Ille, inquit, canicula Diogenes hominem inuenire cupiebat, lucernam meridie circumferens. Marcion Deum, quem inuenerat, extincto lumine fidei suæ amisit. Quo pacto & rex Dauid, lucernam pedibus suis dicebat mysticè verbum Dei, & lumen semitis suis. Vel (ferè quod idem est) intellige, vt legimus apud Aristobulum, Hebræum ex secta Peripatetica philosophum, lucem & lumen pro sapientia: Tota nempe lux ex sapientia est, vnde (ait) Peripatetici quidam λαμπτήρ & αὐτὸ τὸ χεῖν τὸ ξιν, hoc est, quod quendam fulgoris habeat ordinem. Qui enim luminis huius fulgorem sequitur, per totam vitam nullis tenebris, nulla confusione

40

50

sione perturbabitur. Repetit hæc eadem Eusebius: vnde etiam lucernas arden-
 tes dicimus mysticè, vt idem ait Tertullianus, mentes fide accensas, & veritatis
 operibus relucentes. Vel intelligamus, vt Gregorius Nazianzenus ait, *φῶς νοη-
 τικόν*, id est lumen intellectuale: quod cum duplex sit, cœlestè per diuinum affla-
 tum, & humanum per doctrinam, de cœlesti mihi potius quàm de humano
 intelligendum videtur. Qua ratione fit, vt ego de diuinis superq̄ue cœlestibus
 parcè admodum semper loquar, & si quid interdum exeat, religiosæ censuræ
 addictum volo.

Cum tonat, terra tangenda.

10 **C**um tonat, terram tangit. Et hoc ab Iamblichò assertur, vt videlicet memo-
 res simus mortalitatis, & nostræ originis. Etenim cum cœli porta tonat, vt
 ait poeta, signum est futuræ tempestatis. Ergo instantibus signis iræ cœlestis,
 terram tange, & te mortalem memineris. Vel sic exponas: cum tonat, hoc est,
 cum nobis is qui præfectus est, Rex, aut Pontifex, vel alius quispiam potesta-
 tem habens, te increpat & arguit, tu terram tange, hoc est, te subijce, humilém-
 que præbe.

Silentium, id est echemythia seruanda.

10 **L**ingua coercito, Deum imitans. Inter præcipua Pythagoræ præcepta fuit,
 & silentium & taciturnitas, quam *ἔχουθια* ab illo appellari, à princ'ipio dixi.
 20 Præcipuum continentia signum, vt ait Iamblichus, Pythagoras esse putabat, lin-
 guam compescere: quam & primam esse virtutem is sapiens existimauit, qui car-
 mine sententias complexus est, quique ait, se locutum sæpe poenituisse, tacuisse
 nunquam. Sed quantæ commendationis & vtilitatis sit silentium, & iam nos
 non nihil superius, & præterea pleraque Apuleius in Floridis. & certè extrat au-
 reus Plutarchi libellus de audiendo, hoc est *πρὸς ἀκούειν*. Rex quoque & Propheta
 maximus ita canticum illud suum inceptauit, Te decet silentium Deus in Sign:
 30 *ἔχουθια* interpretes pro silentio hymnum transtulere. Scribit & Athenæus in 7.
 silentium reuere diuinam. Iamblichus quoque in libro de mysterijs ad Porphy-
 rium scribens, Aegyptios ait Deum habuisse, quem Icthon vocabant, in quo
 primum esset intelligens, & intelligibile primum, quod solo silentio colebatur.
 Porphyrius etiam ipse in commentario Antri Homericì: De silentio Pythagori-
 40 co, inquit, & Aegyptiorum sapientes, ne quis ianuam aut portam præteriens lo-
 queretur, vetabant. Tunc enim silentio colendum esse Deum, qui principij rerū
 omnium auctor est, iuebant: quin etiam in alijs ianuis quacuncq; hora, non mo-
 dò meridiana, loqui nefas habebant, vtpote ianuam rem sacram existimantes.
 Sedeniæ & Olympiodorus Alexandrinus ait, Pythagoricos per silentium arca-
 na, hoc est *ἀποκρύφα* Dei significare, quem utiq; Deū imitari debet philosophus:
 qua ratione videmus, quem modò dicebam sapientem, illud cecinisse,

Proximus ille Deo est qui scit ratione tacere.

40 **Q**uinimo vt silendo discerent discipuli, Pythagoras volebat, adeò vt quinquefi-
 nio eorum pleriq; sermone abstinere. Neq; tamen certum & præscriptum e-
 rat omnibus æquè silendi tempus. nam aliqui triennio tantummodo tacebant,
 vt est apud Origenem: alij quinquennio, nulli tamen biennio minus, vt ait Gel-
 lius alio enim alius vel plus, vel minus, vt illius ferebat ingenium & natura, file-
 re iubeatur: quod qui, vt præceptum sibi fuisset, seruasset, ei mox abdita & phi-
 50 **S**acris mysterijs communicabantur, iamq; ad aspectum philosophi admitte-
 batur. Sunt qui symbolum istud ad sacrificandi consuetudinem pertinere existi-
 ment, in qua linguis animisque fauere iubemur. Vnde est & mysterium, vt qui-
 dam existimant, nuncupatum, *ἦν δὲ τὸ μύθη δὲ σέμα*. Qua de re plura in tyntagmate

De Deo, rebusq; diuinis, nihil tam mirabile dicitur, quod non credere debeas

CAchinno abstineto: sic à Marfilio, Rifu effuso abstine. Super hæc duo Py-
 thagoræ præcepta verius quàm symbola, nihil amplius affero. Sunt enim

per se nota. Sed quare vtrumque præceperit, cum nimis longa futura esset narratio, præmitto. hoc enim à philosophis, illud à theologis commodè & copiosè disputatum est.

Non inspectandum ad lucernam speculum.

NE ad lucernam speculum spectato. Et hoc inter symbola connumeratur. Videri quidem & hoc leue & superstitiosum posset, si simpliciter intelligas. Sed cum Pythagoras hominem se recte nosse, monere velit: Ne speculum, inquit, ad lucernam intueri, ac si dicat, non ad alienam & mentitam lucem & scientiam, sed ad solarem & diuinam, & propterea conspicuam, quæ omnibus patet & lucet, nec pro veris falsa ostendit. Qua de re & adhuc hodie est apud nonnullos in consuetudine, ne se ad lucernæ lumen in speculo intueantur. Tristo etiam vulgi sermone, formam & gemmas æstimare ad lucernam vetamur: quando ad eius lucem facillime hallucinamur, & decipimur, neque ad eam omnes latentes mendæ apparent: quin interdum pulchriora, quam re ipsa sint, esse videntur.

Non propter opes ducenda est vxor.

AVrum habenti, ne in filiorum generatione adhæseris. Videtur verò hoc significasse Pythagoras, non diuitias & opes homines respicere debere, cum liberis & soboli sunt operam daturi. Atque ita symbolum protulit, ut viris & fœminis præceptum esse videatur, Auditores enim cum mares tum fœminas habuit Pythagoras, ut nostro quoque tempore vtriusque sexus sunt cœnobitæ. At verò Iamblichus Pythagoram ait dicere solitum, liberos procreandos esse, ea in primis de causa, ut post nos, qui Deos colant, relinquamus. Tãtisi hoc ad perpetuitatem potius philosophum alij dixisse asseuerent. Sunt verò & alij, qui aurum interpretantur fluxam & momentaneam huius mundi gloriam: quo modo in sacris, calix aureus Babylon dicitur, & aurea ab Aegyptiis Venus: atque iccirco symbolum sic interpretantur, ut non ad momentani mundi gloriam & speciem respiciendum dicant, in procreandis & comparandis liberis. Et si non me præterit, & aurum alijs sensibus accipi solere in rebus mysticis.

Vnum duo.

SYMBOLUM & hoc Pythagoricum esse legimus, hoc est, *vñ duo*. Rheuclinus symbolum hoc ait de rerum principijs commodissimum. quid enim citius occurreret singulas intuentibus, quam vnum & duo: cum causas & originem vniuersorum scrutari voluerimus. Legimus præterea, Zaretam Pythagoræ præceptorem vnum duo per nomina propagationis pronuciare consueuisse: vnum, id est *vñ*, patrem appellando: & duo, matrem, Plutarchi testimonio. Quin etiam prisci illi *ϰλωα*, id est Iouem, vnum: & *ἡρην*, id est Iunonem, duo vocabant: quod & Phornutus obseruauit. Symbolum igitur, Vnum duo, ad naturæ principia: sed quod sequitur, ad trinitatem omnino pertinebit.

Inter cetera colendam esse perfectissimam trinitatem.

HONORA in primis figuram ac precium denariorum trium. Est hoc vel symbolum, vel ænigma, vel vtrumque, si non verius neutrum, quod vnus Marsilius Ficinus inter Pythagoræ symbola retulit: quod nusquam adhuc apud aliū, quantum ipse meminero, legi, accuratè licet & multo studio, vnde ille transfulerit, perquisierim, nusquam equidem vel ipse inueni, vel ab amicis discere potui. Quamobrem nondum (ut ingenuè fatear) planè constitutum habeo, quid hoc ipsum (qualecunque sit) sani nobis afferat: atque ideo nihil etiam exploratum habeo, quod tibi proferam. Aliquis fortasse posthac me magis Lynceus, Argusue fuerit, qui quod ipse nō viderim, interius ipse perspiciat. Cōmenta igitur hic

tur hîc tibi varia, non expositiones afferam. Atque id in primis: posset fortè philosophus id monere, vt non multò precio statuas ac imagines, quas colamus, comparemus: Hebræos ferè imitatus, qui nullas admittunt. vt denariorum trium dixerit, pro minimo. Vel intelligas, quod minus aliquibus fortassis displicere possit, imagines quidem & aras, & precium trium denariorum, hoc est, ipsius diuinitatis: vt cultum ac mysterium præcipere videatur, quod in sanctissima Trinitate consistit. Vt enim Numenius & Porphyrius, hostis licet noster, ostendunt, antiqui philosophi, in primisque Pythagorici, trinitatem comprobarunt, vt Aristoteles docet, & Ausonius innuit: vt nunc Platonem & Plotinum mittam, qui eandem ipsam fatentur: qua de re nostri quoque Christiani cum Latini tum Græci ex gentium auctoribus plura collegerunt, vt Eusebius & Cyrillus, & alij. Verum & nos superius ostendimus, ne à proposita re discedamus, ternarium numerum in sacris Pythagoram habuisse. Quod autem denariorum trium ait, id etiam subinuere potest, de denarij numeri perfectione, quem & perfectum, numerorumque finem cum Pythagoras ipse, tum Plato prodiderunt: id quod etiam Victruuius credidit, & Aristoteles tertio Physicæ acroaseos libro, omnes scilicet homines, tam barbaros quam græcos præscam seruasse consuetudinem, ad decem vsque numerandi. Cassiodorus quoque ad Boetium: Denarius, inquit, numerus more cœli in se reuoluitur, & nunquam deficiens inuenitur. at eo plura etiam Theon Smyrnæus ex Philolao & Archyta Pythagoricis, in libro de Platonis mathematicis. Porrò denarium numerum ea ratione *δέκαδος* Græci vocant, quasi *δέκαδος*, quòd omnem in se numerum recipiat: quem & Pythagoræi mundum nuncupant, quòd eo numero sit compositus: decem enim sphaeris constat. Sed & eo veteres iustitiam & fidem significabant. nam & in eis sanctis dextris iungebant, sic digitis denarium numerum representantes. Sed & Hebræus Philon: Denarius, inquit, numerorum est infinitatis terminus, circa quem, ceu metam, voluuntur & reflectuntur numeri: à cuius quidem numeri perfectione ac diuinitate quadam, decem continet cœlum orbis, decem sunt diuina præcepta, decima quoque dies dicata: hinc & denarius nummus, ad quem cæteri referuntur. Sed amplius & nostri decima quæque maiora scripserunt, vt decumana porta, decumana oua, decumani fluctus, & cætera. Quinimo & pro vitæ præmio mysticè intelligitur. Vnde illud D. Cypriani ex Dominica sententia deductum: Adhuc verò, inquit, cum singuli ad denarium vocantur, quid est quod à Deo æqualiter distribuitur, humana interpretatione minuatur? Quid verò, etiam si inde absolutissimam perfectissimamque trinitatem intelligere velimus, vt scilicet in primis & ante omnia honoremus & colamus imaginem, imaginem inquam quæ incorporea est, aram propter sacrificia, ac precium trium denariorum, quod æstimari non potest, quod à Christiana pietate haud multum abhorrebit. Sed enim & D. Gregorius Nazianzenus in sua quadam oratione, trigessimum numerum à Pythagoricis cultum, & inter sacros relatum prodidit, quem numerum ab Hebræis Pythagoras potuit facillimè sumplisse, apud quos longè antè prædictum erat de 30 denariorum precio. Quæ ratione si trium denariorum trigessimum ipsum numerum intellexeris, trini denarij & maximi sacramenti enigma Pythagoricum solues: quo etiam quasi per transfennam quandam Dominum Seruatorem possimus intelligere, etiam à gentibus quoquo modo prænunciatum, vt à Sibyllis quoque, 30 denarijs à proditore discipulo proditum iri debere. Sed quod de trinitate at: uli, planè à Cœlio Calcagnino, viro eruditissimo, probatur, qui ad me scribens hac de re, ita ait: Monemur, inquit, hæc venerari, vt vna postmodum pietate animus imbuatur. Sic nec Dei imago in annulo sculpebatur, neque Socrates per canem, neque Zeno per capram peierabat. precium autem denariorum trium pertinebat, puto, ad mysterium *τῆς τριάδος*. Hæc quidem Cœlius. Verum iam nos ad reliqua.

Non oleo est sedes abstergenda.

SEdem oleo ne abstergito. sic verò græcè enunciat, λαδίω εἰς θρόνον μὴ ὀμόργνασθαι. Quod symbolum sua sententia sic Erasmus exposuit, Non esse abutendum rebus optimis & preciosis, ad ea quibus neque dignæ neque vtilis videntur esse. Sed viderint alij quantum conueniat Erasmi expositio. Rheuclin verò, ita nos moneri ait, vt amicorum omnia ita curemus, atque propria: neque blandis verbis & sermonum fucō placeamus, sed veri studio. Sedes enim amicitia veritas est, non adulatio. Propter quod ait, Oleo sedem ne abstergas. Quid verò si nos ita interpretemur, vt θρόνος pro throno & cathedra, vt latini sedem & sellam pro folio & tribunali, id est, pro imperio & magistratu accipere solemus: & vt ait M. Cicero, de sublimi loco? Oleum autem pro assentatione & blanditijs, palproq; ac fictis sermonibus, id quod etiam in sacris libris inuenimus: & perinde etiam ita sacri interpretes exponere consueuerunt, vt illud præcipue ἔλαιον ἀμύθηλον μὴ λιπανοῦτω πῦν κεφαλῶν μου, Oleum, inquit, peccatoris non pinguefaciet caput meum: quod certè Oleum peccatoris, 70. græcè vertè, in Hebræo aliter habet. pro eo enim posita est dictio polysēma, varia denotans. nam Hieronymus, oleum amaritudinis: alij oleum capitis, alij oleum præcipuum, alij etiam vnguentum. vtcunque, id exponi solet pro palpo, atque ficto sermone: tametsi & alio loco, hoc est Psal. 22. oleum in bonam partem sumatur, ἐλίπανας γὰρ ἐλαίω πῦν κεφαλῶν μου. quod & oleum exultationis alio loco vocauit, quod & sentit Euthymius. Verùm à priore quidem sensu factum est illud fortè prouerbiū, Oleum ore ferre: quod de assentatoribus & blandientibus dictum mihi potius videtur, quàm (quod putauit Domitius) de ijs qui loqui non possunt. Et propterea illud etiam Martialis, oleum ferre in auricula, videtur dici de eo qui assentatoribus & adulantibus aures patefaciebat, quod mihi falsum magis videtur, quàm quòd alios ipse loqui non sineret. Non me fugit, quid super hoc dicat in suis Prouerbijs Erasmus, de supina aure, & sublimi: quod potius ab animalibus sumptum est, in quibus iræ indicium aurium arctio, id quod & Physici scribunt: & ita illud melius intelligitur ἀνὸς ἐργον, hoc est, in sublime habens aures. Sed ad oleum nos potius redeamus. Vide nunc rogo, Pice, quàm multi reges hoc tempore, & principes, ne & pontifices maiores dicam, & minores, libenter oleum auribus ferant: quoniam assentatoribus, & adulantibus, non sedes tantum perfundendas oleo, sed & caput & aures ipsas patulas sponte offerunt opplendas, & nullos magis admittunt ad contubernia & consuetudines, & si dijs placet, ad arcana etiam tractanda. Verùm tu Pice, quæ hoc libello interdum spargimus, perinde habeas velim, ac ipsi scribimus, non scilicet vt me quenquam vnum insectari putes: & simul, vt in hoc ætatis lubrico, vt cauere ipse incipias, ne & tibi sedes oleo abstergatur.

Adoranda est Echo, cum flant venti.

FLantibus ventis Echò adora. Nec hoc ænigma ab antiquorum vllō, nostrorumue temporum, interpretatum comperi: quinimmo, nec inter symbola connumeratum, præterquam ab vno Marsilio Ficino. quod vnde ille acceperit, non inueni, accuratius licet plures eius rei gratia auctores euoluerim. atque ideo etiam ego temerè nihil asserendum duxi. Difficillimum verò est. Existimarim quidem hoc discipulos monere voluisse philosophum, vt cum seditiosis ac tumultibus rixantes inter se ciues viderent, ipsi in tuto sese reciperent, procul videlicet à litibus & tumultibus, quos per ventos flantes intelligit: & ad ea loca commigrarent, quæ septa atque munita videantur, vbi minus venti perflare queant. Vocem etenim in eiusmodi locis respondere & recipiari, non à philosophis solum & poetis, sed & experientia ipsa conspiciamus. Quare (vt puto) ideo est confictum, vt Echo ænea coleretur in eò loco, quo Dodonides responsa

responſa dabant, ſic ea fermè de re ſcribente Philoſtrato lib.2. Iconum : Aereâq̃
 • eo loci colitur Echo, quam ori manum apponere viſes, & cætera. Ita quidem
 ſymbolum interpretæris, vt non ad corporis tantum affectiones, ſed ad animi
 quoq̃ tranquillitatem ſecuritatemq̃ referamus. Sanè Cælius noſter Calcagni-
 nus, vir eruditiffimus, Græco illi verſiculo Pythagoram alludere voluiſſe exiſti-
 mabat, qui eſt, *καὶ ἄρα λατρεύει, μὴ δ' αὐτεπανάει ἀνέμοισι*, hoc eſt, Occaſioni & tempori
 ſeruiendum, neq̃ ventis reſlandum. Porrò cum nuper noſtri Eugubini Steuchi
 libros de Perenni philoſophia legeremus, cum propemodum ita ſcribentem in-
 10 uenimus, vbi de dæmonibus agit lib.8. cap.22. Fuit, inquit, alia magis recondita,
 & non minus perſpicua ratio, cura aer datus ſit dæmonibus pro domicilio. Sed
 nunc conſtet dæmonas, ait, eſſe aërios. Idem perhibet, in corruptibiles æternas-
 que animas habere aërem. Ad hanc rationem videtur Pythagoras locutus, cum
 præcipit: *Venti flantis ſonitum venerare*. quod explicans Iamblichus, *αἰνιτῆρ' ὅς
 ὁ δὲ τ' αἰῶν ἐσιδὼν ἢ διωαμμεῶν πλὴν ἐμὸν ἄγαπᾷ*. Innuît, inquit, oportere diuina-
 rum ſubſtantiarum ac poteſtatum amare ſimilitudinem. Diuinas ergo ſubſtan-
 tias, quibus aërem ſimilem dixit, fortasſe dæmonas intellexit. hæcenus Steu-
 chus. Ex quibus videmus illum hoc ſymbolo *ἠᾶν*, ſonitum, non Echo nymphã,
 vt Marſilius, interpretatum eſſe.

20

Non comedendum ex curru.

EX curru ne comedito: quod eſt græcè, *μὴ ἐκ τῆς ἀρᾶς δίφου*. Plutarchus, vir longè
 doctiſſimus, vnus hoc inter ſymbola, quod memini, commemorat: nec ta-
 men exponit. An verò fortè hoc innuit philoſophus, quietè manducandum?
 quod qui in curru manducat, cum aſſidue agitur, parum illi cibis prædeſſe vi-
 detur. An illud fortasſe verius: non luxui ac deſidii dandam eſſe operam, cum
 negocii gerendi tempus inſtat? Et ſi ad animum retuleris, qui humani vehiculi,
 hoc eſt, corporis auriga eſt, non ſanè vana fuerit expoſitio: qua de re & Platonis
 • cimita & Philoſo Hebræus cum alibi, tum in libro de Agricultura.

30

*Dextrum pedem prius induendum, ſiniſtrum verò
 prius lauandum.*

IN calceum dextrum præmittito pedem, in latracrum verò ſiniſtrum. at Poli-
 tianus ſic enunciauit: *Dextrum (ait) pedem priorem calciato, ſiniſtrum prio-
 rem lauato*. Sedenim Iamblichus prius ſymboli membrum recitat ſic, *Oportere
 dextrum prius pedem induere*. Verum enimvero Suidas ex Ariſtophane hexa-
 metrum carmen adducit: *δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς νεδύον πηρός*. hoc eſt, in calce-
 um dextrum, læuumque impone lauacro. Eſt enim Podoniptron, vas in quo pe-
 des abluere ſolemus, quam fortasſe peluim rectè latine dicas: vt & vtriuſque di-
 40 ctiõnis oſtendit etymologia. Symbolum verò augurali videtur continere diſci-
 plinã, vt eius periti prodidere, & hiſtoricæ probant: vt quæ de Auguſto traditur.
 Sed huiuſmodi omne genus à noſtris ridetur. quo fit, vt magis mirum videatur,
 adhuc plerofque ſuperſtitiæ, qui ſuperſtitioſa iſthæc obſeruent. & quidem re-
 ligioſe, publicatis etiam voluminibus. Verùm hæc omnia F. Petrarcha à Pytha-
 gora orta eſſe, quodam ſuo libello exiſtimaui, quæ longè ante ipſum Pytha-
 goram ex vetuſtiſſimis ſcriptoribus liquidò cognoviſſimus: Homero, Heſiodo,
 poetis, & ſacris Iudæorum libris. Sed nos, quàm iſta, illud nunc potius agamus.
 Hoc certè ſymbolo moneri poſſumus, vt ad bona opera, & ciuiles actiones,
 quæ ad calceatos pedes referuntur, incitemur. ad mollia verò, & luxui pertinen-
 50 tia, quæ balneis & lauacris ſignificantur, ſiniſtrum pedem proferre: hoc eſt, ad
 ea pigriores negligentioresque eſſe debere. Nam & eadem ratione calida
 lauacra Homerus in Odyſſea vituperat: & Artemidorus oſtendit, Balnea anti-
 quis minus in vſu fuiſſe: & ſuo tamen tempore, hoc eſt Adriani & Antonini, &

ante & post cibum frequentissima, quod & ex medicina scriptoribus est notissimum. Ad luxum enim & mollitiem inuenta videntur. Suidas verò, carmen, quod diximus, non vt symbolum, sed prouerbiū exponit: in eos, inquit, dicitur, qui aptè & commodè negotijs vtuntur, atque ad ea se præparant. At Cælius noster libro primo Epistolicarum quæstionum, ita explicat, nos moneri, vt exornemus & excolamus, si qua sunt in nobis honestamenta à natura tributa: & si qua vitia inoluta sunt, procurandum, vt ea quoque diligenter eluamus. Sanè pedes in mysticis diuersa significare videmus. Aliquando enim vitæ nostræ cursum: vt illud, Dirige pedes meos. Id quod pluribus ostendit Cyrilius in 9. contra Iulianum Cæsarem. Aliquando cogitationes, vt Euthymius, & Cassiodorus. Aliquando conscientiam: quo modo illud exponitur, E' pedibus excutiendos pulueres. Interdum etiam præsentiam: vt his verbis docet Theodoritus, *πόδα ἢ τὴν πρῶσαν ἐκάλουν*, cum exponeret illud, Et benedixit Dominus ante pedes meos: qui sanè apud Hebræos frequens est loquendi modus. Per pedes quoq; Aegyptij diuersa significabant, vt est apud Horum, quæ nihil ad nos. Pleraq; alia de pedibus huiusmodi supra attulimus in symbolo, Nudis pedibus sacrificandum.

Per dextram in templa ingrediendum, per sinistram egrediendum.

20

Libuit & hic adscribere, quod prodit Iamblichus, Pythagoram quoque præcepisse: in templa, inquit, per dextram partem ingreditor: per sinistram exito & hoc augurali disciplinæ conuenire videtur ea, quam supra diximus, ratione. Iamblichus tamen ait, dextram, quod sit imparis numeri, qui Deorum est immortalium: sinistram autem paris, qui mortalibus conuenit. quam rem & alij, vt Aur. Macrobius, prodidere: nostri vero in vertiginibus, quibus in sacris vtimur, quarum antè meminimus, à dextra in sinistram, & à sinistra in dextram redeundo, idem propemodum significari tradunt.

Ab animalibus abstinendam.

30

AB animalibus abstineto: quod sic græcè dicas, *ζῶων ἀπέχεσθαι*. Seneca quidem ad Lucillium quadam epistola, symbolum exposuisse videtur, cū ait: At Pythagoras omnium inter omnia cognationem esse dicebat, & aliorum commercium in alias atque alias formas transeuntium, nulla (si illi credas) anima interit, nec cessat quidem, nisi tempore exiguo, dum in aliud corpus transfunditur: quo certè modo & Ouidius, aliq; intellere. Sed & de abstinentia ab animatis, & philosophus Porphyrius intellexit, peculiari hac de re libro composito, *πὸ ἀρκίης ἐμψύχων*. Plutarchus in eo, *πὸς αὐτὸς ἔχθρὸς ἀφείλω*, cicurum ac mansuetorum animantium mortem solummodo interdixisse ait. Abstinuisse verò ab animalibus, plerique ea ratione factum arbitrantur, ne ad sanguinem fundendum proniores essent homines: & simul etiam, vt cædibus inuicem abstinerent. Sunt qui tradant, ideo abstinere iussisse, vt mortales ad faciliorem victum, & ad parabiliores cibos assuefaceret, ne igne opus esset ad coquendum. Sed & Brachmanas Indiæ philosophos animalibus abstinuisse, Megasthenes & Strabo testes sunt locupletissimi. Porphyrius quoque in 4. de Abstinētia, & D. Hieronymus contra Iouinianum, colligunt ex diuersis auctoribus, alios plerosq; ab carniū & animalium esu abstinuisse: quos breuitatis causa ego missos facio. At ex scriptoribus quidam, inter quos Athenæus, Pythagoram tradunt reliquas quidem animantes aliquo modo attrigisse, moderatè tamè & parcè, quasdam etiam immolasse. Lycon quoq; Iasius in Pythagoreo, Pythagoram ait mediocri vti solitum alimento, nec animalibus penitus abstinuisse, vt etiam Aristoxenus scribit. Apollodorus etiam arithmeticus, & ipsum ait Hecatomben sacrificasse, cum nescio quid inuenisset de triangulo recto. Sed & Gellius libro quarto: O.

40

50

to: O.

- to: Opinio, inquit, vetus falsa occupauit, & conualuit, Pythagoram philosophū non esitauisse ex animalibus. tum paulo pōst subdit: Porculis quoq; manuscuiis & hœdis tenerioribus victitasse, Aristoxenus refert. quam rem viderur cognouisse ex Xenophilo Pythagorico, familiari suo, & ex quibusdam alijs natu maioribus, qui ab ætate Pythagoræ haud multum aberant. Hæc & de animalibus Alexis etiam poeta in Comœdia, quæ Pythagoræ vita inscribitur, docet. Idem Gellius mox: Plutarchus quoq;, inquit, homo in disciplinis graui auctoritate, in primo librorum quos de Homero composuit, Aristotelem philosophum scripsit eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse, qui non abstinerunt edūdis animalibus, nisi pauca carne quadam. verba ipsa Plutarchi (quoniā res inopinata est) vt sunt à Gaza conuersa, subscripsi: Aristoteles à vulua, corde, & marina vitica, atque id genus quibusdam alijs abstinerere Pythagoricos dixit, ceterorum autem vsum habuisse, hæctenus. quos quidam secuti, symbolum hoc interpretati sunt, non esse ratione sensuq; humano carentibus hominibus vtendum, eorumq; fugiendam consuetudinem: atque ita hoc loco animalia exponunt, ea quæ bruta vulgo dicuntur, & rationis expertia. Sanè quòd carnes Pythagoras esitauerit, illud facit, quòd is primus dicitur carnibus athletas aluisse, cum prius caseo molli & caricis aridis alerentur, & tritico, vt Phauorinus scribit in Omnimoda historia, & Laerius in 8. tamen si alterum Pythagoram hoc instituisse quidam prodidere. Reprehenditur etiam apud Plut. 8. Symp. quidam Pythagoricus a Lucio Tyrreno, Modesti Pythagorici discipulo, quod in conuiuio ab animatis abstinerit, quod (inquit) magis philosophi dogmatis sequi scriptum, quam sententiam voluerit. quo loco & alia quædam de symbolis commemorat. Sed quòd re vera animalibus & animatis Pythagoras abstinerit, præter quæ supra attulimus, id quoque comprobatur, quod de vrsa Daunia traditur. Fuit hæc vrsa magnitudine & feritate horribilis, quæ cum omnia vniuersa arua pecoracq; vastaret, hanc ad se Pythagoras vocauit, manūq; blandè permulsi, domique aliquandiu panem & pomis aluit: nec multo pōst eam affatus adiurauit, vt de cætero animalibus abstineret. Illa abiens, in solitis syluis & montibus diuersata, deinceps auimantium nulli offuit. Verum nec te illud ignorare conuenit, quod scribit Iamblichus, non paribus præceptis vsum esse Pythagoram erga omnes discipulos. ijs enim qui politici, hoc est ciuiles dicebantur, quædam permittebantur, quæ minimè ijs qui interiores & Sebastici. atque ea causa puto symbola nonnunquam variè pronuciari. Sanè & Plutarchus ostendit, suo quoque tempore aliquos fuisse Pythagoricos, qui institutum eius vitæ sequerentur, cum aliubi, tū in Sympliciis, vt supra attingimus. Scribit & Seneca, Sextium Romanum philosophum planè Stoicum animalibus abstinuisse, sed diuersa ratione: Dissimilis (inquit, de Pythagora & Sextio loquens) vtrique causa erat, sed vtrique magnifica. Hic homini satis alimentorum citra sanguinem esse credebat, & crudelitatis consuetudinem fieri, vbi in voluptatem esset adducta laceratio. adijciebat, contrahendam materiam esse luxuriæ: colligebat, bonæ valetudini contraria esse alimenta varia, & nostris aliena corporibus. Atq; de abstinentia ab animalibus satis: nunc ad reliqua.

*Locus lapidibus obruendus, vbi sanguis humanus
sparsus est.*

- Vbi sanguis humanus sparsus cernitur, sicut lapidibus obruatur. Sunt inter scriptores, qui & hoc inter symbola connumerent: idque Pythagoram significare voluisse existimant, dissensionum discordiarumque ac bellorum memoriam non modò non renouandam, sed penitus, si fieri possit, abolendam. Malorum esse (ait sapiens versificator) inimicitiarum reminisci. Idem ait & Iamblichus. Cuius quidè Pythagorici symboli sententiæ, si nostrorū temporū reges ac principes, vt præteritos mittā, parère voluissent, non interea, quo nos inter nos

ipſos tot diſcordiarum & bellorum ciuiliũ tempeſtatibus ac fluctibus agita-
mur, occaſionem rei bene gerendæ naçtus communis omnium Chriſtianorum
hoſtis Turca, in noſtram perniciem & inſigne dedecus tam latè imperium & ty-
rannidis fines propagaffet, nec magis magiſq; indies protendere ſtuderet. Sed
quando hæc nos fruſtra in præſentia querimur, illud potius videamus, vnde ſym-
bolum Pythagoras deflexerit, & quid de ſanguine myſticè tradatur. Scribit in
primis Moſes, ſi quis in venatione vel aucupio feram, vel auem, quibus non ſit
religio veſci, ceperit, fundat ſanguinem eiũs, & illum terrã operiat: quod ab in-
terpretibus ita exponitur, vt moneamur, deſideria à corde excludere, & offen-
ſam, quam ex eis contraximus, humanè ſatisfaciendo abſcondere. Sanè quoque ¹⁰
prohibentur Hebrei comelle ſanguinem. Cauſam affert Moſes: Sanguis, inquit,
animalium pro animã, & iccirco cum carniſus edĩ non debet. Quo loco animã
Auguſtinus interpretatur pro vitã. Alij pro ea animæ parte, quæ vegetandĩ vim
habet, & ſentiendi. Sed & Homerus & Vergilius purpuream ideo animam vo-
cant: quod & ſenſiſſe videtur Empedocles, & (ſi Themiftio credimus) Critias
Socraticus. ijdem tamen Hebræi ſanguinem in ſacrificijs adhibere ſolebant,
quaſi id innuerent, quod per ipſum Deo anima offeratur. Pythagoras contra ho-
ſtias ſine ſanguine offerebat. Nam ipſe ſanguinem, vindictam, & vltionem, &
crudelitatem interpretabatur. At noſtri ſanguinem interdum myſticè bonas o-
perationes & benefacta intelligunt, vt eſt in illo, In terra ne ſanguinem meum ²⁰
operias. & illud, Sanguis eius ornauit genas meas. Verum enim uero, hic ſanguis
non humi obtegendus, nec lapidibus obruendus, ſed vt omnibus luceat, in a-
pertum lucemq; proferendus.

Mitem arborem nec violandam, nec cadendam.

Mitem plantam neq; violes, neque cadas: hoc eſt græcè, *φυτὸν ἢ μὲρον μήτε φθί-
νεις, μήτε σίνεις*. Hac ſententia, ſeu ſymbolo, philoſophus monebat, innoxioſ
innocentẽſq; proſuſ non inquietandos eſſe, ſed ſinendos. Memini huius
Laertius Diogenes. Hoc idem & illo ſignificabat, animal non violandum eſſe,
quod homini non noceat: hoc eſt, vt ille græcè, *μη ὃ φθίνει ζῶον, ὁ μὴ βλάπτει αὐθρόωον*. ³⁰

Concluduntur cum à Græcis quibuſdam ſcriptoſibus, tum à D. Hieronymo
noſtro, Pythagoræ ſymbola breuib. hiſ ſententijs: *δὲ φυτὰ δὲ πᾶσι τῶν ζῴων, ἢ ἐν-
κῆπτον πλὴν νόθου ἀπὸ τῆς σώματος, πλὴν ἀποδουσίαν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, πλὴν ἀσελγῆαν ἀπὸ γαστρός, πλὴν σα-
σιν ἀπὸ πόλεως, πλὴν ἀφωρίαν ἀπὸ οἰκίας, ἢ κοινῆ ἀπὸ αἰτῆς ἢ ἀκρατίας*. hoc eſt: Fugare
oportet omni modo & excidere morbum à corpore, ignorantiam ab anima, lu-
xum à ventre, ſeditionem à ciuitate, diſcordiam à familia: in ſumma, ab omnibus
intemperantiam. Atq; hæcenus Pythagoras: alio licet modo ab alijs referantur,
& in primis in libello de Moribus qui Anneo Senecæ adſcribitur. Ego verbum
è verbo tranſtuli.

Hæc mi Pice habui, quæ tibi Aenigmata & ſymbola & colligerem, & inter-
pretarer. quæ ſi diligenter aliquando legeris, nec inutilia tibi, nec ingrata fore
ſperamus. Cum atate, à nobis maiora indies te decet expectare: hiſ ludicris in-
terea animum oblectare. Vale mi Pice: tibi quæ perſuade, quod ſi eo curſu, quo
coepiſti, ad virtutes & bonas artes contenderis, te magno patruo tuo & pa-
renti non inferiorem fore, qui ad illas capeſſendas tibi ſuo e-

xemplo ſtimulos & calcaria addere
debent.

F I N I S.

LILIVS GREGORIVS GYRALDVS

ARNOLDO ARNELIO SVO,

S. P. D.

CVM tu superioribus diebus hinc Bononiam esses reuersus, Bernard. Barbuleius Adrianus noster efflagitauit cum suo, tum tuo nomine, vt aliquid ei nostrarum ineptiarum exscribendum traderem, simulq; Artemidori Daldiani ἰσθροειτικὰ. & Parthenij Nicaensis ἑρωτικὰ nobis tuo nomine dono attulit. Ego verò vtriq; vestrum rem gratam facere cupiens, nostra illi commentariola in symbola Pythagoræ philosophi exscribenda tradidi: quibus cum aliquid addere mecum cogitarem, vt videlicet nonnihil volumen ex alieno studio & industria crescere videretur, nonnulla mea antiquarum rerum collectanea in manus sumpsi: quæ cum euoluerem, commodum in libellum quendam incidi cui titulus est: Pythagorica præcepta mystica à Plutarcho interpretata. Libellus est scitu dignus, sed qui minimè inter Plutarchi scripta græca reperitur, summa sit licet à me & cura & diligentia conquisitus. Erat autem perscriptus manu Pandulphi Collenutij Pisarenfis, viri omnis antiquitatis studiosissimi. Hunc tibi libellum, quoniam eadem penè quæ nos in plerisq; nostrarum interpretationum breuissimè exponit, tibi dono dare constitui, pignus vt sit perpetui mei erga te amoris ac benevolentia. Vale, Germanicæ atq; adeò Belgicæ elegantia & eruditionis decus. Ferraria, Idibus Decembris. 1543.

PYTHAGORICA PRAECEPTA MYSTICA
A PLUTARCHO INTERPRETATA.

- D**extram cuique inſciendam non esse: id est, non conciliari omnibus oportere.
- Angustum anulum nō gestandum: id est, victus rationem habēdam, & parsimoniam nequaquam nimis adstrictam.
- 30 Panem non frangendum: id est, amicitiam non violandam.
- Sal apponendum: id est, laudandam in omni vita iustitiam, vel prudentiam, quòd ea cuncta seruentur.
- Ignem ferro non cædendum: id est, non irritandum furentem.
- Cor non manducandum: id est, curas abigendas.
- Fabis abstinendum: hoc est, à magistratibus abhorrendum.
- Cibum in scapham putridam non ponendum: id est, improbis non esse committenda secreta.
- Euntem non retro verti: hoc est, metu mortis cursum vitæ non perturbandū, vel viam virtutis ingressum pœnitere non debere.
- 40 Staterem & iugum non transiliendum: id est, rationem & legem non debere transgredi.
- Super modio non consistendum: id est, ocium fugiendum.
- Quæ ceciderint, non tollenda: hoc est, antiquatas consuetudines non no- uandas.
- Gallo albo abstinendum: id est, salutis cuiusq; purissimè fauendum.
- Stramenta semper haberi colligata: id est, succinctos esse oportere, quo facilius tempori & naturæ pareamus.
- Dei imaginem in amulo non circumferendam: id est, de diuinis parcè dissi- rendum.
- 50 Ollæ vestigium in cinere confundendum: hoc est, si opera voluptati data sit, curandum ne pateat.
- In superfluis capillorum vnguiumq; segmentis non meiendum: hoc est, nec homines quidem abiectissimos floccipendendos.

Sub

Sub eodem tecto hirundines non habendas: id est, mutabiles homines in amicitia non habendos, vel alienos in locum nostrum non habendos.

Oleo sedem non commaculandam: id est, nihil agendum quod cuiusquam officium perturbet.

Aves recuruis virgibus abigendas: id est, paratos ad rapinam excludendos.

Extra publicam viam non eundum: id est, consuetudines & instituta publica seruanda.

Conuerso ad solem vultu non clamandum: id est, contra virtutem & rationem non pugnandum.

Gladium acutum seponendum: id est, vitandam iracundiam. 10

Sepiam piscem non edendam: id est, res implicitas non recipiendas.

In limite non consistendum: id est, in ambigua sententia non commorandum.

Progredienti gregi e via cedendum: id est, multitudini non opponendum.

Mustela e transuerso offensa retrocedendum: id est, homines delatores fugiendos. nam mustelam ore parere affirmant.

Arma a muliere sumministrata reijcienda: id est, non fumendos esse animos a fraude, vel effoeminata aliqua consuetudine.

In tenebris absque vestitu aliquo non vadendum: id est, nudam & apertam sententiam in obscuris rebus non proferendam.

Rectum pedem promouendum: id est, recta esse & iusta proferenda. 20

In poculi fundo residuum non relinquendum: id est, Artes quas coeperis, funditus exhauriendas.

Colubrum intra aedes collapsum non perimendum: hoc est, hospitem quamquam nocuum, perhumaniter tractandum.

Offensa in vestibulis obscena vetula, non egrediendum: id est, res quarum turpia sunt principia, non esse prosequendas.

Noctu in tenebris deambulanti cauendum: id est, mortalibus enitendum, ut fuisse in vita videantur.

Sole collucente ignem deferre nefas: id est, rebus claris & conspicuis rationem non afferendam. 30

Lapidem in fontem iacere scelus, id est, in eum qui det operam utilitati publicae, durum aliquid iniicere scelus.

Pede in limine illiso, retrocedendum: id est, quae in ipso principio noxia sunt, non prosequenda.

Lumen post caput appensum detinere, flagitium: id est, industriam & prudentiam non in postremis habendam.

Sinistra manu sumere cibum nefas: id est, non nisi recto & legitimo lucro viuendum.

In sacro sepulchro dormire periculosum: id est, res superis consecratas ad voluptatem & foecordiam non substernendas. 40

Minuta panis pedibus conculcare turpe: id est, quamuis minimam degendae vitae rationem non pessundandam.

Egredienti introeuntique valuas exosculandas: id est, Initia & fines actionum & institutorum complectenda.

Lynam illotis manibus non attingendam: id est, purissimum eum qui dicat, esse oportere.

Sudorem ferro abstergere, tetrum facinus: id est, labore parta nemini vi & viribus eripienda.

In solitudine sine baculo non ambulandum: id est, cum amicis in necessitatibus conferendum & consulendum. 50

Apud quadrupedem poema non canendum: id est, apud ignaros seria non proferenda.

Faciem in fluuio non lauandam, vel spectandam: id est, ex labili re & penitus instabilem.

- infabili specimen non appetendum.
 • Hominis vestigia non esse ferro configenda: id est, Hominis memoriam non esse lacerandam.
 Integrum fasciculum in igne non esse ponendum: id est, non vnà opes omnes in vnum discrimen ponendas.
 Egrescenti e laribus sinciput, redeunti occiput scalpendum: id est, præcautionem & diligentiam ad res agendas excitandam, his peractis memoriter examinandas.
- 10 Derheda iunctis pedibus non exiliendum: id est, de statu in quo sis, in alium nisi sensim transeundum.
 In astrum nunquam esse digitum intendendum: hoc est, de supremis viris nihil est temerè loquendum.
 • In arundineto non confabulandum: id est, cum leuissimis hominibus familiaritatem non habendam.
 Candelam ad parietem non applicandam: id est, tardis & frigidis hominibus sapientiæ laudes non commodandas.
 In niue non scribendum, id est, stupidis & mollibus animis nihil committendum.
- 20 Vulturem auem in augurio infelicissimam: id est, innocuos homines facile esse infelices.
 Facilius emori hominem, cui oculi claudantur: id est, hominem ipsum ex negligentia facile in miseriam cadere.
 Puerum aut foeminam stricto vagari gladio, omen malum: id est, non defuturum malum, si gubernatio ineptis & leuibus tradatur hominibus.
 In chœnice non sedendum: id est, non tantum præsentis, sed & futuri curam habendam. Est enim chœnix diurna esca.
 • Duorum temporum quàm maxime habendam curam, matutini & vespertini: id est, eorum quæ acturi sumus, & eorum quæ gesserimus.

30

F I N I S.

LILII GREGORII GY-
 RALDI FERRARIENSIS LIBEL-
 LVS ADVERVS INGRA-

T O S.

40

LILIVS GREGOR. GYRALDVVS
 REVEREN. AC MAGNIFICO AL-
 PHONSINO TROCTO E-
 quitì, S. P. D.

50 **C** Mæcenas, eques Hetrusca, regum insignis nobilitate, inter Augusti amicos ob fidem ac diligentiam in rebus vel secundis, vel aduersis præstitam, vt quiuis alius celebratur, cum tantus, tantæq; auctoritatis esset: nihil magis eum præ se tulisse, nec in votis habuisse accepimus, quàm vt literas, & optimas artes, earumq; studiosos proueheret: quod cum omni diligentia ac studio contenderet, non minima causa fuisse dicitur, vt præclara suæ ætatis ingenia emergerent, planeq; florent: simulq; vt diuina exquisitaq; opera perscriberent. ex quorum numero fuere P. Vergilius Maro, Horatius Flaccus, & Aurelius Propertius, poeta, alijq; non pauci. qua ex re postea factum est, vt

est, ut Meccœnatis ipsius nomen in vulgatum prouerbium duceretur, cum ingeniorum, doctrinarumq̄, fautorem significamus. Cuius quidem Meccœnatis cum te omni penè ex parte, Alphonsine, persimilem esse conspicerem, ut non modò ob singularem tuam erga principes nostros fidem, iam inde à teneris annis perspectam, & nunc D. Herculi præstitam, ita ut iure inter eorum intimos ac domesticos fueris & sis connumeratus, & perinde etiam toti semper ciuitati gratiosissimus, sed omni etiam ope atq̄, opera contendere videam, ut optimarum omnium artium studiosis, & præclaris nostræ ætatis ingenijs faueas, ut certe quidem antea fecisti erga doctissimos senes Leoniceum atq̄, Manardum: quanti verò nunc facias eruditiss. & eloquentiss. Cœlium Calcagninum, vnum cum omni antiquitate conferendum, omnes norunt: ne plerosq̄, alios commemorem, quos tu tua liberalitate & gratia cumulatè promereri, amplecterisq̄. Vnus enim es (ut de te verissimè scribit ille idem Cœlius) qui recta studia omnib. fortunæ bonus anteponis: ut interim sileam quàm in equitandi disciplina peritus, quàmq̄, in tota equestri dignitate vel honestanda, vel illustranda princeps & sis, & habearis. Illud vtiq̄, non sine ingrati animi nota hoc loco ego præterierim, isto videlicet tuo gratificandi, & bonis benefaciendi instituto factum, ut absenti mihi, ac penè tibi ignoto, in Mirandulana calamitate efficaci tua affueris commendatione apud Victorem, in qua quidem mecum pessimè actum est. In eam verò nullæ me factiones, non male antè acta vita detruserat, sed Pici singularis beneuolentia erga me, quam ob nonnullam ille de me meisq̄, studijs opinionem conceperat. Quid verò dicam, qualibus me persecutus es muneribus hac proxima mea infirma valetudine, cum fermè desperatus ac propè conclamatus essem, tu nulla in re mihi defuisti, & omni indies ope & præsidio subuenisti? Quare cum tot ac tanta mihi abs te collata sint beneficia, adeoq̄, abs te sim promeritus, aliquo cupiens ingenij testimonio beneficiorum præ me ferre memoriam, nonnullamq̄, gratiam quomodocunq̄, possem referre, necdum tamen adhuc satis ex graui diutinoq̄, morbo confirmatus, hanc, non nouam quidem, nec recentem scriptionem, tibi muneri dare constitui, sed quam pridem in ingratos homines confeceram, & ἀπαύσιος ad ingratus inscripseram. Hac verò in primis de causa hoc te libello donandum statui, ne scilicet in eum, quem ego pridem enixè in eo libello redargueram, ingratum ipse impingerem: simiq̄, cum facile videre, neminem vnum cogitare, ac ne suspicari quidem posse, me tibi id vitij exprobrare voluisse, quod maxime cauendum in libello duxeram, cum tu penè ignotum, & patria diu absentem, tuo me & quidem insigni beneficio antè prouocaris. Accipe igitur hoc qualecunq̄, est libelli, fronte tua illa hilaris ac læta: qui etsi ob eius inelegantiam te minus dignus videbitur, indicium certè ac pignus erit apud quosq̄, meæ erga te beneuolentiæ, propensq̄, voluntatis. Vale.

ALPHONSVS MAIANTHVS
ad Lectorem.

*Aduersus ingratos stilum dum Lilius
Exacuit, omnium ille fit gratissimus.
ἀχαρισίας is namq̄, Taxum symbolum,
Ostendit à quo auctore sit primùm edita:
Et illius solo abditas propagines,
Ac pullulantia hinc & hinc tot germina,
Demumq̄, virus vnde sit tam pestilens,
Ut non modò necem alijs, sed & sibi inferat.
Ergo cauere inaugurata ab arbore,
Quisquis volueris, hunc libellum compans:
Non te pigebit lectitasse quippiam.*

LILII GREGORII GYRALDI FER-
RARIENSIS PARÆNETICVS LIBER

ADVERSVS INGRATOS.



Vm minus hoc tempore amicis vsui esse possim, eorūque ad-
 esse negocijs, propter diuersa, quæ me vno tempore morborum
 genera inualere: ad antiqua mea studia, cum veteribus meis ami-
 cis, hoc est libris, in tam molesto ocio in gratiam redire statui, à
 quibus pridem didiceram, nō hasmodò corporis, sed animi quo-
 que ægritudines æquanimitè & patienter ferre: eaque de causa
 10 libens ad aliquid scribendum, animum appuli, vt vel sic ociosus non nihil ami-
 cis aliquo modo prodessem. Id quod cum alios antiquorum plerosque, tum M.
 Tullium ipsum, vbi vel suo, vel Reipubl. fato à curia, & à forensibus negocijs
 vacauit, fecisse videmus. Etenim curis negocijsq; vacui, aliquid semper auemus
 audire, discere, docere. Cum igitur his proximis diebus post Pontificia comi-
 tia, Capralycam animi gratia Hercules Rangon. ordinis ampliff. v. c. secedere
 statuisset, meq; vt valetudini operam darem, Romæ esse voluisset, placuit interea
 experiri, an vetere illo quidem Stoïcorum more parænesin aliquam conficere
 possem, qua nostris hominibus ostenderem, nullum esse eo crimine detestabili-
 20 us, quo sumus erga de nobis optimè meritos ingrati: & quod cum semper alias
 humanum genus, tum nostra demum hac tempestate maximè trāsuerfum rapit.
 Quod adeo vitium Latini nostri illi veteres execrabile abominabileq; esse puta-
 uerunt, vt ne nomen quidem ei vitio imposuerint. Vt enim quæras omnia, quo-
 modo ἀχαρισία Latini apellent, non reperies. Nam quod quidam hoc tempo-
 re ingritudinem interpretantur, vulgòq; docti alioqui nunc viri vsurpant, id
 non esse Latine dictum, eruditiores affirmant. Non me fugit, & alios ante me de
 ingratorum crimine scripsisse: sed hoc, quo ego modo, neminem. Ego certè quos-
 cunque libros videre mihi contigit, qui hac de re aliquid attigere, perlegi, vt om-
 nes tanti sceleris radices, si quo modo per me fieri posset, euellerentur: vel si meo
 studio minus hoc ipse consequi quirem, illis saltem materiam præstarem, quibus
 30 contra ingratos maiore vel facundia, vel eruditione scribere placuerit. Diu ve-
 rò multumq; animi dubius fui, post huius libelli confectionem, cui nam potissi-
 mum ipsum nuncuparem: ne si vni forsan cuipiam inscriberem, is vni sibi ingra-
 ti vitium obijci existimaret: vel si non ipse lector (si modò huius quispiam lector
 erit.) Visum est ergo mihi generatim ingratum hominem ea de causa alloqui, no-
 minatim neminem vnum appellando: simul nec vnum quempiam notare, nec in
 alicuius gratiã aliquem carpere quisquam existimare poterit: rectiusq; ac distin-
 ctius mihi de re tota, eiusq; generibus agendi facultas præstabitur. Ad te igitur
 meum iam Ingrate sermonem vertam, & tecum agam: qui si me fortassis audire
 40 volueris, non iam, vt es, ingratus omnibus & inuisus eris. Primum illud omni-
 um te ingrate scire velim, te istius tam nefandi criminis auctores habere nequam
 Genios illos, qui à Deo Opt. Max. conditore summa cognitione & scientia præ-
 diti cum conditi fuissent, illi tamen ingrattissimi Deo creatori temerè se æquare
 ausi fuerunt: quo immanissimo scelere in Tartara demersi, sempiterno carceri a-
 pud manes damnati sunt. Tum illud quoque ego ex te scire cupio, an vllam es-
 se putes, virtutem quæ, in quo inest, hominem decoret atque honestet: Deinde,
 num quoque aliquod esse putes vitium, quod contrarium efficiat: quod cum mi-
 hi vtrunque concedas necesse sit, ostendam omnia in te vitia inesse, nullamque
 50 virtutem idq; breuius agam fortassis, quam res tanta exponi possit. & vt plani-
 us clariúsque te ipsum tibi effingam, & repræsentem, te criminèq; tuum tum defi-
 nitione ac distributione, tum quibus é causis oriatur aperiam. Tu igitur Ingrate
 sic appellaris, quod gratiam nullam, aut certè non satis dignam ei refers, qui
 bono te animo est aliquo modo promeritus: vel (vt ait Xenophon) Ingratus

est, inquit, qui beneficijs acceptis, cum possit, gratiam non refert. & paulo post idem: Mihi, ait, à quocunque est quispiam beneficijs affectus, amico illo siue inimico, cum non conatur gratiam referre, non ingratus solum, sed etiam iniustus esse videtur. id quod & Socrates apud eundem pluribus ostendit. Tanto enim iniustiore te esse statuit, quanto maioribus beneficijs acceptis, paria, cum possis, non refers. Aliqui brevius ita colligunt, tēq; hoc modo definiunt: Ingratus is est, inquit, qui gratiam utcumq; non refert, amanti, inservienti, & promerenti. ac si tribus his modis innuere velint, ingratum esse te erga amantem, inservientem, & promerentem. Alij te quidem trifariam, hoc est, te tribus tantum, quod aiunt, gradibus peccare, at non eo quo diximus modo, cōtendunt: cum merita meritīs nō repensas, cum beneficium dissimulas, cum obliuisceris. ad quos & illa referūt, ad primū quidem, cum mala pro bonis rependis: ad secundū, cum beneficium vituperas: ad tertium, cum benefactum malefacti loco habes. Sedenim ego pluribus temodis id sceleris cōmittere intelligo. Primū, cum neque gratiam refers, nec inficiaris tamen. deinde, cum neque refers, nec accepisse fateris: aut, si modò non neges, dissimulas tamen, & obloqueris. Tum, cum refers quidem, sed clam, & in abdito, ne ei debuisse cui refers, ab aliquo videare: vel cum ita refers, ut non beneficium reddere, sed ipse potius conferre: ad hæc vel cum tardè, cum intempestive, minūsq; opportunè refers, vel insolenter admodum, & arroganter, ut nec dare, nec referre videaris. dein etiam, cum pro magnis egregiisque muneribus exigua quædam, & admodum tenuia rependis: præterea cum verbis commendare eum refugis, cui beneficiū debes, eive tuo favore & gratia adesse, apud quos polles primarios & principes viros. Postremò, cum tibi è memoria promerita excidunt, & cum pro bono malum, & pro beneficio maleficium retribuīs. Rectius mihi atque explicatius huiusmodi diuisionem fecisse videor, quàm ij, qui tantummodo dupliciter te peccare definiunt: aut scilicet stultitia, quippe qui stultū malum esse volunt, malum verò nullo vitio carere: aut tuapte animi propensione naturaq; in istud te vitium ferri atque dilabi, quod & Stoicis aliquibus placere vi deo. his omnino modis Ingrate delinquis. iam verò cōtra quos delinquas, ut rem planius omnem percipias, diligenter accuratēq; disquiramus. Es ipse quidem Ingrate multifariam ingratus: primūmq; in Deum Opt. Max. & immortalem, atque item in reliquos cœlites, deinde in teipsum, tum contra patriam, & parentes: atq; è contrario, patria in ciues benemeritos, & parētes in filios. Præterea ingratus es in dominos, principes, heros, & amicos. Et contra dominū, principes, heri, & amici, in seruos, subditos, famulos, & amicos: id quod ea ratione frequentius contingere videmus, ob dominorum & principum impotētiam ac superbiam: & quòd pauci quidem cum semper aliās veri reperti sunt amici, tum hac temporum fœce. Es demū Ingrate, & in vita functos ingratus. quibus de rebus omnibus suis locis est agendum. Sed cum hæc ita sint, tum illud primū Ingrate cōsequi videtur, ut crimen, quo ipse laboras, sic commodè definiri possit. Nullam esse, vel parum dignam, atq; intempestiuam accepti beneficii retributionem. atque ideo nostri theologij, peccatū istud esse finiunt, quod gratiæ debitū tollit, quod in primis honestati debetur. is namq; hoc vitio meriti gratia fraudatur, qui de te honestè & gratuito est benemeritus. His ita expositis, simul Ingrate videamus, & quæ nam potissimum causæ traduntur, quibus parum gratus es, nec optimè de te meritīs paria refers. Stoici (quos hoc quidem tempore, & hac præcipue quæstione, ut qui nobiscū plurimū, & pluribus in rebus conueniūt, me planè imitari & sequi profiteor) tres tantum causas afferunt, cur parum gratus Ingrate existas: Primam, cum te ipsum nimis suspicis, arrogasq; & vitio mortalitati insito te tuāq; miraris: tū, quòd plus iusto auidus sis, & auarus: terriā, quòd inuidia tangaris. Etenim qui fieri potest, ut quis se probè noscat, & iudicet, qui non benignus fuerit atque liberalis: qui verò ipsum se non rectè metitur, ac probè iudicat, nihil se nō meruisse putat, omnia sibi arrogat, omnes præ se contemnit; & ideo, ut opinior, à superbia

bię fonte Ingrate, crimen istud tuum Christiani nostri philosophi deriuare con-
 tendunt. Hoc in genere cum milites, tum literarum disciplinarumq; ferè omni-
 um professores per plures esse videmus, qui dum plus spe sua concipiunt, quàm
 debent, indies conqueruntur, passimq; vociferantur, se meliorem, nunquam re-
 dituram, vitæ partem contriuisse, quòd valitudinarij facti sint, quòd famulando
 reliquerint, quæ longè opibus diuitijsq; omnibus præstant, literas optimas, li-
 beralesq; artes, sapientiam denique ipsam, quibus ab ipsa ineunte ætate operam
 impedissent. Cuiusmodi fecisse legimus Lentulum quendam augurem, quem Cæ-
 sar Augustus à foro & causis dicendis retraxerat, quod in eloquentia ipsisq; fo-
 10 rensis parum profecturus omnibus videretur, eumq; nihilominus Augustus
 honoribus opibusq; auxerat: at illum de Augusto conqueri in dies, palamque di-
 cere solitum accepimus, nihil sibi tantum à Cæsare datum, non congestum fuisse,
 quantum ipse relicta eloquentia & foro, perdidisset. At prò Dei optimi fidem,
 quàm multos mihi videre contigit, hoc præcipuè tempore, Lentuli istius simi-
 les, qui in Leonem Decimum Pont. Maximum, literarum bonarumque artium
 omnium perfugium, idem fermè iactarent, cū ab ipso amplissimis dignitatibus,
 honestis opulentisque sacerdotijs, oppidis insuper, alijsq; donis ingentibus lon-
 gè sua virtute maioribus honestati, amplificatiq; fuissent: & nunc (prò scelus in-
 dignum) post immaturum importunumq; illius interitum ingratiissimi, omnes
 20 in eum conuiciorum ac maledicentiæ habenas relaxarunt, nedum gratias vllas
 retulerunt. Sed hæc fortassis aliàs: Nunc, quam secundo loco avaritiam auidi-
 tatemq; in causa esse dixeram, vt sis ingratus, commodius prosequemur. Diui-
 tiæ duabus de causis expeti videntur: aut enim ad vsus vitæ necessarios, aut ad eu-
 piditates voluptatesve comparantur: cum eas tu tibi tantum ipsi, vel ad iniusta
 tua desideria libidinèq; explendas, cumulare dies noctesq; laboras, quo pacto a-
 uare & ingrata beneficium reddes? qua ratione officijs respondebis? Quo enim
 magis opibus & lucro das operã, quo magis diuitijs superfluis, eo quoque plus
 ijs inhias: diuitiarum opumq; cupiditas eo indies magis augetur, quo magis (vt
 ait Satyricus poeta) ipsa pecunia crescit: quòque plus auido contuleris, eo plus
 30 cupiet. Multo etenim concitator, inquit Seneca, avaritia esse dicitur, cum in ma-
 gnarum opum congestu atq; aceruo est collocata. Certè cum minus avaritiæ po-
 pulus Romanus studuit, & priuato commodo ac diuitijs, in eo minus ingrati ani-
 mi vitio locus fuit. merces enim, vt ille idem poeta cecinit, nullis visa vnquã me-
 ritis minor, aut ingrata curta fides patriæ. at vbi suæ quisque vtilitati operam de-
 dit, in eum populum ista tua Ingrate labe inuasit, & late debacchata est. Simili
 modo & Lacedæmoniorum res eousque auctæ sunt, quousq; ij vel coriacea mō-
 neta vsi sunt, vel minus priuatis opibus studuerunt. Sed & nostra ætate istiusmo-
 di non desunt exempla, quæ, ne nobis inuidiam conflamus, omittam. Istuc etiam
 accessit Ingrate ambitio, quæ hominem non patitur in honorū mensura cōquie-
 40 scere, semper desiderium desiderio accumulat, & superinducit adeò, vt plerunq;
 adeptus, quod tibi conditioniq; tuæ impudens fuerat votum, non in eo tu tamen
 auiditatem sistis, non conquiescis. atque ideo nunquam felicitatē intelligis, quia
 nunquam votis modum imponis, nunquam illa tibi præstò est animi tranquillitas,
 non illa securitas: quia non vnde veneris, respicis, sed quò tantum tendas,
 prospicis. Hinc execrabilis illa nascitur beneficiorum obliuio, hinc illa in te col-
 latorum meritorum labitur memoria. Cum enim nouis subinde cupiditatibus sis
 intentus, de referenda gratia minus cogitas, minusq; eò animum intendis. Hinc
 & illud quoque plerunq; euenire videmus, vt quem prius amaueras, suspexeras,
 & quem tanquam (quod nunc vulgo dicitur) εὐσεβῶν venerabaris, cum diuersæ
 50 rei inuasit animum cupiditas, illum non modò reliquisti, sed prò Dei Opt. max.
 fidem, contempstisti, odisti, eiecisti, alios secutus, quibus desiderijs tuis obtempe-
 rantibus, speras cōmodius faciliusq; tuorum te compotem votorum euasurum,
 nequicquam tibi veritus sempiternam ingrati animi maculam inurere. Hinc nu-

tricularum & educatorum tot labores, tot affectantium pedagogorum sollicitudines, hinc magistrorum & doctorum monitiones & institutiones, hinc sodalium & coætorum amicitia & sodalitates perierunt, evanuerunt: nimirum, quia cum ad maiora semper animum intendas, non retro ad pueritiam, non ad viridioris ætatis consuetudines respicis, sed novis subinde studiis & amicitis mores animumque mutas: id quod & Aristoteles, & M. Tullius, ut cætera, diuine ante me executi sunt: non hos tamen, quos paulo ante memorabam eodem te modo Ingrate, colere, & eis gratiam referre præceperint, ut quos postea nactus es in alio gradu vel dignitatis vel ordinis magis insignes: sed æqua volumus meritis rependere, non quod plerunque facis, penitus negligere. Alio quidem sunt quodam modo colendi, ut ait M. Cicerone, cum dispares mores disparia studia sequantur. Est enim & sua cuique vel ætati remunerandi tempestiuitas. Tertiam non referendæ gratiæ causam adduximus inuidiam esse, seu, si mauis potius inuidiam dicere: quæ cum hominem de alterius bono tristari faciat, & dolere, causam tibi Ingrate affert ut minus quam par est, gratus sis. Si enim quempiam vnum videris, qui ab amico, à principe, ab hero, alioue quouis plus acceperit quam tu, vel quam tu prius, ea tu inuidia & tristitia afficeris, ut nec beneficio adstringaris, nec mox paria reddas. Hinc illæ Ingrate, quibus uti soles tam crebro, repetitæ voces, tam intempestiæ querelæ: Quid ille plus fecit? ille me posterius conturbenium adeptus est, posterius inijt amicitiam, benevolentiam, ego in illum plus contuli, diutius inferui, obsequio affui: aliæque huiuscemodi multa, quæ te indies in vulgus spargere, & passim & identidem iactare intelligo. Alio quoque modo inuidia ingratus esse potes: cum ei cui gratiam referre sempiterna beneficii obstrictus memoria debes, vel es ab eo in aliquam vel dignitatem ascitus, vel collegium cooptatus, tu tamen, ne qui te sibi ipsi æqualem esse voluit, & suffragio iuuat, te potentiorē maioremque videas, omnes ingrati animi numeros explēs: ut cum aliis sæpe visum est superiorum patrum temporibus, tum non multo antea in pontificis comitijs, quod conclaue vulgo dicimus, ipsi præsentēs vidimus, cum Ragonius Herculis, amplissimi ordinis vir, herus meus, me in his secum unum tanto spectaculo, quod paucissimis contingit, interesse voluisset: in quibus illud certè verissimum conplexi, quod multo ante M. Tullius de suorum temporum comitijs dixerat, nullum esse fretum, nullum Euripum, qui tot motus, tantas & tam varias habeat agitationes, quot fluctus, quantasque perturbationes & æstus habet ratio ipsa comitorum, atque ea præcipue, in quibus summa dissensio, sed dispar est contentio. Ille sibi pontificatum manu tenere, hic se cui velit dare putat: ille tollere & turbare omnia, huic intermissa dies cuncta confundit, illi nox interposita sæpe perturbat omnia, & totam omnium opinionem parua commutat aura: prehensat hic, prehensatur ille, rumore sæpe etiam sine vlla aperta causa fit aliud, atque existimabatur: ut nonnunquam ita factum esse non modo populus, sed & amplissimi Patres ipsi, quasi non ipsi fecerint, admirentur, ut certè cum absentem eum in Pont. Max. patres elegissent, quem paucos eorum viderunt, & pauciores allocutos esse intellexi, quod bene uertat: ipsum vos talem qualis fuerit, iam Roma vidit. Verum hac de re iam satis. ad te redeo Ingrate. Ista quam diximus animi tui Ingrate significatione, damnabilior detestabiliorque existis, quam pro adepto honore ac dignitate ignominiam & vituperium, & pro bono malum rependis. Tribus his à me causis expositis, aliqui quartam afferunt, obliuionem scilicet, qua vna in re te multo ingratiſſimum Stoici esse contendunt. Nam cum per se ingratum esse, grauissimum sit crimen: quis non multo grauius peccare te videat, qui beneficii memoriam, quæ sempiterna & immortalis esse debet, tibi euanescere & dilabi permittis? Rationem hanc cum Stoicis Epicurus non ubique damnandus attulit, qui voluptate omnia metiri voluit. Maiorem enim nullam esse definit, ea voluptate quæ præsens est, vel quæ præterita est. nam eius quæ futura est, sensum habere nullum possumus. Ergo qui gratiæ vel beneficii præsentis

præsentis vel præteriti obliuiscitur, præterquam quòd ea voluptate priuatur,
 • summopere quoque vituperandus & execrandus est, quòd virtute ipsa priuatur,
 quæ maxima est, gratiæ referendæ. Beneficiorum verò dupliciter te obliuisci,
 Christiani quidam non in celebres philosophi affirmant: primum, cum tuape natura
 es obliuiosus, hoc est, cum tenui vel penè nulla memoria polles, eaq; te ratione
 minus ingratum esse & detestabilem statuunt. altero autem modo, cum ex
 negligentia volensq; officij ac muneris accepti obliuisceris, eòq; te grauissimè
 modo peccare contendunt. Cum ijs tamen ego libentius consenserim, qui tum te
 Ingrate perditissimum despiciatissimùmq; esse decreuerunt, cum pro bono malū
 (vt modò dicebam) rependis, nam tamen si obliuio beneficiorum pessima, nisi ta-
 10 men illi malus animus & mala mens accesserit, non vsq; adeò solet officere. Non
 paruam ego quoque illam tui Ingrate animi causam esse intelligo, cum inæqua-
 les & impares conflantur amicitia. Nam tum ex virtute & honesto, tum ex com-
 modo & vtili, tum ex voluptate amicitia parantur: cum amicos inæqualitas, &
 quædam (vt sic dixerim) imparilitas, comparat: hoc est, vt hic sit amicus ex com-
 modo vel vtili, ille ex voluptate, vel è contrario: hic cessante commodo, ille volu-
 ptate sublata, alter alterum ingratum sæpe vocat: & vsu euenire sæpissime vide-
 mus, quo fit, vt qui ex beneuendi & virtutis vinculo ligantur, nunquam vel rarissime
 dissoluantur, & ingrati esse videantur. Sed quoniam in dando reddendò-
 que beneficio multum interest, an id fiat dantis, an accipientis causa: ita etiam est
 20 subtilius accuratiusq; videndum, cuius nam ipse causa ingratus fias. Nam si tua v-
 nius causa tantum, quod scilicet tuapte natura & institutio ingratus sis, nec vllis
 tantæ virtutis referendæ gratiæ stimulis mouearis, profectò vnus omnium ès in-
 gratissimus. Sin verò alterius causa gratiam non refers, potest ea vel bona, vel ma-
 la esse: sicuti quoque & vtriusque, hoc est tua & alterius. & propterea verissimum
 esse puto, quod à Stoicis & nostris præceptum est: Spectandum semper, & in pri-
 mis æstimandum esse, quo quisque animo studiove quid faciat: cum omnibus in
 rebus, tum maxime, qua quid eorum ratione vel exhibeat, vel deneget. Nam si
 legitima & iusta causa præpeditus non retuleris, te ingratum minime esse cense-
 mus. Quin & plerunque non reddere quod accepisti, est legibus & prætorio iu-
 30 re concessum: vt furiosis, & amētibus. Alias quidem fortasse alius tui istius Ingrate
 criminis causas cōminisci poterit: sed, vt puto, ad has quas modò diximus, refer-
 ri facile quibunt. Quocirca de his hæctenus. nunc ad alia me conuertam: atque il-
 lud, quod in primis proposuimus, contra quos ingratus, & quomodo esse possis,
 vberius aliquanto, & copiosius disquiramus. Non vides igitur Ingrate, primum
 quod in Deum Opt. Max. & immortalem, es ingratus & impius, cum tu capita-
 li noxa contra eius in te tot beneficia collata delinquis, cum cōtra formā eius, vt
 Theologi dicunt, id quod quatuor modis tibi contingere posse affirmant: Cum
 odisti tibi proximum: cum à vero ipsius Dei cultu & religione auerteris: cum cō-
 temnis fateri commissa: cum te eorum pœnituisse piget, seu refugis. Omnibus
 40 his modis te illaqueari rursus, criminibusq; rursus infici ac inquinari, fatentur
 ij, qui in sacra nostra Christianorum philosophia optime semper à bonis audiue-
 runt. Nam cum à Deo ipso tot gratuito affectus sis muneribus, cum tot subin-
 de gratijs cumulatus, quòd videlicet homo sis, non bellua: quòd ratione, si mo-
 dò vti velis, quòd intellectu ac sapientia, quòd reliquis animi dotibus ac virtu-
 tibus polles: num tu maxime ingratus? qui pro tantis talibusque muneribus,
 tantis talibusque beneficijs, gratias nec agis, nec habes? neque enim referre po-
 tes. At, si nescis, Dei (Ingrate) sunt dona, præter ea omnia quæcunque sunt: qui
 Solem, Lunam, sidera, stellas, anni tempora, elementa, terræ fructus, animantes
 50 omnes, reliqua, quibus mortales vtimur, nostra causa condidit, finxit, creauit, in
 vsumque nostrum, vt ipsum scilicet nos grata duntaxat animi affectione reco-
 gnoscamus, & tandem hac exuti mortalitate, eius sempiternæ diuinitatis, cœ-
 lestisque regni participes fieremus. Tu verò, Ingrate, non modò non gratias re-

fers, non agis, sed nec saltem habes, infelix. An ignoras, non aliam ob causam religionem ac pietatem à bonis gratiſq; animis vel acceptam, vel diuinitus afflatā, nisi vt immortalī Deo (quantum in nobis est) gratiam referamus? Amor enim, qui Deus est ipſe, nobis primū illuxit, ipſumq; se, ſuiq; cultum nos primū edocuit: non, vt impiè à poetis quibusdam canitur, Primus in orbe Deos fecit timor: vel vt alij, metus, nisi quatenus is ab amore demanat. Amor igitur, amor nos erga Deum gratos efficit. Illum si ex corde ames, refers: quoq; magis amaueris, magis retuleris. Quis rogo te Ingrate, falsa de Deo cogitare, falsa de diuis cœlitibusque cæteris sentire, scribere, proclamare docuit? quis monitis & diuinis oraculis ire obuiam? Quid Diagoras, Prothagoras, Theodoros, Euhemeros, alios 10 & re & nomine aduersus effecit? quid subinde tot sectas, tot factionum sectiones, Manicheorum, Arrianorum, Sabellianorum, aliorum penè innumerabilium? Quid improbas ac nefandas leges, post Hebræas & Christianas, Magmeden figere? Quid, si Deo placet, nunc denique tandem impurissimam quorundam hominum facem impulit, vt desertores ac transfugæ, diuinā maiestatem imminuere tentarent? quis eos armauit contra religionis & sacrarum ceremoniarum ritus, contra sanctissimorum patrum traditas sanctiones? quis contra sanctissimā Virginem Christi matrem, reliquosq; cœlites, quos à Deo Optimo Max. cœlo dignatos, & aucto cum Deo ipſo iam sempiterno fruente, nunc demum in ordinem redigere, & sub examen reuocare apud plebeculam, & vulgus ignarum compulſit? 20 Quis demum de sacramentis ambigere, vel eleuare? Quis inquam ad has calūnias, & nugas impias atraxit? nisi in Deum ingratus animus, nisi ingrata & nimio plus sibi arrogans mens, ab ingratiſſimo & superbiæ inuente immiſſa, maligno Genio, omnium ingratorum principe: ex quo omne quantumuis enorme scelus, tanquam à matre Laerna pullulat. Quid præterea quoidam gentium philosophos dicere & scribere docuit, Deum mortalia non curare, nullam vel exiguam mundi prouidentiam habere? Quid denique illud Deo obijcere, quod erga hominem ingratus sit ipſe Deus: id in primis garrienteſ. Multos qui dem libare, paucos verò litare: id enim non Dei ipsius causa contingit, qui cum optimus sit, nobis omnia bona & cupit, & facit: sed nostra sacrificantium immundè prouenit iniquitate. Nam quod blateras Ingrate, Dei munerum 30 æſtimator pessime, Cur hominem Deus, quem vnum animantium reliquorum nobiliſſimum esse voluiſſet, non fecerit corporis magnitudine elephantes æquare, velocitate ceruos, viribus leones, leuitate aues, impetu tauros? cur solidiorem cutem belluis? cur à canibus sagacitate narium vinci? cur acie luminum ab aquilis, ætatis spacio à coruis? cur animalia ferè omnia tegumentis diuersis tegi contra æſtus & frigora, eadēque vt primū sunt in lucem edita, suam sentire naturam: hominem verò nihil sine doctrina ſcīre, non fari, non ingredi, non veſci, non aliud denique sponte nisi flere? Sed neſcis miser Ingrate, neſcis? pro ijs quæ commutabilia sunt, & (vt dicere solemus) corruptioni obnoxia, cle 40 mentissimus ac benignissimus Deus mentem animūque tibi dedit, memoria, ratione, iudicio, religione, immortalitate, alijs innumeralibus virtutum dotibus præditum, & totius quoque (quod maximum & præcipuum est modò velis ipſe) diuinitatis & beatitatis capacem, quo te & suo etiam nomine, si erga ipſum non sis ingratus, dignatus est: quibus omnibus rebus, quæ ratione carent animantia, priuantur. Es tu ergo in Deum ingratus maxime, cum ea committis, quæ supra modò attigimus. Nunc quo pacto in te ipſum ingratus sis, ostendam: quod etſi tibi fortasse difficile videtur, non te Stoicorum tantum placitis, sed nostra etiam (vt spero) ratione conuincam. Stoici igitur non minus turpe ac detestabile, in seipſum ingratum esse, tradunt, quàm in se ipſum durum esse ac sordidum, 50 ſuique negligentem. ceu durus pater ille Terentianus, qui sese animi angebat miser, rus colens, nec putans sibi fas vlla frui voluptate. Nec minus, ſi ipſi philosophi aiunt, alieni corporis lenonem male audire, quàm ſui: atque ita pari

pari ratione, qui in seipsum ingratus est, non minori notatione dignū esse, quam qui in alium est. Ego verò Ingrate, cum tuum hac in parte bifariam crimen distinguam, ita statuo: vt aut erga tui ipsius animam, aut erga corpus ingratus sis. De corpore, modò ne vitijs illud libidinibusque mancipēs, modòque pro conditione ciuilitate degas, non curioso nimisque anxie laborandum censeo. at cum erga tui ipsius animam sis ingratus, eaque non illi referas, quæ ille à Deo conditus ad te attulit, hoc est, quæ propria illius sunt bona & dotes, nec illum disciplinis virtutibusque excolas, & exornes, sed vitijs ac voluptatibus diffluere permittis (quales Smindridas, & Sardanapalos, Salacones permultos hac ætate videmus) tum te omnium hac in parte ingratiſſimum esse iudico. Contra verò, si tuum ipsum animum disciplinis, & moribus ac virtutibus excolas & exornes, & tibi ipse in primis gratiſſimus es, & tibi illud euenit, vt beneficiū ipse tibi simul & des, & reddas, & domi (quod dici solet) versuram facias. dando enim accipis, & das accipiendo. Sunt tamen ex philosophis, qui nec sibi beneficiū dare quenquam, nec reddere posse existimant: cum beneficiū ex illis sit vocabulis, quorum notio in alium tota transfertur. Vt enim reuera sit beneficiū, dantem simul accipientemque requirit: pari modo de elementis, & alijs plerisque intelligimus. Sed non vident ij scrupulos sectantes, hoc ipsum in se gratum vel clementem esse, re quidem ipsa esse, sed sola imaginatione discerni: faciliusque

20 intelligi, quam verbis explanari posse. Mihi sane, vt rem magis aperiam, tum tibi ipse ingratus esse videris, cum ea tibi non impertis, quæ tua conditio, & domestica facultates exposcunt, tuumque (vt ille dixit) defraudas genium, tibiq; & vitæ necessaria surripis: seu cum ad bonas artes capessendas ingenio valeas, segnis tamen, inertia potius te dedis, atque secordia. Quid autem dicam? cum vsque adeò tu tibi ingratus es, vt tibi quoque ipsi aliquando vim & manum inferas. Sed de re ista tum fera & immani ac tetra, loqui plura horret animus. Nunc illud potius agamus, videamusque quibus modis contra rempub. contra patriam ingratus esse possis. Ingratus es igitur, cum tu in eas seditiones, nouas factiones & partes conſas, cum ciuium discordias & controuersias foves: item, cum ini-

30 que arma, faces, cum vastitatem, demolitionem, incursionem infers: cum oneras nouis vectalibus, insuetisque exactioibus: cum in eam postremè tyrannidem inuehis, & alia id genus in earum exitium moliris, quæ tranquillum quietumque statum & ocium perturbare queunt. Cuius rei cum non vetusta modò, sed & recentia, & nunc in manibus præstò sint exempla, nec minus à præclaris philosophis locus iste pertractatus sit, iccirco ista tecum in parte haud pluribus agendum videtur: nec insuper defunt auctores, qui hac de re historias collegerunt. Sed & cōtrà, potest & Resp. & patria in ciues optimos, & claros municipes, optimè de ijs meritos ingrata esse: vt in Romulum conditorem Roma, qui (vt perhibet historia) à Romanis ipsis occisus est, alia sit licet fama scriptorum. Fuit & eadem vrbs in

40 Scipiones ingrata, quos solum vertere vel coegit, vel passa est. Fuit & in Furium Camillum, in P. Lentulum, in Ser. Halam, Sp. Melij tyrannidem affectantis occisorem. Fuerunt & Athenæ ingratae in Socratem philosophum, in Militiaden, in Themistoclem, in Phocionem, in Aristiden, in Theramenem, in Solonē, quibus tum exilium, tum cicutam dedere. ingrata & in Agin regē Lacedæmon, quæ plorante licitore, (quod nunquam antea apud illam acciderat) regem necauit. Ingrata fuit & Carthago in Hannibalem, & Hannonem, qui quòd primus leonem mansuefactum patriæ exhibuit, à suis ciuibus est morti addictus: ratas, vt ait Plinius, nihil nō hominem tam artificis ingenij persuasurum. Fuerunt item in alios innumerabiles ingratae: & nisi mihi temperandum ab exemplis nostrorum

50 temporum statim ab initio sermonis duxissem, nostræ ætatis aliquos commemorassem, in quos eorum patriæ & ciuitates ingratissima fuere. Video tamen hac in re discordes & dissentientes philosophorum esse sententias. Quidam enim illos excusandos putant, qui iniqua patriæ lege pulsi, contra illā arma

ceperūt: vt Themistocles, & Coriolanus. alij nō modò damnant, sed & equo animo ferendum, quicquid in eos patria statuerit: eòque nomine detestandos, quos modò dicebamus, Themistoclem & Coriolanum, qui & se vtroque iudice condemnasse visi sunt: vterque enim sibi mortem consciiuit. At verò contrà, Camillum, Scipionem, Ciceronem, Demosthenem, Cosmam Medicem, celebrandos censent, qui exules & patria pulsi, fugam æquo animo tulerunt, nihilominus & patriæ profuere. Idem fecisse Phalantus & Lycurgus dicuntur, ambo legum latores. Atque hæcenus de ijs, ne plura inculemus. Sed quantum tu pater in filium ingratus esse possis, illud facile declarat, cum tu filium, quem idoneum & bonis artibus aptum, pateris vitiorum & scelerum viam capessere, 10 tuâque indulgentia & exemplo ad malos mores prouocas, deducis, nedum flectere sustines: seu cum tu bonæ indolis, docilemque filium habeas, non excolis: vel eo speto atque neglecto, alium tibi ex filijs charissimum assumis, parum moribus & probitate commendatum: quorum vtrorumque nobis non modò vetera exempla succurrunt, sed (prò scelus) & nostris his diebus plurima, & domestica quoque ipsi videmus. At verò contra parentes quantum filius ipse ingratus existas, non facile dictu est. Nam philosophi, & ij quidem insignes, nonnulli arbitrati sunt, te nec dignam, nec æquam vnquam parentibus posse gratiam referre: id quod & nostræ legis quibusdam placuisse video. Sed si altius contemplari velimus, sicuti multò ingrattissimus erga parentes esse potes, ita 20 quoque multò ingrattissimus: id quod Stoici pluribus probare nituntur, quæ hoc loco recensuisse superuacaneum videri potest. id ego tibi aliquibus tantum exemplis colligam. Pythagoras, Socrates, Plato, Xenophon, permultum parentibus suis, Mnesarcho, Sophronisco, Aristoni, Gryllo, non satis illis quidem proprijs virtutibus & generis splendore cognitis, sua & sapientia & virtute retulere, eosque illustres ac nobiles reddidère. Num etiam parum tibi retulisse visus est Aeneas, cum ex Troiani excidij incendio humeris parentem sustulit: Num fratres illi Siculi, Amphinomus & Anapis: qui parentes ex Aetnæ flammis seruauerunt: Quid filia, quæ parentem in carcere mammis suis aluit, vbi postea fuit pietatis ædes extructa: Quid Cimon: qui patri sepulturam voluntarijs vinculis 30 & carcere emere non dubitauit. Sed iam ad reliquas maculas tibi iniustas Ingrate stilum conuertam. Restabat nobis locus ille tractandus, quo reges, dominos, heros, & principes, in seruos, famulos, & subditos esse dixeramus: atque e contrario subditos, famulos, & seruos, in principes, heros, dominos, & reges. Sed cum vtrinque latè pateat, ipsaque sit notior experientia etiam quotidiana, quam vt demonstrari sit necesse: pluribus ideo non examinandum duxi, ne videlicet vt mangones, venalitijs ex catasta proferre viderer. Nam quidem sponte & voluntariò inseruientibus, tibi que famulantibus, cum nihil referas, multò es ingrattissimus: qui verò mercede, ijs merces ipsa, si modò seruitio æqua repensa sit, est præmium: at quibus spes sola & benevolentia auctoramentum obsequij fuit, 40 & seruitij, quippe cum aliquo suo plerunque incommodo, non solam spem, non (vt tum sæpe facis Ingrate) desperationis causam referre debes: quinimo si fieri possit, & eorum multo spe maiora & cumulatè referenda sunt. Mitto illud in præsentia, quòd te nihil ei debere existimas, qui tibi & obsequendo & famulando tempus impendit, ætatem exposuit: nam si nescis Ingrate, Tempus ipsum vnum est, quod nec ab eo, qui etiam si sit gratissimus, reddi potest, nec rependi. Ei tu ergo plurimum debes, qui tibi obsequendo ac famulando, adolescentiæ non redituros annos, & iuuentutis florem, reliquamque impedit ætatem. Quin illud Ingrate & crudelis, quod te dicere solitum aliquando audiuimus ipsi, maxime est detestandum, ipsum te quòd das victui, illum vitam: hoc est (vt tuis ver 50 bis vtar) te panē, illum tempus amittere, qui minus tibi gratus & charus Ingrate deseruit. Verùm hæc in Principum virorum aulis, cum vbiq; gentiū, tum Romæ in primis, vbi plurimum fortuna dominari videtur, quæ immeritos sæpenu-

ro ad dignitatum & honorum apices extollit, & probos pessundat & deprimit. Iam verò Ingrate, dicamus quomodo amicus, imò inimicus, in amicum ingratus es. Nam cum potissimū æqualitas, & simile simili, parq; pari ex naturæ instituto amicitia constituat, & confluet, adeò vt amicorum omnia communia, ea de causa à plerisque philosophis pronunciatum sit: cum tu non idem, parq; pari referas, quod ab amico accepisti, ingratum te esse necesse est. vnde (vt mihi quidem videtur) omnis istius criminis est origo, atque principium. Illud autem quod est de feruorum & famulantium fide in dominos, ac relata gratia, hoc tibi loco non præteribo, quam plurima de his exempla inueniri & legi: quæ Macrobius, Seneca, Valerius, Athenæus, aliq; etiam nostro tempore collegunt. nobis in præsentia, loca tibi & auctores ostendisse sat fuerit: proindeque iam reliquos tui istius, Ingrate, flagitij scrupulos eruamus. Cum non referre benemerenti gratiam, vndique & ex parte damnabile sit scelus, ijs tamen damnabilius detestabiliusq; à quibus educatus & institutus Ingrate fuisti, atque ijs etiam in primis à quibus optimis ingenuisque artibus liberaliter es imbutus: quib. non solum non refers gratiam, sed vt peccatum excuses, ita soles interdum dicere: Mercede mecum egit, operæ & actionis precium accepit. Quid si non accepit? Sed hoc paulo post. Non vides amens & ingratus, istud ipsum quod ais, precium esse operæ & laboris, quanquam exiguum & tenue: at virtutis adeptæ (si in te, tãto inquinato crimine, virtus vlla inesse potest) at doctrinæ & disciplinæ comparatæ quale est præmium? nullum scilicet. isto tu quidem nomine Ingrate es ingratisimus. Quod si gratis, & sine mercede docuit, sine vllò instituit stipendio: num tu propterea minus ingratus? Nequaquam: debet enim gratiam semper gratia comitari? Quid si tuis fortasse pollicitationibus allectus; cum tu maria & montes pollicereris, te ille sola spe prouocatus instituit? Num tu hic ergo Ingrate, duplici nomine ingratus es? Eadem ferè de medico dixerim, à quo inæstimabilis res est tibi præstita, vita scilicet, & bona valetudo. Ad damus his & Iurisperitos, consiliarios, scribas, & sacerdotes, à quibus indies, in sua ipsorum facultate, tot beneficia tibi, ac commoda conferuntur. Sed nimirum, vna tibi breuis Veneris titillatio, & quantula lusionum reliquarumque tuarum blandimenta voluptatum, omnia hæc excidere, & tanta grati animi virtute cadere faciunt. Age (ne magistros & doctores mittamus) solent hoc ipso loco Stoici ita distinguere: aiunt aliud esse rei precium, aliud operæ: & aliam meriti mercedem esse, & operis altam. Tecum igitur Ingrate cogita, an vtrunque nomen dissolueris, an tantula mercede, & (quod dicitur) teruncio, duplici ratione de te bene merito præceptoris satisfeceris? Nec, quod aiunt aliqui, se parum profecisse, minusq; eruditos ac intelligentes euasisse, minus ideo isti in magistros ingrati: Non enim plerunque per illos stetit, qui doctrina eos & moribus informabant, quo minus literis & bonis artibus imbuerentur: sed sua ipsorum causa, qui & mores semper & optimas artes sunt auersati. Alia est tui, Ingrate, similitum species, eorum videlicet, qui vix prima literarum rudimenta, ac ipsa (vt sic dixerim) in cunabula supergressi: vel si quid tamen præter circulatorias quasdam nugas & præstigia literarum didicerunt, id omne ad arrogantiam & insolentiam retulerunt: nec, ingrati, per quos non dico profecerunt (quid enim profecerunt ingrati) vllatenus agnoscunt: quinimò conuictis & criminationibus, maledictisque clam, & (si Deo placet) aperte etiam eos insequuntur, & lacerant, quo modo in Callimachum Cyrenæum, optimum poetam (ne de face nunc tibi exempla colligam) Apollonius Alexandrinus, qui se Rhodium maluit appellari: & in Nausiphianem philosophum, præceptorem, ingratus Epicurus fecisse perhibentur. An in Platonem talis etiam fuerit Aristoteles, dicere quidē ipse non ausim: at certè à multis hoc ille nomine male audiuit. Sed enim eiusmodi talium non præterita solum ætas per plures vidit, vcrum & his quib. hæc ipsi perscribimus diebus, aliquos cognoscimus, qui nō modò suis scrip-

ptis gratiam magistris non retulerunt : sed (prò pudor) si quid fortassis leuioris eorum maculæ aliquando , vt sumus omnes homines , comperissent , id omne in publicum , & in apertum fordidis suis ac vulgaribus (vt sic dicam) nugamentis effutiuerunt , passimque distulerunt : digni certè literis inuri , nec cadenti modo ferro , sed funesta illa quoque iudiciorum litera . At à proposito sum penè dilapsus . Nunquid verò propterea Deum precabor immortalem , vt calamitatem tibi , infortuniumve è cœlo mittat quo iterum opera atque officio meo vti cogaris , vt sæpe aliàs ? Minime hoc ipsum , Ingrate , faciam , ne tuo scelere & ipse crudelis fiam : omnemque potius ego indignitatem , & incommodum , quoad fieri poterit , perferre statui , teque potius ingratum , beneficijque immemorem videre , quàm me non officiosum esse , eiusque instituti mansuetæque naturæ , qua me Deus ipse esse voluit : tandiu inquam perferre statui , donec , si qua tu ratione hominè te esse cognoscens , aliquando demum gratus fias , neve etiam inimicus ex ingrato , tamen si quis ingrato homine inimicior esse potest . Sed violentæ istius orationis cursum ad alia iam reuocemus , memetque mihi temperabo . Es præterea Ingrate , ingratus etiam , & quidem ualde , cum in optimè de te meritum , sub grati specie delinquis : cum scilicet ipse non potis es ad referendam gratiam , nec es soluendo beneficium , tu tamen malum aliquod aut periculum , benè de te merito optas , vel imprecaris : vt eo saltem modo periclitanti amico , ac egenti , opem præstare , gratiamque referre possis . Istuc ipsum , Ingrate , est , quàm quæ diximus , multo peius , licet gratiæ nescio quid præ se ferre videtur . Longè enim satius est , vt Stoici volunt , honesta & grata voluntate debere , quàm per malam rationem soluere . Num vides , si malum istud ei optes , cui nullum beneficium debeas , votum tuum esse damnabile & inhumanum ? quantò ergo est damnabilius & inhumanius , si illa optes , cui beneficium adstringeris ? Minus utique Ingrate pecces , si beneficium inficiaris . tum enim solummodo munus amittitur : nunc verò & amittitur , quod per se valde graue est : & quod multo grauius , benemerenti officis . Adhuc eo te quoque modo ingratum esse aliquando cognouimus , cum ei , cui suo merito debes & obligaris plurimum , quòd votis tuis omnibus & desiderijs in quacunque tibi fortuna semper priuatim & publicè est obsequutus , clam tu tamen , & simulatè , versutisquæ tuis is obuiam , & cuncta perturbas , ne voti compos euadat earum rerum , quas nec iuste , nec honestè ipse negare potes . vt cum de reducendo in regnum Alexandrino Ptolemæo rege Romæ agebatur , simulata Cn. Pompeij erga P. Lentulum voluntas . Vel cum non multos ante hos annos , de pacificè restituendis Bentiuolis in patriam , ageretur . Qua in re ingratum in te videre , qui de te id minime sperare debuerant . Sed de hoc satis : tua enim , Ingrate , vitia non personas carpimus . Sed quid dicam ? cum eum odisse non desinis , cui tu innumerabilibus meritis obligaris : quòque illi plus debes , eo tu magis in illum es ingratus ? qualem his verbis Appium accusat Mar. Cœlius : Pudet , inquit , me tibi confiteri , & queri de Appij hominis ingratisimi iniurijs , qui me odisse , quia magna mihi debeat beneficia , cœpit : & cum homo avarus , vt ea solueret , sibi imperare non posset , occultum bellum mihi indixit . hoc quidem Cœlius . Nam vt verissimè scribit Tacitus : Beneficia èd vsque læta sunt , dum videntur exolui posse : vbi multum anteuenere , pro gratia odium redditur . Narratur & cuiusdam militis Philippi macedonis historia : cuius quidem militis Philippus operam sapius expertus , illum virtutis causa ex præda donauerat , crebrisque auctora mentis accenderat . hic fortè ex naufragio in cuiusdam macedonis possessionem eiectus fuerat . id vbi macedoni nunciatum est , accurrit , bono animo naufragum esse iubet , in villam suam transtulit , semianimem fouet , recreat , multisque diebus sua impensa reficit , & abeuntem viatico instruit , subinde dicentem : Si tantum imperatorem videre contigerit , gratias referam . At miles ingratisissimus , cum Philippum regem adisset , naufragium quidè narrauit , & in eo quæ passus fuerat incommoda :

móda: non tamen, vt decuit, hospítis auxiliúm. Quín ô Rex, inquit, pëto abs te,
 • vt cuiusdam mihi præda dones. miseratus Rex militis naufragiũ, opertis (quod
 aiunt) oculis concessit: eumqúe in bona illius induci iubet. Vt verò se ho-
 spes ab ingratiſſimo milite ſuis bonis pulſum ſpoliatumqúe videt, Regi epí-
 ſtolam ſcripſit, & rem ſicut erat, totam exponit: qua Rex edoçtus, facinus & in-
 gratum militis animum execratus, Pauſaniæ ſtatim mandat, vt prætori domino
 bona cumulatè reſtituat, ingratumqúe militem ſtigmatiſ inſcribat: id quod per-
 petuæ militiſ infamiæ indiciũ fuit, regi verò immortalè iuſtitia decus. Tales,
 præ Deus optime, vtinam hoc tempore eſſent, Ingrate, Reges: non profectò toti
 10 ingrati animi in ipſorum regum & principum auliſ, exempla haberemus: vt in-
 nam non & præſulum, ſacrorumqúe antiſtitum. Atqui & aliò modo nonnun-
 quam te ingratum eſſe comperimus, cum ab amicis ea tantummodò audire ex-
 petiſ, quæ in aures tuas leniter influant, & tibi grata ſint, oleum quod libenter fê-
 nus in auriculam, vt eſt in prouerbio: quòd ſcilicet grata libenter audiaſ: at cum
 verus, non aſſentator, amicus, ea tibi nocitura præuideat, vt boni & fidelis ami-
 ci fungatur officio: nève eiſ aſſentatione, cum mox aduerſa aliqua, imminenſ-
 que tibi fortuna ſucceſſerit, blanditus eſſe videatur: quæ tibi nunc quidem pa-
 rum grata, vera tamen & profutura exponit. ſed tu pro veritate, pro ſano conſi-
 lio, odium, & plerumq; malum aliquod, perniciemqúe rependiſ: quod vitium
 20 cum omnibus cuiuſque conditioniſ hominibus, tum regibus & præpotentibus
 in primis accidere ſolet. qualem Dariũ Perſarum regem fuiſſe legimus, qui cũ
 Caudemum Athenienſem, hominem belli peritum, percunctaretur, qualis nam
 ei videretur ille ſuus ingens & copioſus magnificèque inſtructus exercituſ, quẽ
 tum ille primum in Alexandrum Macedonem ducebat: regi Caudemus ea re-
 ſpondit, quæ non illi quidem grata, ſed neceſſaria & opportuna fuiſſent, ſi cum
 Alexandro æquo Marte contendere voluiſſet. Sed veritatis impatiens Darius,
 vtilia ipſum & vera monentem, vt probauit exituſ, ad capitale ſuppliciuſ ab-
 ſtrahi iuſſit, non multo poſt ſpreti conſilij pœnas daturuſ. Eadem ferè cauſa Cal-
 liſthenem doctum hominem, haud quaquam (vt ait Curtiuſ) aulaſ aſſentantiũ
 30 accommodatum ingenio, Alexander grauiffimo ſupplicio ſuſtulit. Sed quàm
 ingrata reſ ſit regibus & principibus veritatem audire, cum quẽ modò diximus,
 manifeſtè declarant: tum quæ ſtatim & protinuſ ſubiungeimus, Cambyſiſ &
 Harpali exempla comprobant. Cum enim Cambyſeſ nimis eſſet vino dedi-
 tuſ, ex chariſſimiſ eiſ vnus illum amicè monebat, vt parciuſ vino & modera-
 tiuſ vteretur: quòd regi turpe foret, in quem omneſ coniectòſ oculoſ haberẽt,
 ebrietate agi. Hiſ verbis eſt adeò Cambyſeſ ira commotuſ, vt non modò non
 abſtinuerit, ſed liberaliuſ, capacioribuſque quam aliãſ ſcyphiſ cum biſſet, ad-
 duci ſibi fecerit ab ipſo monente amico filiuſ, in quem rex arcum intendens, e-
 iuſ pueri cor ſagitta tranſfixit. Vide an (inquit) regis ebrj certã ſit manuſ & ocu-
 40 luſ: Harpaluſ quoque, cum tale aliquid ſuo & ipſe regi perſuaſiſſet, eo eſt ita rex
 monitu offenſuſ, & ira commotuſ, vt epulandoſ illi liberoſ appoſuerit. Verũm
 & Seleucuſ non parum mihi ingratuſ viſuſ eſt, iſ cui Callinico cognomen fuit:
 qui prælio fuſuſ, diſſipato exercitu, abiecto diademate, [quatuor eum tantum
 per deſerta & inuia ſectantibuſ, & iſ non minuſ ſiti ac fame, quàm labore confe-
 ctuſ cum ignotuſ in priuati cuiuſdam villam diuertiffet, ab eo cuiuſ villa erat,
 eſt honorificè ſuſceptuſ, & pro ea quæ ruris & hominiſ exiliſ fuit, copia, iucun-
 de & perhumanè tractatuſ. cum verò eum regem hoſpeſ eſſe cognouiſſet, illum
 & in viam uſque eſt comitatuſ, &, Saluſ ſiſ, inquit, ô rex. cui rex porrecta ma-
 nu, perinde ac hominem oſculaturuſ traxit, ſimulqúe ex iſ vnũ qui ſequeban-
 45 tur innuens præcepit, vt hoſpitiſ ipſiuſ caput feriret: id quod continuo ille fecit.
 & licet Græcuſ quidam, ſummæ alioqui auctoritatiſ ſcriptoſ, Seleucum de-
 fendere nitatur, quòd latèſe voluiſſet, quodqúe reſtitutuſ mox hoſpitalitatiſ gra-
 tiam relaturuſ fuiſſet: nunquam iſ tamen auctoſ (tantuſ licet) mihi perſuadere
 poterit

poterit, vt Regem ego vnquam absoluam, quin cum his vnà, quos modò commemorauì, ingrati nomine execrandum ducam. Erit igitur contrà laudandus Xerxes, qui cum Demarathum Lacedæmonium interrogasset, quid illi de copiosissimo suo exercitu videretur, quem tum Rex ille maximus contra omnem Græciam ductabat: & ea illi Demarathus respondisset, quæ mox illi contigerunt, eo scilicet maiori clade ruiturum, quo copiosior esset exercitus: rediens ergo rex ea vsus fortuna, quam illi Demarathus prædixerat, fuso ac dissipato exercitu, vera monentis memor, regijs Demarathum honoribus affectit, & Sardis, maxima Asiæ ciuitate, curru regio vehi iussit: id videlicet cæteris regibus significans, quàm veridicos amare debeant, ac blandientes aspernari, procul, quæ à se pellere. Sed de his satis. reliqua quæ multa restant, tua Ingrate crimina, discutiamus. Potes verò Ingrate non retribuens, sed (quod dicitur) aliud agens, ingrati animi eo maiorem significationem præ te ferre: quòd in eum videlicet, à quò es beneficio prouocatus, non es ingratus solum, quòd gratiam non referes, sed damno quoque afficis: tametsi ad id referre queas, cum pro bono malum, cum pro beneficio damnum pauperiemque rependis. Istiusmodi est exemplum, inter alia, Roscili & Aegi. Isti fratres Allobroges fuere, quorum opera militiæ diu Cæsar est vsus, & ijs propterea amplissimos honores & magistratus mandauerat: quin eos etiam extra ordinem in senatu legendos curauit. Verùm illi in bello ciuili barbara quadam arrogantia elati, cum stipendia equitum, quibus præerant, fraudarent, & eos quæstui haberent, falsumque eorum numerum deferrent, apud Cæsarem accusati, ab illo primum amicè & secretò castigati, moniti que vt ex officijs sibi in bello Gallico præstitis & amicitia omnia expectarent, sperarentque: illi nihilominus ingrati, quàm maximas muuari pecunias, & frustra tentata nece præfecti equitum, ad Pompeium perfugerunt. Fuit & hoc nomine in Diocletianum Maximianus ingratus, qui ab illo in partem Imperij & Regni consortium vocatus, mox illum non imperio modò, quo Diocletianus spontè se abdicauerat, sed & vita priuare conatus est. Variant tamen hac in re scriptores. Quid: nōne & ea ratione ingratum meritò vocabimus, cum tu, qua polles gratia ac fauore, principibus viris ac primarijs eos commendare renuis, quibus es beneficiorum vinculis obstrictus: quòd tuum te potius negotium, remque tuam, quod dicitur, quàm alienam, agere tibi proposueris? At nō Ingrate tuum modò, verùm nec alterius agis sæpenumero, cū vel tu eiectus loco, vel (vt plerunque accidit) cum aliquis aduersæ fortunæ casus vel interitus contigit, quib. tibi & gratia & fauor euanescit: vt cum alijs & audiuimus & legimus, tum paulo antè ipsi vidimus post Leonis Decimi immaturum importunumque obitum. Eo etenim in humanis agente, quam plurimis prodesse, & gratiam referre potuisti: quod non fecisse, sicuti iam te fortassis frustra poenitet, pigetque, ita qui tui similes esse noluerunt, & bene de se merentibus profuerunt, officiisque qualibuscunque potuere responderunt, & meritò in præsentia lætantur, & summis laudibus efferuntur, idque indies magis atque magis, vt speramus. Est igitur Ingrate (amicè nunc tecum ago) cum tibi Fortuna arridet, semper bene de omnibus merendum, atque de ijs in primis, à quibus es tu in primis beneficio prouocatus: ne se (vt plerunque fieri videmus) mox auertente fortuna & aura, sit tibi tuisque dolendum. Nunquid verò Ingrate, sentis, & alio modo te summo opere ingratum esse? cum à doctis probeque eruditjs viris quocunque vel dicendi vel scribendi genere celebraris, & si qua in te laudatione digna est virtus, commendaris, vel commissi alicuius rumore defenderis: tu nullam tamen his, nedum exiguam gratiam referes: atqui circulatoribus quibusdam, si non scurris potius, & nebulonibus, munera effundis Ingrate. At non talis in Qu. Ennium Scipio Africanus, qui ab illo laudatus, eum gentis Cornelix monumentis inseruit. Non talis in Aristotelem, donatū præter alia Stagiris oppido, & instaurato, Alexander Macedo. Eadem referendæ gratiæ causa, L. Lucullus Archiā Antiochenum

chenum poetam, & Cn. Pompeius Theophanem Mitylenæum, Romana urbe
 • donarunt. Sed & Vergilium Maronem ab Octauia Augusti sorore multo ære,
 & Oppianum Cilicem auro ab Antonio Imp. Antiochum argento à Lyfan-
 dro eadem causa donatos fuisse, in nostris de Poetis dialogis, suis locis ostendi-
 mus. Vt nunc mittam Mediceam omnem familiam, à qua nullus ex multo tem-
 pore literatus, nullus alterius cuiusque artis ingenuæ peritus fuit, qui non pa-
 • rta suarum virtutum munera retulerit. hoc & qui viuunt, plerique non negabunt.
 Sed pro Dei immortalis fidem, & alio quodam modo ego te ipse Ingrate vidi,
 & pertuli, & mei causa alios te vidisse, ingratumque vocasse sæpe dolui: cum tu
 10 quidem qualibuscunq; à me officiis & benevolentia profecutus, mihi tu te ami-
 cum tantisper retulisti, dum me tibi ratione aliqua prodesse posse cognouisti. at
 ubi temporum (vt fit) inclementia, & rerum vicissitudine, aliquorum optima-
 tum fauor & gratia, nonnullorum inuidia, mihi prærepta est, tu me de gradu
 • deiectum, cadentemq; impulisti, non verò quod officiosum & gratum dece-
 bat hominem, mihi manum porrexisti, sustulisti: tu non ignatos solum mihi
 non conciliasti amicos, verum quos ego tibi communes amicos conciliaue-
 ram, fictis criminationibus non à me alienare modò, sed infensos etiam redde-
 re & inimicos curasti. tu ex eo tempore de me benedicere, quod nimis antè so-
 lebas, nò tantum desiuisti: verum etiam de amicorum albo (quid enim dicam è
 20 tuis carminibus?) expunxisti. Sed de te iam satis. Nam tamen est aliqua, ingra-
 to (vt ait lepidissimus Poeta) meritum exprobrare voluptas: tamen ne qui me,
 teque norunt, digito te demonstrent, quod mihi aliquando obiecisti, plura non
 dicam: nec ista quidem dixissem, nisi hoc exemplo crederem posthac, aliis tui
 similibus me profuturum. Tales itaque, vt ad rem redeam, in Ouidium Naso-
 nem, eo quo exulauit tempore, multi fuere: quod vel ex ipsius versibus colligi-
 tur. Istiusmodi certè criminis plura extant exempla: sed hæc primoribus (quod
 aiunt) labris, extremisq; digitis attingi, ad alia tua vel scalpenda, vel detegenda
 vlcera properans. Num ipse non ingratus es, cum segnis es, ac negligens in re-
 ferenda gratia: & quod dicitur, es inter lenta nomina, non penitus mala, conu-
 30 merandus: qui si qua ratione monitus, vel aliquo inuitatus signo, ad bonam te
 frugem recipis, beneficioque respondes: iccirco non inter voluntarios ingra-
 tos tunc te reponendum, ego cum Stoicis censeo. Is ergo beneficio bis te affi-
 ciet, qui modesto ac latenti quodam modo aurem tibi vellicarit, & obiurgarit
 amicè, ne sis ingratus, & velut dormitantè leuiter excitabit: id quod ingenuis et
 bene institutis cõuenire videtur. quo modo à veterano milite monitum per io-
 cum, Cæsarem legimus. Is enim veteranus miles diu Cæsari bonam militiæ ope-
 ram nauauerat, cum tamen Cæsar causam dicentem, minus se nosse fatebat: Me-
 ritò, inquit veteranus, me Cæsar non agnoscis: nam cum tibi præstò eram, in tan-
 tis bellorum periculis, integer eram: sed ad Mundam postea fortiter pugnantè,
 40 alter mihi euulsus est oculus: quare (vt puto) nunc minus me nosti. hoc dicto
 Cæsar admonitus, agellos de quibus vicina uialis & rixa fuerat, veterano do-
 nauit. Hanc pluribus historiam Seneca est executus. Ergo tibi Ingrate, nò in-
 gratam rem facimus, si rei præsertim honestissimæ aliquando tibi memoriã ex-
 • cutimus. Non enim hæc beneficij est exprobratio, sed quædam quasi ad tantam
 virtutè capeffendam adhortatio. Alio te quoque modo Stoici ingratum esse vo-
 lunt, cum clam remotisq; arbitris gratias agis, aut refers, ne scilicet ab aliquo vi-
 dearis. id enim ipsi in apertū ac propalàm faciendum monent, vt cæteris exem-
 plo sit. Id mihi nihil refert, modo referatur: nisi hi sic fortasse velint, qui referunt.
 Quo in genere & hoc tempore aliquos ego ipse cognoui, qui dum sibi quem-
 50 piam beneficio deuinciunt, vel gratiam referunt, id latere & nesciri volunt: sed
 hi accuratè quæso viderint, ne dum paucis quibusdam clam referunt, in cæte-
 ros, quæ plurima turba sit, ingrati fiant. Id quidem si ea tantum ratione fece-
 rint, vt si sinistra velint latere quæ dextera faciat, ñ non modò non vituperandi,

sed vt Christiani præcepti memores, meo sunt iudicio laudandi. Ad hæc etiam. *ô Ingrate, nostræ legis philosophi te per excessum (sic enim illi dicunt) ingratum vocant, cum quibus non debes, beneficia rependis, nec eo tempore quo debes: vel cum plus, quàm tuæ fuerint facultates, adeoque vt mox tu, tuicq; eger, vel ingens aliquod subire discrimen necesse sit. neque enim illa, nec ista, gratiæ nomine digna esse videtur. Nec minus ingratus es, cum beneficiū gratiamque illi cui contuleris, exprobras, identidemq; obiicis, non in angulis modo quod turpe est, sed & passim, & in hominum corona, quod est turpissimū. Cuiusmodi narratur historia amici cuiuspiam Cæsaris, qui cum nescio quem (nihil enim præter historiam habeo) in triumphali illa proscriptione seruasset, ei vbiq; gentium in os dicebat: Ego te morti eripui, ego te seruauī, aliæque eiusmodi. Tum seruatus, cum in dies obtunderetur: Redde me, inquit, Cæsari: quoniam vsque mihi ista obiicis? istud enim ipsum non est seruare semel, sed sæpe perdere. Id quod & hoc tempore frequentius à multis fieri, palàm est videre, & in primis in aulis Principum. Sed ingrati quoque notam animi non effugis, cum magna & præclara munera pro paruis & exilibus accipis: hoc est, cum ampla beneficia, ita ipse accipis, vt vilia esse existimes: vel cum dantis animum non respicis. Solet enim plerumque res etiam minima ex affectu animi æstimata, summa & amplissima reputari: vt Persarum regis est exemplo patefactum, qui oblatam à rustico ambabaris manibus aquam hausitam perinde accepit, ac si preciosissimū munus oblatum fuisset. Quidam rem hanc ita tractant: Regi sit laboranti, Caunium quendam aquæ paruum vitrem obtulisse: quo munere regem ita gauisum, vt Caunium ipsum ex inope & obscuro, clarum & opulentum reddiderit. Quare ingrati nomen te non effugere Stoici statuunt, cum tenuiter & frigide admodum vel munus accipis, vel gratias agis, adeo vt vix (eorum vtar verbis) labra diducas. Nec itidē ipsi Stoici minus ingratiū te esse definiunt, cum benemerenti licet aliquo modo gratiam retuleris, eius tamen familiæ necessariisque ac propinquis minimè refers, nec omnibus planè & ex integro satisfacis. Romani certè hac ratione militibus, eorumque posteris, qui optimè de Republica meriti fuissent, referebant. Sed & nostra ætate, Venetos audio, eorum liberis, qui pro Repub. egregiè operam nauassent, post mortem prouidere: rem vtique omni laudatione & commendatione dignam. Atqui & ego te non in viuentes modò, sed & in vita functos ingratiū censuerim, cum tu beneficii immemor, quo viuenti adstringebaris, quacunque via & ratione potes, non gratiam refers, vel defuncti ipsius manibus, vel eius posteris, & superstitis. Pythagorici cuiusdam philosophi historia nota est, qui cum phæcacia (calcei hoc genus est) non præsentem pecuniã emississet, post aliquot dies, calceorum precium futuri persoluturus, ad tabernam rediit, vbi nunciatū illi est futorem mortuum: ea pecuniã philosophus oblectatus, domum rediit. paulo post conscientia motus, secumq; cogitans, ingratiū id esse & periniquum, ad tabernam reuersus est, & eius per foramen, qua se rimæ commissura laxauerat, pecuniã immisit. Hoc quidem philosophi exemplo monemur, mortuorum nos beneficia remunerari debere: illud tamen ego factum æquius existimauerim, si quod modò dicebam, defuncti Manibus, vel potius, si adsint, liberis cognatisque officium rependatur. id quod nostra Christianorum lege multo rectius cauetur. Sed tamen Ingrate, & cum refers, potes ingratus esse: & in primis cum alijs iniquè surripis, vt alijs dedas, & ijs præcipue qui flagitiorum & scelerum conscij sunt, & socij. Hoc in numero tecum sunt Ingrate, vel tyranni, & principes iniqui, reliquicq; inanis gloriæ & splendoris cupidi. Nam hi, quos arbitrantur amicos, modò locupletent, quacunque id agant ratione, nihili vel parui pendunt. Et nonnunquam in istud Ingrate crimen impingis, cum benignior videri vis, & liberalior, quàm vel res tua patitur, vel tuæ sunt facultates. in proximos enim & beneuolos iniuriosus existis, cum ab eis per inuidiam fraudemque rapis, que alijs in-*

alijs indignè immeritòq; conferas. Sed & plerunq; ostentatione quadam potius, quàm vera gloria ductus, refert: vt cum fortassis exiguam, exilèmq; gratiam rependis, eam tu tamen magnificis gloriosisq; verbis dilatas, & tanquam si magna sit, exornas: quod cum re ipsa fugiendum est, tum ne in gloriosorum & nebulonum numero habearis. Sed hac de re planius agemus, si quando (vt meditamur) referendi præcepta trademus. Ex his quæ supra diximus, Ingrate, quot modis ingratus esse possis, vt puto, planè monstrauimus. Reliquum esse videtur, vt quæ tibi propius interiùsq; in medullis, ipsisq; visceribus vlcera hærent innata, si velis audire, demonstrè. Sin minus, tanquam vnguem (quod dici solet) vlceri penitus admoueam, vt scilicet vel sic intelligas, quanto & quàm pestiferò morbo labores: cum nullum esse tam execrabile facinus, nullum tam immane flagitium, tamve nefarium possit, quod vel in te non sit, vel ab ingrato tuo non oriatur animo. Quod & si per se manifestum est, propter multiplices tamen tanti sceleris radices occultas, flexuososq; mæandros vix principium inuenire, vel exitum euoluere posse videor. Dicam verò, si non tam expresse, summatim saltem, vt eorum plurima, si non omnia, retulisse videar. Atq; illud in primis: Qualésnam quæso, Ingrate, Respublicæ, qualésve ciuitates futuræ sunt, si omnes tui sint similes? Nam cum eæ potissimum communionè & hominum societate constent, quæ præcipuè in exhibenda & referenda gratia conflantur, &

20 constituntur: quis non videt, sublata hac concordia, & sancta (vt ait Ennius) societate, eas deleri, & ab eo funditus dirui & euerti, qui nec vlli dat, nec reddit beneficium? Est enim magna illa hominum communitas, quæ ex beneficijs vltro citroque datis, acceptisq; conficitur, & quasi quoddam beneuolentiæ & charitatis inter homines conseruandæ seminarium. quod (vt planius rem ipsam percipias) attende. Humani generis societatem, corporis vnus instat esse videmus: in quo si vnumquodque membrum sensum eum habeat, vt commodum suum tantum vtilitatèque respiciat, & non etiã aliorum, nec inter se membra omnia conueniant, vicèmq; referant, fieri facile, vt citò debilitetur, totumque dissoluta compage intèreat. Nam si iecur, si caput, si cor, priuatam tantum,

30 & suam respiciant vtilitatè & commodum, nec eam seruent, quam corporis harmoniam concentumque sapientes quidam appellauè: hoc est, cum membra inuicem par pari non referant: corpus integrum pereat, & concentus ille dissoluatur necesse est. Sic ô Ingrate, si te vnusquisque, hominumque singuli sequantur, seque suo tantum emolumento & commodo metiantur, nec inuicem referre studeant, ea facile, quæ conseruationis vitæ effecrix est, hominum societas euertatur necesse est. Huc accedit, quod doctiss. ac sapientiss. viri monumentis suis mandauè, non solum nobis natos nos esse, sed patriæ, parentibus, & amicis: quibus omnibus vtiq; rebus, quam modò dicebamus, communionem maximè conseruari, quis adeò cæcus est vt non videat? adeò excors, vt non sentiat? Sed age quæso Ingrate, quonam pacto, si non reponas referasque gratiam, conseruatio ipsa hominum & vitæ communitas seruetur? ex qua tot humano generi bona parta sunt, vt iam ostendimus: Res publicæ, ciuitates, connubiã, præterea commercia, sodalitates, collègia, ordines, humanitas, elementia, aliæ virtutes. Videor mihi videre homines more pecudum rursus palantes, fusos per agros, atque dispersos per deserta vagari, si tui sint Ingrate similes omnes, sublata tanta ex hominum cœtu remunerandi virtute. Verissimum enim esse liquet, quod est à sapientibus dictum, Ingratum hominem esse rem per se fugiendam, quod nihil æquè humani generis concordiam distrahat atque disiungat: vti è contrario, grati animi affectionem rem per se bonam & expetendam, quod

50 eandem humani generis societatem conglutinet atque connectat. Non vides inquam Ingrate, quàm graue agas facinus: Tu naturæ, tu iustitiæ, tu humanitatis, tu gentium iura peruertis. Omnium certè gentium ac nationum moribus atque institutis permissum est, vt hostibus & inimicis impunè nocetur:

amicis verò & benè de nobis merentibus adiumento simus. Tu tuis amicis, tu necessariis, tu tibi coniunctis, vel officio, vel sanguine, vel utroque, ob es, officis, & de te optimè meritis nocēs, & quidem acerrimè. Inimicis non nocēs, in illos nec es nec esse potes ingratus: at qui te opibus, auxilio, consiliòque iuuarunt, qui virtutibus, qui doctrina, honore, dignitatibus ornarunt, demeruerunt, ijs non modò gratiam non refers, sed eos in omni omnium rerum inopia & egestate deseris, nedum fauore ac benignitate subleuas aut ^{augmentas}. Quis eis profectò non ignoscat, si aliquid in te aliquando inclementius, duriusq; , vti furentes, dixerint, & inuecti fuerint: qualis amans Dido in ingratum Aeneam, vt à Vergilio & P. Nasone confingitur: qualis in Theseu Ariadna ^{Castelliana} tulliana, vt alias plerasque mittam à poetis decantatas: qualis & ipse demum M. Tullius in illa ad Octauium epistola: si modò Tullij est. video enim quosdam ipsam in dubium vertere. Non aliam præterea ob causam eosdem existimauerim poetas, qui adumbratis suis fabulis & carminibus vitam referunt; Hecubam illam infelicissimam Troiæ reginam canem factam finxisse, nisi ob ingratiſſimum necessarij Polymnestoris crimen, cum tot tamen liberos, cum maritum ipsum regem ante aras ab hostibus crudeliſſimè trucidatos, cum denique vrbis excidium æquiore animo antea tulisset. Sed fabulas mittamus. Quis quæſo suas tibi ingrate opes credat? quis liberos? quis arces, oppida, caput denique ipsum? cum necdum quamdiu stat fortuna loco, sis fidus. Audi- 20 ui certè, & ipse legi, omnium istorum tui exempla: sed & aliquos ipsi vidimus, quos commemorare non vacat, vt commodius persequar. Nullum est Ingrate, quantumvis abominabile & detestabile facinus, quod non tu proſtigatiſſimè perpetres, cum & ijs qui te educarunt, opibus auxerunt, dignitatibus ornarunt, capitis periculo liberauerunt, qui omnibus denique rebus amplificauerunt, eis tu tamen pro gratia necem crudeliſſimè rependis. Hic si noſtris & hodiernis nunc tecum Ingrate, exemplis agam, eorum penè multitudine te obruam. Antiqua quædam tantummodo, & breuiſſimè attingam. Quis nam quæſo Maicronem, & Anneum Senecam, integerrimæ ac sanctiſſimæ vitæ viros, mori coegit? discipuli Caius & Nero, Cæsares. Quis M. Tullium, omnis eloquen- 30 tiæ parentem, iugulauit, & caput amputauit? Cn. Popilius Lenas, ab eo capitis discrimine ipse liberatus. Quis L. Cæsarem, v. c. inimicis iugulandum tradidit? P. Sextilius, grauissimi criminis reus ab ipso defensus. Quis C. Cæsarem? Brutus & Cassius, & qui ab eo dignitatibus honestati fuerant. Quis magnam Pompeium? Ptolemæi in regnum restituti filius. Quis Darium Persarum regem? Bessus, quam plurimis à Dario affectus beneficijs. Quis Philippum Alexandri patrem? Pausanias, vnus ex dilectis. Quis denique Alexandrum ipsum? nempe, qui ab eo maximis fuerant beneficijs & dignitatibus ornat. Collige sic igitur Ingrate, omnia in te vitia inesse, nullamque virtutem. Nam sicut gratum hominem omnes in se virtutes habere dicimus, sic omnia in te vi- 40 tia. Tu enim, quod supra ostendimus, impius es, & ἀσεβής, quod nec Deum ipsum immortalem colis, nec imitaris, immo vix esse credis. Tu sacrilegus, quod sacra Dei munera sublegis, vel accepta benemerentibus & pijs referre renuis. Tu tui ipsius hostis, & homicida, totiúsq; humani generis: id quod tibi non multo post, planius ostendam. Tu prædator, ac fur, quod aliena rapis, & condis. Tu perfidus, quod credita tibi inficiaris. Tu proditor, quod nulli fidem datã seruas. Tu latro & grassator, tu oppressor, qui priuatorum & ciuium per dolum & fraudem bona diripis. Tu hostis publicus, & perduellis, quod per te non stat, quo minus ciuitas, & omnis respublica corruat. Tu amicitiam tollis, quæ nescio an quicquam à Deo immortalati melius generi humano concessum est. 50 Tu benevolentiam & charitatem, tu clementiam, tu hominum communionem & societatem dissoluis. Tu iustitiam euertis, quæ cum suum vnicique reddat, fons est æquabilis vitæ gendæ. Tu aliena tibi vsurpas: tu modera- tionem

tionem & temperantiam subuertis. Tu ocium & tranquillitatem pessum das. Tu prudentiam, tu reliquas virtutes tollis. Tu denique superbus & arrogans, qui prae te nihil esse reris. Tu expes Ingrate viuis, nec praesentibus quidem frueris, immo & quam facillime desperatione ageris, furijs agitaris: & tibi ipsi saepe numero mortem Ingrate consciuisti, tuas tibi manus ipse iniecisti. Vt poetarum exempla, quae innumerabilia sunt, praeteream: quo laqueo CHRISTI Seruatoris proditor Iuda pependisti? quo Brute gladio? quo Callippe, quo Magi pugione concidisti? eis scilicet, quos ab ingratisimo animo accepisti. Vos ergo recte, vos & iuste poeta in ultimis ac profundissimis Tartari atque Erebi tenebris cruciari, & acerrime torqueri cecinit. Num vides igitur Ingrate, quam grauius pecces, qui tuo vno isto nefario & perditissimo flagitio omnia peccata committis? Tuo enim isto scelere, sicuti auro preciosissimo caetera metalla, ita reliqua crimina distinguuntur & estimantur: eoque grauius peccatum censetur esse, quo plus tui habet Ingrate flagitij. Nam cur quae so patriae proditorem grauisime peccare dicimus, nisi quod pluribus illum modis ingratum esse conspiciamus? Is enim in amicos simul, in necessarios, in consanguineos, in liberos, in parentes, in Deos denique ipsos immortales ingratus peccat. Sed (vt opinor) satis te his telis confodimus: alia te aggrediemur via, strictoque propius pugione conficiamus. Omnium te quidem Ingrate, non bipedum solunt, quod aiunt, sed & quadrupedum, & ferarum immanissimum esse monstrabo. Caetera certe animantia in suo quaque genere probe degunt, nec nisi in disparia & diuersa genera sauiunt: eo tamen usque tua Ingrate ista prouecta est immanitas, tua processit impietas, vt in parentes quoque ipsos, qui te genuerunt, aluerunt, instituerunt, & quos post Deum immortalem colere & venerari debes, impius & ingratus existas. Sed nec minus in filios, in fratres, in sorores, in coniuges ingratum te esse videmus: qua de immani re, vtinam antiquis esse possemus contenti exemplis, nec id frequenter nostris etiam diebus audire & videre cogere mur. Nam quid quae so Selymum Mahometem Turcarum regem, quid Petruccium euexit, nisi tuum Ingrate parricidium? Quid Picum Mirandulam bis exulem fecit? quid tanta adire pericula? Quid in Perusina Balionum familia, tot penes tragaedias, nisi tuum Ingrate & scelerate flagitium? Quid denique tot Medices familiae totius Hetruriae, hoc in primis tempore, facile principi, tot molestias, tot turbas exciuit, nisi tu omnium ingratisime, cum alias superioribus annis, tum his proximis diebus, quibus LEONIS Decimi Pontificis optimi maximi praepropero & immaturo obitu, omnis ferme Christiana Respublica disiecta, & penes conuulsa est. At hoc mihi loco per te Ingrate liceat, sublatius aliquanto, dum tamen a te non recedam, nostrorum temporum conditionem infelicissimam deplorare. O fallacem (quod ait M. Cicero) hominum spem, fragilemque fortunam, o vana nostra studia, quae in medio saepe spacio nos deferunt, & in ipso plerumque portu obruuntur. Nos vero miseros atque infelices, qui cum primum tua, Leo Pontifex Maxime, sapientia, consilio, & fortitudine liberi esse coepissemus, in medio felicitatis cursu, te liberatorem ac vindicem Romani imperij, totiusque Italiae, te sacri ordinis & religionis assertorem, diuinarum priuatarumque caerimoniarum peritissimum, virtutum denique omnium parentem, fauoremque amissimus. Nam cum peruicacium & furentium Barbarorum ceruices penes concidisses, cum illos maiestati Pontificiae non illudere, non insultare, sed parere & cedere coegisses, vt mox facilius posses religionis desertores, & pietatis transfugas compescere, & falorum numinum vanorumque rituum cultoribus pulsas & debellatis, erepta iam pridem Christianis opulentissima & Deo gratissima regna recuperare, Christi quoque religionem & pietatem asserere nomenque late propagare: pro dolor, tuum illud immortalitate dignum ingenium, illa virtus morte subita nobis erepta est: ita tamen, vt ex tam alto felicitatis & dignitatis gradu, ad superos potius quam ad inferos perue-

nisse videre. Tu ergo in hunc Ingrate, omnibus modis inuectus es? Tu canina non dicam facundia, sed rabie quadam & feritate, latrare & maledicere non desinis? Tu illum sci i et p. iuratas opes, tu publicum ararium, tu illum Perri patrimonium depeculatum fuisse, illiusque sacram suppellectilem distraxisse, & eptum & tiam conflasse dicis? Tu mitissimum Ingrate pontificem, & clementissimum, immanem & crudelem: tu liberalissimum et magnificentissimum, prodigum profusumq; & si quæ fœdiora sunt scurrarum & nebulonum contumacia, fracta illa tua voce impudentissime vocare non cessas? Tu ab illo in flaminum & patrum collegium es ascitus, ab illo inauguratus: tu verò illi, & cuius gratia & precibus, istis es dignitatibus ornatus, in comitijs non modò gratiam non retulisti, sed qui grati futuri erant, haud penitus ordinis & beneficiorum obliti, ut tui similes essent, vanis tuis pollicitationibus, persuasionibusque pertentasti: & eorum (prò facinus) aliquos pellexisti. At aij quidã bene instituti, quòd fidem, & grati animi affectionem vanis tuis promissionibus antetelere, apud omnes bonos bene audiunt, & laudibus in cœlum tollunt. Etenim si inter Augures illud à Romanis institutum diligentissimè obseruatum fuisse legimus, ut eum à quo in augurum collegio cooptatus augur fuisset, in parentis loco colere deberet: quo tandem animo illum tu venerari & colere debebas, à quo longe nobiliorem splendidiorèmq; ordinem & dignitatem adeptus fueras, & qua non solum tu, sed omnis tua est insignita & honestata familia? Nam quid dicam Ingrate, quòd nunquam satis dignis præconijs celebratam Medicen LEONIS familiam, criminationibus fictis maledictisq; premere & obscurare tentasti? tu in ea, tot orbis lumina, dum vixerunt, Cosmos, Laurentios, Iulianos, Petros, Ianos, quos nulla vnquam ætas ex annalium & hominum memoria tollet. At si nescis Ingrate, restat adhuc, & restabit illius immotum & inconcussum columen & firmamentum, COSMVS, & qui sub eo aluntur & formantur Pueri, non modò paternæ & auitæ virtutis ac fortunæ, sed & longè amplioris hæredes, quibus tanquam tibicinibus firmisissimis fulta ac sustentata domus, non corruet, ut tu tot artibus & machinationibus molitus es, sed (ut speramus) iterum atq; prius, pari, & eo etiam clariori splendore ac fortuna refflorescet. Sed parum ista, Ingrate, quæ fecisti, fortasse tibi visa fuerint: nondum satur, nondum voti compos, cuius nunquam eris: sanctos quoque manes, beatam LEONIS animam his corporeis vinculis exutam audes incessere, & fictis quibusdam tuis fabulis ac nugis illi quidem, quam tu nec viuens, nec mortuus vnquam assequeris, inuides. At ille te, tuæque maledicta ridet ex altissimis cœli templis, vbi iam verè beatissimus æuo sempiterno & quiete fruatur. Tu verò non nisi cum laruis luctaris, & quæ te fors manet, ignoras. Sed iam satis: nostraque illuc potius, vnde exiit, redeat oratio: & quæ non sine gemitu & lachrymis commemorare possumus, exempla mittamus, ad antiquiora reuertamur. Quis denique te Ingrate rogo, tot Græcis & Latinis poetis, tragœdiarum & poematum argumenta, Thyestas, Oedipodas, Orestas, Medeas, Octauias, alia penè innumerabilia præstitit, vel suppeditauit? Quis demum tot antiquis, tot nostris temporibus, laqueos, pyxides & aconita, tot veneficia, tot venena, tot philtrea miscuit, parauit, nisi tu crudelis Ingrate? Nunc reliquus est mihi locus ille diligenter Ingrate tractandus, quem tamen, quam breuius per me fieri poterit, absoluam: Num tu scilicet isto tuo tam nefario & execrabili flagitio, aliqua pœna, aliquo suppli ij genere plectaris: num per leges publicasq; sanctiones, num per decrera, plebisve scita, num per rescripta principum aliquis tibi equalis, num crux aliqua aut patibulum: num cicuta, vel vncus, liquidumq; plumbum, cæteraque istiusmodi suppliciorum ac tormentorum genera præscripta sunt? Anneus Seneca multas causas enumerat, cur ingrati forum nesciant, & in eos legibus non sit sæuitum. Difficilis (inquit) rei esset æstimatio, odio tantum damnantur ingrati: & inter scelerosos illos relinquimus, quos ad vindic

ces Deos

res Deos dimittimus. Si enim ingrati actio daretur, optima beneficii pars periret. Nam cum dies Ingrate tibi diceretur, & ad iudicem vocareris, non iam beneficium illud fuisset, & gratia, sed creditum: & tu nexus aere alieno, potius quam ingratus, vocareris. Est enim longè dissimilis (vt ait Cicerò) pecuniæ debitio, & gratiæ. nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, aëretinet alienum, gratiam autem & qui referre habet, & qui habet, in eo ipso, quod habet, refert. Vides ergo Ingrate, quanta sit gratiæ vis: vt is habeat, qui refert: propterea ne desinat esse gratia, non eius datur actio. Ad hæc, cum res sit maximè honesta referre gratiam, desinet esse tam honesta, si sit necessaria: nec gratus esse videreris, si ab iudice referre gratiam cogereris. Porro isti tanto & tam frequenti, & vulgato sceleri, vix omnia omnium urbium fora sufficerent: non ipse Atheniensium Areopagus, non Amphictyonum conuentus, non Hebræorum 70. Iudices, quos iisi Danheer m vocant: non Romanorum centumviri, non Urbani & peregrinorum prætores: non innumerabiles denique iudices satis essent ad ius ingratis dicendum, & lictibus dirimendis. Quis enim aliquem non ageret, vel quis ab aliquo non ageretur? Non essemus item tam prompti ad beneficia capienda, si cum non referremus, essemus foro sistendi, & causam dicere cogermur. Præterea nec tam parati ad promerendum essemus. Nemo quidè libenter dat inuitus nemo coactus. Vt enim verè sit gratia, gratuita ac voluntaria esse debet, animoq; beneficio & liberali est exhibenda. Postremò, nec quàm multus & ingens sit ingratorum numerus, sciri expedit: ne si eorum tanta multitudo cognoscitur, crimen in consuetudinem transfret: adeò, vt eius puderet neminem, nec tãti quisquam facinoris conscientia tãgeretur. Multa certè sunt scelera, quæ nunc passim (prò pudor) & vulgo consuetudine quadam & abusione committuntur, quæ auro- rum nostrorum & patrum memoria quàm maximè damnabantur, & non faciunt modò, sed dictu quoque fœda putabantur. Sed ne putes tamen Ingrate, verum id prorsus esse, quod Seneca prodidit, aduersus te tuumque crimen quod actio nulla fuerit, & apud antiquos, & nunc esse perleges. Num tametsi Germanos legimus, se beneficijs nil debere putare, & propterea acceptis non obligari: si tamen diligenter auctores, qui tum Græcè tum Latine scripserunt, euoluas, & Persas inuenies, tui similes ingratos atrocissimo supplicio, exquisitoq; tormenti genere affecisse, perpetuæque eos inuississe infamiæ nota, quibus ne hoc quidem tempore ignoscere audiuimus. Sed & apud Athenienses actio fuit contra ingratos, eadem & apud Macedonas. Legimus & quosdam fuisse nationes, quæ tuo isto Ingrate, flagitio conuictos, sude palòve per guttur adactonecauerint. Romani ac Massilienses emancipatos & libertate donatos, si erga patronos ingrati fuissent, eos rursus in seruitutè redigì voluerunt: cuius qualem rei leges adhuc leguntur. Ingratos (inquit Suetonius) & de quibus patroni quererentur, Claudius Imp. reuocauit in seruitutem. quo loco nonnulla interpretes. Cautum quoque hodie est ciuilibus legibus, donationem, quæ tibi ab homine etiã viuente facta sit, irritam fieri, facillimèque rescindi posse. His præterea legibus permissum est, à patre exhæredari filium ingratum: & quod amplius est, à filio patrem ingratum. Fuit insuper Hebræorum legibus sancitum, vt aduersus parentes ingrati filij qui fuissent, lapidibus obruerentur. Ad hæc & ex theologis nostris aliqui, & doctrina & vitæ sanctimonia insignes, beneficium ingrato subtrahi debere existimant, si in crimine ipso, quo fuerit deprensus, perititerit. Sed & ad exercenda ingenia, dum controuersias & lites declamarent antiqui rhetores, ingrati actio proponi solita fuit. Esto, Ingrate, nullæ sint istæ leges, vt verissimæ extant aliquæ, num tu propterea impunitus eris? nullum tuum supplicium extabit? Atqui & Phalaridis, & Perillæo aere grauiora tua sunt supplicia, quibus te omnibus inuisum, omnibus odio esse, & sentis ipse, & perspicias. Audi quæso, de tuo isto supplicio quid

fapientes sentiant. Socrates apud Xenophontem, legibus sancitum esse affirmat, vt vbique gentium benefacientibus gratiæ referantur: & huiusce legis ergo qui contra terit, feceritve, ea pœna vbiq; gentium puniat, vt omnibus odio sit. Nunquid ergo impunitus eris Ingrate? minimè. Neque enim impunita ea sunt, quæ omnibus inuisa sunt, & odiosa. nec enim vllum supplicium grauius est publico odio. Verùm nec illa parua pœna est, quod tu plerunq; conscientia tactus, non audes ab vilo beneficium accipere, nō audes vlli dare: omnium designaris oculis, aut designari te putas: & intellectum optimæ rei & dulcissimæ amisisti, testem ingratorum omnium vindicem Deum pertimescis. Nam & si Marcellino credimus, summus Deus est, cuius numine & perenni suffragio damnantur ingrati. Tuum est illud etiam Ingrate supplicium, quo an vllum atrocius esse possit ignoro: cum eum vides, cui te debere beneficium cognoscis. Hinc tantus tuus pudor, & plerunq; verècundia: tamen pertricata fronte & obdurata illum præteris, euitas, fugis. At cum præsens tibi aliquando astiterit, aliò auerteris (quod in te ipse sæpe obseruauit) & alia tibi esse negocia dissimulas: vel si cum quo habes, secreto & in aurem vis loqui videri: at plerunq; (bone Deus) quàm nihil cogitas, nihil loqueris, & nihil agis: at benemerentis tibi, etiam nolenti, ob mentis oculos obuertatur imago, vrget meritorum conscientia, quæ te nūquam patitur quiescere, nullam integram vllius rei voluptatem percipere: Te inquam vr̄it intus & lacerat ipsa intercepti beneficii conscientia, qua vna certè re illo es miserior, cuius in te perit beneficium. Nam quo maior vis est animi quàm corporis, hoc grauiora sunt ea quæ animo concipiuntur, quàm illa quæ corpore. Quocirca tu miserior Ingrate, quòd suscipis in te scelus, quàm is qui te ingratum experitur. Graue nanq; (ait Seneca) tormentum, ei debere, cui nolis. Pulchra quidem & verissima sententia apud Dionem lib. 46. historiarum legitur, qua manifestè declaratur, quanam ratione fiat, vt libentius & facilius beneficiorum, quàm iniuriarum obliuiscamur. Sed ista tibi iam diu obdurato, & qui in tanto scelere ocaluisti, fortè parui momenti esse videntur, quòd permultos vides non vt C. Trebonium, pœnas violatæ gratiæ dare: virum, vt ait Velleius, aduersus merita Cæsaris ingratiſſimum, vt alios nunc mittam: cum in mortem naturalem vsq; aliquando scelus differs, at non tamen supplicium (mihi crede) non pœnas euadis. Quippe si oraculis doctissimorum ac sanctissimorum hominum credimus, te manent post mortem æterna supplicia, atque vnà cum ijs qui aduersus Deum ingrati cœlo ruere, malis animis, vrgeris, cum sceleratis & ingratis Titanibus torqueris. Mitto, quæ hac de re plurimà scripsere Christiani philosophi: mitto Platonem, atque vnà Homerum. Non es ergo (vt vides) Ingrate impunitus, cum & post mortem tua sint tanta supplicia. Verùm ad ea quæ viuens, imò inter viuos agens, pateris, iam redeo: quorum illud non minimum est tuæ miseriæ & infelicitatis argumentum. Cæterorum quidem, quos ob graue aliquod facinus in miseriam, calamitatēque incidisse videmus, si non omnes, at certè plurima pars hominum, miserescimus, opemque & subsidium afferre curamus: tui verò, Ingrate, quem misereat, qui opem ferat, nemo est. Nemo enim te misericordia, non auxilio, non subleuatione aliqua dignum putat. Quinimò & cū secundæ tibi res, & tranquillæ succedunt, pro gratulatione, pro lætitiæ signo te detestantur, te execrantur omnes, tibi que vt malè verat, Deum precantur. Nimirum, cum nullum tam turpe facinus, nullum tam immane scelus esse videamus, quod vel aliqua ratione, vel excusatione dilui non queat, aut certè infirmari, & quoquomodo eleuari. Ille iniurijs prouocatus, ille odio aut iracundia quadam percitus, siue inimicitijs, prolapsione, casuue aliquo hominem vulnerauit, percussit, interemit. Tu verò Ingrate, quanam istorum gratia ingratus es, nisi quòd beneficio affectus, quòd gratia prouocatus, malo atque iniquo animo semper fuisti? Quare fit, vt minus mirum tibi videri debeat, si tu, tuique similes omnibus despectui sitis,

litis, cum nulla saltem excusabili causa peccetis. Tu igitur Ingrate, omnibus ingratus es, & iniustus, tu despiciatissimus, te fugiunt omnes, à te abhorrent omnes. & licet interdum, quoniam locuples sis, & potens, vel nobili ac illustri aliqua familia oriundus, seu claris generosisque parentibus natus, siue quòd aliqua sis dignitate honestatus & insignitus, vel in magistratu sublimive loco constitutus, te homines adeant, te saluent, te comitentur, te deducant: animo te tamen oderunt, tacitèque execrantur. Qua enim eos in te mente, quo animo esse putas, cum cogitant, sibi, quicquid in te conferunt, perire? Quo inquam animo esse existimas, cum omnem suorum in te officiorum spem, omnem obsequiorum ac meritorum fructum perdere se vident? Seritur enim (ut dici solet) beneficium, ut fructum postea metamus. at in te sterile scit, & perit, Ingrate. Tunc autem tibi gloriam comparare quæris? dum vivis ne, an post fata, eam te speras assecuturum? minimè quidem, nec inter præsentis in vivis agens, nec apud posteros extinctus. Nam cum Gloria sit, illustris & peruagata multorum & magnorum, vel in suos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum: quænam rogo ea tua sunt merita? quæ beneficia reposita, quibus ea, quando exhibuisti, reddidisti? At tu nescio quibus assentatorum & blandientium rumusculis, & inanibus Gnathonum nugis aures patefacis, & ex palpo adulationibusque gloriam te & veram laudem nancisci existimas: quæ coram, & te præsentis, & audiente, ea de te dicunt, quæ & tu falsa & vana esse cognoscis: his tu tamen inflatus titillationibus, & vanissimis blandimentis, excuteris, moueris, & tibi places. Quid faceres, si vera illa, & non falsa forent? Num inquam vides insulse, nullam veram esse tui laudationem, nullamque inesse posse tibi gloriam? cum & ingratus ipse de tui similibus & conqueraris, & maledicas? Habet hoc, crimen Ingrate tuum, quod non parui momenti ipse dico, ut à nullo vnquam sit excusatum: à nullo scriptore defensum, non modò non laudatum esse videamus. Multa quidem vitia, qui vel defenderint, vel excusarent, etiam quædam laudauerint, inuenti sunt. Ille iracundiam, alius superbiam, alius ignorantiam, alius item iniustitiam, plerique corporis voluptates: ebrietas alij, alij somnum, & ocium, & mortem. Fuit & qui literas, & literatos, ingenijque gratia, vituperavit. Nec postremò, qui stultitiam fatuitatemque miris laudibus prosequeretur defuit. Quin extant in te potius excellentissimorum doctissimorumque virorum innumerabiles sententiæ, & illæ quidem cognitu dignissimæ, quibus quàm sis Ingrate omnibus iniustus, quàm omnibus execrandus, & ex mortalium consortio eijciendus, facile monstratur. ille, Ingrate homine nihil peius terram producere exclamat: alius, Nihil amare, qui te amet, Ingrate. hic, Non recessurum vnquam ex ædibus tuis malum: & alio loco, Spes (ait) tuas similes esse hyberno gelu, quod quàm facillimè liquitur: alij, Gratiam non esse gratiam, imò dedecus, si cum collata est, statim non referre studeas: nec

4^o ex ea modo quippiam augeri, aut accrescere, sed susceptum tibi beneficium extinctum & deperditum esse statuunt. Sunt qui te perforato & pertuso dolio per similem esse dicant, quòd quicquid in te confertur, frustra crogetur, & tanquam (quod est in fabulis) Belidum puellarum aqua perfluat, atque emanet. Te serpentes etiam perniciosiorem quidam dixere, quæ virus in aliorum perniciem, sine tamen sua, habent: sed tu non aliis modò, verum & tibi ipse noces. Sunt qui tum demum illud abs te rectè fieri asseuerent, cum scilicet moreris. Ixionem, hominem illum ingratißimum in Iouem, ut est in fabulis, apud inferos rota assidue versatum, exclamare apud Pindarum obseruant interpretes, δὲ αὐτὸν ἀδολφγεται τὴν παντὰς ἀπὸ τῶν ἀδολφγεται: quòd utique referenda sit beneficientibus gratia. Nec aliam

5^o ob causam Lucretius poeta Gallos Cybeli castratos attribuit, nisi quòd qui ingrati inuenti sunt erga genitores, indigni putandi sint, vitam progeniem qui in oras luminis edant. & paulo post:

Telaque præportant violenti signa furoris,

*Ingratos animos atque impia pectora vulgi
Contervere metu quæ possunt numine diuæ.*

Scribit & Phryx Aesopus in suis Apologis, à Deo puniri, qui in bene facientes ingrati sunt: in ea quæ de ceruo & venatoribus fabula inscribitur. Pontanus Louianus, nostra ætate vir (meo quidem iudicio) in plerisque suis scriptis penè antiquis conferendus, suo te quodam ioculari dialogo ita proscindit, vt a sello te inerti conferat: Cui si caput saponem laues, totum id quod impendas, mitis, quod & apud vulgares nostros in frequenti est prouerbij consuetudine. Mitto huiusmodi sexcenta, quæ in medium hoc tibi loco ex Græcis & Latinis afferre possem. Neque enim te sententiolis, neque auctoritatibus, neque apologis conuincere, sed naturæ telis, ac rationis gladio (si possum) cominus conficere constitui. Igitur si potes, Ingrate, attende, quàm mecum omnis te natura redarguat. Cum mecum hoc ipsum quod in se cuncta continet, cum in eo omnia naturæ opera contempler, inter ea ego nihil esse comperio, vnũ te præter, ingratum: cuncta vices gratiamque rependunt, nimirum talia & natura & fabricatore Deo perfecta: tu vnus inter ea præuaricator, & (vt sic dicam) transgressor, tu denique omnem naturam confundis, atque perturbas. Cælum quod dicimus, & cœlestes in eo animi, mentesque diuinæ, tum decem illi orbis, quibus sunt cuncta connexa, dein sempiterni fixi siderum stellarumque globi, æther præterea, & aer stabilis, reliquaque elementa, stata quadam vicissitudine, perpetuamque volubilitate gratis in vsus nostros annuatim & indies ferunt ac referunt. atque, in qua nos degimus, in primis Terra, magna & quàm gratissima parens omnium, quæ à nobis cultu prouocata, cum foenore semper gratiam refert, vt alicubi foeneratorum vsuras vigesimas & trigesimas & centesimas non tam honestas æquet, & excedat aliquando: hæc & ipse sua beneficijs nos sepe promeretur, hæc sinus vberaque illa multiplicia benigna laxat, hæc viscera patidit, effunditque opes diuine copia, aurum, gemmas, metalla, herbas, stirpes, frutices, arbores, fruges, poma, nuces, baccas, flores, semina: hæc insuper, neque ceteris tot generis animantibus, nostris suffecturis necessitatibus, victum denegat. Ad hæc quæso Ingrate aduerte. Animalia ipsa bruta, sensu humano & ratione carentia, si alantur à nobis, quantum in se est, pastoribus dominisque gratias referunt: vt eorum aliqua cum dominis nonnunquam morti, nimio eorum desiderio, occubuisse legerimus. Sunt & recentia exempla, quæ audiuius. Non tibi hoc loco canes, partim domestico & quotidiano vsu, partim de his scriptis voluminibus notissimos referam, qui & ea de causa ab antiquis Laribus domesticis præesse dicebantur: non equos afferam, de quibus leguntur historiae: (Illud non omittam, quod de Soclis Atheniensis equo tradidit Aelianus, à quo cum amaretur ardentius Socles, veritus ignominiam, equum vendidit: quare equus amissio domino destitutus, voluntaria sibi mortem inedia consciuit) non boues commemorabo, ex quorum aliquando visceribus vesci, scelus habebatur, ne erga id animal ingratus homo videretur, à quo tanta esset affectus vtilitate. Quin & inter exempla legimus, damnatum à Pop. Rom. die dicta, qui concubino procaci, rure se omasum edisse neganti, occideri bouem. quin idem etiam in exilium actus dicitur, tanquam ingratus erga colonum animal. Non cætera iumenta afferam, quibus in vsus nostros indies vtimur. Non præterea afferam elephantos, humano propè ingenio: non anseres, Capitoliij vigiles, & puerorum amore cognitos: non repentes inter pocula sinusque innoxio lapsu dracones: non reliquos denique cicures, vel feras beneficio mansuefactas, gratiam retulisse. Longa nimis esset aliud agenti historia, si omnium vellem exempla recensere. pauca hæc non prætermittam. Legimus, ad referendam gratiam delphinis suapte natura propensos, nasci præterquam quod inter se mutua & publica quadam est societas, hominum etiam sunt amatores, quibus & persæpe gratias retulere: quorum & multæ extant historiae: sed cæteris omissis, vnã tantum ego hic affe-

hic afferam. Aelianus scribit, Cœranum quendam Parium captos delphinas à piscatoribus argento redemisse, liberòsque illos dimisisse. tum non multo post, cum in Parij maris angustiis facto naufragio Cœranus iactaretur, à delphinis seruatus, delatusque est ad saxum, cui Cœranio nomen inditum est: dein vt defunctus, & cõtumulatus à propinquis est in littore, illuc delphines confluere & adnare solitos, tanquam inferias Cœrano soluentes. Eandem historiam repetit paucis immutatis Philarchus apud Athenæum, libro 13. Esse item insulam non longè ab Epidamno ferunt, quæ Athenas vocetur, vbi piscatores habitant. in ea lacus est, vbi scombrorum cicurum est multitudo, qui à piscatoribus aluntur. Hi verò vt nutritoribus gratiam referant, passi in altum denatant ad feros scombros, eosque ita circumeuntes paulatim ad piscatorum captionem deducunt: quibus captis, cicures scombri ad sua lustra redeunt, passum à piscatoribus solitum expectantes. Hanc historiam pluribus exequitur Aelianus. Multos præterea vetulos, annososque (quod Plutarchus scribit) quibus in Hecatompedo construendo Athenienses vsi fuerant, & quibus ideo publica alimenta dabant, ne minus grati officiosi que viderentur, duces cæteris itinerum, laborumque veluti adhortatores se præstitisse accepimus. Idem & Aelianus, & Hierocles. Aspís insuper (vt est à Philarcho traditum) ab Aegyptio homine educata, cum in hospitis adibus peperisset, accidit vt ex catulis vnus hospitis filium venenato morsu peremerit. Aspís tum domo fortè aberat. reuerfa, iniquum rata hospitis filium à catulo necatum, præfente hospite, ne ingrata videretur, catulum filium interemit. Demetrius physicus pantheram, alioqui ferocissimum animal. tradit, cum eius catuli in foueam cecidissent. nec eos inde educere per se sola sufficeret, tamdiu ibi moram traxisse, quamdiu inde homo præteriens, leniter vnguibus ab ea per vestem tractus, & nutu, signisque pantheræ monitus, catulos è fouea exemit. Quare panthera gratiam referens, gessiens, hominẽ eoufque per sylvarum & nemorum deuia cum filiis comitata est, quo eum vsque in viam tutumque reduxit. Similem se mẽ historiam recitat Aelianus de leone, in Pangeo Thraciæ monte contigisse. Democritus vero Thoantem, in Arcadia seruatum à dracone narrat. Draconem Thoas puer nutrituerat, qui cum adoleuisset, eritus draconis naturam, magnitudinemque, in solitudinem detulit: vbi, cum latronũ insidiis digressus circumuentus fuisset, exclamauit: cuius audiens vocem draco, eamque educatoris Thoantis esse cognoscens, accurrit illico, & eum latronum manibus eripuit. Leonem, ait Seneca, à se in amphitheatro visum, qui vnum è bestiaris agnitum, cum eius quondam magister fuisset, protexit à ceterarum impetu bestiarum. Androclis (qui Androdus mendose dictus est apud Gellium, vt ex Aeliano didicimus) notissima est historia, à leone simili modo in circo Romæ seruati: cum is prius ex leonis pede infixum fortè furculum, in eius specu diuersatus, exemisset: adeò, vt postea Romæ per vrbis tabernas & per fora leonem ipsum Androcles circumferret, & vulgo passimque, ab omnibus acclamaretur: Hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis. Sunt & alia complura leonum exempla, non modò in sacra nostra historia, sed etiam gentium: vt illud Helpidis Samij, qui cum in littore Africæ ex leonis gutture os euellisset, tamdiu leo ex veneratione ei gratiam retulit, quamdiu cum nauí in littore stetit. Gallum quoque cognominatũ Centaurum, scribit Nicander, affectum amore fuisse pueri à poculis Nicomedis regis, cui nomen Secundo fuit, illique maxime obsecutum fuisse. Clearchus Peripateticus philosophus auctor est, pauonem in Leucadia in tantum puellæ amore correptum, vt moriente illa, ipse quoque desiderio defecerit. Sed & inter se rationis expertia animalia gratiã referre audiuitus. Qui animalium historias condidere, accipitrem tradunt, alitem rapacissimam, rigenti brumæ tempore calidioris temperamenti passerem vnguibus implicitũ, noctu sibi pectore solitum admouere, eoque se à frigore tueri: illum manẽ illæsum, intactumque, vt beneficij memorem, dimit-

dimittere. Rem similem de aquila & columba, vulgus prodir. An non Aegyptij
 attem cucupham miris laudibus prosequuntur? eamque in sceptri fastigio ea ra-
 tione affigi volunt, quod vnu hoc animal apud eos, senescentibus parentibus
 gratiam referat: eodemque in loco, in quo ipse pullus educatus fuit, nidum paren-
 tibus construit, & detritas veteresque pennas euellens, tantisper educat, dum re-
 pullulatis alis pennisque, ipsi sibi auxilio esse queant. Eandem ut existimem
 cucupham & ciconiam, Graeci plerique scriptores faciunt, qui eadem ~~ferunt~~
 de ciconia, quae modo de cucupha retuli, prodidere. Illud vnum inter eos non
 conuenit, quod de regum sceptris attuli. Ciconiam quidem illi aiunt in sum-
 mo sceptri apice effingi, sed in ima illius parte hippopotamum: ut scilicet reges
 admonerentur, pietatem eos colere debere (cuius enim symbolum est ciconia)
 & violentiam comprimere: quoniam violentum, ingratumque animal sit hippo-
 potamus, cuius quidem haec natura proditur, ut cum primum viribus niti po-
 test, cum patre decertet: quem si superarit, & victus filio cesserit, illa sum abire
 permittat, cum matre concumbens. at si victus pater, id non permittat, a vi-
 ctore filio occiditur. Hinc ego, quod de sceptro dixi, ita ex Horo interpretor,
 gratos piisque reges esse debere, & ingratos esse cauere. Sed certe a ciconiis,
 parentibus senio confectis gratiam referentibus, in eos qui gratiam & benefi-
 cium rependunt, a Graecis tritum sermone prouerbum factum est, *αἰπὸν λαργίῳ*.
 Eandem & parentibus gratiam referunt meropes aues: glires item, fessos sene- 20
 cta genitores insigni pietate alunt. Alia multa denique animalia sunt, quae in-
 vicem officium referunt, gratumque inter se quodammodo animum exhibent:
 de quibus est longa & copiosa scriptorum narratio. ut psittacus, & turtur, pa-
 uones & columbae, musculus & balana, aliaque, quae qui naturae historiam scri-
 psere collegerunt: & perinde haud precium est operae, hic tibi cuncta referre.
 Contra vero vituperari solent, quae ingrata homini animantia gratiam non re-
 ferunt: inter quae in primis hirundo, quae cum nobiscum habitare stato anni
 tempore videatur, nostrisque in domibus nidos suspendat, pullos alat, nunquam
 tamen illa nobis sit domestica, nec cicur. Quare a plerisque est creditum, ideo
 in Symbolis a Pythagora dictum, Hirundinem domi non suscipiendam: qua de 30
 re in Symbolis plura. Vituperatur & aries, vulgato Graecorum prouerbio in In-
 gratos, quod is, a quibus educatus est, cornibus feriat. Cocyga quoque, & quae
 aliae sunt eius naturae animantes, quis non detestetur? quod nutricem ingrata
 perimat. quis non scorpiones terrestres? qui adulti parentes interimunt. quis
 non viperam? (si vera sunt, quae de ea traduntur) cum maris foemina caput in
 coitu mordicus absumat: & mox in parentis vltionem, eam catuli nascentes
 dirumpant. Quin & sacris illis suis literis Aegyptij columbam execrantur,
 ipsaque alite tuum istud Ingrate crimen effingunt. tamen quoque duobus hippopo-
 tami vnguibus deorsum inuersis, iniustum ingratumque hominem denotant. Sed
 quod mirandum est magis, arborum quoque & plantarum, et stirpium, herbarumque 40
 nonnullae, inter se vices, gratiamque referunt: adeo, ut ea solum de causa maris &
 foeminae sexum habere affirmant, qui earum historias atque naturas scripse-
 runt. Arboribus, inquit ille noster naturae Polyhistor, imo potius omnibus
 quae terra gignit, herbisque etiam vtrumque sexum esse diligentissimi naturae
 tradunt: & poeta ille cecinit, Suos habet arbor amores. Mitto quae hac de re
 Theophrastus & Ammianus tradiderunt, alijque quae in iuuenili quodam nostro in
 Claudianum scripto adolescentes ambrosiose collegimus. Certum inter arbores illa
 ingrata & parum amica animantibus taxus, quae & similia nuncupatur, esse pro-
 ditur, quae pro fructu venenatas baccas, & toto corpore virus effundit: adeo
 ut non modo toxicum ex ea gignatur, sed & umbra illius agricolis & frugi- 50
 bus perniciose & lethalis existat: vnde nonnulli hanc ingrati vitij symbolum es-
 se dixerunt. Non vides igitur Ingrate, arbores, herbas, caetera quae diximus,
 gratiam non modo inter se & copiose referre, sed & nobis abunde, si modo re-
 cte &

et & tempestiue colamus, seramus, si beneficijs nostris operibusq; quibus ipsæ
 lætantur, afficiamus: Hic tanta nobis interdum frumenti & frugum copia, tanta
 vini vbertas, tanta annonæ vilitas. Hinc lata & ridens Pomona, & tot fructuū &
 pomorum genera, vt ex vna interdum arbore (res miranda) decem & eo ampli-
 us fructuum genera legi videamus. Age tu solus, homo ingratus, & parum bene-
 ficiorum memor, num saltem te pudet, in referenda gratia ab ijs vinci, quæ ratio-
 ne carent, animantibus: ab ijs quæ profus nullo sensu nec vita pollent, præter-
 quam coalescendi & crescendi: non vides Ingrate, tui similes arbores, hoc est,
 quæ præcium operum non referunt, relinquunt succidi: incendi: Si te, Ingrate, ista
 10 non mouent quæ tibi recensui, si te sempiterna beneficij memoria à tanto flagi-
 tio non auocat, si te conscientia non remordet: at saltem, quæ generatim in om-
 ne genus hominum mala facis, quod denique tibi tu miser exitium affers, à tam
 iniquo te auocet proposito, atque depellat. Humanum in primis, Ingrate, genus
 (quantum in te est) perimis, & trucidas. Neque enim, si per te fieri possit, mortali-
 um vllus viueret, cum omnia ei tu necessaria, omnia & soli & cœli bona subtra-
 here procures: non homini solum dico, sed cæteris quoque animantibus. Nam
 quæ, rogo, reliqua est humani generis vita: cum tu ex illo Respub. ciuitates, con-
 suetudines, amicitias, benevolentiam, communionem vitæ (vt ostendimus) tol-
 las, atque subuertas. Tu Deum quoque ipsum immortalem, æternum, optimū,
 20 bonitate, ipsaq; diuinitate spoliare, & priuare quodammodo niti videris: cum e-
 ius munera, cunctis parata, omnibus exposita, tibi vni asciscere & vsurpare con-
 tendis. Deum enim ipsum gratissimum, imò gratiam ipsam esse, sine qua gratia,
 nulla gratia, quis sanæ mentis non videt, te vnum præter, Ingrate: qui ea ipsum
 remunerandi propensione, qua cuncta quantumuis exilia merita, sua duntaxat
 benignitate remuneratur, priuare conari videris. Sed sicut cuncta gratuito Deus
 remuneratur merita, sic cuncta etiam iustus vlciscitur crimina. Quare tu aliquo
 tuo successu tumens, non te propterea impunitum iri putato. Te enim manent
 æterna supplicia, Sisyphijs, Tantalicijsq; etiam longè grauiora. Atqui & tibi ip-
 se Ingrate vim infers, nam (vt omittam, quæ supra diximus) tuo te quoque ipse
 30 mucrone confodis, tuo te miser gladio perimis. Sedenim quod non vides, expe-
 ctas, quæ corporis parte vulnus hiet, manetq; sanguis de vulnere. At non corpo-
 ris vulnus istud, sed mentis, sed animi: quo vulnere longè sanguine preciosior
 manat benignitas, clementia, iustitia, & ipsa (qua homines sumus) humanitas:
 manant cæteræ virtutes, sine quibus humanus animus, non iam animus est vi-
 uens, sed mortuus & enectus. Non sentis Ingrate, quàm graue, quàm
 lethale vulnus tu tibi inflixisti: non sentis, nimirum quia cum
 sua functione & munere non vtatur animus, nec
 viuus ipse, nec sentis.

E I N I S,

YY

530
LILIVS GREGORIVS GYRALDVVS
HERCVLI TROCTO

S. P. D.

Miseram pridem librum de Ingrato, patri tuo Alphonso Trocto, equiti splendidissimo, illumq̄
tradidi Isingrinio typographo diligenti, vt exscriptum suis typis ederet. Nunc verò cum su-
perioribus his diebus libellum alterum conscripserim, cui titulum feci, Quomodo ingrati nomen
quis effugere, aut euitare possit: ipsumq̄, sub tuo nomine vt appareret, tibi dare constitui, vt sicut
patri inequestri dignitate es successurus, ita quoque cum eo pariter publicè legaris. suscipe igitur libel-
lum hunc exiguum, mei erga te amoris ac beneuolentiæ pignus: & cum ab antiquorum authorum
lectionibus, cum Græcis, tum Latinis vacaueris, succisiuo tempore hæc nostra vt legas: in quibus
interdum fortasse aliqua inuenies, quæ non fuerint operæ dispendium legisse. Hic verò, mi Hercu-
tes, non expectes diuinam illam M. Tullij elegantiam, nec F. Quintiliani cultam ac eruditam facun-
diam, sed planè nudam orationem, & incultam, nullis calami stris inustam, nec emblemate (vt
ait Cicero) vermiculatam: nec res ipsa aliam exposcere videbatur, nec atas mea annis ingrauescens
& morbus affecta, vel (vt verius dicam) facultas præstare potuisset. Breue est quod me tibi præ-
cipere meus incredibilis in te amor cogit, vt quam de te expectationem concitasti apud omnes, &
virtutis, & doctrinæ, hanc nauiter indies sustinere ac tueri possis: ne ve pater tuus Alphonfus
frustra & studium, & opes in te instituendo consumpserit: neque tu bonas horas, istum tuæ atatis
florem, impunè elabi permiseris. Vale: & quod te facere scio, me ama.

*Dum bellum traherent biluistre Græci
Ad Troiam, Aeacida abstimente pugna,
Iam tunc Naupliaden gruuum volatu
Inuenisse ferunt notam bicornem,
Est quæ stipite latiore nixa.
Hæc post discipulos rudes solebã
Vix Pythagoras docere cursum.
Nam stipes puerilis est imago,
Est quæ laxa magis, magis ve aperta,
Hoc est, liberior, licentiorq̄,
Sed cum scinditur hinc & inde callis,
Plenæ tempora denotat iuuentæ:
Nam quæ pars bini sinistra surgit,
Est primò spaciøsa, lata, demum
Finis præcipitat, rigetq̄, saxis.
Contra est ardua, senticosa dextrâ
Primò, tum spaciøsa, lata demum:
Virtutem hæc tibi, at illa Troctæ luxum:
Hæc mores, vitium sed illa monstrat,
Quam nunc arripas viam videto.
Sed cum nomine tu voceris isto,
Viam Prodicij Hercules capeffe.*

LILII GREGORII GY-
RALDI LIBELLVS, QVOMODO QVIS
INGRATI NOMEN ET CRIMEN EFFV-
GERE POSSIT:

AD HERCVLEM TROCTVM EQVITEM,
Alphonfi filium.

10



Vanta ingratus non modò priuatim, sed publicè mala vitæ attu-
lerit, abundè est priore (vt puto) libro patefactum, cum in eo &
sibi ipsi vim & manus quoque intulisse ostendi: sed potest, si vult
audire, potest reuiuiscere, rursus reddere se vitæ, & tanto vulne-
re sanari. Medicinam ego, & eam quidem præsentissimam adhi-
beo, si me audire voluerit. Non ferro, non igne, non tetro ali-
quo pharmaco, ista est vincenda ægritudo: sed molli ac suauissimo medicamine,
sed leni vngume, mitique potione. Quisquis es igitur, accipe remedium, quod
suis tibi manibus, suisque ex thesauris præstantissima animorum auxiliatrix Phi-
20 losophia concinnauit. Accipe inquam, non iam amplius, vt spero, ingratus re-
medium, idè parato animo & hilari, vt magis proffit. Illud verò ante omnia pri-
mum scire oportet, neminem nisi volentem sanari posse: quando maximum cu-
rationis & salutis signum est, velle sanari. Tum illud quoque nosse conuenit,
malum ac stultum hominem plenè nequaquam gratiam referre posse, sicuti nec
beneficio affici. etenim in malum & stultum, quod bonum est, non posse cadere,
non modò Stoici, sed & Christiani quidam nostri philosophi præiudicatum ha-
bent: quippe qui animi bona ad malos nequaquam peruenire posse statuunt: cæ-
tera posse autumant, quæ vel commoda, vel beneficio similia dicuntur. Metro-
dorus quoque, vir sanè vbique magnus, præter sapientem, nemini scire gra-
tiam referre, existimauit. quem quadam epistola Anneus secutus Seneca: Hoc
30 (inquit) docet philosophia præcipuè, bene debere beneficium, bene soluere.
Beneficia verò non ea esse censet, quæ donantur, manûve capiuntur: sed ipsam
voluntatem, animique propensionem, qua tum promereri, tum referre stude-
mus. itaque neque aurum, neque argentum, neque eorum quicquam quæ dan-
tur, accipiunturve, beneficium est: sed ipsa vel gratificandi, vel referendi voluntas:
Sed hæc fortasse à Stoicis nimis scrupulose atq; anxie tractantur, à Peripateticis
aliquanto leuius: Ad malos, inquiunt, minuta quæ dicuntur beneficia perueni-
re possunt, & simul ea ipsa reddere. Verùm hæc planius à Seneca, si fortasse ni-
mis à me concise traduntur. Nos, vt mitius rem agamus, nunc ita statuimus, om-
40 nes cuiuscunque generis homines gratias referre posse, qui suæ sunt mentis cõ-
potes. Eo enim quo referunt tempore, bono esse animo semper necesse est. Sed
tu quisquis es ingratus, si planè rectèque sanari cupis, si gratias perfectè refer-
re, esto semper in primis integer & certus homo, Deique immortalis cultor as-
siduus, à quo (vt priore libro tibi ostendimus) innumerabilibus es beneficijs af-
fectus, & ab eo sponte sua promeritus. Dein tecum diligenter, accuratèque co-
gita, an tantulum saltem illi gratiæ retuleris: quod si minus, an saltem, quod in
te est, habeas. Tum illud tecum bene cogites, an quibuscunque debuisti, gra-
tiam semper ipse retuleris: an vllum vnquam intermissum, vel intermoruum a-
pud te sit beneficium. Est enim perceptorum beneficiorum memoria assidue ex-
cutienda, an tibi scilicet ab ipsis vsque, quod dici solet, vnguiculis, ab adole-
50 scentia, aliquod officium exciderit: quæ in viridiori ætate, quæ in reliquo tem-
porè, à quibus, quomodo, quando tibi collata fuerunt: omnium denique æta-
tum, dignitatum, ordinum, quibus creuisti, tempora, quadam mentis ratione

subducas, vt quasi diligens beneficiorum & meritorum ratiocinator esse videaris, atque addendo & deducendo videre quæ reliqui summa fiat, vt quantum cuique debeas, referre intelligas: & si quibus inueneris te beneficijs planè non respondisse, gratiam eò vsque habeto, quò referre possis. Habere etenim, & fateri gratiam, aliquando est referre. Pulchra narratur historia de Philippo, qui Hipparcho Euboico vita functo, cum eius mortem iniquè ferret, & cum eum quidam solaretur dicens, Attamen rex Hipparchus tempestiuè decessit, erat enim iam natu grandior: Philippus respondit, Sibi quidem fortassis tempestiuè decessit, mihi verò præproperè. mors enim illum anticipauit, priusquam à me beneficium acciperet nostra dignum amicitia. Ecce hic Philippus dum fatèretur, quodammodo refert. Hinc si fortè etiam non potes ipse referre tantum, quantum accepisti, eum saltem animum habeto, qualem Aeschinè erga Socratem habuisse legimus: qui cum pauper esset, & nihil haberet, quod Socrati magistro referre dignum sibi videretur, Inopem (inquit) me esse sentio, itaque quod vnum habeo, me tibi ipsum & do & trado. Hac animi remuneratione plurimum delectatum Socratem, proditum est. M. quoque Tullium erga P. Lentium, eundem animum habuisse videmus, qui si vitam, vt ait, pro illius dignitate profudisset, nullam sibi videbatur meritorum partem assecutus, atque adeò vitam etiam sibi acerbam putabat. Eadem ratione & Augusto Cæsari Virgilius poeta referebat, cum cecinit, Deus (inquit) nobis hæc oicia fecit, Nā-
que erit ille mihi semper Deus: & reliqua. Beneficium verò fatetur, cum ait:

Ille meos errare boues, vt cernis, & ipsum

Ludere quæ vellem permisit.

Hac eadem etiam via Augustum ipsum demeruit Furnius. Is enim cum Antoninas partes cum patre secutus esset, & ab illo facile veniam impetrasset, dixit, Hanc vnam habeo Cæsaris iniuriam: fecisti enim, vt viuerem & morerer ingratus. tacite passus, tantum sibi à Cæsare collatum, quòd paria nunquam ei esset redditurus. Est namque grati animi indicium non vulgare, nedum fateri beneficium, sed nullo sibi pacto in remuneratione satisfacere, nec videri sibi ad spem beneficii exequendi propius accedere. Quomodo erga Caietanos Neapolitanorum regem Ladislaum fuisse legimus, qui regno spoliatus, est à Caietanis susceptus, & pecunia è publico collata sustentatus: mox cum in regnum restitutus, ea erga Caietanos omnes grati animi significatione Regem vsum fuisse ferunt, vt sine delectu & discrimine Caietanis omnibus gratiam referret. Sed nos nostra sequamur, & in primis illud, vt si quis plane gratus esse vult, illud ei attendendum est: vt quidem est voluntati voluntate, sic rei quoque respondendum, quoad eius fieri poterit. nam si re prouocatus, cum possit, voluntate tantum responderit, non plane retulerit. Si enim quæ acceperis vtenda, maiore mensura, si modò possis, iubet reddere Hesiodus: quidnam beneficio prouocatus facere debes? an non imitari agros fertiles, qui multò plus auferunt, quàm acceperunt? Id quod & veteri prouerbio monemur, vt ambabus manibus referamus. etenim si in eos quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre: qualis in eos ingratus esse debet, qui iam profuerunt? Nam cum duo genera liberalitatis sint, vnum dandi beneficium, alterum reddendi: des, nec ne, in tua est potestate: non reddere, si bonus vir esse cupis, non licet, si modò facere possis sine iniuria. Acceptorum autem beneficiorum habendus est delectus: nec dubium, quin ei plurimum debeas, à quo sis maxime prouocatus beneficijs: in quibus tamen, quod aliàs diximus, id in primis quo quisque animo, studio, benevolentia fecerit, ponderandum est. Nō enim, qui temerario quodam iudicio, & repentino quasi vento, impetu animi incitatus, eam merentur gratiā, quā qui iudicio, consideratèq; detulerunt. Est enim quadripartita, vt aliquanto rem subtilius agamus, dandi referendiq; ratio. nam tū sua vi beneficium consideratur, an scilicet magnum, an paruum, an facile, an difficile, an

le, an vulgare, an verum, an falsum: tum ex tempore quo confertur perpenditur, si tum videlicet, cum indigemus, cum ab alijs accipere non possumus, vel cum cæteri opitulari recusant, si denique cum sine spe sumus. Præterea ex animo consideratur, si non commodi sui causa exhibetur, sed eo tantum consilio, vt beneficio hominem afficiat. Postremò ex casu ponderatur, si non fortuna, sed industria collatum beneficium fuerit: aut si fortuna industriæ obstiterit. Etenim ea ratione omnino reddendum beneficium, qua collatum fuisse videbitur. Sane id hoc loco nostræ legis & pietatis philosophi in quæstionem ducunt, nam gratia reddenda sit ei, qui nobis in re parum iusta, honestaque affuerit; vel in crimine patrando obsequium præstiterit: breuissimè, sic illi statuunt, nulla nos ratione ei obligari, qui nobis ad delinquendum, peccandumque opem tulerit. nam non beneficium ille contulit, qui nos peccando promeruit: neque enim vitium cum virtute coniungitur. Memorabile est Socratis exemplum, qui cum ab Archelao rege multis muneribus inuitaretur, vt ad se veniret, illum regi respondisse ferunt: ad eum se ire nolle, à quo ea esset beneficia accepturus, quibus ipse paria reddere non posset. Qua quidem Socratis ironia admoneri Ingrate videris, ea te munera suscipere non debere, quibus mox vel malus, vel ingratus esse cogaris. Eademmet ratione nec illa ipsa accipienda censeo, quæ ea tibi conditione exhibentur, vt turpe aliquod inhonestumue postea tribuenti referre cogaris: id quod cum omnibus, tum ijs maxime præcipiendum videtur, quibus flos ætatis est in lubrico. Nec aliam etiam ob causam pontificijs, ciuilibusque legibus prohiberi putamus, ne in sententijs ferendis, iurique dicundo, iudices munera suscipiant, quæ mentibus, animisq; etiam prudentum tenebras (vt sapiens Rex ait) offundunt. Est & illud, vt ingrati nomen effugas, tibi diligenter obseruandum: vt si cætera paria sint, ei præcipue opituleris, qui maxime opis indiget: idq; in tempore, sine cunctatione, & morositate: in primisq; tum referas; cū gratia est promerita, vel necessaria, vel opportuna. Nam & Græco prouerbio monemur, ne ingratam gratiam tarditate faciamus. id quod Græco carmine Lucianus ostendit, quod æmulatus est Aufonius Gallus, cum ita cecinit:

30 *Gratia quæ tarda est, ingrata est gratia, nanque
Cum fieri properat gratia, grata magis.
Si bene quid facias, facias citò: nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.*

Idem:

Nec minus vitandum est, ne asperè admodum, & contumeliose gratiam referas. neque enim in beneficio reddendo est quicquam triste miscendum, inhumanum ve. Istiusmodi beneficium præclare Fabius Verrucosus, vt erat homo tetricus, lapidosum panem vocare solebat, quod durum videlicet esset, & molestum. Sed ne metu quoque, néve cuiusquam maledicentia & garrulitate ad promerendum, vel referendam gratiam trahi cogique potius, quam duci videare, magna est cautio adhibenda. neque enim ea ratione ingratus esse desinis. Et propterea præclare inquit Seneca: Ingratum voco, quisquis metu gratus est. quo fit, vt minus etiam munifici ac liberales mihi esse videantur, qui munera, & (si Deo placet) sacerdotia etiam dare consueuete scurris, circumforaneisque circulatoribus, Arabicisq; Poetis, & id genus cæteris, cœnas & pocula consecrantibus, quorum maledicis nescio quibus versiculis, aut verius nugis ineptis, fora & compta personant, vtinam non etiam atria & penetralia Regum, & Senatorum, sacrorumq; Antistitum. Sed certè, tum te ingratum maxime sapientes esse definiunt, cum in immerentes dona prodigis & effundis. quo passim errore omnes ferè diffuunt viri Principes huiuscæ ætatis, qui posthabitis modestiorum hominum colloquijs atque congressibus, huic sese hominum generi penitus dederunt. At nos his in præsentia omissis, ne ingrati ipsi esse videamur, nostrum tibi potius, ne ingratus sis, salubre remedium proferamus. Stoicorum

illud etiam est præceptum, si planè gratus esse velis, ut cum primùm beneficium acceperis, statim de referenda gratia cogites: acceptique memoriam, non dari tibi muneris te habere oportere. hoc est, ut quidem Menander comicus præcepit: Quando (inquit) beneficium acceperis, memor fueris: at immemor, cum dederis: id quod & Chilon, vnus è septem Græciæ sapientibus, sua sententiâ præcepit, quod ipsum acuti sanè quidam Philosophi ita intelligi volunt: nos scilicet non debere prædicare, nec iactare beneficia, nec (quod plurimi faciunt) ea in omnibus coronis narrare, ne, quod aliàs diximus, in gloriosi & ostentatoris crimen impingamus. Non tamen hoc in loco id in transcurso est prætereundum, quædam esse beneficia, quæ palàm & in aperto vel dâda, vel referenda sunt: quædam verò secreto, & in abdito. palàm illa, quæ eorum exemplo alios inflammare possunt ad egregium aliquod & præclarum facinus: ut sunt militaria dona, præmia certaminum & virtutum, aliâq; huiuscemodî multa: secreto verò ea reddenda sunt, quæ non prodesse alteri, nec honestiorem illum facere possunt. Fugienda est igitur omnino in retribuendo iactantia, & ostentatio: eoque magis etiam, quo & diuino præcepto magis inhæremus. Non est, inquit Ambrosius, perfecta liberalitas, si iactantiæ causa dedisti. Est verò & perdifficilis illa quaestio examinanda, cum beneficium inscio tibi & nescienti impenditur: qui si sciuisse, non accepturus fueras. An si eo casu non refers, ingrati nomen subeas. Plerique rem ipsam distinctione quadam absoluunt. aiunt enim: Si eo tempore, quo beneficio affectus fuisti, eo indigebas, te valde ingratum esse si non rependas: at si non indigebas, nec necessitate vrgebaris, te obligari quidem, sed non eo nexu, quo cum indigebas: eaque id ratione, quod qui dedit, boni viri officio & opera functus est, acceptumque vtrunque semper reddendum est beneficium. Quid enim (inquit Ambrosius) tam contra officium, quam non reddere quod acceperis? nisi fortasse legitimis & iustis, quas alibi attigimus, impediamur causis. Sed cum dantis animus sit semper æstimandus, & affectus nomen imponat operi: non ideo semper ingratum esse putamus, cum non semper est relatum. Nam si beneficium ab eo accepimus, qui malo animo, & ut noceret dabat: non ingrati sumus, si non reddidimus. Quo pacto illum fecisse legimus, qui cum tyrannum esset occisurus, gladii ictu illi tuber diuisit, quod ob tyranni metum perterritus chirurgus secare non ausus fuerat. Idem ferè Iasoni Pheræo contigisse scribit M. Cicero, cui est aperta vomica, quam medici sanare non poterant. Videndum verò an eadem sit historia, quæ variè sit ab autoribus relata. nam & Plutarchus, Promethæo Thessalo idem accidisse scribit. Legimus & hominem quarrana laborantem, cum flagris cæderetur, vi morbi esse liberatum, & podagricum inedia ab hoste maceratum esse sanatum. Num quod his gratia non est relata, propterea qui non retulerunt, ingrati vocandi sunt? minime verò. Nec illis etiam gratia deberi videtur, qui commodo suo, non nostro, nobis profuerunt. Nec in beneficij loco proprium commodum reponi conuenit. Nec enim, inquit M. Tullius, si ob tuam causam cuiquam commodas, beneficium illud habendum est, sed cœneratio. Istiusmodi munera, iunior Plinius hamata, viscataque nuncupat: quod his ea potissimum dentur, qui reddere possunt. Nec ei quoque gratia deberi videtur, qui priuatam suam ob rem, causamve commodauerit: ita nec illi, qui necessariò, non voluntariò, & nesciens nobis profuit, non sua tamen remuneratione fraudandi, quamuis id gratiæ loco haberi minime conueniat. neque enim beneficia (ut Enniano verbo vtar) cauponanda sunt. Nunc illud etiam disquiramus licet, an iure ingratus sis censendus, cum ab his beneficium acceperis, quos confestim, vel non multo post cum impendissent, dedisse poenituit: postq; minus impensum acrius, insolentiùsque contumelijs infectati sunt, ut Octauium post triumuiratum M. Antonius. Multa sunt nostræ ætatis etiam summorum Principum huiusmodi exempla quæ ne cui gratum vel ingratum faciam, tibi non recenseo. Minus quoque ingratos illos dicimus, qui

cum

cum de se benemeritum ope atque auxilio egentem viderent, non gratiam, non meritum retulerunt, quò illis commoditas, facultasque aberat referendi: sed tanta tantum mentis miseratione proscuti sunt, ut qui M. Tullium iniqua & nefaria Clodij lege in exilium ire passi sunt. id quod & in Ovidium poetam, eius aliquos amicos fecisse, ipsemet poeta in Elegijs testis est. Aestimandus ergo animus est: ut idem sapius inculcemus. Non igitur ingratus is, qui non potuit, legitima impeditus causa. Nam sicut eloquens est Orator, etiam dum sillet: & dum non medetur, opifer medicus: ita nec minus gratus est, qui nec semper, nec omni tempore merita meritis repensare & gratiam referre potest. Quo

10 modo nec gratum hominem illum vocamus, qui cum suapte natura pronus est ad non referendam gratiam, temerè tamen, & casu nescio quo aliquando retulit. Nam & saepe qui reddidit, quod accepit, ingratus est, ut ait Anneus Seneca: & qui non reddidit, gratus est. Ea nunc mihi etiam oboritur quaestio, nunquid eius qui profuit, si postea aliquo modo offuerit, beneficium rescissum, ac reddendae gratiae nomen dissolutum esse intelligatur? Hoc amplius adde, & si multo etiam plus offuerit, quam antea profuerit. Quidam rem haud sanè altius considerantes, statim secundum ingratum pronunciant, alterumque ab altero absolutum esse definiunt: quae nobis opinio, ut minus vera, minusque rationi congrua, minuenda est. Nam tamen si iniuria praeponderet, prius tamen bene-

20 ficium profuit. Quare, etsi remissius quidem, referendum tamen. Quinimò & illud quaerendum esse videtur, quam libenter, quamve alacri & prompto animo promeruit tum, cum beneficio affecit: & contra, quam inuitè, & coactè potius quam voluntariò, vel lacessitus nocuerit: vel è contrario, si inuitus, & quasi extorto beneficio promeruit, & voluntariò nocuerit. ita enim facilimè in rei cognitionem deueniri posse putamus. Nam potissimum, quod sapius repetere cogimur, interest, quo quid animo, quave quid ratione factum sit. Si verò quisquam prius tibi nocuisset, quam beneficium contulisset, id nihil certe obesse debet, quin beneficio adstringaris. Ex his quae modò diximus, alius scrupulus nobis offertur: Nunquid eorum beneficijs respondere teneamur,

30 qui nos quidem merito prius obstrinxere, posthac verò grauissimè deliquere, aut enorme aliquod scelus admiserè, in tantum, ut indigni quibus beneficium reddi debeat, esse videantur. Sed ne te hoc loco longius traham, Cum nolis esse ingratus, omnino est gratia referenda: nec tu committere debes, ut eo scelere impliceris, quia illi peccauerunt. Non enim tanti esse aiunt Stoici, alterius peccatum, ut propterea non peccemus: sint licet quaedam notata flagitia, propter quae aqua & igni interdicanter, dirisque ac maledictis scelerosi ac nefarii homines deuoeantur & execrentur, & ab ipso hominum coetu & communione arceantur. quod execrationis & supplicij genus & ante nostras Christianorum leges antiquos infixisse, talesque deuouisse, sunt qui multis argumentis

40 liquere alleuerent. Sed in his alia est ratio, de qua nec locus in praesentia, nec tempus agendi. Vnde magis mirum est, minusque ferendum, aliquos nunc etiam inter nos esse, & nobiscum passim versari, qui his minus parendum, nec ea verenda esse & re & verbo praedicent. Sed de hoc satis, ne aliquibus aragyrion fortassis moueam. Nec verò illud etiam non quaeri videmus a multis, si fortè accadat, ut vno eodemque tempore beneficium reddere, & simul iniurias vlcisci queas, utrum potius faciendum? At ne pluribus hac in re te detineam, gratiae relatio longe est anteferenda. Attende, quae hac de re diuina extant Ciceronis oracula, verius quam verba, in ea quae pro Reditu suo legitur oratione: Etenim, inquit, vlciscendae iniuriae facilior ratio est, quam beneficij remunerandi: propterea quòd

50 superiorem esse contra improbos, minus est negocij, quam bonis exaquare: tum etiam nec tam necessarium quidè est, malemeritis referre quod debeas, quam ut benemeritos colas. odium vel precibus mitigari potest, vel temporibus Reipub. communiq; utilitate deponi, vel difficultate vlciscendi teneri, vel vetustate sedari.

1i. Benemeritos quin colas, nec exorari fas est: neque id Reipubl. repetere, ut-
 cunq; necesse est: neq; est excusatio difficultatis, neq; æquum est, tempore & die
 memoriam beneficij definire. Postremò, qui in vlciscendo remissior, mox a-
 pertè laudatur: at gratissimè vituperatur, qui in beneficijs remunerandis est tar-
 dior: neque solum ingratus, quod ipsum graue est, verum etiam impius appel-
 letur necesse est. hætenus ille quidem. Quam sententiam ante M. Tullium,
 si non tam apertè, at certe festiuè in Bacchidibus Plautus protulit. Nam pol,
 inquit, quidem meo animo, ingrato homine nihil impensius est. malefactorem
 amitti satius, quàm relinqui beneficium. Nimio præstat impendiosum te, quàm
 ingratum dicier. Illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali. Ex qui- 10
 bus manifestè videmus, multo melius esse, semper referre gratias, quàm iniu-
 rias vlcisci. Sed hæc qui ingrati sunt, surda aure prætereunt. Esse tamen non-
 nullos vidimus, qui tametsi primo quidem aspectu ingrati esse viderentur, quod
 citò quibus debebant non retulerunt: gratissimi tamen reputati sunt, quòd oc-
 casionem & tempus expectarent, ut cumulatiorem, & vtraque (ut aiunt) ma-
 nu gratiam referrent: quomodo Darius Perfarum regem fecisse legitimus, qui
 in priuata adhuc fortuna constitutus, à Sylofonte Samio chlamyde (quam ami-
 culum interpretati sunt ex latinis quidam) donatus, tam diu ingratus existi-
 matus est, donec regno potitus, ipsi quidem Sylofonti urbem, totamque ipsam
 Samiorum insulam fruendam tradidit. Non chlamydis precium Rex æsti- 20
 mauit, sed opportunitatem expectauit, ut donantis animum remunerari pos-
 set: adeò, ut de Sylofontis chlamyde, frequens vulgo vsurpatum sit prouer-
 bium. Non igitur hoc nomine aliquem accusauerim, si eo animo remunera-
 tionem distulit, ut commodiore tempore cumulatiùs beneficium reponeret:
 sed videat hic quæso, ne interdum ista ratione duplici peccet crimine, quòd
 & ingria u sit, & veterator. Illud præterea, quod maximè pium & laude di-
 gnum videtur, is qui gratus esse cupit, meminisse debet: non modò viuus, sed vi-
 ta quoque functis, ac eorum posteris gratias esse referendas. qua certè ratio-
 ne Alexander Macedo commendatur, qui cæсорum militum litros paterna
 voluit stipendia capere. Athenienses verò Lysimacho, Aristidis, optimè de 30
 R. P. meriti, filio, argenti centum minas, totidemque agri consili iugera post
 patris mortem dedere, adiectis singulis diebus de publico drachmis quatuor,
 sororesque illius publicis dotibus trium milium drachmarum nuptui tradidè-
 re. S. P. Q. Romanus in Acarnanes, post multa secula, præstita occasione
 gratissimus fuit. nam cum illi Aeneam profugum post captum Ilium hospitio
 accepissent, benignèque tractassent, Romani bello potiti Leucade & Anacto-
 rio oppidis multo post tempore Acarnanes donarunt: decreto etiam addito, ut
 ijdem Echinadibus insulis æquata cum Aetolis potestate imperarent. Isto-
 rum quidem penè infinita sunt exempla. nam & hoc tempore, erga eorum fi-
 lios qui pro R. P. sua præclari aliquid facinoris egerunt, Venetos gratos esse 40
 & liberales audimus. Quo fit, ut quo plura huiusmodi extant exempla, eo
 sunt ut grati simus, magis imitanda. Solebat Chrysippus, Stoicæ sectæ non
 ignobilis philosophus (ut iam agam mitius) quadam nos cursus similitudine
 ad gratam animi affectionem prouocare. dicebat enim, Nos veluti carceribus
 inclusos, operiri tempus debere, ad quod velut dato signo profiliremus. nam
 magna nobis, inquit, celeritate opus est, magna contentione, ut antecedentem
 consequamur, ne ve superati esse videamur. Ille idem philosophus, & pilæ lusu
 in dandis, reddendisq; muneribus suos ita auditores instituire solebat: Pilam,
 inquit, cadere nulli dubium, aut mittentis, aut accipientis neglecto studio. tunc
 enim suum ipsa cursum seruat, vbi inter manus vtriusque aptè ab utroque & 50
 iactata & excepta versatur. nec minus idem esse necesse dicebat, ut bonus ac
 ritus lusor aliter illam collutori longo, aliter breui & pusillo mittat. Eadem est
 beneficij ratio, nisi vtrique personæ dantis & accipientis aptetur, nec ab hoc
 exhibit,

exhibet, nec ad illum rectè perueniet. Si verò cum exercitato & docto negotium erit, audacius pilam mittemus, & rectius illam referemus, vtcunque enim venerit, manus illam expedita & agilis repercutiet, collusoriquè remittet. Qua profecto similitudine Chrysiptus dantem, reddentemque beneficia, quodam socialitatis orbe (vt Plinij verbis vtar) instituit. Sed postquam in leuiora hæc diuertimus, non fortassis incongruum fuerit, nec à re proposita alienum, quæ de Gratijs ab eodem Chrysipto, alijsque plerisque scriptoribus obseruata comperimus, si hoc tibi loco attulerimus. Gratias antiqui sapientes mutux inter mortales cum beneuolentiæ, tum societatis symbolum esse diffiniere, quas duas aliqui, alij tres, quatuor alij finxerunt: quod omne, etsi fabulosum, secretiore tamen quadam significatione, factum esse videmus. Virgines enim eas, & sorores, manibus inuicem implexis esse voluerunt, quæ lætitiæ & hilaritatis inter se signa quædam manifesta exhiberent, nam & lætum dantem simul & accipientem esse conuenit: vnde & illis à lætitiæ græcè nomen est factum, ἀπὸ τῆς χαρῆς. sed & Gratijs ij notissimo Græcorum verbo, τῶν χάρισι ποῦδεις, sacra facere iubentur, qui tristitia & solitudine afficiuntur. Indutas verò eas veste quadam perspicua ac profusa, eadè que vna omnibus: tum earum quoque vnam auersam, reliquas duas se inuicem contueri: alij nudas esse & absque vestimento prodiderunt, vt in earum etiãnum vetustissimis simulacris & signis cum aliubi

20 tum Romæ sæpe conspeximus. Duæ igitur Gratiæ esse dicuntur, quoniam hos quidem promereri, alios gratiam referre conuenit: hoc est, dare & reddere beneficium, & vt monet prouerbiũ, Gratia gratiam parere: hoc est, χάρις χάρειν ποῦσαι. atque ita duas Lacedæmonios & Athenienses coluisse legimus: Clytãque eas, & Phænã, Taygetæ filius Lacedæmon vocauit: Athenienses verò, Auxò & Hegemona, quæ vtrarumque nomina si nostro sermone interpretari velimus, ex ijs elucere planè videas, qualis futura sit gratia. Sed enim ab hac dandí referendiquè beneficii naturali institutione, sunt illa fortassis etiã ducta vocabula, Græca quidem, sed nihilominus à Latinis etiã vsitata scriptoribus, Xenia, & Apophoreta, quòd scilicet hospitali beneuolentiã exhibeantur & referantur. Tres autem alij ideo Gratias esse finxerunt, vt dantem, accipientem

30 & referentem gratiam significarēt. Alij tria beneficiorum genera, promerentiũ, reddentium, simul accipientium, reddentiumque. Alij tres ideo esse putauerunt, quòd cum fœnore gratiam referri oporteat. Hinc illa auersa fingitur, quæ promeretur, ne videlicet beneficium cum exhibes, remunerationem spectes, sed ad id tantum quod das, intendas. Qua de re illud est ex Chilone Ausonij:

Tu bene si facias, non meminisse fas est. Quod & supra ex Menædo attigi. Reliquæ verò duæ Gratiæ, quæ scilicet referunt, recto se lumine intueantur: quòd diligenter accuratè que remuneratio ipsa est faciendã, atque etiã duplicata, & (vt diximus) cū fœnore: id quod & Fulgentius apud Latinos credidisse videri potest, si modò à nostris rectè legatur. Alij ea ratione respicientes fingunt, quia profecta à nobis gratia, duplex reuerti solet, & Vergiliũ ideo ita dixisse voluit: Nec te certasse priorem Pœniteat. Quod autem quatuor aliqui esse dixerunt, id significare videntur, quòd gratiæ quatuor anni partibus præesse dicuntur. Atque eadem etiã ratione coronatas esse aiunt: vnam quidem floribus, & fructibus: alteram spicis, & frumẽto: tertiam vuis, pampinisque: vltimã oliuis, alijsque rebus. vt eas anni partes, quas Græci & horas, & κληροῖς vocant, nostri tempora, similes esse demonstrant, quæ in mortaliũ vsum semper fruges producunt. Hinc apud antiquos Apollo fingebatur, manu dextra Gratias gestare, quòd ea scilicet tempora ex Sole proueniant. tametsi Aurel. Macrobius ita ipse interpretatur: Ideo, inquit, Apollinis simulacra manu dextra Gratias gestant, arcum cum sagittis sinistra, quòd ad noxam sit pigrior Deus, ad salutem promptior. Nec ratione carere dicunt, quòd conuersis implexisque manibus esse dicuntur: beneficiorum quippe nexus, & quædam quasi vincula significare videntur. nunquã enim dandæ, referendæque gratiæ

tiæ finis esse debet: eoque in primis gratia redire debet, vnde prius venerat. At
 virgines ideo Gratia, alacres, ridentisque esse traduntur, quod nulla fraude, nul-
 lo dolo corruptam gratiam esse conuenit. & item iuuenes, & puellæ, quod re-
 cens, non tarda, non debilis, non confecta senio, imo læta & hilaris, non extor-
 ta, non coacta esse debet retributio. Perspicua verò eas veste, ac splendida indu-
 tas, eam ob causam finxere, quod remuneratio ampla manifestaque esse debet,
 neque enim clam, sed publice, vt Stoici præcipiunt, & nos priore libello dixi-
 mus, danda, reddendaque sunt beneficia. Atque ideo etiam nudas aliqui, & sine ve-
 ste prodiderunt: id quod & in vulgatum apud Græcos prouerbiū celsit, γυμναὶ
 χάριτος, tametsi ad ingratos quidam hoc ipsum referunt, qui Gratijs vestes detra-
 here videntur: hoc est, non referre beneficia. quod in primis lepido suo carmine ¹⁰
 monstrat Theocritus. Phurnutus ideo nudas Gratias ait, quod pauperes quoque
 possint quoquomodo gratificari, & prodesse. Gratias tamen Horatius solutis
 zonis esse dixit, vt interpretes veteres exponunt: quod inter se amici animos so-
 lutos ac nudos habere debent. Scribit Iamblichus, & repetit Stobæus in oratio-
 ne de Principe: Gratias, inquit, Principes ingenuè proferunt, non tantum ex do-
 lio effundentes, vt dicunt poetæ, nec eas ex alijs huiusmodi instrumentis intus
 oclusas: verum nudas, ac manifestas, & absque externo aliquo velamine, & cæ-
 tera que subdit. Simonides quoque poeta duas capsulas (μιβώτια ille appellabat)
 esse dicebat, alteram mercedis, alteram gratiarum, quæ semper esset vacua: qua
 de re ex pluribus authoribus plura retuli in Historia poetarum. Gratiarum præ- ²⁰
 terea templa ideo in mediâ condi ciuitate morem fuisse scribunt Eustratus &
 Argyropylus, qui Ethica Nicomachia interpretati sunt (ita enim illi ἱερὸς ἐπιπο-
 δῶν, quod alij in medio foro, alij in promptu & manifesto sacrū, Latine verterunt)
 vt scilicet retributio, & gratiæ relatio, in medium, & in aperto fiat. Etenim gra-
 tiæ proprium est, vt is qui accepit, ei qui prius munus contulit, vicissim referat,
 & ipse rursus incipiat conferre oportet. Vnde & mathematici & Pythagorici
 retributionem, per dimetientem lineam, quæ Græcè diametros dicitur, signifi-
 cabant: & analogiæ, hoc est proportioni arithmeticæ & geometricæ conferunt.
 Sed obscura hæc, & ferè nostris dieb. obsoleta mittamus. Gratias quidem aliqui
 Eurynomes & Iouis filias dixerunt, quod iustitia videlicet causa sit societatis & ³⁰
 coniunctionis humanæ. Iustitiæ enim pater Iupiter, quæ virtus (vt Phurnutus
 ait) non inter se patitur, mortales afficere iniuria: vnde & Gratia ipsæ sunt, quæ
 beneficiorum & cōmodorum præsidēs dicuntur. alij Eurymedusa filias, vel Eu-
 rydomenes, alij Euanthes, alij Iunonis: quidam Liberi patris, & Veneris esse pu-
 tauere, nonnulli comites. sunt qui Aegles & Solis filias, vt canit Antima-
 chus. quidam Eteoclis: & ideo à Theocrito Eteocleæ vocantur, in eo poemate
 quod Charites inscribitur. Atque omnia hæc ab ipso Gratiarum effectu nomina
 conficta esse videmus, vt Græca etiam eorum nominum interpretatione liquet.
 Pindari tamen expositores, Gratias Eteocleas dictas fabulose volunt, ab Eteo-
 cle Cephisi filio, qui primus (teste Hesiodo) Gratijs sacra fecerit. Strabo verò, vt ⁴⁰
 non historiæ minus quàm geographiæ diligens scriptor, Eteoclē Orchomenio-
 rum regem primū, scribit, Gratiarum templum extruxisse: eumque propterea cele-
 brat, quod siue in accipiendis gratijs, siue recte officio vtens in erogandis, quæ in
 vtroque cum has deas honore affecit, necesse est accensum eū fuisse ad benedi-
 centiā, & suapte natura propensum. Sed quod Gratias Eteoclis filias diximus, id etiam
 Constantinus Cæsar scribit lib. de Rust. 11. quo loco & fabulam hanc recitat:
 Eteoclis, inquit, filia saltans ad æmulationem dearum, in puteum extra choreā
 euoluta, delapsa sunt. Sed terra cladem ipsarum miserata, plantas virides puellis
 similes produxit, iucunditatem hominibus, & memoriam ipsarum inducens. vnde ⁵⁰
 ait, duplici nomine sunt, Cyparissi & Charites, dictæ: Cyparissi quidem, quod si-
 miles pariāt ferantque & ramos, & fructus: Charites verò, hoc est Gratia, propter
 delectationem, quod ipsum etiam Didymus apud Heronem scriptum reliquit.

Porro

Porro lauari Gratias ferunt in purissimo Orchomeniorum fonte, quoniam (vt
 modò dicebamus) & aperta esse debent beneficia, nec fordidi quippiam aut illi-
 beralis & solliciti habere. Easdem & in numerum saltantes, veteres effinxêre:
 quòd velox, reciproca, læta ac numerosa esse debet gratia. Hac forma à Socrate
 primùm depictas in arce tradūt Athenis, mox à Speusippo in Platonis schola:
 sed longè prius (vt mihi quidem videtur) à Pampho poeta carminibus, qui ante
 Homerum & Hesiodum de Gratijs multa perscripsit: à quibus ipsi poetis sunt
 nomina facta, Aglaie, Thalia, & Paliſthea, Homero: Hesiodo verò & Pindaro,
 Euphrosyne. quæ nomina si interpretari velimus, ad eas, quas supra retulimus,
 10 significaciones, facile reduci queunt. Colophonius verò Hermesianax, elegia-
 rum poeta, Pithò Gratiarum vnam esse scripsit: quòd scilicet facile persuadere
 possint, qui grati & liberales esse noscuntur. Adhæc, & cum Mercurio Gratias
 tēpla habuisse testis est Plutarchus, ea (vt puto) ratione, quòd dātes, referē tēscq̃
 gratiam, gratis etiam sermonibus prosequi debent. Hesiodus etiam in Helico-
 ne, cum Musis & Cupidine templa habuisse, cecinit: quòd n̄s scilicet amor com-
 paretur. Sed enim Phurnutus in libro de Deorum natura, Gratiarum ait Mer-
 curium ducem: quòd ratione quadam gratificari oportet, non temerè, & in pri-
 mis merentibus & dignis. Qui enim, inquit, indignus est, ad retributionem
 pigrior est, & negligens. Ab Eleis præterea Gratiæ ite formatae prodūtur, vt vna
 20 rosam, altera talos, tertia myrti ramulum manu gestaret: quòd, vt opinor, gra-
 tiam lætam, reciprocam, & simul virentem, amabilemque esse oporteat. Sed
 quando in hæc leuiuscula diuertimus, cur non & illud, quod ab aliquibus accu-
 ratè notatur, hoc loco afferimus: vt non minus his te peregrinis & transmarinis
 inuentis oblectem, quam seueris & grauioribus ab ingratorum scelere auocem?
 Grauiſſimi ergo inter Græcos, inter quos Xenophon & Plutarchus, non modò
 in homines nos gratos esse, ex iustitiæ & naturæ lege debere tradunt, verum e-
 tiam erga rationis sensus expertes animantes. quadam enim nobis à natura man-
 ſuetudine ingenita, nonnullam eis retributionem facere monemur. Quippe in-
 decorum videtur, nos animantibus velut calceis aut valis vti, quæ vbi vsu attri-
 30 ta, fractaque sunt, abijcimus. atque si nulla alia ratione ad id prouocamur, saltem
 vt exercendę humanitatis virtuti assuescamus, humaniq; ideo, mansuetiq; simus:
 eaq; de re exempla multa de equis, & canibus, alijsq; animantibus à multis affe-
 runtur. Bucephalæ Alexander in monumentum urbem cōdidit: equarum, cum
 quibus iam tertio Cimon vicerat in Olympiā, sepulchrum prope suum constru-
 xit. Xantippus, canis cynotaphium. Athenienses cum Hecatompodon ædifica-
 rent, quotquot ex multis egregiè laborem tolerassent, publicæ alimēta ad extre-
 mum vitæ decreuerunt. Res mira, id quod altero libro attigimus, ipsi annosi &
 vetulī, ne quodammodo ingrati viderentur, minusque officiosi, iumentis alijs
 laborantibus, ad conuectanda onera adhortatores, itinerumque duces sese præ-
 bebant: id quod de vno tātum tradit Aelianus, sicuti & Hierocles in Hippia-
 40 tria, qui eosdem Athenienses scribit, cum Iouis ædem in arce construerent, decreto
 quodam sanxisse, vt iumenta omnia Attici agri in oppidum agerentur: cuius de-
 creti metu, rusticum quempiam, mulum iam veterrimum, annos videlicet 80. na-
 tum adduxisse. quem cum populus Atheniensis vidisset ob ætatem & emeriti ho-
 norem, illum fabricæ iumentorum ducem cōstituisse, nullo coercitum iugo, ne-
 que sarcina, tantum vt cæteris præiret: decretumq; fecisse, vt non modò verberis-
 bus ac flagris non cæderetur, verum etiam ne quis frumentarius negociator, tri-
 ticum aut hordeum publicè vendens, illum à suis tabernis abigeret, neve eum ab
 expositis veni pabulis arceret. Verum & nostra ætate aliquos erga sua iumēta
 50 officium reuoluisse audiuius. Neapolitanorum rex Ferdināus equo suo, & no-
 ſter Thebaldæus mulæ, vacationem, & pabuli libertatem præstitere: multi canis-
 bus. Quocirca M. Porcium Catonem, virum aliàs omni laude dignissimum, hæc
 in re damnatum à quibusdam legimus, quòd vetulos ex familia seruos, nedū bo-
 ues,

ues, veni tradendos præceperit: quodque equum quo consularis usus fuerat in Hispania, dimiserit: horridumque illum ac tetricum fuisse, parumque humanitatis habuisse profitentur. In præsentia ipse tibi hanc rem non discutio. Aliud certe est rei familiari consulere, aliud est præcepta viuendi tradere, & proinde de his iam fortasse plus satis. Quin illud potius, ut est Stoicorum sententia, interdum præceptis grauioribus fabulas & iocosas narrationes inseramus, non contra: & ideo sermo noster retexatur. Illudque in primis, si quicquam sapias, tu qui ingratus esse non vis, tecum cogites velim, non vllam aliam ob causam ab antiquis tot statuarum & coronarum genera, tot ouationes et triumphi, tot trophæa, tot ludi constituti sunt, nisi ut effugerent ingrati animi notam: tæque ut simul admonerent, ut & tu pariter fugias tam immane flagitium. Eadem præterea causa inuentæ sunt funebres orationes, laudationes, præconia, sepulchra publica, alia eiusmodi multa. Quid denique aliud te admonent tot monumentorum & tumulorum inscriptiones, Benemerenti, Benemerentibus: nisi ut ingratus esse caueres, & gratus esse memineris? Quanam demum ratione tot Ioues, Liberis, Hercules, Cereres, tot alios deos, deasque antiqui coluere, & consecrauere? ea nisi, quam Septimius & Plinius commemorant, remunerandorum meritorum gratia? Deumque, ut idem Septimius Tertullianus ridens gentiles ait, deificum fecit, tot sibi deos optasse. Laudantur à Diodoro Siculo Aegyptij, quod in referenda gratia essent maxime propensi, eamque potissimum causam fuisse ait, ut etiam animalia inter deos haberent. Ex ea re, inquit, dicuntur Aegyptij præter alias nationes erga de se benemeritos grati: existimant enim magnum vitæ subsidium esse, gratiæ retributionem. Et sanè mouentur omnes ad eis beneficia impendenda, apud quos fenserint gratiam optimè esse locatam. Sed hæc gentium vetustiora & obsoleta mittamus. Num nobis vera religione imbutis, vnum verumque Deum *ἢ τειρόν* colentibus, eadem referendi gratia, & remunerandi ratione, Petri, Pauli, Ioannis, Egnatij, Stephani, Anronij, Hieronymi, Mariæ, Cæcilie, Lucie, Agathæ, Hecaterinæ, alij diui diuæque innumerabiles accesserunt, & summa veneratione celebrantur? Posses ex nostris hoc loco Theologis in medium multa afferre, multa ex sacris Hebræorum historijs: sed ea consultò mitto, ne longior sim. Quin illud potius Ingrate, quam facile possis in viam redire, attende. Cum enim te innumerabilibus penè modis ingratum esse posse, superiore libro ostenderimus, id quod rei difficultatem quandam arguit: duobus tantum modis omnes grati animi numeros explere potes, id quod diuinæ huius assequendæ virtutis facilitatem tibi ostendit. Gratus quippe vno modo es, cum vel aliquid pro eo quod acceperas reddidisti: altero, cum bono animo beneficium accepisti, bono dedisti, eodemque reddidi. Quare & duo beneficiorum genera quidam tantum esse voluere; vnum, quod dare, nisi sapiens sapienti potest, & hoc quidam solidum ac verum beneficium esse dicunt: alterum est vulgare & plebeium, cuius passim in vulgus & inter imperitos est commercium. Eadem quoque est referenda gratiæ ratio. Tria tamen ad hanc integrè assequendam virtutem, nostri Christiani philosophi necessaria esse definiere, gratiam videlicet habere, agere, & dum pro facultate & tempore referre: id quod & Stoicis antea placuerat. Sed si, ut plerunque fit, occurrat interdum, ut eodem tempore duobus gratiam retene nequeas, à quibus sis beneficio promeritus, veluti cum compluribus alijs, tunc ipsi sæpe M. Tuilio, & præcipuè cum contra Laterensem pro Plancio causam diceret, contigit: tuis tunc ponderibus examinandum non solum quid cuique debeas, sed etiam quid cuiusque intersit, & quid à te vtriusque tempus exposcat: item quo quisque in discrimine positus, an capitis dimicatione, an honoris, an opum & fortunarum iactura: & quem magis meritum esse, vel indigete comperies, tæque cui plus debere, ei pro merito, etiam cumulatè, est gratia referenda. Legitur apud Xenophontem Socratis apologus, quæ ea ratione hoc tibi loco attulimus,

mus, vt inde monearis, te probe beneficiorum meritis, & rei pondere gratū esse debere, non pro eo quod sibi cuiq; videatur. Eo fortē, inquit, tempore cum rationis expertia animalia loquendi vsum, vt fabulantur, haberent, oues domino suo dixisse perhibent: Erga nos ingrātē & periniquē here facis, qui nobis, à quibus tot bona, agnos, lanam, caseum, capere consuisti, nihil præterea impertis, nisi quod nos ipsæ ex terræ pabulo carpimus: canē verò, qui tibi nihil tale præbet, quale nos indies impendimus, ijs quibus tu vesceris, cibus & pane nutris. Tum herus, Et hercle meritò, inqt. illo enim custode saluas vos ego securus habeo; nec modò vos fures non abigunt, sed nec lupi, cæteraq; feræ diripiūt. Certe ego, ait dominus, facile intelligo, qua re vestrum quisq; indiget. Qua vtiq; domini responsione, & oues canī concessere, nec deinceps ingrātum amplius herum appellauēre. Monet quidem hic apologus, hominem in sublimi & potestate positum, à subditis coargui non debere, quòd satis non rependat. principibus enim, quàm priuatis, longè plus respicere conuenit. Vnde illi eo magis damnandi sunt, qui passim in coronis propalam de Regibus & principibus garrunt, & obloquuntur. Sed de his satis, qui se suis armis ingrati in dominos conficiunt. Illud postremò attende, vt nihil à me tibi desit vt gratus fias, & tecum quæso diligenter cogita: Morte ipsa, quæ mortalium nulli parcat, te quodammodo inuitum ad beneficiorum remunerationem compelli, nec dum prouocari.

20 nam cū eò vsq; procrastinando distuleris, vt iam non amplius homo esse queas: hoc est, cum extremū vitæ tempus tibi imminet: tunc te Ingrate natura & mors ipsa tuæ vltimum voluntatis eulogiū condere imperat, eiq; quæ tibi sunt in bonis, legare monet, & eos potissimum hæredes instituire, quibus tu magis es beneficiorum, vel sanguinis vinculis adstrictus. vnde sunt & primi, & secundi, & plerunq; tertij etiam hæredes nominati. Verum ô ter & amplius tum te miserū, Ingrate, & infelicem, qui tandiu tantæ virtutis fructu & suauitate caruisti. Etenim quæ tibi tum demum laus, quæ gloria: ad quam te nec accedere, nec attingere posse, satis priore libro ostendimus, quàm diu esses ingratus: At contra si verè gratus sis, si gratia, si beneficij memor existas, magis indies ab omnibus celebraberis, coleris, amaberis. Vnde & puella illa apud Plautum hoc videns: Magis, inquit, amabunt omnes, cum videbunt gratiam referentem, quinimo veram ipsam & solidam gloriam, in qua nihil potest Fortuna, nihil detrahit, quæ vna semper viret, semper florescit, & omni est auro, omni thesauro multo preciosior, tibi comparabis, si dignas inquam, si pares gratias, quoad eius per te fieri poterit, referas: etsi non retuleris modò, at saltem grato animo habueris, & præ te tuleris. Hac via Cæsar ad gloriam, hac Alexander Macedo, qui de se prædicare solitus erat, à nullo se vnquā beneficijs victum: hac eadem alij innumera biles, tum nostrorum & Græcorum, tum externarum gentium viri præclarissimi contenderunt: hac vna virtute tot sunt in diuorum numerum relati: hac deniq; vt nostræ quoq; memoriæ exempla recordemur, nuper Maximilianus Cæsar & Leo X. Pont. Max. processere. Hac igitur tu quoq; non iam Ingrate, si via perga, si per te quoad eius fieri poterit, gratus eris, & bene de te meritis gratiā retuleris, omnes laudes, virtutes omnes cum gloria & immortalitate assequeris. Hæc enim, vt ait M. Tullius, vna virtus non solum maxima, sed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid est pietas, nisi voluntas grata in parentes: qui sunt boni ciues, qui belli, qui domi de patria bene merentes: nisi qui patriæ beneficia meminerunt. qui sancti: qui religionū colentes: nisi qui meritam Deis immortalibus gratiā, iustis honoribus & memori mente persoluunt: Quæ potest esse iustitias vita, sublati amicitijs: quæ porrò amicitia potest esse inter ingratos: quis est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistrū suū atq; doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipse altus atque doctus est, cum grata recordatione in mente versetur: Cuius opes tantæ esse possunt, aut vnquam fuerunt, quæ sine multorum amicorum officijs stare possint: quæ

certè, sublata memoria, & gratia, nulla exstare possunt. Equidem nihil tam proprium hominis existimo, quàm non modò beneficio, sed etiam benevolentia significatione alligari: nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere, vt beneficio nò dicam indignus, sed victus esse videre. Atque hæc quidem totidem verbis in ea oratione M. Cicero, quæ pro Cn. Plancio inscribitur. Quanti ergo facienda hæc sit grati animi virtus, ex omnibus his quæ diximus, videre potuisti.

Habes Hercules Trocte mi charissime, ab amico munus hūc libellum, quem ex varijs scriptoribus confeci, Quomodo quis Ingrati crimen & nomen effugere possit, et grati animi virtutem capessere: vtinam tam bene explicatū, quàm ex bono animo profectū, quem tu leges, cum à cæteris tuis studijs vacabis. Cæterum vt cœpisti, ita reliquis virtutibus nauiter operam impendas, vt non modò tuis æqualibus sis conferendus, sed longo etiam intervallo antefendus: simulque in ista tua adolescentia, & ætatis flore enitere, vt deinceps nihil te & tua dignitate indignum audiatur, vt adhuc nihil est auditum. V A L E.

AD ILLVSTRIS. FERRARIAE AC CARNVTI PRINCIPEM DIVAM RENATAM

GALLIARVM REGIS LVDOVICI DVO-
decimi filiam, LILII Gregorij Gyraldi
Ferrariensis

P R A E F A T I O.

NON sum nescius, Princeps illustrissima, si hoc meum de annis & mensibus cæterisq; eorum partibus commentarium, quod ad agnitionem animi pulcherrimum est, & quod proximo diebus confeci, edere voluero, fore vt in varias reprehensiones incurram, meq; non modo obiurgatoribus, sed & obtrectatoribus obijciam. Nam nonnullos qui se Ciceronianos haberi volunt, iam nunc illud mihi obicere audio, quod minus Ciceronis imitator fuerim, meusq; hic stylus nimis humi serpat. Alios vero, quod quæ ex Philosophorum monumentis hausi, non à me satis exploratè percepta, minusq; commodè digesta, & perinde confuse, nec enucleatè à me prodita, quin ex hac in illam plerunq; hæresin me transiisse. Quidam et illud mihi impingent, quod in mathematicis disciplinis, in quibus fermè res tota de qua agimus consistit, non vsque adeo rationes obnixè ad calculum reuocauerim, neque ad particulas primaq; elementa deduxerim. Postremò & plerisque futuros suspicor, qui mihi vitio dabunt, quod in Græcis vertendis vel parum expresse, vel verbum penè pro verbo reddiderim. Alia porrò multa eos mihi vitio duros sentio, qui in alienis censendis taxandisq; studium omne suum impendunt, quique aliorum studia non in angulis modo, sed & in circulis & coronis vellicant. Quibus omnibus si responderem, neque ab eorum maledictis obtrectationibusque tueri velim, mihi sic infirma valetudine & mltè affecto, & laboriosum nimis foret, & in longū nimis sermo traheretur. Qua ratione factū est, vt te præ cæteris meo huic commentario patronam ac fautricem adoptarim, idque ideo tibi quam alij credere & committere malui, vt (si ita videbitur) in apertum lucemque sub tuo nomine prodeat, quo veluti Palladis (quod aiunt) clypeo, à calumniantium obtrectationibus protegatur. Id quod facillimè facere poteris, propter tuam summam autoritatem, & qua in studiosis bonisque omnibus iuuandis animi propensione à primis vsque annis fuisi, iam tum sub maximo æge parente Ludouico duodecimo. Locus hic exposcere videbatur, vt in laudes tuas immortalitate dignas excurrerem, sed meæ exiguitatis conscius, & tuæ sublimitatis, eas sub Reviæ celsitudinis fastigio malui notas præterire, quàm ingenij mei imbecillitate deterrere. Nam quid dicam sanctissimos mores tuos, vitæ integritatem, misericordiam, & largas manus in pauperes? Quid, inquam,

inquam, pietatem & religionem in Deum optimum maximum, quàm castè, quàm mundè co-
 las? Illa vero notiora, te literis sacris, virtutibusque omnibus ornatissimam: quibus re tu: non mo-
 do nostræ atatis mulieribus antecellis, sed antiquas illas Heroidas a quas. Te igitur omnibus hu de
 causis patronam ac tutricem delegi, in eâ, tutela tua commendaui, ut me; reliquum q. quantu-
 lumcunque vitæ superest, quali cœpisti ope ac praesidio iuues. Nam detractis oribus quidem: his ve-
 lut offis ora ipse obstruam, me videlicet post alteram & alteram bonorum & facultatum om-
 nium direptionem, optimorumque amicorum amissionem, velut addictum cuidam quasi perpe-
 tuo carcèri, non quidem ex edicto pratoris, non alicuius principis iussu, sed impotentis nouerca na-
 10 tura iniquissimo imperio: me adeò articularibus doloribus toto corpore affigi, torqueri, ut ex
 multis annis non modo ex ædibus & è cubiculo pedem efferre non detur, sed vix per interualla
 morbi sella curuli sedere ac perpaululum vehi. Sed tamen tot his malis sic const. Etatus, non an-
 gori penitus ac inertia me demitto, sed cum nonnihil aliquando se dolores remisserunt, aliquid in-
 terea meditor (si minus scribere possum) qualecunque, quod studiosæ iuuentuti pròdesse possit.
 Quod contingat utinam. nam sic equidem fructum cepero labori. & non parum simul leuatio-
 nis, & solati languoris, diurnique morbi. Quod si hu contra vituperatores parum profecero, ob-
 trectariq. illi non desinant, valento: neque idcirco tamen pedem ipse retrahom, quo minus sem-
 per aliquid tale faciam, ut vel me in tanta valetudinis imbecillitate vicunque sustentem. Tu ve-
 20 ro Princeps tot conspicua dotibus, quantulasunque has nostras ipsa lucubrationes
 accipe ac fove, si non quidem Regia tua maiestate & virtuti-
 bus dignas, meæ saltem conditioni & fortu-
 na conuenientes. Vale.

30

AD LECTOREM.

Dum nos secla, dies, menses metimur & annos,
 Obrepat tacito mors inopina gradu,
 Quæ feret atheream de diem, noctem de profundam.
 Acta tibi qualis, talis agenda dies.

LILII GREGORII GY-
RALDI DE ANNIS ET MENSIBVS,
CAETERISQVE TEMPORVM PARTI-
BVS, DIFFICILI HACTENVS ET
impedita materia, dissertatio facilis
& expedita.

VNA CVM CALENDARIO RO-
mano & Greco.



SCRIPTVRVS de annis & mensibus caeterisque quibus tempo-
ra metimur partibus, difficili ac impedita materia propter va-
rias multiplicisque sententias, te certissima huius patriae salus, re-
gina ac princeps RENATA inuoco, vt mihi quo coepisti praes-
enti numine aspires. Erit huius libelli non iniucunda lectio, nec,
vt spero, inutilis legenti: mihi certe etiam subleuamentum inter
tot fortunae & valetudinis aduersa: minus enim, dum commentamur, malis laedi vi-
demur. Igitur vt rem aggrediar, paulo altius ab Aeuo & Tempore exordiar, utpote
quod ex his anni & caetera fluere videntur. Est autem Aeuum, vt Censorinus scri-
bit, tempus vnum maximum sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, 20
semperque futurum est, neque ad quenquam hominem magis quam ad alterum pertinet.
Idcirco ipsum in tria quidam tempora diuidunt, praeteritum, praesens, & futurum. Prae-
sens autem quod medium est, adeo est exiguum & incomprehensibile, vt nullam
accipiat longitudinem: neque aliud esse videatur, quam transacti futurique coniunctio.
Porro etiam adeo est instabile, vt ibidem sit nunquam, & quod quis transcurrit, a fu-
turo decerpit. Haec verò ipsa inter se tempora, antea actum dico & futurum, neque pro-
pria sunt, neque ita vt alterum altero longius breuiusve videatur. Quicquid enim
non habet finem, collationem mensurae non recipit. quapropter eum neque anno-
rum, neque seculorum numero, neque denique villo finito temporis modo metiri quis-
quam poterit. Recte illud ergo quod infinitum est, nos ita finiemus: Aeuum aetas est 30
perpetua, id est, eternitas, cuius neque initium, neque finis est. Vel ita: Aeuum conti-
nuatio quaedam est temporis sine principio & sine fine manens, ex quo tempus conti-
nuè fluit. Vnde philosophus ille noster & poeta ita cecinit: Qui tempus ab aeo
Ire iubes. Aeuum tamen Varro ab aetate deducere videtur: ait enim: Aeuum ab
aetate omnium annorum. hinc (inquit) Aeuiternum, quod factum est aeternum: id ait
Chrylippus esse αἰών. haec Varro. Sanè Aeuum Graecum est, quod αἰών dicitur, quod
semper existat, ἢ ἀείρον. Hinc deum principium rerum omnium αἰών dicitur videmus.
Vnde ridicule xxx. ab eo aenas haeretici a Valentino induxerunt, quos cum
alij, tum Irenaeus & Tertullianus coarguunt. Quidam hoc tempore magnam esse
negocium putant, inter aeuum, aeuitatem, aeternitatem, & eiusmodi caetera statue- 40
re: sed nos parum profuturas propositae nostrae institutioni eorum argumtas mitti-
mus, & cum istis simul Aegyptiorum hieroglyphica, qui per lunam & solem aeuum
designabant: vel per serpentem, qui toto reliquo corpore caudam conuegit, aeuum
serpentemque ipsum illi ureum vocabant, Graeci Basiliscum, nos regulum. Sed non
modò hoc Aegyptij, sed & Phoenices effingebant, idque ipsi mundo assigna-
bant, qui ex se ipso alitur, & in se idem reuoluitur. Antiqui quidem Graeci cum
aeuum ipsi effingere volebant, hac figura utebantur ⊗ vt in vetustis adhuc co-
dicibus datur videri. Sedenim apud Graecos αἰών varia significat: nam interdum
quidem vt diximus, aeternitatem sine principio, sine fine. Interdum totam ho-
minis vitam, vt apud Homerum & Herodotum, & hoc sensu ab αἰών, quo est 50
spirare, deducitur. Interdum & generationem & aetatem, vt cum dicimus, se-
ptem aenas mundi exordio ad futurum interitum. Sed & medici spinam medul-
lam significare contendunt, quomodo est illud apud Hippocratem: αἰθρῶτος ἡ
νοστήου,

νοσῆσαι ὅλας αἰῶνας ἐξέρχαι & ἀπίθαι. hoc est, homo quidam ægrotans ex æone se-
 ptenarius decessit. Sed de Aeuo satis, nunc quod ex eo prodit, de tempore ali-
 qua afferamus: de quo adeò variè à scriptoribus traditum, vt vix viam inuenias,
 qua in eo describēdo te explices. Nam sunt qui scribant, quod semper fuerit ne-
 cesse esse, siue ante mundum, siue cū mundo. Multi quidem natū mundum, mul-
 ti non natū esse contendunt. Ergo hoc tempus generale, quia neq; initium, neq;
 finem habet, & æternitas est, quā Græci, vt modo dictū est, αἰὼς appellant, dif-
 ficile est definiri, vt ait Cicero. Sed de tēpore quo nunc vtimur, ita potest: Tem-
 pus est pars quædam æternitatis, cū certa alicuius spacij significatione, puta se-
 culi, anni, mensis, & cætera: ita tamen vt intelligas partem æternitatis non pro-
 priè dictam, sed per similitudinē: neq; enim æuum mensuram capit. Possidonius
 10 tempus esse ait incorporeū, quod nihil aliud sit quam interuallum mundani mo-
 tus. Vnde & antiqui gentiū theologi, Saturnum qui temporis symbolum cre-
 debatur, ἑρμῆς, hoc est, Cœli filium dicebant. Quam sententiā inter philosophos
 multi sequentes, tempus esse dixerunt cœlestis motus definitionem. Et pro-
 pterea Varro, Tempus, inquit, est interuallum mundi & motus. Vel vt alij col-
 ligunt, Tempus est certa dimensio, quæ ex cœli conuersione cognoscitur. Alij
 numerum & mensuram motus esse dixerunt. Sunt qui harū nullam probent, sic
 20 ratiocinantes. Cur solis, aiunt, & lunæ ac siderum motus tempora sunt, & non
 potius omnium corporum? An verò si cessarent cœli luminaria, & rota figuli
 moueretur, non esset tempus quo eos gyros & circuitus metiremur: dicere-
 mūsque aut æqualibus morulis agi, aut si aliās tardius aliās velocius moue-
 retur, alios magis diuturnos esse, alios minus? Quid vero? Nonne & cum nos
 hæc diceremus, in aliquo tempore loqui diceremur? Sed nec corporis quidem
 motū definiri tempus posse videri potest: si quidem corpus aliquādo mouetur,
 aliquando stat. Nec solum motum eius, sed etiam statū tempore metimur, & tan-
 tum stetitisse dicimus quantum temporis fluxit: vt cum solem vel lunam in sacris
 vel profanis historiis aliquando stetitisse legimus, eo interuallo quo sol vel luna
 & cœlum stabat, num aliquod tempus ibat? Ergo corporis motus tempus re-
 30 cte dici non potest. Pari quoq; ratione numerū vel mensuram motus ipsum di-
 cere absonum videtur. Democritus & Leucippus atq; Epicurus mundū ex in-
 diuisibilibus frustulis (vt sic dicamus) quas ἀτομὰς illi vocant, fabricatum esse di-
 xerunt: dura sanè, & iure improbata sententiā. Quantum autem magis fuisset
 improbanda, si mundum constare ex atomorū numero dixissent, non aliter ac si
 dicerent, domum constare ex numero lapidum, aut lineam constare ex numero
 punctorum, cum paries ex numerosis lapidibus, & linea, vt quidam volunt, ex
 numerosis punctis, non ex eorum numero constet. Tempus ergo non modò
 numerus est, sed ne numerosum quidem, aut numerabile. Sunt qui distensio-
 nem quandam esse tempus affirmant: sed cuius rei distensio vel continuatio sit,
 40 se palam ignorare fatentur. Pythagoræi, vt Timæus Locrensis refert, tempus
 æternitatis imaginē esse volunt: id vtiq; tempus esse significantes respectu eter-
 nitatis æternæq; stabilitatis. Plato in Timæo, & Philon in Cosmopœia, cæte-
 riq; qui fabricatū mundū asseuerant, tempus ab ipso cœli nascentis circumactū
 incepisse tradunt. Aristoteles & eū secuti, quod mundum æternū ratī sunt, tem-
 pus infinitum existimauere, cæliq; motu temperari. Hinc Varro apud Latinos
 solis & lunæ tenore temperato, tempus dictū putat. ἡρόδοτος verò Græci ἀκρόν, hoc
 est, Saturno deducunt. Stoici quidem teste Hieron. tempus ita definiunt:
 ἡρόδοτος ὅτι ἐπὶ ἀερόθωσις. ἢ πλεγματὴν τῶν πραγμάτων. hoc est, Tempus est correctio, & rerum
 conseruatio. Omnēque tempus, quo non virtutibus opera impenditur, perire
 50 credunt, nec penè tempus esse. Epicureus Lucretius tempus nihil esse per se pu-
 tat, sed rebus ab ipsis consequi. Eius versus ex primo libro adscribam:

Tempus item per se non est, sed rebus ab ipsis
 Consequitur sensus, transcriptum quid sit in æuo:

Tempus variè à varijs
 descriptum.

*Tum quæ res, quid porrò deinde sequatur,
Nec per se quenquam tempus sentire fatendum est,
Semotum ab rerum motu placidaq; quiete. & cæc.*

Sed plura de his missis. Nunquid ante mundū & cælum à deo fabricatore conditum, aliquod fuisse tempus dicemus? Nullum pleriq; dicunt: alij fuisse quidē, sed non intellectū, minúsq; distinctū: id quod apud M. Tullium Velleius: Non enim, inquit, si mundus nullus erat, secula non erant. Secula nunc dico non ea quæ dierum noctiumque numero annuis cursibus conficiuntur. Nam fateor ea sine mundi conuersione effici non potuisse. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circumscriptio temporum metiebatur: spacio tamen qualis ea fuerit intelligi non potest, quod ne in cogitationem quidem cadit, vt fuerit tempus aliquod, nullum cum tempus esset. Hæc Velleius, vel Tullius potius in primo de nat. deorum. Num melius erit si ita distinguamus: aliquod esse tempus confusum, inordinatū, inarticulatūq;: & aliquod esse distinctum, ordinatum, articulatūq;. Confusum, quale chaos & secula fuere æternitatis, id est, ante mundi constitutionem, humano licet intellectui ac cogitationi id minus sit noscibile, imaginatione tamen comprehensibile. Distinctum verò & articulatū esse, quo secula, anni, menses, diésq; metimur.

Temporis diuisio.

Mythicum.

Historicum.

Sed nos iam temporum spacia interuallaq; speculemur, idq; ex varijs scriptorum sententijs, & primum ex Varrone, qui hac de re ita statuit, vt Censorinus 20 refert: Primum, inquit, interuallum ab hominum principio ad cataclysmū priorem perducit. Secundum ad Olympiadem primā, quod quia in eo multa fabulosa referuntur, mythicum dicitur. Tertium à prima Olympiade ad sua Varronis tempora, quod historicum dicitur est, quia res in eo gestæ veris historijs continentur. Primum tempus, ait Varro, siue habuit initium, seu semper fuit, quod annorum fuerit, planè ait cōprehendi non potest. Videmus enim Hebræos nostrósq; non vsquequaq; conuenire: quod noster Picus, vt alios mittam, ostendit. Secundum quoque non planè scitur, sed tamen ad M. circiter & DC. annos fuisse creditur, à priore scilicet cataclysmo, quem dicunt Ogygis, ad Inachi regnum, annis circiter CCC. Hinc ad Olympiadem primam paulò plus CCC. 30 quos solos, quamvis mythici temporis postremos, nō quia à memoria scriptorum proximos, quidā certius definire voluerit: & quod Sosibius, quo mathematico vsus est Cæsar, scripsit fuisse CCCXCV. annorū, Eratosthenes autē VII & CCC. Timæus XVII & CCC. Aretes CCCCLXIII. & præterea multi diuerse, etiā quorum ipsa dissensio incertum esse declarat. De tertio autem tempore aliqua fuit inter auctores dissensio in sex septēve tantummodo annis versata: sed hoc quodcunq; caliginis Varro discussit, & pro cætera sua sagacitate, nunc diuersarum ciuitatum conferens tempora, nunc defectus eorūque interualla retro dinumerans, verum eruit, lucēque ostendit, per quam numerus certus non annorum modo, sed & dierum perspici possit. Sed & in hac Varro- 40 niana distinctione erratum videtur maxime, ea puto de causa, quoniam eius libri deperditi sunt. Verum apud nostros Iulius Africanus sub Imperatore M. Aurelio Antonio simplicis historiæ stylo, & post hunc Eusebius Pamphili & Hieronymus, hanc temporum ab orbe condito per dynastias & regna supputationem videntur diligentissimè confecisse. Sed & ante hos Berofus Chaldæus, Babilon & Iosephus Hebræi. Id etiam in libro de ciuit. Dei Aurelius Augustinus, & Isidorus in Chronico & Etymologijs, & Bedas attigerunt, vt missos faciam qui nostro tempore Græcè & Latine Chronica scripserunt. Ex quibus omnibus nos ita collegimus, ab orbe condito ad primum vsque annū IESV CHRISTI D. N. annos fluxisse $\frac{M}{V}$ CC. hoc est, millenos quinos & duceos, 5100. 50 P. M. à quo anno ad hunc quo nos hæc ipsa commentamur M. D. XXXIX. quæ summa plus minus cōficit annos $\frac{M}{VI}$ DCC. XXXIX. hoc est, 6739. Non me præ-

erit

terit ab hac descriptione dissentire Hebræos quosdā, Alphonsum regē, & Picum, & alios nonnullos. Quæ si nosse voluissent gentes, nō in tot incidissent de mūdī ætate ambages. Plato, qui veritati propius accessit, mundum quidem conditum ab opifice Deo asserit, sed quo principio minime: Aegyptium enim inducit de mundi ætate innumerabilia secula commemorantem, qui Græcos idcirco tanquam semper pueros irridet. Vt mittam in præsentia quæ de cœtilibus lateribus traduntur vel confinguntur potius, innumerabiles penē annos ostendentibus. Celebratur epistola Alexandri Magni ad Olympiadem matrē suam, quam scripsit, narrationem cuiusdam Aegyptij sacerdotis insinuans, quā protulit ex li-
 10 teris quæ sacræ apud illos habentur. Continet etiam regna, quæ græca quoque nouit historia, in quibus regnum Assyriorum in eadem epistola quinque millia excedit annorū. In græca verò historia mille fermē & ccc. habet ab ipsius belli principatu, quem & ille Aegyptius in eiusdem regni ponit exordio. Perfarum autem & Macedonum imperium vsq; ad ipsum Alexandrū cui loquebat, plusquam octo annorum millia ille constituit, cum apud Græcos Macedonum vsq; ad mortem Alexandri cccclxxxv. reperiuntur anni, Perfarū verò donec ipsius Alexandri victoria finiretur, cc & xxx. computentur. Hæc quidē Aurelius Augustinus. Chaldæi quoq; & qui ex Caucaaso signa seruasse feruntur, vt Cicero & Lactantius scribunt, quadringenta & septuaginta millia annorū mo-
 20 numentis comprehensa se habere affirmarunt. Quare minus mirum videri debet, si Aristoteles & eum secuti philosophi, in eam opinionem impegerunt, vt æternum mundum & sine principio & fine vel crediderint, vel certe literarum monumentis prodiderint.

His ita de temporum interuallis vel ætatibus expositis, temporis quoque partes scrutemur. Isidorus inquit: Tempora momentis, horis, diebus, mensibus, annis, seculis, ætatibusque diuiduntur. Momentum est minimum atque angustissimum tempus, à motu siderum dictum: est enim extremitas horæ in breuibus interuallis, cum sol aliquid sibi cedit, atque succedit. Hæc ille. Alij tempus ita distinguunt: seculum, ætas, annus, mensis, hebdomas, dies, qua-
 30 drans, hora, punctum, momentum, vncia, atomus. Sunt ex nostris qui ita dirimunt. In ætatem primū, quam mille annorum esse dicunt. Deinde in seculum, quod centum annorum. In indictionem, quam xv. annorum statuunt. In lustrum, quæ Græcis est olympias, quæ perfectos quatuor annos cōtinet. Tum in annum diuidunt, quem in quatuor horas vel tempora distinguunt. Tempus in tres menses. Menses in hebdomadas quatuor. Hebdomada in dies vii. Dies in quadrantes quatuor. Quadrans in sex horas diuidit. Porrò hora in quatuor puncta. Punctum in decem momenta. Momentum, quod & momen apud antiquos vocitatum videmus, in vncias duodecim. Vncia in xlviij. atomos.
 40 Atomus vero, vt vox ipsa indicat, diuidi ac secari in partes non potest. Nuper cum antiquos quosdam libellos euoluerem, qui mensurarum ac ponderum rationem continent, inter cætera curiosè pertractata & hoc legi: Annum & mensura libram vtrumque dici posse, quod ille ex xii mensibus, hic ex xii horis constat: porrò horam constare ex quinque punctis, x minutis, xv. partibus, xl momentis, & lx ostentis: horamque diei secundum solis cursum quinque puncta habere, iuxta vero lunam quatuor duntaxat. Qui Latine tamen & syncerius locuti sunt, momentum vel momen vt diximus, pro breui quidem tempore accipiunt, quotum tamen haud definiunt, sicut & punctum, vt Horatius cum ait, Quid enim? concurritur, horæ Memento. & per tralationem ad alia, vt illud poetæ Lucan. Non pondera rerū, Non momenta sumus.
 50 Sed à grammaticis accuratius. Punctum & temporis ait Terentius: Tum temporis puncta mihi ad hanc rem. Cicero: Die dico? imò hora atq; etiam puncto temporis eodem. Idem: Hunc diem, hoc punctum temporis. Quod & frequentius diuus Hieronymus quadam epistola ita enunciauit: In atomo, in puncto

temporis atq; momento. Lucretius puncto tempore visus est dixisse in secūdo:

Et capiant sensus, & puncto tempore reddant.

Nisi quis legere malit temporis, & s de versu elidat, vt apud eum frequenter fit. Minutis nunc quidem LX. astrologi dicunt horam constare, sed Boetius Seuerinus puncto minus esse minutum ostendit. Alij alias minutias gradusq; commentū sunt, qui post Ptolemęum & Theonem cum Græcē tum Latine barbaręque astronomica scripsere. Mihi visum est satius in tres partes tempus omne diuidere: in annos, menses & dies. Annos porrò in magnos, vertentes, in secula, ætates, genęas, lustra vel olympiades, & pēteteres, in trieteres, indictiones, æra, iobeleos. Præterea menses in Calendas, Nonas, Idus, vel vt Græci, in Neome-
nian, consistentes, id est ἰσαμύνας, decades, eticades vel desinentes, id est, φθίνοντες. Dies verò in quadrantes, horas, & cæteras partes. Exordiemurque ab anno ma-
gno, primūmq; ne quid desideretur etymon excutiemus.

Annus, vt Varro interpretatur, vt parui circuli annuli, sic magni circites anni, dicebantur. Hinc & Seruius ab annulo dictum annum existimauit, qui & Aegyptios ait ante literarum vsūm dracone caudam suam mordente annum effinxisse, qua de re antè locuti sumus. Atteius verò Capito annum à circuitu temporis dictum ait, quia veteres Am pro Circum ponere solebāt. Alij annum ab annouando, quia suo naturali ordine cuncta annouet, hoc est, circumnouet. Sex Pompeius annum ex Græco venire ait: quod enim illi γῆνον, nos annū dicimus: 20 & quod nos triennium, illi τριγῆνον. Non sum tamen nescius, aliam habere lectiōnem, qui nunc impressi sunt codices. Sedenim εἰς dictionem per simplex v scribere videntur Suidas & Eustathius & cum afflatu: atq; ideo videt minus consonum, vt ab eo deriuetur. Sed nec te pigeat audire Socratem ita loquentem in Cratylo: γῆναυρος, inquit, & ἔτθ' idē esse videntur: quod enim in lumen vicissim educit quæcūq; nascuntur, fiuntq; ex terra, ipsumq; in seipso examinat & discernit, annus est: qui in duo sectus est, vt Iouem in Ζῆνα καὶ Δία dictum est: ita & annus γῆναυρος, quia in seipso: & ἔτθ', quia examinat, quasi εἰ γὰρ αὐτῷ ἐπέλασεν iunctim, quod disiunctū facit γῆναυρος καὶ ἔτθ'. Hæc in Cratylo. Grammatici porrò & aliam afferunt interpretationem super illud Homeri: γῆναυρον μέγαλιν διός, quæ quoniam 30 nostro negotio minus est apta & verbosior, à nobis ideo mittitur. Certe & illud sciendum, γῆναυρον interdum pro longo temporis spatio desumi, vt cum cornicus poeta dixit ἐτῶν αἰαυαῶν, πρὸς τὸ αἰαυαῶν tunc dictus existimatur, quasi diutius immoretur. Sed & annum Græci Lycobonta vocant, idq; ea ratione, vt scribit Aelianus, quod erga lupum sol amorem habere dicatur: eoque animali Apollinem delectari ferunt, quod ipse in lucem æditus feratur ex Latona in lupæ speciem imaginemq; conuersa. Cuius sane rei & Homerus meminit, cum Apollinem vocet λυκηχέλιον, ob eamq; rem lupi simulachrum in Delphico templo ex are positum fuisse legimus. Sed hac de re alij alia, quod & Aurelius Macrobius exquitur. Nunc de annorum magnorum numero varietatēque differendum. An-
norum quos magnos vocant, diuersa multiplexq; adeò magnitudo obseruata, quàm est autoribus prodita. Nam Aristoteles, vt ab hoc incipiam, hunc annum
maximū potius quàm magnum vocauit, quem solis & lunæ vagarūmq; quin-
que stellarum orbis conficiunt, cum ad idem signum, vbi quondam simul fue-
runt, vnà referunt. quod idē ferè M. Tullius in lib. de fin. bon. & mal. Idq; etiam
in vj. de Republica ex Scipionis persona: Homines, inquit, annum tantum so-
lis, id est, vnus astrī reditu meriuntur: re autem ipsa, quum ad idem, vnde se-
mel profecta sunt, cuncta astra redierint: eandēque totius cœli descriptio-
nem longis intervallis retulerint, tunc ille verè vertens annus appellari potest.
Hunc autem fieri physici, vt Macrobius scribit, volunt post annos X v. mil. 50
peractos, mundanusque annus nominatur. Plato verò in Timæo perfectum ap-
pellat. Eius autem anni maximī hyems summa est cataclysmus, quem alluio-
nem vel diluionem nostri vocant. Aestas verò ecpyreosis, quod est mundi in-
cendium

Annus ma-
gnus.

40

50

cendium: nam in his alternis temporibus, mūdus tum exignescere, tum exaque-
 scere videtur, vt Censorini verbis vtar. Hunc annum Aristarchus putauit esse
 annorum vertentium duum mil. CCCCLXXVIII. Aretes Dyrachinus quin-
 que mil. DLII. Herodotus & Linus X. mil. DCCC. Dion XIII. mil. DCCC-
 LXXXIIII. Orpheus centum XX. Cassandrus tricies sexies centum mil. No-
 ster Cicero XII. mil. DCCCCLIIII. Iosephus Hebraus antiq. libro primo
 DC. tantum. Iulius, qui & Vilius Firmicus, MCCCCLX. & vnus anni cir-
 cuitu terminauit. Sunt qui cum phoenicis auis vita eius anni conuersionem fie-
 ri scribant. Alij infinitum esse, nec in se reuerti vnquam putauerunt. Alij lon-
 ge minore spacio magnum hunc annum mensi sunt, quippe qui ex duobus an-
 nis vertentibus illum constituerint: alij trium, alij quinque, alij plurium: quo-
 rum rationes hic breuiter conabor absoluere. Veteres in Græcia ciuitates
 cum animaduertent dum sol annuo cursu orbem suum circuit, lunam no-
 uam interdum terdecies exoriri, idque sæpe alternis fieri, arbitrati sunt luna-
 res XII. menses & dimidiatum, ad annum naturalem conuenire. Itaque annos
 ciuiles sic statuerunt, vt intercalando facerent alternos XII. mensium, alter-
 nos XII. vtrumque annum separatum vertentem, iunctos ambos annum ma-
 gnum vocantes. Idq; tempus trieterida appellabant, quod tertio quoque an-
 no redibat: quo in primis tempore Bacchi sacra celebrabantur, quæ ideo Trie-
 terica vocitata sunt: & qui in ijs versus canebantur, *τρεῖς μῶναι* dicti, de quibus
 in historia & dialogis poetarum egimus. Penterida verò nominabant, quod
 quinto quoque anno reuertebatur, qui annus magnus ex quadriennio com-
 modior visus est, quòd videlicet ratione solis circuitus congrueret: cuius an-
 nus quidem solis constat ex diebus CCCCLXV. & diei parte circiter quarta. Pen-
 teridas ergo Græci maximè obseruabant, id est, quaternorum annorum circui-
 tus, quas Olympiadas vocabant, & ludos Ioui Olympio in Elide celebrabant.
 Hoc quidem scribit Censorinus, cui & de Olympiadum numero annorum So-
 linus in Polyhistore astipulatur. Idem & Suidas, & Eusebius, si quis eius
 de temporibus libros diligentius euoluat. Idem & Hieronymus in Chronico,
 & in expositione hebdomadam Danielis prophetae. Isidorus item non adeò
 contemnendus scriptor: Et hoc, inquit, certaminis tempus Olympiadem vo-
 cauerunt, quadriennio in vna Olympiade supputato. Isaacius quoque in com-
 mentarijs in poetam Lycophronem, quinquagesimo quoque mense Olym-
 picum agonem celebratum prodidit. Hoc ideo pluribus recensui, quòd video
 multos hac de re disceptare. Non me fugit vulgus & grammaticos quosdã ali-
 ter sentire, vt Lactantius Cælius in primo Theb. qui ita scribit: Quinto fini-
 to anno agon Olympicus fiebat. quo loco quarto potius legendum puto, qui-
 bus & poetæ, si rectè perpendantur, parum suffrangantur. Ouidius de Pon-
 to ad Brutum:

40 *In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est,
 iam tempus lustris transit in alterius. Seneca in Herc. furente:
 Qualis eleum coit ad tonantem
 Quincta cum sacrum reuocauit ætas.*

Non enim de perfecto quinquennio agūt, sed iam incepto. Ita etiam de lustrum Lustrum.
 intelligendum, quod ad penteridis Græcæ modum Romani celebrabāt: ideoq;
 sic vocabatur, vt ait Isidorus, quod censu per quinquennium in Repub. pera-
 cto, vrbs Roma lustrabatur. Vel, vt scribit Varro, lustrum nominatū est à luen-
 do, id est, soluendo, quòd quinto quoque anno vectigalia & alia tributa per
 censores solvebantur. A Seruio vero Tullio ita institutum, vt quinto quoque
 50 anno censu ciuium habito, lustrum conderetur, sed non ita à posteris obserua-
 tum. Nam cum inter primum à Seruio rege conditum lustrum, & id quod ab
 Imperatore Vespasiano v. & Cæs. filio III. COS. factū est, anni interfuerūt pau-
 lominus DCL. lustra tamē per ea tempora nō plura quàm LXXV. facta sunt, &
 postea

postea planè fieri desierunt. Quod si verum est, non plura quam LXXV. fuisse, non videntur continuata fuisse, id quod & verisimile est, bellis præcipuè civilibus impediens, cæterisque reipub. incommodis. Rursus tamen annus idem magnus per Capitolinos agones, vt Censorinus scribit, ceptus est diligentius scrutari: quorum agorum primus à Domitiano institutus fuit, die XII. eius & Sergij Cornelij Dolabellæ consulatu. Verum cum apud Græcos hoc tempus ad solis tantummodo cursum, nec ad lunæ congruere videretur, duplicatum est, & octoeteris facta, quæ tunc *ὀκτώηρης* vocitata est, quia primus eius annus nono quoque anno redibat: huncque circuitum verè annum magnum esse magna pars Græciæ existimauit, quod annis vertentibus solidis constaret, vt proprie in anno magno fieri par est: nam dies sunt solidi vno minus centum, anni que vertentes solidi octo. Hanc octoeterida vulgò creditum est ab Eudoxo Gnidio institutam ex disciplina Aegyptiorum, Nechanabo tradente, vt Laertius prodit. Huius anni apud Lucanum Pharsaliæ lib. x. est mentio, loquente Casare in conuiuio Cleopatæ:

Non meus Eudoxi vincatur fastibus annus.

Tametsi Seruius in v. Aeneid. eum primū annum deprehendisse scribit, & post ipsum Hipparchus, de vertente intelligens. Sed hanc ipsam octoeterida Leostратum Tenedium primum ferunt composuisse, & postea alij aliter, qui mensibus variè intercalandis suas octoeteridas protulerunt, vt fecit Harpalus, Nautelis, Menestratus, item alij, in quibus Doxitheus, cui in primis octoeteris Eudoxi inscribitur. Ob hoc multæ in Græcia religiones hoc interuallo temporis summa cæremonia cultæ fuere. Delphis quoque ludi, qui vocantur Pythia, post annum octauum olim conficiebantur. Post has etiam quæ vocatæ fuerunt Dodecaeteres ex annis vertentibus XII. cui anno Chaldaico nomen fuit, quem Genethiaci nō ad solis lunæque cursum, sed ad obseruationes alias habebant accommodatū, quod in eo dicebant tempestates frugūque prouentus ac sterilitates, itemque morbos circuire. Præterea fuerunt & alij cōplures magni anni, vt Metonicus, quē Meton Atheniensis, non Lacon, mathematicus ex annis vno de viginti constituit, eaque causa Decaenneateris, vel vt Suidas & Theophilus, *ὀκτώηρης* 30 καὶ δέκα ἡμερῶν appellatur, & intercalatur septies: in eoque anno sunt dies sex mil. & CCCXL. Huius anni meminit Cicero in epistolis ad Atticum: Quis erit, ait, cui credam: aut quando iste Metonis annus veniet? Metonis meminit et Columella, eiusque anni: item Aristophanes in Avib. Theon vero, seu qui alius in commentarijs in Aratum poetam Metonis meminit, illumque numerorum rationem diligentissimè tenuisse scribit, dicereque solitū affirmat, paruum annū ad magni comparationem esse compositū. non tamen illum, sed qui post eū fuere astrologos ait tabulas in vrbibus constituisse de decem & nouem annorū solis anfractibus & circuitibus, vt iuxta vnūquemque annū, qualis futura esset hyems, quale ver, qualis æstas, qualisve autumnus, nosceret, & insuper qui venti, aliisque 40 pleraque quæ mortalium vsui forent. De Metone quoque diuersa Callistatus, Euphronius & Phrynichus scripsere, etiamque & medicum & astrologum optimum fuisse. De Metone iam satis. Fuit & Philolai Pythagorici annus magnus, ex annis LIX. in quo erāt menses intercalares XX. & vnus. Fuit itē Calippi ex annis LXXVI. ita vt menses duo de XXX. intercalarent. Fuit & Democriti annus ex annis LXXXII. cum intercalares essent XXVIII. Sed & Hipparchi ex annis CCCIII. in quo intercalabatur centies decies bis. Hæc annorum magnitudo discrepat, eoque quod inter astrologos non conuenit quāto vel sol plus quam CCCXLV. dies in anno conficiat, vel luna minus quam XXX. in mense. Vnde vsque ad hanc diem, plurima licet sint tradita & quotidie tradant, nec congruere 50 re tamen planè, alio aliquid indies superaddente vel detrahente, vt iam etiā Ptolemæi tabulæ nedum Alphonsi regis sordescant: qua etiā de causa ingentia condita sint à plerisque volumina, de nostra aberrante ob id Dominicæ (vt nostræ religio-

Annus Metonicus.

religionis vocibus vtar) resurrectionis solennitate. Verū quod restat agamus. Aegyptiorum magnus annus est, quem *καυικὸς* Græci, Latini canicularē vocant. Nihil hic ad lunam pertinet, propterea quod initium illius sumitur cū primo die eius mensis quem uocant Thoth, quo caniculæ sidus apud eos exoritur. Caniculæ illi astrum *σὼδὺν* vocant, *ἄστροκνώνα* Græci, idque principium inter stellas tenere arbitrantur, vt scribit Horus Apollo. Idem annum effingebant deæ Ifidis imagine, muliebri scilicet specie, vel palmæ plantæ figura: idq; ea ratione, quod arbor hæc luna exoriente, vnam gignat bain, quo modo XII. bais annum explet. Baiaæ verò dicuntur folia vel ramuli palmarum. Porro annum suum magnum Aegyptij eodem autore lib. ij. quatuor annorum habuere, ita referente Philippo, qui Homerum ex lingua Aegyptiaca in Græcam conuertit: Hominem, inquit, qui perfectam ætatem vixerit, mortuæ cornicis imagine effingunt: hæc enim centum annos viuere traditur: annusque Aegyptiacus quadriennij spacium perficit. hæc ille. Idem fateri videtur Censorinus, qui scribit: Aegyptiorum annus ciuilis solus habet dies C C C L X V. sine vllō intercalari. Itaque quadriennio eo fit, vt annus M C C C L X. diebus ad idem reuoluatur principium. Hic annus etiam *ἡλιακὸς* à quibusdam dicitur, ab alijs *οἰωνῶς*. Atq; hæctenus de annorum magnorum varietate dictum sit, deinceps de seculo, de genea & indictione agendum, & post hæc de annis vertentibus differendi locus erit idoneus.

Seculum quidam idem esse existimarunt quod Græcè *ἑαῖον*, quo pacto & sa- Seculum.
 cra nostra scriptura. Sed de eo nos agimus prout est spacium temporis definitum. Est ergo seculum, vt Varro scripsit, spacium annorum centum, dictum à sene, quod longissimum spacium senescendorum hominum id antiqui putarunt. Alij verò à sequendo dictum putant, quod seipsa tempora sequantur: primamque eius dictionis syllabam producunt, quidam & diphthongo scribunt. Sanè, vt Censorinus ait, seculum est spacium vitæ humanæ longissimum, partu & morte definitum. Quare qui annos triginta seculum putarunt, multum videntur errasse: hoc enim tempus Geneam vocari Heraclitus & Zeno sunt autores. Sed de genea quæ in poetarum historia prodidi, in hoc etiam paulò post breuiter repetam. Seculum autem quid sit, vsque ad sua tempora ad subtile non examinatum fuisse putauit Censorinus, qui ait poetas multa incredibilia scripsisse, puta aurea secula, & argentea, aliæque, vt Hesiodus & Naso. nec minus historici Græci, quamuis à vero par non fuit decedere, vt Herodotus, apud quem se legisse ait Censorinus (nisi locus sit mendosus) Arganthonium Tartessorum regem C & L. annorum fuisse, quod tamen ego apud Herodotum haud legi, quod meminèrim. Idem tamen & Lucianus in Macrobiis, eundemque citat Herodotum, & cum eo Anacreontem Lyricum poetam. Sed Arganthonij vt longæui & Cicero & Valerius, itemque Plinius, Ausonius, Silius, alijs, cum Herodoto. Additur Ephorus, qui tradit Arcadas dicere, apud se reges antiquos aliquot ad C C C. vixisse annos. Verum hæc fabulosa prætereunda, nisi annos eorum trimestres intelligamus, vt alio loco referemus. Hoc loco mittam quæ Lucianus multa in eo libello de longæuis collegit. Hebræi quoq; suū seculum, quod illi Olam vocant, quinquagesimo anno definiabant, vt Hieronymus his propemodum verbis scribit: In Hebræo, inquit, seculum, id est Olam, vbi Vau literam positam habuerit, æternitatem significat: vbi vero sine Vau scribitur, annum quinquagesimum quem illi lobeum vocant. ob hanc causam & ille Hebræus, qui propter vxorem & liberos amans dominum suam, aure pertusa seruitio subigitur, seruire iubetur in seculum, hoc est in annum quinquagesimum. Sed vt hoc apud Hebræos ratum fuit, ita minus apud gentes: atque in primis non conuenit inter astrologos, qui in stellarum signorumque motuum ratione, verum se scrutari putant. Nam Epigenes C. & XII. annis longissimam vitā constituit, vel vt Plinius dicere videtur,

CXXII. Berosus verò, vt Censorinus scribit, centum & sex, vt Plinius, c. & xvii. Alij ad c & xx. annos produci posse asseuerant, quidam etiã vltra credidere. Fuerunt qui non idem putarent vbiq; obseruandum, sed variè per diuersas regiones, prout in singulis sit cœli ad circulum finitorem inclinatio, quod κλίμα dicitur. Sed licet veritas in obscuro lateat, tamen in vnaquaque ciuitate quæ sint naturalia secula, Rituales Hetruscorum videntur apud antiquos docuisse, in quibus scriptum accepimus initia sic ponenda seculorum: Quo die vrbes atque ciuitates constituerentur, de ijs qui eo die nati essent, eum qui diutissime vixisset, die mortis suæ primi seculi modulum finire: eoque die qui essent reliqui in ciuitate, de ijs rursus eius mortem qui quam longissimam egisset ætatem, finem esse secundi seculi: sic deinceps tempus reliquorum terminari. Sed & quòd ignorarent homines portenta mitti diuinitus, quibus admonerentur vnumquodque seculum esse finitum: hæc portenta Hetrusci pro haruspicij disciplinæq; suæ peritiã diligenter obseruata in libros retulerunt. Quare in Thuscis historiis, quæ viii. eorum seculo scriptæ sunt, vt Varro testatur, & quot numero secula ei genti data sint, & transactorum singula quanta fuerint, quibusve ostentis eorum exitus designati sint, continetur. Itaque scriptum est quatuor prima secula annorum fuisse c. & v. Quintum cxxiii. Sextum vnde viginti & centum. Septimum totidem. Octauum demum agi, nonum & decimum superesse, quibus transactis finem fore nominis Hetrusci: quod & factum fuit: Nisi & hoc demum tempore nouum inter eos regnum, nescio quo fato, inauspicatum illud quidem constitutum fuisset. Romanorum autem secula quidam ludis secularibus putant distingui: cui rei si fides certa est, modus Romani seculi est incertus. Temporibus enim interualla quibus ludi ij referri debeant, non modò quanta fuerint retro ignoratur, sed ne quidem quanta esse debeant scitur. Nam ita institutum esse centesimo quoque anno vt fierent, id tum Antias aliique historici autores sunt, tum Varro cum alibi, tum de scenicis originibus libro primo ita scriptum reliquit: Cum multa portenta fierent, & murus & turris, quæ sunt inter portam Collinam & Exquilinam, de cœlo essent tacta, & ideo libros Sibyllinos Decemuiri adiis-
sent, renunciauerunt, vt Diti patri & Proserpinæ ludum Terentini in campo Martio fierent tribus noctibus, & hostiæ furuq; immolarentur, vtq; ludi centesimo quoque anno fierent. Sed quod ait Varro portam Exquilinam de cœlo tactam, alij Sabiosam scribunt. Festus Terentium locum fuisse scribit in campo Martio, quo in loco ara Ditis patris in terra occultabatur, & propterea ludi Terentini dicti. Aufonius Gallus poeta:

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.

Papinius in Syluis:

Aut instaurati peccauerit ara Terenti.

Val. Max. libro secundo memorabilem aliud tradit secularium ludorum initium, à Valesio quodam viro rusticæ viro locuplete, qui tribus liberis vt succurreret, oraculum accepit vt Tarentum peteret. Huius postea Val. Publicola exemplum secutus, apud eandem aram trinoctio ludos fecit. Titus item Lilius libro centesimo tricesimo sexto: Eodem inquit, anno ludos seculares Cæsar ingenti apparatu fecit, quos centesimo quoque anno (is enim terminus seculi) fieri mos: vtq; decimo centesimo quoque anno repetantur, tam commentarij Quindecim virorum, quam diui Augusti edicta testari videntur, adeò vt Horatius Flaccus in carmine, quod de secularibus ludis cantatum est, id tempus hoc modo designauerit:

*Certus vndenos decies per annos
Orbis, vt cantus referatq; ludos,
Ter die clara totidemq; grata
Nocte frequentes.*

Sed

Sed nos de seculo fatiſ, nam de ludis ſecularibus Politianus in miſcellaneis erudi-
te plura collegit. Nunc ergo vi polliciti ſumus, de genea nos agamus. *γενεα* Græ-
ci vocant, quam Latini tum ætatem, tum ſeculum verterunt: ſunt & qui genera-
tionem, & præſertim in ſacris libris: nam humanæ vitæ ſpaciū cuiuſque geneam
nuncupant. Verūm autorum pleriq; ſeptem annorum ſpaciū ſignificare con-
tendunt, hoc eſt, quas aliàs hebdomadas vocamus. Vnde & Hippocrates & ab
eo medici, ante duas geneas pueris venas incidi non oportere præcipiunt. quo
pacto fortalliſ de Orphei vitæ apud Suidam intelligendum: nam ſi aliter expone-
re voluerimus, qui fieri poterit vt Orpheus x i. geneas vixerit? Atqui Plutarchus
10 & Zeno, & non ignobiles quidam grammatici, geneam ſpaciū x x x. anno-
rum exiſtimauere, quo pacto etiam Heſiodus & Homerus, & qui ab hiſ poetæ
Neſtorem ſcribunt tres geneas vixiſſe, quas noſtri tria ſecula & tres ætates voca-
uere. Lucianus quoq; in macrobijs de Tireſia ita fermè ſcribit: Sed & Tireſian,
inquit, vatem tragædia ad ſex vſq; geneas vitam prorogaſſe prodiſ, id eſt, ad ſex
ætates. Xenophon in libello de æquiuocis, de ætate, hoc eſt, genea ita ſcribit: Aæ-
tas apud diuerſos diuerſa meti ſpaciã, quia apud Aegyptios ſpaciõ x x x. anno-
rum perficitur, & apud Græcos quartã centenarij partem, id eſt annos v. & x x.
continet. Cenſorinus vero ita ſcribit: Qui annos, ait, x x x. ſeculum putauerūt,
multum videntur erraſſe: hoc enim tempus geneam vocari quidam volunt, quia
20 orbis ætatis in eo ſit ſpaciõ. Orbem autem vocant ætatis, dum natura humana ad
ſementem reuertitur. Hoc quidem geneæ tempus alij aliter definiuere. Heracli-
tus annos quinq; & x x. ſcribit dici geneã, Zenon x x x. quibus verbis videtur
error ineſſe. Nam Plutarchus in eo, quo cur oracula defecerunt cauſas inquiriſ,
de ætatibus ſuper Heſiodi verſibus, geneã ait ex Heracliti ſententiã x x x. anno-
rum eſſe, vbi & pleraq; alia, tum illud, quod aliqui centum & octo annorum *γενε-
ων* conſtituerint, quinquagintaq; & quatuor dimidium eſſe vitæ humanæ. Reli-
qua ab eo ſubtiliſ diſputata miſſa facio. Aurelius Auguſtinus in cuiuſdam psal-
mi Dauidici commentariõ geneã exiſtimauit x v. annum non excedere: qui-
dam & x x i x. vt eſt apud Phauorinũ ſuper Heſiodi verſu de Neſtore. Alia præ-
30 terea multa genea ſignificat, quæ Theophiluſ & alij Græci enumerant: inter que
& illud, quod genea non modò de hominibus dicitur, ſed & de equis, & folijs,
vt eſt illud Homericum, quo hominum vitam folijs ſimilem dixit: *οἴνον ποτὸν φύλλων
γενεῖν.* &c.

Monet me Chriſtiana pietas, vt de anno Iubileõ nõnihil & hic congeram. An-
nus lobeleus fuit apud Hebræos duntaxat, & demum lõgo poſt tempore apud
Chriſtianos conſtitutus videtur. Apud Hebræos quidem ex ſeptem annorum
hebdomadibus perfectis, hoc eſt quinquageſimo quoque anno celebratur: ete-
nim quadrageſimus nonus annus perficit ſeptimam hebdomada: quo quidẽ an-
no clariuſ ac ſonoriuſ tubæ & buccinæ apud Hebræos reſonabant, vnde & vo-
40 cabulum apud ipſos lobeleus: lobel enim Hebræi buccinam vocant. Eum an-
num interpretatur Hieronymuſ remiſſionis: in illo quippe iuxta legem ad om-
nes antiqua reuertebatur poſſeſſio. Huiuſ anni Moſeſ, & ab eo Iosephus, & ab
eis Chriſtiani rationem tradidere, quos inter Iſidoruſ, Iubileuſ, inquit, annuſ re-
miſſionis: eſt enim Hebraicuſ. & ſermo & numeruſ qui ſeptem annorum hebdo-
madibus, id eſt, quadraginta & nouem annis textitur, in quo clangebatur tubis &
ad omnes reuertebatur antiqua poſſeſſio, debita abſoluebantur, confirmabãtur
libertates. hunc numerum etiam in diebus pentecoſtes & noſ ipſi celebramus
poſt domini reſurrecciónem, remiſſa culpa, & totiuſ debiti chirographo euacua-
50 to, ab omni nexu liberi, ſuſcipienteſ adueniẽtem in noſ gratiam Spirituſ ſancti.
Hæc verò verba ab Iſidoro ante noſtrum Iubileum conſtitutum ſcripta ſunt: ei-
uſ enim omnino mentionem feciſſet. Inſtitutus autem Iubileuſ Chriſtianorum vi-
detur ad Hebræorum ſimilitudinẽ, ſi minus dicere liceat ad gentiliſ ſeculi ratio-
nem: quippe qui à Bonifacio v i i i. Romano Pontifice ſit inſtitutus centeſimo

quoque anno, quo tempore annus à Verbo corporato trecentesimus supra millesimum agebatur: dein à Clemente VII. Pont. ad quinquagesimum reductus, id poscentibus Romanis: mox à Paulo II. ad XXV. reductus, quòd hominis ætas ægrè quinquagesimum attingat, simul vt largior cœlestium gratiarum, si non potius pecuniarum prouentus fieret, vt quidam argutè si non verè scripsit. Celebratus iam bis mea ætate, primum Alexandro VI. Borgia Pont. Rom. M. D. anno: & iterum Clemente VII. Medice M. D. XXV. quo ego tempore Romæ eram cum Hercule Ragon. S. R. E. sanctæ Agathæ diacono Cardin. cuius post anno secundo Roma ab exercitu Imp. Caroli V. Cæs. direpta est. Scribit Theodoricus Niemensis in historia schismatica, variatum fuisse tempore Urbani Sexti in Iubilæi ætate: cum enim schisma irrepsisset in Christi ecclesia, is Pont. Urbanus nouissimo sui Pont. anno, qui fuit M. CCC. LXXXVIII. Iubileum XXXIII. annorum indixit, qui & celebratus est, eo licet ipse tempore decesserit. Et hæcenus de Iubileo.

Indictiones.

Sunt & Indictiones hoc præsertim tempore in vsu, cum primis apud publicos scribas & Notarios: dictæ, vt nonnulli existimant, ab eo quòd Romani cum rerum potirentur, tributum à subiectis nationibus indicebant etiam, vt aiunt, ante CHRISTI aduentum institutæ: quippe vt scribit Dionysius in suo calculo, tum quarta agebatur indictio, cum ipse natus est CHRISTVS, quod & Bedas repetit. Sunt qui Augustum Cæsarem scribunt indictiones primum instituisse, Olympiade CLXXXVIII. anno eius primo, incipiente octauo calend. Octobris, hoc est, XXXIII. Septembris, quo etiam tempore Olympiadum anni initium habere traduntur. Indictiones vero XV. annorum circuitu in sua semper vestigia reducuntur, quas antiqua Romanorum industria comperimus ad cauendum errorem, qui de temporibus fortè oboriri poterat, institutas. Dum enim, verbi causa, quilibet Imperator medio anni tempore vita vel regno decederet, poterat euenire vt eundem annum vnus historicus eiusdem regis adscriberet temporibus, eò quod eius partem regnaret: alter vero historicus eundem successori illius potius adscribendum putaret, eò quod & hic partem æquè eius haberet in regno. Verum ne per eiusmodi dissonantiam error temporibus oboriretur, statuerunt Indictiones, quibus vterque scriptor, imò etiam vulgus, omnem temporum cursum facillimè seruaret: quas pro facilitate quoque calculi, XV. esse voluerunt, vt planissimo numero ex denario & semis ad multiplicandum promptissimo, compendiosius transacti temporis status in memoriam possit reduci. Quidam autem putant, quia quondam in Republ. post censum quinto quoque anno peractum vrbs Roma lustrabatur, ad indicium ternæ lustrationis & census, Indictiones esse conditas. Fortunatianus Consultus Afer, cuius Hieronymus, & ab eo Sophronius meminere, qui rationem Indictionum conscribit, nullam huius rei mentionem facit. Mirum & Isidorum ne verbum quidem de Indictione fecisse. Sunt tamen ex ecclesiasticis scriptoribus qui rem ita tradant: Romanos, aiunt, cum non facile ex longinquis regionibus possent nationes Romam venire ad tributa soluenda, statuisse, quod singulis saltem lustris ea deferrent: & primo quidem lustro ferrum, secundo argentum, tertio aurum. Et quoniam semper ab auro ad ferrum redibant, ideo indictiones XV. annorum constitutas, qui circulus quasi quidam esset. Qua de re cum vetustos autores non habeam qui hoc tradant, eius rei fides penes sit scriptores ecclesiæ. Indictiones autem scribæ & tabelliones imperialis autoritatis incipiunt ab VIII. calend. Octobris, & eodem die terminantur, hoc est, XXXIII. Septembris. Qui vero Romanorum Pont. autoritate nituntur, VIII. calend. Ianuarij eas inceptant, vt conueniant cum annis natiuitatis Christi: ea autem ratione scribit Ambrosius, quod mensis Septembris apud plerosque, & in primis Aegyptios, anni sit principium. Hoc autem alemento, quota sit in quolibet anno indictio, cognoscere possumus. Si annos sumemus à Christi ortu quotquot fuerint, puta M. D. XXXIX. his tres adde, quia (vt dixi-

Indictio anni cuiuslibet quomodo cognoscenda.

mus) natus est Christus indictione quarta, fiunt MDXLII. hos partit per XV. vides quod XII. superant: ergo is numerus, videlicet XII. erit indictio: si vero nihil supererit, ipse XV. numerus erit indictio. Hoc quidem disticho tota hæc ratio breuissime continetur:

Si tribus adiunctis domini diuiseris annos,

Ter tibi per quinos indictio certa patebit.

- Nunc, vt exequamur ordinem, annus vertens à nobis est describendus, qui ἡρόσιμος à Græcis dicitur: quinetiam & χρόνος vocatur, quem ita M. Psellus in lib. ἀστρολογικῶν ἀπὸ ἑξήματι τῆν definit: χρόνος γὰρ ὅστις ἂν ἀπὸ τῶν σημείων πρὸς τὸ αὐτὸ σημεῖον μίαν ἢ αὐτὴν κῆρ τὸ οἰκίον δέχον τῆν ἡλίου πλ. ἀγίακί κλ. δ. οὐσις. hoc est: Chronos est ab vno signo ad illud ipsum signum vna atque eadem secundum proprium cursum solis obliqua circuitio. Vitruuius vero libr. architecturæ IX. Sol, inquit, signi spacium, quod est duodecima pars mundi, mense vertente vadens transit: ita XII. mensibus XII. signorum interualla peruagando, cum redit ad id signum vnde cœperit, perficit spacium vertentis anni. Sed & hoc idem breuius Censorinus: Est, inquit, annus vertens, dum sol percurrens XII. signa, eodem vnde profectus est redit. Hoc quidem tempus quot dierum esset, ad certum nondum astrologi reperire potuerunt, multa licet multi commenti sint. Nam Philolaus Pythagoricus annum naturalem dies habere existimauit CCCCLXIIII. & dimidium. Aphrodisus CCCCLXV. & dierum duorum & viginti partem vnde sexagesimam. Harpalus autem CCCCLXV. & horas æquinoctiales XIII. Thales Milesius CCCCLXV. dierum. At Hipparchus ab Alexandri morte anno CLXXVII. scribens, ex suis & Chaldæorum obseruationibus minus quarta parte diei adijciendum supputauit: verum quantum illud esset quod deficeret, ad liquidum non exegit. Noster autem Ennius CCCCLXVI. dierum spacio annum determinauit, Ptolemæus Hipparchus posterior, annis CCCCLXXXV. trecentessimam esse illam diei partem quæ superat existimauit. Claud. Galenus credidit annum constare diebus CCCCLXV. & particula quadam, quæ quadrante maior sit. Non tibi hoc loco Arabum opíniones afferam, Albategni, Thebirhi, cæterorum. Vegetius Antiochenus in antilogijs annum definit CCCCLXV. dierum & vnus septimæ. Nostri quidam diligentes hoc tempore astrologi, CCC. quidem & LXV. dierum annum constare contendunt, & horis quinque, minutijsq; XLIX. adeò vt singulo quadriennio minutia XLIIII. superfluo intercalentur, quæ in centum & XXX. annorum spacio ferè diem vnum conficiant, quæ res sit multi erroris causa. His adde & illud, quod video à plerisque pro comperto haberi, annos omnes non æquales esse, quòd citius interdum, interdum serius sol ad locum vnde digressus erat, redit: quo fit vt sint qui omnino annum incomprehensibilem & innumerabilem esse existimarint. Sed certè maiores pro vero, quod ei proximum putabāt, amplexi sunt. Sic antiqui, vt Plinius & Macrobius scribunt, Iani signum ita formabant figurabantq; vt dextera quidem CCC. sinistra vero LXV. effingeret: etsi quidam non LXV. sed IIII. & L. duntaxat frigido quodam argumento persuadere conati sunt. Berofus quoque Babylonius, cui in gymnasio, vt ait Plinius, Athenienses statuam inaurata lingua posuere, in antiquitatum libris scriptum reliquit, Noah Armenios & Scythas docuisse astrorum cursus, & annum distinxisse ad solis cursum, & XII. menses ad motum lunæ, & cætera quæ in eius lib. 3. leguntur. Igitur cum tanta fuerit inter doctissimos dissensio, quid mirum si anni ciuiles, quos diuersæ ciuitates rudes etiam tum sibi quæq; statuebant, tam inter se discrepent, quam cum illo naturali non congruant: Nam vt est apud Plinium, annū alij æstate vnum determinabant, & alterum hyeme, alij quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuerunt, quidam lunæ senio, vt Aegyptij. Plutarchus quoq; in Numa ita ferè de Aegyptiorum annis scribit: Aegyptijs, inquit, mēstruus annus fuit, dein quadrimestris, vt aiunt: quare qui vel nuperrimè eā regionē incoluerūt, vetustissimi esse videntur, annorumq; incredibili multitudine

dine in familiarum deductionibus differunt, quippe qui menses in numerum annorum collocēt. Idē fermē Plinius & Augustinus, qui Aegyptij quoq; sacerdotis annos ex Alexandri Magni epistola ad Olympiadē matrem, eadem ratione redarguit. Xenophō quoq; quisquis is est qui de æquiuocis libellum cōposuit (neque enim conuenit cum Xenophonte Socratico) ita de Aegyptiorum annis scribit: Annus, inquit, diuersus est. Etenim Aegyptij vtuntur anno quandoq; menstruo, sæpe bimestri, non raro trimestri, sæpe quadrimestri, nōnunquā solari. quæ uarietas ex nostris qui ab eis literas habuerunt sapientes coegit aberrare. Sed & Censorinus ita inquit: In Aegypto antiquissimum ferunt annum bimestrem fuisse, post deinde à Pisone, vel vt rectius alij legunt, Pherone rege quadrimestrem factū: nouissime annum ad XII. menses & dies quinq; produxisse: id quod & lepido carmine in Vrania etiam Pontanus ostendit.

*Dicendum & Varijs fuerit qui gentibus annus.
Aegypti primum veteres fecere bimestrem,
Moxq; quater geminis complerunt mensibus, inde
Per byjena pari duxerunt sydera tractu.*

Quare mirum est Macrobiū ita scripsisse: Anni certis modis apud solos semper Aegyptios fuit. quod tamen & Herodotus scribit in ij. hist. Heliopolitanos, qui feruntur inter Aegyptios solertissimi, dicere solitos, Aegyptios ipsos primos annum statuisse, eūmq; in duodecim menses distinxisse, idq; ex astris comperisse diligētius quā Græci, quod Græci tertio quoq; anno intercalare mensem introducant: at vero Aegyptij tricenis LX. diebus quibus XII. menses taxant, adijciunt quotānis quinos dies. Idem fermē Diodorus Siculus, qui Thebaeis id tribuit. Idē scribit & Strabo. Hebræi vero annum, vt Theophilus & Suidas tradunt, numerāt ad lunæ cursum. Scribit Iosephus, & pluribus disputat Aurelius Augustinus, apud Hebræos semper annum fuisse XII. mensium. Idem etiam annum XII. mensibus lunaribus metiuntur. Verum tertio quoq; anno XIII. mensium annum cōstituunt, atq; ita per embolismum intercalationē uel adæquant tempora: nam & ipsi XII. habent mensium uocabula, vt suo loco pluribus ostendemus. Sed cum intercalaris annus est, Februarium bis enumerant, priorem quidem Adar appellant, secundum uero Veadar, quasi dicas, & Adar, hoc est, & etiam Februarius. Arcades autem in Achaia trimestrem annum primum habuisse, etiam Censorinus dicit, & ob id *περίλωβος* uel *περίλωβος* appellantur, vt Cic. in Fundaniana. Statius: Arcades astris lunæq; priores. Pontanus: Arcades antè iam geniti quam luna suos ostenderit ignes. vt Seruium mittam & Lactantium grāmaticos. Sunt qui scribant Hippum Rhegynum primum Arcadas hoc uocasse nomine, non, Censorinus ait, vt quidam putant, quod antè sint nati quā luna astrum in cælo esset, id enim ridiculum, sed quod prius habuerūt annum, quā is in Græcia ad lunæ cursum constitueretur. Sunt qui putent Horon trimestrem annum instituisse, eoque uer, æstatem, autumnum, hyemem, *ἄρως*, & annum dici, & græcos annales *ἄρως* & eorum scriptores horographos. Itaque quatuor annorum circuitum in modum penteteris annum vertentem. Ad hæc Cares & Acarnanes semestrem annum habuerunt, vt Censorinus & Solinus tradunt. Scribit Xenophon in æqui-uocis, Iberis annum fuisse quadrimestrem vt plurimum, rarissime solarem. Tum subdit: Chaldæi cum in antiquitate disciplinarum suarum utantur menstruo anno, in cæteris semper solarem se intelligere fatentur. Addit & inscriptionem columnæ Semiramidis, quam progenitoribus illa erexerat, idem comprobare. Per sã, vt Q. Curtius scribit, totidem dierum annum, quot nunc habemus, ad Alexandri tēpora habuere. Nam Magi, inquit, proximi patrium carmen cantabant, & CCCCLXV. iuuenes sequebantur Punicis amiculis uelati, diebus totius anni pares numero, quippe Persis totidē diebus descriptus est annus. Sed & Græcos ita habuisse nō modò supra ex Thalete Milesio, sed & Cleobuli illud ænigma ostendit,

dit, quod in ænigmatum libello ad Io. Tho. Picum attulimus. Idem & significant Demetrii Phalerei quæ dicata fuere staruæ C C C L X. nondum, vt ait Plinius, anno hunc dierum numerum excedente. Reliqua Græcia C C C L I I I. dierum annū proprium constituēbat, quo pacto & Arabes etiānum, vt Alphraganus eorum scriptor tradit. In Italia vero Lauinij X I I I. mensium annum habuere, vt testis est Solinus, qui C C C L X X I I I I. diebus cōplebatur. Porrò Ferentini annū aliū habebant, alium Albanī, alij aliū, ad eò vt ita hac de re Pontanus in Vrania cecinerit:

Nanque alium primo Romæ nascentis in ortu

Instituit pater, & gyro breuiore coegit.

10 *Promouit spacium Numa, nec Laurentibus idem,*

Idem erat Albanis, alium qui Tyburis arua,

Quiq; Ferentina Cererem metit incola falce,

Et tenuere suis habuereq; in Urbibus orbem.

Sanè nec illud nos ignorare oportet, Planetarum, hoc est, vagarū stellarū circuitus, cū scilicet certo loco in eundem locū redeunt, annū suum efficere. Nam Veneris annus & Mercurij penè solari pares. Martis vero annus ferè bienniū occupat. Iouis annus solares X I I. Saturni X X X. annorum solarium esse Astronomi ostēdunt. Demum lunaris annus quadrifariā accipitur: primus est cū luna X X V I I. diebus & horis octo signiferum percurrans, ad id signum ex quo egressa est reuer-

20 titur. Secūdus est diebus duobus & horis quatuor prolixior, qui ex vsu mensis appellat, cum solē à quo noua digressa est X X I X. dieb; & X I I. horis exactis, iā de facta repetit. Tertius, qui X I I. mensibus huiusmodi, id est, diebus C C C L I I I. expletur, & vocatur annus cōmunis. Quartus est qui Interclaris & Embolimus dicitur, id est, interiectus, & X I I I. menses habet, & dies C C C L X X X I I I I. Nec illud quoq; ignorandū, annū ciuilem vocari, quē pro arbitrio populi seu gentes sibi sta-

tuere. Naturalem vero, qui siderū cursu colligitur: qui & vertens, & solstitialis dicitur est. Sed cum tanta sit anni ciuilis varietas, omnes tamē ad verū illū & naturalem annum intercalando quoquo modo corrigere studuerunt, de quibus nō multo post agemus. Nunc ad Romanorum annū trāsibo. T. Liuius in primo ab Urb.

30 cōd. Numam Pōpiliū ait primū apud Romanos ad cursum lunæ annū in X I I. menses descripsisse: quem, quia tricenos dies singulis mensibus luna non explet, deessentq; dies solido anno qui solstitiali circumagitur orbe, intercalares mensibus interponendis ita dispensasse, vt X X I I I I. quoq; anno, vel X X. potius, vt castigati codices habent, ad metā tandē solis, vnde orsi essent, plenis annorū omnium spacijs dies cōgruerent. Sed rem totam hanc copiosius Plutarchus in Numa, nos institutū sequamur. Annū vertentē Romæ Licinius quidē Macer, & postea Fene-

40 stella, statim ab ini. io X I I. mensium scripserunt: quibus astipulari alicubi videtur Plutarchus, qui, Romulo, inquit, regnante, præter rationē & ordinē mensibus utebantur Romani: alios enim menses neq; dierū X X. alios quinq; & X X X. nōnullos vero pluriū cōputantes: cognitionēq; lunæ aut solis inæ qualitatis nullā habebāt, sed dies tantū anni C C C L X. obseruabāt, mensibus scilicet X I I. Hoc quidē in vita Numæ. Idē fermè repetit in quæstionibus, dū causam inquit, cur Ianuarius principium sit anni, & December vltimū. Ex quo, inquit, nōnulli opinati sunt, veteres Romanos nō X I I. sed X. mensium annum cōplese. Mox subdit: Mutatū tantū anni principium, cum prius Februarius vltimus esset, vt is qui parentationibus dicitus esset. Sed magis Iunio Graccho, Fuluio, & Varroni, & Suetonio, alijsq; ait Cæforinus, credendū est, qui X. tantummodo mensium annū putauerunt, sic a Romulo institutum. Ita & Ouidius poeta quoq; narrationem Fast. exorditur.

Tempora digereret cūm conditor Urbis, in anno

50 *Constituit menses quinque bis esse suo.*

ea videlicet ratione quod & mulieres totidē menses ferāt, totidēq; funeris luctus producere, & tot in manib. digiti. Romulū autem eū mensiū numerū ab Albanis accepisse proditum est. Nā & ab Albanis orti sunt Romani. hi vero X. mensium an-

Planetarum
annus.

Annus ciuilis.
Naturalis.

nū habuere, hoc est, dierū CCCIIII. hoc modo: Martiū dierū XXXI. Aprilē xxx. Maiū xxxi. Iuniū xxx. Quintilē xxxi. Sextilē & Septembrē xxx. Octobrē xxxi. Nouembrē & Decembrē xxx. Quorū quatuor maiores pleni, ceteri sex caui vocabant. Et hæc quidem fuit Romuli ordinatio. Verū cum hic numerus neq; solis cursu, nec lunæ rationibus cōueniret, & nōnunq; vsu veniret, vt frigus anni æstiuus mensibus, & cōtrā, calor hyemalis pueniret, quod vbi cōtingisset, tantū dierum sine vllō mensis nomine patiebant assumi, quantū ad id anni tēpus adduceret, quo cœli habitus instanti mēli aptus inueniretur. Quod & Seruius in Georg. his verbis: Duo, inquit, menses, ppter rationem signorū anni intercalabatur, q postea à Iano & Februo nominati sunt. Postea vero siue à Numa, vt vult Fuluius nobilior & T. Liuius, siue vt Iunius Gracchus à Tarquinio XII. facti sunt menses, & luna XII. suis mensibus CCCIIII. dies tantū videretur explere, placuit vt dies vnus abūdaret: quod aut p imprudentiā accidit, aut quod magis credit, ea supstitutione, qua impar numerus quā par plenus ac magis faustus haberi etiam ex Pythagoræ instituto creditū est: certe ad annū priorē Romuli vnus & L. dies accesserunt: qui quia menses duos non implerent, sex ijs cauis mēlibus sunt singuli detracti, & ad eos additi factiq; dies LVII. & ex ijs duo menses, Ianuarius vnderiginta, & Februarius duodetriginta dierum, atq; omnes menses pleni & impari dierū numero esse cœperunt, excepto Februario, qui solus cauis & par, & ob hoc ceteris infauitior est habitus. Sic annus habere quinq; & quinquaginta & CCC. dies cœpit. Postmodū cū etiā pspicerent temerē annū diuisum, & appareret solis meatum nō ante CCCLV. diē, abundante insuper quadrantis particula, Zodiaci cōficere decursum: vt quadrantis particulā illā & dies x. adderet, intercalariū mēse xxij. vel xxij. dierū alternis annis addere placuit, vt ciuiliis annus ad naturalē exæquaret in mense potissimū Februario inter Terminalia & Regis fugiū: qui mensis intercalarius dicebatur, & ita apud scriptores pñciatum videmus. Liuius lib. 7. de bello Macedonico, cum de Scipionis Asiatici triumpho agit: Triūphauit, inquit, mēse intercalario pridie calend. Martias. Sic & ceteri scriptores. Sed hic cōgruus locus videt vt de intercalatione agamus, vnde scilicet dicta, & quando, & quomodo, & à quibus inducta, tū demū qui hodie eius sit vsus. Intercalo igit verbum, à ἰντράλῳ verbo græco, quo priscos latinos vsos esse videmus, à quo & calēdæ, & curia Calabra deducunt, & significat interuoco, vel intercino. Liuius: Vt intercalatę pœnę vsurā habeant. Intercalabant aut, hoc est, interuocabant nominabanturve dies seu menses à Pōnifice, qui anno essent adijciendi, demēdive (variē enim traditur) vt lunaris circuitus solari cōueniret. A qua similitudine & versus intercalares dicunt, qui in poematibus intercinunt, quales sunt Theocriti, Vergilij, Catullij, & Calphurnij aliorūq;. Sic dies vel menses interiecti, vt lunæ tēpus soli congrueret, intercalares vocati, quos & Mercedinos dictos Plutarchus ait in Numa & in Cesare licet aliquādo perperā Macedonios in peruulgatis græcis & latinis exemplarib; legat. Alij intercalo, interfero vel interpono, alij exīmo interpretant, sed qua illi ratione viderint: rei enim effectum potius, quā verbi vim attendisse videntur. Quando vero, & à quibus, & quomodo inductæ sint intercalationes, diuersa ac varia diuersi, varijs etiam de causis tradidere. Nam Aegyptij, vt ab his incipiam, tricenum dierum cum omnes habeant menses, CCC. & LX. tantum anni dies habent: hinc explicitis XII. suis mensibus, id est, CCC. illis LX. diebus exactis, inter Augustū atq; Septembrē, hoc est, inter Mesori & Thoth, inter scilicet nouissimū anni sui mēsem, & sequētis primū, reliquos quinq; dies solaris circuitus anno inserūt. Quarto insuper quoq; anno, diē eodē loco intercalare, qui ex quadratibus consistit, annectunt. Hæc ferme apud Macrobiū Hōsus, cui cōsonat Bedas: sed & Herodotus, & Diodorus, itē Diō & Strabo. Hebræi quoq; cū annum, vt iā dictum est, ad lunæ cursum habeant, tertio quoque anno mensem intercalant, & XII. mensium annum constituunt, addito scilicet intercalari mense post Adar, quē nos Februariū appellamus, qui Veadar dicit ab eis, quasi tu dicas, & Adar hoc

Intercalo.

hoc

- hoc est, & Februarius. Non me præterit apud antiquos Hebræorum patres, aliam fuisse embolismi rationem ab hac longe diuersam, quam ideo missam facimus, vt ad græcam & nostram properemus. Græci quidem, vt Solinus scribit, singulis annis XI. dies & quadrantem detrahebant, eosque octies multiplicatos in annum nonum referuabant, vt contractus nonagenarius numerus, in tres menses per tricenos dies scinderetur, qui anno nono restituti efficiēbant dies CCCCXLIII. quos ἐμβολισμός vel ὑπερβολισμός, vel, vt est apud Macrobiū, ὑπερβόλιος nominabant, hoc est, interiectos, superiectos, & superuenientes. Quidam & ἐμβολισμός & ἐμβολισμοίς dicunt, & ἐμβολισμός & ὑπερβολισμός
- 10 verba, quæ intercalare & inserere significant: & ὑπερβολισμός intercalatio, vt nonnulli putant. De hac autem intercalandi ratione exactius scribit Macrobius, vt mihi quidem videtur. Intercalabant quidem, vt Glaucippus tradit, quem Macrobius & Theodorus sequuntur, vltimo anni sui mense, hoc est, ante solstitij mensem. Alium præterea apud Græcos intercalandi modum apud M. Tullium legimus, qui ita in iij. lib. in Verrem scribit: Est consuetudo, inquit, Siculorum cæterorumq; Græcorum, quod suos dies mensesq; congruere volunt cum solis lunęque ratione, vt nonnunquam si quid disereper, eximant vnum aliquem diē, aut summum biduum ex mense, quos illi ἡραιεσίμους dies nominant. Item nonnunquam vno die longiorem mensem faciunt, aut biduo. Hæc quidem M. Cic.
- 20 totidem verbis. Vocantur autem ἡραιεσίμοι, quasi tu dicas exemptiles. Sed & aliā Græcorum intercalandi rationem Herodotus ab his diuersam attulit, cuius & retro meminimus, in qua se planè Gaza non explicat. Quibus omnibus ex reb. conspiciamus, non eandem semper fuisse apud Græcos intercalandi rationem: quod & Libanius docet in eius argumento orationis Demosth. quæ κατὰ αἰδέοντων ὁ inscribitur. Idem & nostris contigit. Nam cum sepe eueniret vt nundinæ modo in anni principem diem, modo in nonas inciderent, idq; vitium perniciosum Reipub. videretur, remedium quo hoc auerteretur excogitatum est. quod intercalandi initium quando contigerit, & à quibus, variè refertur. Macer enim Licinius incercalationis originem Romulo assignauit. Antias lib. 2. Numā Pompiliū sacrorum causa id inuenisse contendit. Iunius Seruium Tullium regem primum intercalasse commemorat, à quo & nūdinās institutas Varroni placet. Tuditanus refert lib. 3. magistratum, Decemvros qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse. Cassius eosdem scribit autores. Fuluius id egisse M. Consulē dicit ab vrbe cōd. anno DLXII. inito mox bello Aetolico. Sed hoc arguit Varro, scribendo antiquissimam legem fuisse incisam in columna ærea à L. Pinario & Furio COS. cui mentio intercalaris adscribitur. Cū igitur incertum sit à quibus primum intercalatum sit, obtinuit tamen, teste Plutarcho & Liuiō, vt à Numa rege ferè credatur. Sed cum Græcorum ordinem Romanis imitari placuisset, frustra eis contigit: fugit enim eos, diem vnum additum
- 40 ad græcum numerum in honorem imparis numeri, cuius antè meminimus: quare per octennium conuenire numerus atque ardo non poterat. At cum nondum errorem comperissent, per octo annos XC. græco modo cōputabant dies, alternisq; annis binos vicanos, alternis ternos ac vicanos, atq; ita intercalationibus quatuor, XC. numerum conficiebant. Verū octauo quoq; anno dies octo illi effluebant, qui additi fuerant ad græcum numerum: quem errorem cum cognouissent, ira emendarunt. Tertio quoque octennio ita intercalandos dies dipensabant, vt non XC. sed LXVII. dies intercalarent, compensatis XXI. diebus totidem annis superadiectis ad græcorum numerum. Iam verò monstrandum videtur qui mensis intercalationi sit deputandus. quod cum in anni fine
- 50 facilius fieri conspiciamus, vt etiā Aegyptios, Hebræos & Græcos intercalare solitos iam diximus, prisca Romani, quoniam annum à Martio inceperant, Februarium intercalationi, quod is esset vltimus anni, deputarunt, inter Terminalia & Regis fugiū, ne scilicet sacra impediretur. licet Ouid. Terminalia nono

calend. & Regis fugium VII. calen. Martias constituere videatur. Rectius ergo Bedas & alij qui hoc V. illa VII. calen. celebrata asserunt. Quare post XXIII. Februarij diem intercalabant: deinde, vt & nos hoc tempore de bissexto die facimus, post intercalationem reliquos Februarij mensis dies, qui erant quinque, subiungebant, vetere ea religione, vt Macrobius credit, vt Februarium omnino Martius sequeretur. Quam rationem cum & nostri pontifices hoc tempore per manus traditam obseruent, Astrologi quidam negocium sibi fieri non paruum aiunt, cum Februarius amplius non sit anni finis: nosq; in Decembris fine potius intercalare debere. Sed tamen Rituales nostri antiquam malunt, quam horum normam sequi. Atque hactenus quidem de vetere intercalandi ratione. Verum, inquit Macrobius, tempus fuit cum propter superstitionem intercalatio omnis esset omissa: vnde, ait Censorinus, Pontificib. datum esse negocium, eorumq; arbitrio intercalandi rationem permissam, vt delictum corrigeretur. Sed horum pleriq; ob odium, vel quod quis magistratu citius abiret, diuiniue fungeretur, aut publici redemptores anni magnitudine in lucro damnose essent, plus minusve ex libidine intercalando rem sibi ad corrigendum mandatam vitiose deprauarunt: quod etiam Macrobius & Solinus affirmant. Quibus auctoribus planum sit, cur Caelius in familiarib. lib. 8. scribat: Leuissime Curio, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum, & pro Cesare loqui coepit, &c. Gallorum videlicet captus spolijs, vt ait Luca. poeta, & Caesaris auro. E diuerso in epistolis ad Atticum, M. Tull. Atticum rogat, ne sibi intercaletur quid: idq; nec semel facit, ne scilicet sibi prouincia prorogetur. Hoc autem intercalandi vitio adeo est aberratum, vt Caesar Dictator coactus fuerit annos ad solis cursum singulos dirigere, adhibito, vt scribit Plinius, Sosigene eius scientie perito: & ea ipsa ratio postea comperto errore correctata est, vt planius infra aperiemus, ita vt XII. annis continuis non intercalaretur, quia coeperat sidera annus morari, qui prius antecedebat. & Sosigenes ipse tribus commentationibus, quanquam diligentior ceteris, non cessauit tamen addubitare ipse semet corrigendo. haec Plinius. Macrobius vero ait, Caesarem ipsum omnem quidem hanc inconstantiam temporum vagam & adhuc incertam, in ordinem statuta definitionis coegisse, sibi annitente M. Flauio scriba, qui scriptos dies singulos ita ad Dictatorem retulit, vt & ordo eorum inueniri facillime posset, & inuento certus status perseueraret. Sed vt res planius constet, Censorini verba asseram: Adeo aberratum est, inquit, vt Caius Caesar Pont. Maxim. suo tertio, & M. Aemylj Lepidi consulatu, quod retro delictum corrigeret, duos menses intercalares dierum LXIIJ. vt scribit Dion in historia, licet alij velint LXVIJ. vel vt alij legunt LXIIJ. in mensem Nouembrem & Decembrem interponeret, cum iam mense Februario dies IJ. & XX. intercalasset, faceretque eum annum dierum CCCXLV. vel vt Macrobius scribere videtur, CCCXLIIJ. qui & hunc ipsum annum appellat confusio- nis. Solinus vero intercalares anni huius dies numerans vt exemptos ex anno, solum CCCXLIIJ. dies habuisse ait. Sed Suetonius XV. mensium hunc annum fuisse scriptum reliquit, cuius verba paulo post referemus, vrcunque Caius Caesar simul prouidit, vt tradit Censorinus, in futurum ne iterum erraretur. Nam intercalario mense sublato, annum civilem ad solis cursum formauit: itaque diebus CCCLV. addidit X. quos per septem menses, qui dies vndetricos habebant, ita distribuit, vt Ianuario & Sextili & Decembri, bini accederent: ceteris, hoc est, Aprili, Iunio, Septembri, & Nouembri, singuli: eosq; dies extremis partibus mensium apposuit, ne Nonarum aut Iduum religionem, quae statuto erat die, nouella comperendinatione corrumpere. Sed nec post Idus voluit inferre, ne feriarum quarumque violaretur indictio. Quapropter cum in septem mensibus dies singuli & triceni sint, quatuor tamen illi ita primitus instituti eo dignoscuntur, quod nonas habent septimanas, ceteri omnes reliqui quintanae. Praeterea pro quadrante diem, qui annum verum suppleturus videbatur, instituit,

vt peracto quadrienni circuitu, dies vnus, vbi mensis quondam solebat, post Terminalia intercalaretur, quod nunc bissextum vocatur. Quam omnem rationem mirum est, quam solo disticho poeta ingeniosissimus lib. iij. Fast. conclusit: ita enim ait:

Is decies senos tercentum & quinq; diebus

Iunxit, & è pleno tempora quarta die.

Hoc loco & illud addit Dion hist. libro xliij. Diem illum, inquit, qui ex quadratibus conficitur, in quartum annum computauit, sic adeò, vt horæ nisi in minimo ac tantillo discordarent; nam in MCCC. vno & sexagesimo anno, vnus est duntaxat dies intercalandus. quam quidem anni correctionem, Cæsarem ipsum comprehendisse ait, quòd in Aegypto & Alexandria sit diuersatus. Ex hoc igitur anno ita à C. Cæsare ordinato, ad suam vsque memoriam, scribit Censorinus, Iuliani anni appellabantur, qui etiam si non optimi, soli tamen ad annum naturæ adaptati sunt. De his & Tranquillus Suetonius in Cæsare: Fastos, inquit, corripuit, iam pridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, vt neque messium feriæ æstati, neque vindemiarum autumnò competere: annumque ad cursum solis accommodauit, vt CCC LXV. dierum esset, & intercalario mense sublato, vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in posterum è calend. Ianuarijs nobis temporum ratio congrueret, inter No-
 20 uembrem ac Decembrem mensẽ interiecit duos alios: fuitque is annus quo hæc constituebantur quindecim mensium cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat. Et hæc quidem Suetonius. In hoc vero Cæsar est imitatus Aegyptios, vt Macrobius & Appianus ac Dion scribunt. Hoc loco illud iure in disquisitionem à plerisque trahitur, quas M. Cic. intercalares caleñ. significare voluerit, cum in epistola ad Q. Ligarium scripsit: Ego idem tamen, ait, cum ad II. caleñ. intercalares priores rogatu fratrum tuorum venissem mane ad Cæsarem. & reliqua. Quo loco etiam notandum est Ciceronem ad II. calend. dixisse, non pridie caleñ. vt gràmatici præcipiunt. priores vero intercalares dixit, quòd duos menses intercalares Cæsar addiderit, vt ostendimus. Merula & in hoc elabora-
 30 uit, sed parum se explicuit: quo fit, vt illud quod subdit, frigidum sit, & præcipue cum Leonardum Aretinum taxat, qui in sua Ciceronis vita scripserit, quod accedente ad C. Cæsarem Cicerone dicturo pro Q. Ligario orationem, Cæsarem ad amicos conuersum dixisse: Reum quidem Ligarium damnare certum est, nihil tamen prohibet Ciceronem audire; quo mox agente causam, Cæsarem propositum mutasse, Ligariumque absoluisse. & c. nam & hanc ipsam historiam non Aretinus tantum, sed & Plutarchus recitat. quare falsum id totum videtur, quod in Leonardum Merula, & in ea parte epistolæ Ciceronis conscribit. Sic etiam cum Celli Iurisconsulti verba in eodem loco exponit, quæ sunt de verborum rerumque signif. Cuius verba vt hic adscribatur dignissima sunt: Cum bissextus, in-
 40 quit, calēdas est, nihil refert priore an posteriore die quis nat⁹ sit, & sic deinceps vj. calēd. eius natalis dies est: nā id biduū pro vno die habet, sed posterior dies intercalat, nō prior. Ideo quo anno intercalatū nō est, vj. calēd. natus, cū bissextus caleñ. est, priorē diem natalē habet. Cato putat mēsem intercalare additium esse, omnesque eius dies pro momēto tēporis obseruat: extremoque diei mensis Februarij attribuit Q. Mutius. Mēsis autē intercalaris cōstat ex dieb. xxix. Hactenus ille. In quib. verbis Merula sicuti iure incessit Accursiū, ita nō planè quæ à Celso afferit Catonis sententiā est interpretatus, sicuti nec Scæuolæ Budæus: quorum ideo opiniones refellere ego hoc loco prætereo, quod eas nostræ ætatis Iuriscōf. eruditissimus And. Aiciatus in suo eiusdē tituli cōmentario doctè exposuit. Por-
 50 rò quod à multis queri video, quæ dicantur calendæ intercalares, etsi res frigida videatur, quæ tamen ego obseruaui, hic paucis notabo. Calendæ igitur intercalares erant eius mensis qui intercalabatur apud Romanos post mensis Februarij diem xxij. hoc est, inter vj. & v. calend. Martij. Vnde cum Cæsar tres menses in confusionis anno intercalauit, hoc est, vnum xxij. dierum in mense Februarij,

& reliquos duos inter Nouembrem & Decembrem, omnes ipsæ tres calendæ
 intercalares fuerunt. quare patet neque Martias, quod Budæus: neque Februa-
 rias, quod multi putauere, intercalares fuisse. Vnde & hoc tempore apparet i-
 nanem eorum esse obseruationem, qui in scribendis epistolis cum bissexti annus
 est, ita scribunt: Sexto calendæ intercalares priores. & altero die, sexto calen. in-
 tercalares secundas. qui scribendi modus, licet aliquando mihi arriserit, vt & ego
 scriberem tum priores & posteriores calen. cum tamen alter tantum, hoc est, se-
 cundus intercalaretur, satis esse videtur calen. intercalares scripsisse de secun-
 do. Ecclesiasticus vero mos simpliciter pronunciat, bissexto calendæ Mar-
 tias, vnde & bissexti nomen est vsurpatum. Sanè diem, mensẽ, & annum, inter-
 calarem & intercalarium dicimus, sicut & bissextus & bissextum apud Celsum
 Iuriconsul. Macrobiũ & Censorinum. Ammianus Marcellinus diem bissexti
 infaustum esse in historia prodidit, & idcirco Valentinianus Imperator aliquan-
 do prodire in publicum noluit, vt ominosum illum euitans. Alij & bissextilem
 annum infaustum quoque dixerunt: vnde & hac tempestate fœtæ mulieres, vt omi-
 nosum & noxium expauescunt & execrantur. Quin etiam Macrobius scribit,
 quod quoties incurrente anno, dies cœpit qui adiectus est nundinis (ita enim
 ille scribit) omnis ille annus infaustis calibus luctuosus fuit, maximèque Lepi-
 diano tumultu opinio ista firmata est. Quam rem vt supersticiosam nostri nunc
 Pontifices, vt ridiculam & inanem physici damnare consueuerunt. Sed vt vnde
 digressus sum redeam, sic annis à Cæsare dispositis, per sacerdotes tamen vitium
 admissum est. Nam cum præceptum esset anno quarto vt intercalaretur dies v-
 nus, & oporteret id quarto quoque anno obseruare, antequam quintus auspica-
 ret, illi incipiente quarto intercalarunt, non desinente: sic per annos sex & xxx.
 cum lx. dies tantum sufficere debuissent, xii. sunt intercalati. Quod erratum
 deprehensum Augustus reformauit, iussitque annos xii. sine intercalatione de-
 currere, vt tres illi dies, qui vltra lx. necessarios temerè fuerant intercalati, hoc
 modo possent repensari: ex qua disciplina omnis postea temporum est fundata
 ratio, quæ ad æternam memoriã æreis tabulis incisa est: & posthac sunt anni
 Augustiani, sicut Iuliani ab Iulio, nuncupati ab Augusto. Sed & Aegyptij suos
 habuere Augustanos, vt ait Censorinus, institutos, cum in potestatem ditionem-
 que Pop. Rom. venerunt, qui tamen & alios habuerunt, quos Nectabareos vo-
 citabant, qui à primo anno imperij Νεκταβάρως regis numerabantur. Sanè, vt ne
 quid omittam, nostræ ætatis diligentiores astrologi, pro quadrante annuo inter-
 calaris diei parte, non sex, sed quinque duntaxat horas censent integras, & mun-
 ta circiter xlix. vt singulo quoque quadriennio minuta xliiii. superfluo in-
 tercalentur, quæ in spacio annorum centum & xxx. ferè diem integrum consti-
 tuant, qui quidem nimio plus satis intercaletur. Quam rem & ex parte attigit
 Theodorus, cum ait, satius esse in quadriennio vnum diem intercalare, vnumque
 cc ferme anno facere: contra Plethonem & eos scribens, qui annum ad lunæ
 quæ solis cursum dirigere maluerunt, quod tamen diuersum videtur ab eo, quod
 ex Dione historico antè notauimus. Quibus ex reb. parum constare videtur, quod est in
 Chronico ab Eusebio proditum, vel ab Hieronymo: Manifestum est, inquit, lumi-
 nibus antecedere lucem tribus diebus, in mundi scilicet exordio. Vnde videtur
 Aegyptij cæteraque gentes hoc sequentes decretum, quatuor annis impletis
 diem integrum superfluum adijcere, quem etiam bissextum nominauerunt. Nam
 cum tres dies istos computare qui sint, atque recogitare voluerimus, vnus anni
 centesimam vigesimamque partem istam esse cognoscemus: centesima autem &
 vigesima dies inuicem computata, tertia pars esse anni dignoscitur. Tertia ergo
 addita parte, annuali quadriennio dies integer completur, atque ad partium par-
 tes menses atque anni superflui computantur, quos Græci quidè embolismos vocare
 solent, Aegyptij autè exaltationes siderum, atque stabilitates appellat: imò bissextum,
 ob rememorationem lucis atque dierum & noctium, quæ luminibus triduum ante-
 cesserunt,

cesserunt, ideo quod tres dies sine autore sole processerunt. Hæc quidē illi. Quæ ideo adscribenda duxi, non quod rata putarem, sed vt ostēderem pios homines ac sanctos, quàm argutè, quibusq; rationibus nos ad pietatem & religionē inducere conentur. Verum iam nos satis de intercalatione, ad cætera quæ restant accedamus. Principium anni iam tum Romani à Numa vsq; Pompilio ab Ianuario habuerunt, cum ab ipso Ianuarius & Februarius anno menses additi fuerūt, quæ communis est opinio. Sed poeta Ouid. Fast. lib. ij. Ianuarium annum inchoasse semper dicere videtur, & Februarium aliquando terminasse, his versibus:

Sed tamen (antiqui ne nescius ordinis erres)

Primus vt est Iani mensis & antè fuit.

Qui sequitur Ianum, veteris fuit Vltimus anni.

Tu quoque sacrorum Termine finis eras.

Primus erat Iani mensis quia ianua prima est.

Qui sacer est imis Manibus, imus erat.

Postmodo creduntur spacio distantia longo,

Tempora bis quincontinuisse viri.

Decemuiros ergo hunc ordinem mutasse scribit Ouid. Plutarchus primum aut Ianuarium omnium numerari cœptum, quod primo huius mensis die, hoc est, 20 calendis, primi COS S. exactis regibus creati sunt. Hinc & postea Consules calen. ipsis Ianuarij magistratum inibant, festumque diem agebant, vt vel Herodianus in hist. tradit. Nam cum Saturnus ab Ioue pulsus, ad Ianum in Italiam venisset, ab eo hospitio susceptus latuit: vnde & nomen est Latio datum, id quoque testante poeta. Quocirca & Saturnalia ante Ianuarium agebantur, de quibus in primis Aurel. Macrobius pluribus disserit, vt alios mittam. Dein post Saturnalia anni statim principium celebrabant, vnumque quodammodo iungebant festum atque ideo biceps fuit eius dei imago, vt à quo inciperet, & in quem desineret annus. Nam quod etiam quadriceps formaretur, alia ratio est, à nobis ex vetustis autoribus aliàs relata. Cumque antiqui inuicem munera missitarent 30 in Saturnalibus, idem quoque in anni exordio factitabant: quod cum ab alijs scriptoribus, tum in primis in Commodi Cæs. vita ab Herodiano est proditum, quæ morem in strenis dādīs hodie quoque obseruant nostri. Scribit & illud Plinius, primum anni incipientis diem lætis precationibus inuicem faustum ominari solitos antiquos: id quod & hoc tempore, in curia præsertim Romana, non modò in calend. Ianuarij, sed & in solennibus Christi celebritatibus adhuc obseruari videmus. Non tamen id perpetuum fuit quod diximus, Consules calen. Ianuarij magistratum inisse: nam vt apud historicos & præcipue Liuiū videmus, aliquando calen. Sextilibus, aliquando Idibus Martij & Maij magistratum inisse legimus. Sed iam par esse videtur vt annorū vertētium exordia inuestigemus, si modò 40 id rectè ratione colligi potest. Nam cum annus veluti circulus quidā existat, qui sua per vestigia semper voluatur: quæque in orbē circūaguntur, nihil suapte natura habēt quod primū extremūve sit, nisi quod vel lege, vel consuetudine aliqua cōstitutū sit: hac ergo causa alij aliud anni principiū sit statuere. Sed tamē illi optimè vident annū, vt Plutarch. & Plethō aiūt, exordiri, qui cū sole nouo, hoc est, cū ad brumā sol peruenit, nec vltra progreditur, sed ad nos rursus regredi incipit: naturale enim id quodāmodo principiū: quo modo nos in primis Christiani, quib. contigit Christi nouæ legis natalis dies. Romani quoque, vt modo dicebam, Numa instituyente, annum inceperunt. Plerique verò ab æquinoctio verno, hoc est, à Martio mense, vt Albani, & Romani ante Numā. Item Hebræi, fatantes mundū à deo conditore ea anni parte conditū. Scribit enim Bedas in lib. de nat. XII. calē. Aprilis primū seculi diem quosdam dixisse: alios quosdā VII. quod tamē incertū esse pluribus Picus patruus in vij. lib. contra astrologos ostendit. Sed reuera duo anni principiā Hebræi habuere: alterū creationis mundi in autumno, alterum

alterum in lege à Mose descripta in vere: quam rem Hebræorum vernaculus Iosephus non ignoravit. Porro nonnulli annum inchoant à solstitio æstivali, ut Athenienses, qua in re Gaza laborat. Alij ab æquinoctio autumnali, ut Asiani, & nunc Græci. Hinc exorta est anceps quæstio quorundam mathematicorum, quale esset Olympiadum principium: quidam enim solstitio, quod id apud Græcos antiquiores esset anni exordium: alij autumnò credidere. Sed certè æstate ludj Olympici agebantur. Quin & Isaacus Argyrus, eodem autumnj tempore mundum conditum affirmat, hoc est, mense Septembri. Solinus tamen ex Aegyptiorum sacerdotum sententia, mundi natalem fuisse scribit inter XIII. calen. Augustas & undecimum diem. Extat quidam græcus libellus Isaaci, cuius hic titulus: Isaaci monachi Argyri demonstratio, quod XXX Septembris est propriè principium anni, & non aliqua alia ad hanc ipsam: in qua & de solaribus & lunaribus periodis, quas & Cyclas plures vocant, methodica causæ ratio. hoc est, ut græcè legitur: Ἰσαάκιος μοναχῶ τῷ ἀργυρῶ ἀποδείξις, ὅτι ἡ λ' τῷ ἀπριλίῳ ἐστὶ κρείσσον ἀρχὴ τῶ ἔτους, ἢ ἡ χ' ἐπὶ τοῦ πῆ ἀπὸ τοῦ πτω. γν' ἢ ἡ πδ' τῶ ἡλικίων ἢ ἀλλωϊακῶν ἀποδείξων, ἀς οἱ ἀλλοτρίοι κύνειος καὶ λῶσιγ, ἐμμείδοδ' αὐπολογία. Sunt ad hæc qui annum inchoent à Vergiliarum ortu. Alij ab earundem occasu, ut Censorinus docet, & pleriq; rerum rusticarum scriptores. Alij à Canis ortu, ut antiqui Aegyptij, qui stellam ipsam ὠδὼ vocabant, & ab eius exortu qualis futurus eo anno rerum euentus, edoceri putabant: qua de re & alia ab Horo Aegyptio prodita sunt. Sed & de anni principio Simplicius philosophus diligens Aristotelis interpres, ita lib. v. physicae auscult. Nos, inquit, facimus anni principium in solstitio æstivali, ut Athenienses: vel in autumnj æquinoctio, ut qui eam quæ nunc Asia dicitur incolunt: vel post brumam, ut Romani: vel in vernò æquinoctio, ut Arabes & Damasceeni. Hanc quidem partem Pontanus poeta in Vrania elegantissimè est executus cum de sole ageret:

*Hasq; vices pater ille deum volentibus annis
 Esse dedit, quas ipsa eterno foedere servant,
 Tam certos elementa simul retinentia nexus.
 Atque alij (horrendum) quæ brachia pandit iniqua
 Parte poli, chelasq; audacius exerit ingens
 Scorpium, hinc anni primos duxere meatus,
 Et primam fecere viam, cum partibus æquis
 Dimidium luci atq; umbris sol dividit orbem,
 Ac noctem paribus suspendit libra diebus.
 Ast alij seuæ post horrida frigora brumæ,
 Cum premit auratos nephelæi velleris artus
 Phœbus, & imbriferum redijt ver. Omnia quando
 Alma parit tellus, quando omnis germinat arbor,
 Cum viret omne nemus, resonant cum fronde arura
 Concertu volucrum vario. Et paulò post:
 Nec verò non è summo quoque culmine Cancrj,
 Quæ regnat calor ipse, & equos sol sistit anhelos,
 Extremum inuisens Aravemq; atque Ultima Thules
 Littora, carceribus positis exordia prima
 Hinc anni fecere, alacresq; egere quadrigas.
 At Numa frigoribus sub iniquum tempus, ubi ingens
 Declinat cælum:*

& cætera quæ poeticè ille est executus. His ita de anni principio à nobis expositis, nec illud prætermittendum videtur, diuersa quoq; apud nationes numerandorum annorum fuisse initia. Nam Hebræi nunc à mundi exordio, nunc à magni Nochi

- Nochi cataclysmo, nunc ab Aegypti exitu, demum vel à templo Solomonis condito vel instaurato, annorū principium agunt. Nos quoq; Christiani vario initio utimur. Nam pleriq; vt Romana curia, à natali Christi: alij à salutatione Virginis, id est, conceptione: alij à passione: alij, quæ plurima pars est, à calen. Ianuarij: alij aliter, ita vt olim Romani ab Vrbe cond. vel ab exactis regibus: Athenienses, & omnis ferme Græcia ab Olympiadibus: alij à Troicis, hoc est, Troiæ excidio: alij ab Heraclidarum descensu: Sarraceni vero & Arabes à Magmane, id est, Mahomete, quæ Mahometis Albigna sua voce dicitur: quæ, vt Campanus prodit, anno Christi DCXXI. fuit, duodecim diebus post conceptionem Christi, ita vt inter Christi conceptionē, & hanc ipsam Mahometis, profluxerint bis centies vicesies sexies mille, & nongeties tricies & duo dies, hoc est, $\frac{M}{CC}$ & $\frac{M}{XXVI}$ — DCCCC XXXII. Id est, 226932. Quo verò anno hæc ego prodebam, annus agebatur à mūdi creatione septies millies quadragies VII. hoc est, septimus millelimus quadragiesimus VII. vel vt alij, LII. à Christo verò nato M. D. XXXIX. Ista autem temporum exordia à scriptoribus Christianis æra vocantur. Latinum vocabulum esse dicere non ausim: ea tamen dictione non modo diuus Leo vsus est in epistolis, alijq; eius classis scriptores, sed & apud Ptolemæum & Theonem inuenitur: vtūtur & Chronographi & Astronomi. Sunt qui æram dictam existiment ab ære.
- 20 Nam cum Augustus Cæsar orbem iussit ad censum faciendum primum describi, æs populo Romano dari imperatum est, vnde aiunt illi nomen. Aera, inquit Nonius Marcellus, numeri est nota. Lucilius lib. xxix. Hæc est ratio peruersa, æra numeri est subducta improbe. Aera, ait Isidorus lib. vi. singulorum annorum cōstituta est à Cæsare Augusto, quando primum censu excogitato, Romanum orbem descripsit. Dicta autem est æra ex eo, quod omnis orbis æs reddere professus est respublicæ. Et de æra hæctenus. Fuit & mos ille Romanis antiquus anni signandi per clauum fixum in parietibus sacrarum ædium, cuius est mentio apud historicos, & Lium præsertim, qua de re sic Festus: Clauus, inquit, annalis appellabatur qui figebatur in parietibus sacrarum ædium per annos singulos, vt per eos numerus intelligeretur annorum. Sed satius est vt particulam ex T. Livio adscribamus, qui libro septimo ab Vrbe cond. rem hanc omnem elegantissime exponit. Repetitur, inquit, ex seniorum memoria dicitur, pestilentiam quondam clauo ab Dictatore fixo sedatam, eaque religione adductus senatus, Dictatorem clauum figendi causa dici iussit. dictus L. Manlius Imperiosus, L. Pinarium magistrum equitum dixit. Lex vetusta est priscis literis verbisque scripta, vt qui prætor maximus sit, Idibus Septembribus clauum pangat. Fixus fuit dextro lateri ædis Iouis optim. maxim. ea parte qua Mineruæ templum est: eum clauum, quia rara per ea tempora literæ erant, notam numeri annorum fuisse ferunt, eoque Mineruæ templo dicatam legem, quia numerus Mineruæ inuentum sit. Volscinijs quoque clauos indices numeri annorum fixos in templo Nortia Hetruscæ deæ comparere, diligens talium monumentorum autor Cincius affirmat. Hæc quidem Lius, qui & plura scribit, sed hæc ego tantum prore & tempore. Nomina vero temporum, hoc est, *καρπῶν ὀνόματα ἢ χρόνων*, quæ à Grecis anxie colliguntur, non hic attuli, quando sibi quisq; prout occasio tulerit, statuere poterit: vt, sesquiannus, biennium, decennium, similia. Illud iam dicendum succurrit, antequam de mensibus agamus, annum videlicet verentem à Græcis in has partes diuidi, *ἢ ἰσομήνης ἔτος, καὶ πρῶτος ἔτος ἢ ἰσ ἔτος*. Item *μεσδυτῆ ἔτος* & *ἀκμολοτῆ*, & demum *πρωσομήνης ἢ λήγοιτῆ ἔτος*. Diuiditur etiam & in quatuor tempora quæ vocantur à nostris. Hinc poeta in Georg.

Temporibusq; parem diuersis quattuor annum.

- 50 Hæc Græci tum *καρπῶν*, tum *ἄρας* vocant: nonnunquam & *ἡροπῆς*, quibus sol per diuersa cœli spacia discurrens temperat orbem, vnde & tempora dici videntur: vel quia contemperata voluntur, hyems, ver, æstas & autumnus. Quorum tem-

porum principia variè traduntur. Quidam enim hyemem incipere 1 X. calend. Decembris, alij septimo Idus Nouembris. Quidam ver octauo Calendas Martij, alij septimo Idus Februarij. Aestatem aliqui 1 X. calendas Iunij, alij septimo Idus Maij. Autumnum nonnulli esse volunt X. calen. Septembris, alij V 11. Idus Augusti. Qui rem subtilius vestigant, ipsa quatuor tempora à signis cœlestibus metiuntur. Cardo, inquit Plinius, temporum quadripartita distinctione constat, per incrementa lucis augetur, hoc est, à bruma, & æquatur noctibus verno æqui noctio in diebus XC. tribus horis: deinde superat noctes ad solstitium diebus XCIIII. horis XII. vsque ad æquinoctium autumnii: & tum æquata die procedit ex eo ad brumam diebus LXXXIX. horis tribus. Sol quidem ipse has quatuor differentias facit, bis æquata nocte diei, verno & autumno in centrum incidens terræ, octauis in partibus Arietis, ac Libræ, bis permutatis spacijs in auctū diei. Bruma in VIII. parte Capricorni, noctis vero solstitio totidem in partibus Cancræ. Nec desunt qui tempora distinguant à Vergili arū matutino vel vespertino ortu vel occasu, earundemq; meridiano vel nocturno: illis enim hyemem & æstatem, his ver & autumnum designari asserunt. Alij, teste Polluce, à fructibus, vt vindemiæ tempus, messis, & sationis vel sementis tempus: hoc est, vt ille scribit, *την γὰρ τῆς κορυφῆς ἢ ἀμυγδάλων κορυφῆς, ἢ ἀπὸ τῆς κορυφῆς*. Et aliter aliquando, vt à ventis flantibus Fauonio, Etesijs, alijsq; tum etiam interdū à reliquis stellis. Sed quid nos vetat hoc loco addere quam Damascenus libr. ij. sententiarum attulit Christianis hominibus horum quatuor temporum descriptionem: Ait enim ver, hoc est, *ἐαρινὴ ἡροπλῶ*, extendi à XXI. Martij ad usq; XXIIII. Iunij. Aestatem vero, hoc est, *ἡρην τῆς ἡροπλῶ*, à XXIIII. Iunij ad XXV. Septembris. Autumnum autem, hoc est, *μὲν πρὸς τὴν ἡροπλῶ*, à XXV. Septembris ad Decembris vsque XXV. tum demum hyemem, id est, vt ille ait, *χειμερινὴ ἡροπλῶ*, à XXV. Decembris vsq; ad XXI. Martij extendi. & cætera quæ ille scribit. Pythagoras has quatuor anni partes, quatuor hominum ætatibus comparabat: ver pueritiæ, æstatem adolescentiæ, autumnum iuuentuti, hyemem senectuti, vt Laertius scribit, & in xv. Metamorph. Ouidius. Alij cœli quatuor partibus adscribunt. Ver quippe oriētī datur, quia tunc ex terra omnia oriantur. Aestas meridiei, eò quod calore æstuq; pars ea sit flagrantior. Hyems septentrioni, quod frigoribus & perpetuo gelu torpeat. Autumnus occidenti, quod graues morbos habeat, vnde & folia ex plantis, vt ait Isidorus, defluant. Sanè hæc quatuor tempora in ternos menses discreta, ita nominantur. Primo quidem mense, ver nouum, secundo adultum, tertio præceps, quo modo vsus est Sallustius. Ita noua æstas, adulta, præceps vel extrema. Idem de reliquis, vt, extremæ sub casum hyemis. Dicimus & appetente vere, & incūte: Item alijs multis modis. His utiq; quatuor anni temporibus nostra religio per summos pontifices trium dierum ieiunia instituit, quibus & ad sacros ordines prouehimur. Sed de his iam satis: deinceps non minori studio ac diligentia de mensibus agendum.

Mensis ety
mon.

De mensibus quoniam apud Græcos legimus & Callimachum Cyrenæum gentium & nationum appellationes & vocabula scripsisse, & Lysimachiden de Atheniensium mensibus, item Io. Philadelphæum: idem ego quoque de Latinis subtilius diligentiusq; agendum mihi sum ratus. In primis ergo menses à mensura dicti, quod eadem omnes fuerint mensura: vel, vt ait M. Cicero, quia mensa spacia conficiant: vel à græca dictione potius, quæ est *μῶν*, hoc est, luna. vnde & menses ipsi *μῶν* vocantur, quod videlicet ad cursum lunæ antiqui menses agerēt. Hebræorum quoque lingua à luna vocati sunt, teste Hieronymo: vnde & naturalis vsus nationum exterarum, vt scribit Ambrosius, lunas pro diebus appellat, vt apud Hebræos XIIII. luna, & similia. Sed & eodem modo Hesiodus & Vergilius, vt nunc alios mittam. Eustathius etiam in commentarijs in Homerum, mensē bouem vocatum tradit, à lunæ cornibus. Mensis vero principium *μῶν* id est,

id est, vitulum vocat, aitq; Orpheum *μονοβότα μόχον* vocasse, rationemq; à fieri subobscuram: quia eadem de re & commentaria in Hesiodum agunt. Mensium quidē in primis duo genera sunt, naturales alij, quos vertentes Victruius vocat: alij ciuiles. Naturalium species duæ, quod partim solis, partim lunæ esse dicuntur. *Mē sum duo genera.* Secundum solem fit mensis, dum sol vnumquodque in Zodiaco orbe signum percurrit. Lunaris autem temporis quoddam spacium à noua luna ad alteram nouā lunam, quō spacio XII. permeat signa. Vnde Ouidius in Fastis:

*Sign aq; quæ longo frater percenseat anno,
Ire per hæc vno mense sororis equos.*

- 10 Ciuiles vero menses sunt numeri quidam dierum, quos vnaquæque ciuitas suo instituto obseruat, vt nos à calendis ad calend. Naturales menses sunt & antiquiores, & omniū gentium cōmunes. Ciuiles posterius sunt instituti, & ad vnamquæque pertinent ciuitatem. Qui solis sunt menses seu lunæ, non peræque inter se pares sunt, nec dies habent totos: quippe sol moratur in Aquario circiter dies vnde triginta, in Piscibus ferè XXX. in Ariete vnum & XXX. in Geminis propè XXXII. & sic in cæteris non æquali spacio. Sed vsqueadeo non totos dies in singulis, vt annum suum, id est, dies CCC LX V. & portionem nescio quam, adhuc, vt Censorinus ait, astrologis inexplorata, in XII. suos menses diuidat: tamen nostræ ætatis astronomi ea de re multa subtiliter tractant, in ijs qui de motu stellarum & cœli libris inscribuntur. Luna autem singulos suos menses conficit diebus vnde triginta circiter & dimidiato: sed & hos inter se dispares, alios longiores, alios breuiore, adeo vt verum videatur quod à Plutarcho scribitur: Sed certissimū, inquit, dierum numerum exequi non oportet, non ex eo quod parum abest à calumniā, quandoquidem vel hoc tempore, quo ad summum astrologiæ peruentum est, inæqualitas tamen temporum, mathematicorum peritiā vincit, & eorum numeros ac calculos sapissimè fallit ac fugit. Hęc ille. At ciuitatum menses vel magis numero dierum inter se discrepant, sed dies vbique habent totos. Apud Albanos Martius erat sex & XXX. dierum. Maius XXXII. Sextilis duodeviginti. September XVI. Tusculanorum Quintilis dies habebat XXXVI.
- 30 October XXXII. Idem October apud Aricinos XXXIX. Minimè videntur esse, vt Censorinus, qui ad lunæ cursum menses ciuiles accommodarunt, vt in Græcia pleriq; apud quos alterni menses ad XXX. dies facti sunt. Maiores quoque Romani idem sunt æmulati, cum annum dierum CCC LX. haberent. Sed diuus Iulius cum videret hac ratione nec ad lunam menses, vt oportebat, neq; annū ad solem conuenire, maluit annum corrigere, vt sic menses lunares cum solaribus, etsi non singuli, tamen vniuersi ad anni finem cōcurrerent. Nunc iam mensium nomina inuestigemus. Nomina decem mensibus iam tum primò Romulū fecisse Fuluius & Iunius autores sunt: & quidem duos primos à parentibus suis nominasse, Martium à Marte patre, Aprilem ab Aphrodite Venere, vnde maiores eius oriundi dicebantur. Hinc & Mars pater, qui & Mars piter, & Venus genitrix in sacris, teste Macrobio. Hinc & Lucretius Romanus suum carmen exorditur. Proximos vero duos menses idem Romulus à populo nūcupauit, Maium à maioribus, Iunium à iunioribus: quia, vt ait Seruius, antea Pop. Rom. in centurias iuniorum & seniorum diuisus erat. Cæteros autem menses ab ordine, quo erant singuli, vocauit, hoc est, Quintilem &c. ad Decembrem vsque. Varro tamen à Latinis Romanos nomina mensium accepisse arbitratus est: docet enim Martium mensem à Marte quidem denominatum, non quia Romuli pater fuerit, sed quod gens Latina bellicosa. quod idem scribit & Festus, & his versibus Ouidius:

50 *Mars Latio venerandus erat, quia presidet armis,
Arma feræ genti remq; decusq; dabant.*

Sane sciendum & alias vrbes latinas Martium mensis nomen habuisse, sed non anni primum, quod his versibus manifeste ostendit Ouidius:

Quòd si fortè vacat, peregrinos inspice fastos,
 Mensis in his etiam nomine Martis erit.
 Tertius Albanis, quintus fuit ille Phaliscis,
 Sextus apud populos Hernica terra tuos.
 Inter Aricinos Albanaq; tempora constat,
 Factaq; Telegoni moenia celsa manu.
 Quintum Laurentes, bis quintum Aequicolus acer,
 Atribus hunc vnum turba forensis habet.
 Et tibi cum proavis miles Peligne Sabinis
 Conuenit huic genti quartus vtriq; deus.
 Romulus hos omnes vt vinceret ordine saltem,
 Sanguinis auctori tempora prima dedit.

hæc poeta: At vero hoc mense matronæ seruis conuiuia proponebant, vt in Saturnalibus domini, quod Solinus & Macrobius scribunt. Calendæ etiam huius mensis, matronarum dies festus erat, quod in Horatium Prophyrtion notat super eo Sapphico:

Martij celebs quid agam calendis.

Martius Calendæ.

Martias calendas, inquit Festus, matronæ celebrabant, quod eo die Iunonis Lucinæ ædes coli cepta est. Idem & Ouid. pluribus. Seruius in viij. Aeneid. ideo ait, quod eo die pacem inter Romanos & Sabinos raptæ Sabinæ fecerunt. Idem & poeta. Martij insuper prima die ignem nouū Vestæ aræ acendebant, vt incipiente anno cura denuò seruādi nouati ignis inciperet, vt Macrobius & Solinus tradunt. Eodem quoq; ingrediente mense tam in regia curijsq; quam in Flaminum domibus laureæ veteres nouis laureis mutabantur. Hoc eodem mense publice ac priuatim ad Annam Perennam sacrificatum ibatur, vt annare & perēnare cōmodè liceret. Hoc etiam mense mercedes exolvebantur magistris, quas completus annus deberi fecerat. Comitāia auspicabantur, quæ partim ex Solino & Macrobio, partim ex Ouid. alijsq; collegimus. Nec hoc mense nubere bonum fuit, donec ancilia conderentur. vel, vt Prophyrtion tradit, quod in hoc mense de nuptijs inter Martem & Mineruam habitum fuit certamen. Mars victus, Minerua obtenta virginitate, Nerine est appellata.

Aprilis vnde

APRILIS autem dictus est, non ab ἀφρός, id est, spuma, quasi Aphrilis, vnde orta Venus creditur, vt pleriq; tradunt, & pluribus versibus contendit Ouidius, & Plutarchus in Numa: sed ab aperiendo, quod tunc ferè cuncta gignantur, & nascendi claustra aperiat natura. Idem tradit & Cintiū in libro quem de Fastis reliquit: Nullus, inquit, dies festus, nullūq; sacrificium insigne Veneri hoc mense institutum est. Sed ne quidem in carminibus Saliorum, Veneris vlla vt cæterorum cœlestium laus celebratur: quin nec sub regibus apud Romanos vel latinum vel græcum nomen fuit Veneris. Cintiū & Varro consensit, vt Macrobius docet. Verrius tamen Flaccus non negat, hoc die postea constitutum, vt matronæ Veneri sacrum facerent.

Maius vnde

MAIUM tertium mensem Romulus posuit, de cuius nomine inter autores lata dissensio est, quam eruditè Macrobius est executus. Nam Fuluius, inquit, Nobilior, in Fastis, quos in æde Herculis Musarum posuit, Romulum dicit postquam populum in maiores iuniorésque diuisit, vt altera pars consilio, altera armis remp. tueretur, in honorem vtriusq; partis, hunc maium, sequentem Iunium mensem vocasse. Sunt qui hunc mensem ad nostros fastos à Tusculanis transisse commemorant, apud quos vocabatur deus maius, qui est Iupiter, à magnitudine scilicet & maiestate dictus. Cintiū mensem nominatum putat à Maia, quam Vulcani dixit vxorem: argumentoque vitur, quod flamen Vulcanalis calendis Maijs huic deæ rem diuinam faceret. Sed Piso vxorem Vulcani maiestam, non Maiam dicit vocari. Ouidius maiestatem Honoris & Reuerentię filiam

Deus Maius Iupiter.

- filiam, mensi nomē dedisse canit. Contendunt alij Maiam Mercurij matrem mensi nomen dedisse, hinc maximè probantes, quod hoc mense mercatores omnes Maiam pariter Mercurioq; sacrificarent. Quinetiam mēsem ipsum scribit Plutarchus Mercurio sacrum fuisse. Affirmant quidam, quibus Corn. Labeo cōsentit, hanc Maiam cui mense Maio res diuina celebrabatur, terram esse, hoc adeptā nomen à magnitudine, sicut & mater magna in sacris vocabatur: assertionemq; ex estimationis suæ etiam hinc colligunt, quod sus prægnans ei mactaretur, quæ hostia est propriè terræ. Et Mercurium ideo illi in sacris adiungi dicunt, quia vox nascētī hominī terræ contactu datur. Scimus autem Mercurium vocis & sermonis potentem existimatum. autor est Cor. Labeo. Huic Maiam, id est, terram, ædem calendis Maijs dedicatā sub nomine Bonæ deæ, & eandem esse Bonā deam & terram, quod ex ipso ritu occultiore sacrorū doceri posse cōfirmat. Hæc fermè totidē verbis Aurel. Macrobius. Hoc mēse nec nubere bonū fuit, quod & Plutarchus & Ovid. ostendunt, & Porphyriō in vltima Horat. epist. cū inquit: Lemures dicti quasi Remures, à Remo, cuius cum occisi vmbra frater Romulus placare vellet, Lemuria instituit, id est, parentalia, quæ mense Maio per triduum celebrari solebāt, ante additū anno mensem Februarium: ob quam rem Maio mense nubere fuit religio. Sanè quod nō à maioribus Maius dicatur, præter ea quæ recitauimus, illud quoque argumento est, quod ante Romā conditā, autore Festo, Maij mensis nomen erat. Certè & Mesijs hic mensis Osca lingua appellatus est, vt idē ait Festus.

10
20
I V N I V S. Hic quoque mensis habet dubias in nomine causas, vt Naso canit,

Quæ placeant, positus omnibus ipse canam,

Quidam enim ab Iunone potius, quàm ab iunioribus dictū volūt, quod illo mēse Iunoni maximi haberentur honores. Quinetiam Iunonius appellabatur, vt ait Cintius apud Latinos: diuq; apud Aricinos & Prænestinos, aliōsq; hac appellatione in Fastos relatus fuit. adeo vt ita scribat Ouidius:

Inspice quos habeat nemoralis Aricia fastos,

Et populus Laurens, Lauiniumq; meum.

Est illic mensis Iunonius aspice Tybur,

Et Prænestina mœnia sacra deæ.

- 30
40
Etsicut Nisus in commentarijs Fastorum dicit, apud maiores quoq; Romanos hæc appellatio mensis diu māsit, sed post detritis quibusdā literis, ex Iunonio Iunius dictus fuit. Sed ædem Iunonis Monetæ calendis Iunijs dedicatā fuisse legimus. Festus etiam ait: Iunium mensem dictum putant à Iunone: ijdem ipsum dicebant Iunonium & Iunoniam. Agrætius vero inter antiquos grammaticos annumeratus, ab Iuuenta dea scribit, quæ Hebe græcè dicitur, Herculis vxore, Iunium mensem appellatum se in libris priscorum legisse. Idem & poeta Ouidius in Fastis, qui & hanc quoq; opinionem attulit, vocitatum scilicet mensem hunc ab cōiunctis & vnitis Sabinis & Romanis rege Romulo & Tatius. Ita enim ille,

Et lare communi generos sacerosq; receptos,

His nomen iunctis Iunius inquit habet.

Nonnulli & à Iunio Bruto denominatū putant, qui primus Romæ consul factus calen. Iunijs pulso Tarquinio rege sacrum Carnæ deæ in Cælio monte voti reus fecit: quæ dea vitalibus humanis præesse credebatur ab eaq; petebatur, vt iecino ra & corda, quæq; intrinsecus sunt viscera, salua conseruaret. Alia, vt puto, fabulose addit Ouid. Huic vero deæ pulte fabacia & larido sacrificabatur, & calendæ ipsæ Iuniam, Fabariam dicebantur.

- 50
Q V I N T I L I S dictus fuit, quod loco fuerit apud Latinos quinto. Item S E X T I L I S, ac deinceps ad Decembrem, suis numeris sunt appellati. Sed de Quintili & Sextili, hoc est, Iulio & Augusto, paulò infra dicemus.

S E M P T E M B E R in tutela Vulcani fuisse legitur. Huius mensis secunda factū est bellum nauale inter Cæsarem Aug. & M. Antonium, Dion in hist. scribit, ab eoque die numerari eius monarchiam cœpisse.

OCTOBRIS quoque nomen, ut aliorum, perseverat. In Martis vero tutela esse existimabatur, unde & huic deo equus immolabatur, de quo sic in commentariis Festi legimus: October equus appellatur, qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti bigarum victricum dexterior, de cuius capite non levis contentio solebat esse inter Saburranenses & Sacrauienses, ut hi in regio pariete, illi ad turrim Mamiliam affigerent. De capite huius equi idem alibi: Panibus, inquit, redimebant caput equi immolati Idibus Octobris in campo Martio: & id sacrificium fiebat ob frugum euentum. Et equus potius quam bos immolabatur, quod hic bello, bos est frugibus pariendis aptus. Eiusdem quoque equi cauda tanta celeritate perferebatur in regiam, ut ex ea sanguis destillaret in focum participandæ rei diuinæ gratiæ. quas hostias hic quidam Marti bellico sacrari dicunt, non ut vulgus putat, quia velut supplicium de eo sumatur, quod Romani Ilio sunt oriundi, & Troiani ita effigie equi sunt capti. Hæc Festus, qui & illud ait, à multis gentibus equos immolari solitos, ut à Lacedæmonijs, Rhodijs, & Saletrinis, & ut canit poeta:

Placat equo Persis radijs Hyperiona cinctum.

Quibus ex rebus Plutarchi codices tum græcos tum latinos problematum rerum Romanarum inemendatos videmus, ubi huius celebritatis causam inquirunt: non enim Decembres Idus, sed Octobres legendum.

NOVEMBER in tutela fuit Dianæ. Apud antiquos hoc mense claudia maria dicuntur, quod etiam scribit Vegetius: & ut Plutarchus in Marcello tradit, inferiæ Gallis & Græcis defossis fiebāt. Hoc mense & Ioui epulum celebratur. quo eodem mense, si coniecturæ locus datur, putamus Vacunalia quoque celebrata: quippe Vacuna dea fuit quæ præesse vacantibus & ociosis credebatur, cui à laboribus cum vacarent agricolæ, post perceptos fructus, & agrorum cultus, per hyemem sacra faciebant. Ouid. vj. Fast.

*Nam quoque cum sunt antiqua sacra Vacunæ,
Ante Vacunales stantque sedentque focos.*

Huius deæ meminit & Horatius in epistolis:

Hæc ego dictabam post templum putre Vacunæ.

Quo loco Porphyrio: Vacuna apud Sabinos plurimum colitur dea, quæ est sub incerta specie formata: quidam Mineruam, alij Dianam putauerunt, nonnulli & Cererem esse dixerunt. Sed Varro in primo rerum diuinarum Victoriâ ait, & ea maxime eos gaudere qui sapientia vincunt.

DECEMBER in Vestæ tutela fuit, Saturnoque sacer, ut post alios pluribus Macrobius docet. Et Saturnalia celebrabantur, quibus bellum sumere nefas, à nocente pœnas exigere piaculare: apud maiores primum vno die instituta, alij tribus tradunt, ad decimumquartum calendarum Februarii: Sed postquam Caius Cæsar huic mensi duos dies addidit, decimo sexto calendarum celebrari cœpta. Macrobius quidem antiquissimum esse scribit septem diebus celebrari, idque Nouio, Mumio, & Pomponio Attellanarum probatissimis poetis adstruit.

Cæterum IANUARIUM & Februarium post Romulum additos diximus, sed nominibus iam ex Latio sumptis. Ianuarius quidem à Iano, cui attributus, nomen traxisse legimus, cui deo primò supplicabant velut parenti, à quo rerum omnium factum putabant initium. Dicitur vero esse, ut ait Sext. Pompeius, ab hiare, detracta aspiratione, uti chaos, ex eo quod χῶλον hiare. Chaos enim Hesiodus appellavit confusionem quandam ab initio, unitatem hiantem patentemque in profundum: unde & pater à Latinis quibusdam dicitur esse, & Ianus ipse Patulcius. Sed hæc satis: plura Naso poeta statim in Fastorum

rum principio. Sanè & Aeonarium Ianuarium appellatum testes sunt Theophilus & Suidas, qui & illum à Longino interpretatum tradunt, quod scilicet pater sit *ἡν ἰώνων*, hoc est, seculorum.

FEBRUARIUS autem à Februo dicitur. Februum quidem Plutonem nuncupatum ait Isidorus. Sed Censorinus, Februum, inquit, est quicquid expiat expurgatque: & Februamenta, purgamenta: item Februare, purgare, & purum facere. Februum autem non idem vsquequaque dicitur: nam aliter in alijs sacris februabatur, hoc est, purgabatur. In hoc quidem mense Lupercalibus cum Roma lustraretur, salem calidum ferebant, quem Februum appellant: unde dies Lupercalium proprie februatus, & ab eo porrò mensis Februarius vocitatus, vt Censorinus & Plutarchus scribunt. Sex. autem Pompeius: Mensis, inquit, Februarius dictus, quod tum, id est, extremo mense anni populus februaretur, hoc est, lustraretur ac purgaretur: vel ab Iunone Februata, quam alij Februaem, Romani Februlam vocant, quòd ipsi eo mense sacra fiebant, eiusque feriae erant Lupercalia, qua die mulieres februabantur à Lupercis amiculo Iunonis, id est, pelle caprina, à quarum pellicularum crepitu, Crepi Luperci dicti sunt, quam ob causam is quoque dies februatus appellabatur. Quaecunque denique purgamenti causa in quibusque sacrificijs habebantur, februa appellabantur: id vero quod purgatur, dicitur februatum. Sed cur non lepidissimi poetae ex secundo libro Fastorum versus adscribo: ita enim ille canit:

Februa Romani dixerè piamina patres,
Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.
Pontifices à rege petunt & flamine lanas,
Quis veterum lingua Februa nomen erat.
Quaeq; capit licetor domibus purgamina certis,
Torrída cum mica farrá vocantur idem.
Nomen idem ramo qui casus ab arbore pura,
Casta sacerdotum tempora frondet egit.
Ise ego Flaminiam poscentem Februa vidi,
Februa poscenti pinea virga data est.
Deniq; quodcunque est quo corpora nostra piantur,
Hoc apud intonsos nomen habebat auos.
Mensis ab his dictus, secta quia pelle Luperci,
Omne solum lustrant, idq; piamen habent:
Aut quia placatis sunt tempora pura sepulchris,
Tunc cum ferales prateriere dies.
Omne nephias, omnemq; mali purgamine causam,
Credebant nostri tollere posse senes.

Atque hætenus poeta. Historiam Suidas, si non potius fabulam, recitat, quam me apud alium quempiam legisse haud memini. Ait enim Camillum ab æmulo Februario Consule vrbe Roma eiectum fuisse: postmodum vrbe à Brenno & Gallis capta & à Camillo liberata, Camillum tum populum docuisse, quam iniquas in se Februarius iniurias exercuisset, quam ob causam Februarius scirpea tegete circumtectus, ab vrbe neruis pulsatus eiectus est, ac mensi illi cognominis dies ablati. Huius historiae fides sit penes autorem. Horum autem duodecim mensium, duorum tantum nomina mutata perseuerant. Nam Quintilis Iulius cognominatus est Caio Iulio Cesare quintum, & Marco Antonio COSS. anno Iuliano secundo, vt scribit Censorinus, Marco Antonio legem ferente, vt ait Macrobius. Vt vero Festus, deo Iulius

dictus est, quod eo mense natus Iulius fuerat. Qui vero Sextilis fuerat, C. Marco Cens. C. Asinio Gallo C O S S. in Augusti honorem dictus est Augustus, anno Augustano X X. ut est apud Censorinum. Legitur & hodie Senat. cons. quod hic ex Macrobio placet ascribere: C V M Imp. Cæsar Augustus mense Sextili & primum Consulatum inierit, & triumphos tres in urbem intulerit, & ex Ianiculo legiones deductæ secutæq; sint eius auspicia ac fidem, & Aegyptus hoc mense in potestatem Pop. Romani redacta est, finisq; hoc mense bellis ciuilib. impositus sit, atque ob has causas hic mensis huic imperio felicissimus sit ac fuerit, placuit Senatui ut hic mensis Augustus appelleretur. Item plebiscitum factum ob eandem rem, Sext. Pacuio Trib. plebem rogante. Hæc igitur duo mensium nomina, Iulij scilicet & Augusti, ad nostram permanēt memoriā. Postea etiam multi principes eodem exemplo vocabula quædam mensium mutauere, suisq; vel alienis nuncupando nominibus, quæ aut ipsi postmodum mutauerūt, aut post obitum eorum illa nomina pristina suis sunt reddita mensibus, quorum hic aliqua visum est subsignare. Tiberius quidem Cæsar post Iulium & Augustum sequentē mensem Septembrem à se Tiberium, & Octobrem Liuium appellauit. Tum Nero Aprilem Neronem, Matum Claudium, Iunium Germanicum, ut partim ex Suetonio, partim ex Corn. Tacito didicimus: atque ideo Iunium mensem ait Tacitus transmissum, id etiam testificante Orphito, qui id censuerat, quod duo iam Torquati ob scelera interfecti, infaustum Iunij nomen fecissent. Domitianus item Septembrem Germanicum, & Octobrem Domitianū vocauerat, qui menses mox Senatus decreto, ut omnis eius memoria, aboleri mandati sunt, omnique vel ære vel saxo eradi. Præterea Senatus, ut Capitolinus scribit, in honorem Antonini Pij & Faustinae, Septembrem & Octobrem Antoninum & Faustinum appellandos decreuit. Post hæc adultores in Commodi honorem, ut est à Lampridio proditum, pro Augusto Commodum, pro Septembre Herculem, pro Octobrem Inuictum, quem postea ipse Aelium nominauit: pro Nouembre Exuperatorium, pro Decembre Amazoniū, à nomine ab eo dilecti scorti Martiæ, quā in Amazone pictam diligebat: quapropter & ipse habitu Amazonico in arena Romæ aliquando processit, & eius demum arte è medio sublatus est. Sedenim Eusebius Septembrem Commodum appellatum innuit, cum Platyna Decembrem dicat. At vero Suidas xij. à Commodo menses scribit ita nuncupatos: Amazonium, Commodum, Augustum, Herculeū, Romanum, ὑπεραίροτα, id est, Exuperatorium: ἀνίκητος, hoc est, Inuictum: Πύριον, hoc est, Piū: ἄτυχον, id est, Felicem & Fortunatum: tum Lucium, Aelium, & Aureliū. Ex quib. verbis facilius intelligimus verba historiographi, quæ sunt in vita Comodi: Nominatus, inquit, Comodus inter Cæsares iij. Iduū Octobriū, quas Herculeas postea nominauit, Pudete & Pollione C O S S. Appellatus Germanicus Idib. Herculeis Maximo & Orphito C O S S. Assumptus est in omnia collegia sacerdotalia sacerdos xij. calend. Inuictas, Pisone & Iuliano C O S S. Profectus in Germaniam xij. calend. Aelias (ut postea nominauit) iisdem C O S S. Togam virilem accepit, cum patre appellatus Imp. v. calēd. Exuperatorias, Pollione iterum & Apro C O S S. Triumphauit x. calend. Ianuarias iisdem C O S S. Iterū profectus iij. Non. Commodias, Orphito iterum & Ruffo C O S S. Datus in perpetuum ab exercitu & Senatu in domo Palatina Commodiana conseruandus xj. calend. Romanas, Præsente iterum C O S. Tertio meditans de profectioe, à Senatu & populo retentus est. Vota pro eo facta sunt Nonis Pij Fusciano iterum C O S. Hætenus ille. Meminit Herodianus in historia, sed mensium nomina non adscripsit. Idem, inquit, Commodus mēsum vocabula commutauit, proque antiquis nominibus noua de suis cognominibus adhibuit, & ad Herculem in primis referbatur, cuius ipse sibi cognomen adoptasset. Tacitus quoque Imperator mensem Septembrem Tacitum de suo nomine appellari iussit, quod eo mense & natus & factus esset Imperator, ut Vopiscus in eius vita prodidit. Legimus &

Mensibus varia à diuersis nomina indita.

Carolus Magnus Imp. nomina mensibus imposuisse, quæ ideo non adscripsimus, quod barbarum quiddam & teutonicum sonant. Si quis tamen ea desideret, legat Eginardum eius olim ab epistolis, qui & hoc, & eius vitam utcunque literarum monumentis mandauit. Sanè etiam legimus antiquos mensibus singulis sua præfecisse numina. Siquidem Ianuarij tutelam, vel ut dicunt, pontificium habere Iuno credebatur: Februarij Neptunus, Martij Minerua, Aprilis Venus, Maij Apollo, Iunij Mercurius, Iulij Iupiter, Augusti Ceres, Septembris Vulcanus, Octobris Mars, Nouembris Diana, Decembris Vesta. XII. enim hos deos antiqui penates & patrios, & ut putat Varr. Vrbanos vocabant, quos Apuleius & Martianus Ennij hoc disticho commemorant:

*Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Sed & XII. hi dei celebrantur à Græcis scriptoribus, apud quos eorum crebra adeò est mentio, ut superuacaneum sit de his plura dicere: vnde & ara duodecim deorum.

Quoniam de Latinorum mensium interpretatione, & vnde nomen accepissent, abunde me dixisse sentio, non nihil & hoc loco de Atheniensium mensibus agendum videtur, ijs operæ precium facturis, qui transmarinæ eruditioni operam libenter nauant, vel quibus non adeò ocium suppetit ex varijs autorib. hæc ipsa colligere. Primum igitur Atheniensium mensium Hecatombæona dicimus, qui in nostrum Iunium ut plurimum cadit: sic, ut Hyperides & Harpocration adiunt, appellatus, quod in hoc mense plures Hecatombæ (genus id sacrificij) fierent. Sunt qui sacra hæc Ioui dicata tradant à centum, vel certè à plurimis hōibus dicta. Hecatombæa verò ipsa celebritas vocabatur. Sunt qui hunc mensem Soli dicatum velint, propter solstitium quod in eo fieri solet, & magnificum eius Atheniensium sacrificium. Sunt qui *ἡρόνιας*, hoc est, Saturnium hūc eundem nominent, quòd, ut dixi, Ioui sacer sit, ut est apud Plutarchum. Alij tamen diuersum faciunt, ut Cæcus in Hesiodi cōmentarijs, què nihil ideo vidisse putat Gaza. Plutarchi interpretes in Theseo Aprilē hunc mensem falso credidit. Dæsius, Iunius à Macedonibus dictus, ut Suidas, Psellus, Theophilus & Plutarchus in Aristide scribunt. Metagetnion secundus fuit Atheniensium mensis, qui nostro ferè Quinto

Hecatombæon
primus Athe-
niensium mensis.

responderebat. Hic, ut idem ait Hyperides in oratione quæ pro Xenippo dicta est, à sacrificij nomen accepit, quæ in Apollinis Metagetnii honore celebrantur, *μεταγέτνια* vocitata, ut Lysimachides ait in libro de Atheniensium mensibus, & Plutarchus in lib. de exilio, item Suidas. Hunc mensem Bœotij & Macedones *καρνια* seu *καρνέιον*, vtrunq; enim legimus, vocabant. Hic idem Carnius à Syracusanis dictus est, tametsi in Nicia Plutarchi interpretes Maium mensem nostrum crediderit. Hinc & Sacra Carnia, & *καρνέιον* Apollo, ut planè in Deorum cognominibus ostendimus. Boedromiona tertium Atheniensium mensium

Metagetnion.

vocitatum legimus, qui Augusto nostro conueniebat, à Boedromijs nuncupatus, quæ celebritas erat cuidam veluti excursioni similis, quæ cum acclamatione fieret, vnde & vocabulum deflexum videtur, à voce scilicet & cursu. Meminit in Philippicis Demosthenes. Philochorus & Harpocration in Iouem Xuthi filium hoc referunt, quod is multo studio opem Atheniensibus tulerit aduersus Eumolpum pugnantibus, Erechthei regis tempore: & *βοηδρομιον* aiunt significare opem præstare, & ad pugnam currere. Idem ferè Suidas. Sunt qui scribant Apollinem cognominatum *βοηδρομιον*, cuius & in Bœoticis Pausanias meminit. Plutarchus ex Hellenico Boedromia tum instituta fuisse scribit, cum Amazones Athenas Thesei tēpore inuasissent: quo in loco interpretes deceptus, Boedromiona existimat Iunium esse apud nos. Quarta huius mensis instantis, legimus à Græcis Persas superatos, quæ dies secundum Bœotios, IIII. Panemī desinentis fuisse testis est in Aristide Plutarchus, qui hanc ait huius varietatis causam neminem mirari debere, cum eos, inquit, qui diligētissimè astrorum rationem

Boedromion.

tionem

tionem tenere hoc tempore profitentur, aliud alij mensis principium & exitum agant. Hæc quidem ille. Gaza quoque ex Plutarcho in vita Camilli scribit, xx. eiusdem mensis Athenis mysteria celebrari solita: quod ut vix credam, Galeni verba faciunt quæ sunt de Elates, id est, abietis semine: Quod, inquit, tempus vocatur à Romanis September, à nobis autem Pergami Hyperberetæus, Athenis mysteria. In quibus quidem Galeni verbis non mediocris inesse videtur confusio: nam & Augustum in Septembrem, & Septembrem in Hyperberetæum commiscet, qui October potius est, ut paulò post ostendam. Sed & Demosth. in Olynth. ait mysteria Boedromione mense celebrari. Plutarchus vero in Demetrii vita, mysteria distinguit in magna & minora, ab Atheniensibusque illa celebrari mense Boedromione, hæc vero Anthesterione. Idem quoque Plutarchus in Phocionis vita: Vigesima, inquit, die Boedromionis custodia inducta est, quo scilicet die magnorum mysteriorum Athenis agebatur solennia, & Iacchus, id est, Liber pater in Eleusinem ex vrbe traſmittebatur. quo in utroque loco interpretes, Donatus videlicet Actiaolus & Lopus Florentinus, decepti sunt. & cum his Guarinus quoque, qui in Alexandro ait, Iunio mense mysteria peragi Athenis solita. Atque hæc ideo copiosius, ut ostenderem quanta esset varietas inter scriptores. Sanè T. Livijs mysteriorum dies, initiorum dies dixit, lib. primo de bell. macedonico. Mefori vero ab Aegyptijs dictus Augustus est, qui Harpocrati deo sacer erat, ut Plutarchus in lib. Iudis & Osiridis scribit: quo etiam loco ait ipsum deum symbolum habere silentij, in eiusque mensis celebritate cani solere, *ἡλῶσα τυχή, ἡλῶσα δαίμων*. hoc est, lingua fortuna, lingua dæmon. quanquam in exemplarib. Plutarchi pro Harpocrate Carpocras perperam legatur. Sed & Harpocratis Latini meminere Catullus, Varro, Seneca & Calliodorus. Mæmacterion quartus est Atheniensium mēsis, ut pluribus Gaza contendit, Septembremque nostrum ut plurimum complectitur. quidam Augustum putant. Plutarchus in Aristide à Bœotijs ait Alalcomenium vocatum fuisse, huiusque xvj. die à Platænsibus Græcis parentari, qui cōtra Persas pugnando occubissent. Val. tamen Harpocracion Mæmacteriona quintum mēsem facit, à Mæmactēque cognominari ait, quo nomine Iupiter est cognominatus. Scribit Lysimachides in lib. de mensib. Atheniensium, *μοιμολητικῷ* furore correptum ac turbidum significare, quod hyems hoc mense & aer turbari incipiat & mutationem capere. Vlpianus vero in iij. Demosth. Olynth. hunc hyemis & pluviarum mensem vocat, unde & nostri Septembrem dicunt, quia septimus est à Martio, & imbres habet. Aliqui tamen Octobrem esse existimavere. Suidas etiam ineptius, & eum secutus Nucerinus præsul, Ianuariū interpretantur. September ab Aegyptijs Thoth dictus, quo eodem nomine & Mercurius vocatur. Huius quidem xix. Aegyptij, ut Plutarchus autor est, ipsi Mercurio rem sacrā faciebāt, mellēque & ficu vescebantur, illud identidem dicentes, *ἄλκυ ἢ ἀλῆθια*. Plin. lib. 27. nat. hist. cap. xij. Tradunt, inquit, Aegyptij, mensis quē Thiatin vocant die xxvij. Augusto mense incurrente &c. Quidam eo loco putant Pliniū Thoth mensem intellexisse: ego quomodo non video, si rectè perpendantur quæ de Aegyptiorum mensibus paulò post referemus.

Mæmacterion.

Pyanepstion.
Pyanepstia
celebritas.

Eresione.

Oschophoria.

Pyanepstion sequitur, qui mensis est quintus, hoc est, October. A pyanis vero fabis Apollini sacratis dictus est. unde & Pyanepstia celebritas ipsa, quam cæteri Græci Panopstian vocant. Hæc viij. huius mensis die Apollini, ut Apollonius & Suidas tradunt, agebantur. Pyanepstia tamen ipsi potius vocanda, quam Panopstia putant: pyana enim coquuntur, & Eresione plectitur, ut ait Harpocracion. Erat autem Eresione ex sacra olea ramus alba lana coronatus, ut ait Plutarchus: nam *ἔρεων* lana est. Historiā copiose in Theseo Plutarchus est executus, quo in loco interpret hallucinari videtur: ubi enim *ὄρθον ἰσομελὲς πυανημῶν* legabatur, ipse nonas Iulias reposuit, nam eo die Theseus cum adolescentibus à Creta in urbem se recepit incolumis. quo & eodem mense Oschophoria, quasi dicas

• dicas Ramalia, celebrabantur. Idem tamen Plutarchus in lib. Iliid. & Osirid. ait, quod Arhyr apud Aegyptios est, qui Pyanepsion ab Atheniensibus dicitur, & a Bœotijs Demetrium. ex quibus verbis October cum Nouembri confunditur, eadem ratione qua paulò antè in Boedromione recitauimus. Porro *κνωπέμια* etiã
 • Pyanepsia dicebantur, quoniam *πυάνησις* prius dicebantur fabæ quàm *κνωπέμια*, vt est apud Phauorinum. Anthesterion secundum ordinem Gazæ sextus est mens
 sis, qui nostro Nouembri ex parte respondet, dictus, vt pleriq; autumant, quod prata floribus priuantur, *πρᾶ τὸ ἀνθ᾽ ὄσπῳ*. Quidam & anthesterida Dionysia & Bacchanalia interpretantur. *ἀνθ᾽ ἡστέρια* quidem Theophilus scribit Dionysia dici:
 sic enim, ait, ea Athenienses vocant: & Anthesteriona mensẽ, quoniam tunc terra florescere incipiat: vel quod in ea celebritate flores inferri solerent, vnde & prouerbiũ emanauit *δύραζι κάρῳ, ἐκ ἀνθ᾽ ἡστέρια*. hoc est, foras cares, non anthesteria. quasi dicat, Ite foras cares, non anthesteria sunt. Notissimum & illud est, Hædera post anthesteria. Thucydides in ij. ait, Limnis Baccho sacra fieri x. huius mensis. Suidas *χόσβ* hoc ipso mense xij. celebrari prodidit. Apollodorus omnem ipsam celebritatem Bacchi anthesteria vocari ait, per partes vero pithœgia, choas, & chytran. Val. autem Harpocracion ita scribit: Anthesterion octauus est Atheniensium mensis Baccho sacer, sic vocatus, vt Hister in ij. Synagoges ait, quod plurimum ex terra tum flores nascuntur. Quod si verum est, nescio quo pacto procedat ratio Gazæ, qui autumnalem mensẽ hunc constituit: plures vernalem, vt Macrobius & Philostratus, cui, vt sophistæ, parum Gaza fideat. Idem tamen Philostratus in iij. de Apollonij Thyanei vita, cū in eo ait Dionysia celebrari, autumnalem facere videtur. Certe Plutarchus in Syllæ vita in hunc propè modum scriptum reliquit: Calendis Martijs, qui dies ad Anthesterionis mensis exordium coincidit. quibus ex rebus omnibus, mihi planè non liquere pronuncio. Possideon, & Possideon à Græcis aliquando enunciatũ, à Neptuni & Palladis certamine dictus. Hyperides, vt est apud Harpocracionem, septimum hunc Atheniensium facit, quem secuti Suidas & Theophilus, Decembrem nostrum interpretantur. In hoc mense solstitium brumæ fieri scribit Plutarchus in Cæsare, & pluribus ostendit Gaza, qui & illud ait, quod quoniam hoc mense Alcyonij dies sunt, ab aliquibus auis ipsa Alcyon Possideonis appellata est. APELLÆUS à Macedonibus, ait Suidas, dictus est, & Chœac ab Aegyptijs. Iosephus quoque lib. xij. antiquit. nec semel ait mensẽ Casleu Hebræorum, APELLÆUM esse apud Macedonas. Non ferendo errore Græci quidam aguntur & Latini, qui hunc ipsum Elaphoboliona crediderunt. Porro & in hunc cadere Ianuarium testis est Plutarchus in Cæsare: instabat, inquit, solstitium brumale, in mense Ianuario instante, qui est Possideon Atheniensibus. Gamelion à Iunone vocatus, quæ nuptijs præerat. Hinc & Gamelia solennitas nuptialis. consentiunt & in hoc Demosthenes & Isæus, teste Harpocracione, & Harpocracionem secutus Suidas. Didymus Grammaticus in commentarijs in Isæum reprehenditur, quod parum rectè de hac re obseruauerit: nam quem citat Phanodemum eius rei mentionem facere, apud eum nihil inuenitur. Idem Didymus in ijs quæ in Demosthenem scripsit, Gamelion ait esse *τὴν ἐς τὸν φάτορας ἑορτῶν τῶν γυναικῶν*, hoc est, mulierum inductionem ad sodales & cōtribules: nullam licet eius quod exponit demonstrationem afferat. Hic mensis, vt ait Suidas, nostro Ianuario respondet, à macedonibus eodẽ teste Audynæus, & *ινχιῶν* dictus. Elaphebolion dictus, quod ceruorum in primis venationi sit aptus. Elaphebolia quoq; hoc mense celebrabantur. Sunt qui putent quod hoc mense cerui Dianæ sacri Elaphebolio sacrificarentur, quod Phauorinus scribit. Gaza de huius mensis ordine plura ex Thucydide & Aristotele. A Macedonibus Peritius vocatus, teste Suida & Iosepho. In nostrum Februarium cadit. Hunc, si modò Februariũ aptare velimus, tribus annis xxvij. dierum erit: quarto verò, hoc est, intercalari, xxix. diebus constabit. Munychion à Munychijs Dianæ sacris dicitur, &

Anthesteriõ

Possideon.

Gamelion.

Elapheboliõ

Munychion.

Munychia

Munychia Diana ipsa nuncupata est. Hyperides in oratione Xenophilii decimum hunc mensē facit, ut ait Harpocration. Suidas tamen hunc secundum autumat, magno, ut mihi videtur, errore. Hoc mense, ut Plutarchus scribit, xvi. Lyfander Athenis potius est. Qui Munychion & Nychion eisdem putauere, falsi sunt; nam hic quidem Ianuarius est Macedonum, ut iam dixi, Munychion vero Martio ferē nostro congruit, & à Macedonibus Distros dicitur, ab Aegyptijs Phamenoth: quod cum liquebit ex his quæ paulò post trademus, planius quoque fit ex Anacoliij verbis in lib. de Pascha, ubi ait: Est ergo in primo anno initium primi mensis, quod est xix. annorum circuli principium, secundum Aegyptios quidem mēsis Phamenoth xxvi. die, secundum Macedones Distri mensis xxii, secundum Romanos vero xi. calend. Aprilis &c. Quibus ex verbis videmus nobiscum conuenire Macedones in mensis principio, hoc est, ut idem principium Martius & Distros habeant: ab his vero iiii. diebus Phamenoth euariat. Thargelion mēsis dictus est, quod iam terra calescat, quasi $\theta\alpha\rho\gamma\epsilon\lambda\iota\omega\upsilon$. vnde & Thargelia sacra Apollinis & Dianæ, quorum meminit Hyperides in oratione pro Polyucto, & Harpocration. In his scribit Suidas, olla feminum & sacro iure plena fructuum primitias decoqui solitas. Aprili hic nostro ut plurimum cōuenit. Delij Apollinē affirmāt Thargelionis vii. natū esse. Idē Laertius in Platone, & ut idem scribit in Socrate, eiusdem priore, hoc est vii, Dianā. Sed enim mensē hunc auspiciatissimū Græcis fuisse legimus, ut pluribus est eorum historijs comprobatum. Nam & sub huius finem, hoc est, $\delta\gamma\delta\beta\chi\phi\theta\iota\nu\omicron\tau\theta$, Ilium captum affirmant, ut ex Halicarnasseo Dionysio, Ephoro & Plutarcho disputat Gaza. Quare mirum est Plutarchi interpretē deceptū in Camillo, Thargeliona putasse nostrum Februarium. Apaturia insuper sacra hoc ipso mense celebrari solita prouerbiū innuit, quod tale est, $\alpha\pi\omega\nu\beta\upsilon\alpha\pi\alpha\tau\epsilon\lambda\epsilon\alpha\epsilon\pi\alpha\nu\eta\kappa\beta\upsilon\delta\alpha\rho\gamma\mu\lambda\omega\iota\alpha$. hoc est, In Apaturia ingressus, rediit Thargeliona. Miror virum doctum in hoc prouerbio maium putasse. Thargelia quoque in Pericle Plutarchus vnam Hyadum fuisse ait, sed hoc nihil ad nos.

Thargelion.

Apaturia.

Scirophorion

Scirophorion porro vltimus est Atheniensium mensis, qui in maium nostrū cadit, dictus à Sciris, id est, umbraculis, quod hic mensis ædificationibus aptus sit. $\sigma\kappa\iota\alpha$ etiam celebritas fuit apud Athenienses, quam ex nostris quidam perperam in xij. Martij cadere existimarunt: à qua celebritate, ut plerisque placet, mensis vocatus est. Sanè qui de mensibus Atheniensium, eorumque festiuitatibus scripserunt, $\sigma\kappa\iota\phi\omicron\nu$ aiunt umbraculum fuisse, quod ex arce, hoc est, Acropoli, delatum est in locum Sciron etiam nūcupatum, vnde dicata Mineruæ mulier, & item Neptuni sacerdos & Solis prodibant. Deferebant vero qui Eteobutade vocabantur: ij nobiles fuere Athenis illustres, à Bute sacerdote prognati, ex qua familia sacerdotes seligi solebant. Erat autē symbolon hoc ædificā di, & tempus ad id instare idoneum. Colebant ad hæc Athenienses Sciriada Mineruam, quam Philochorus in j. Atthidos ait nūcupatam à quodam Sciro Eleusinio vate. Praxion vero in ij. Megaricorum à Scirone. Alij celebritatem hanc in ipso caloris & æstus vigore celebratam tradunt. Sunt & qui aliam historiam afferāt, quod Theseus ab occiso Minotauro reuersus, Mineruam ex $\sigma\kappa\iota\phi\omicron\alpha$, id est, terra vel gypso fecerit: nam sic quidam terram albam vocant. Alij à Sciro quodam Salamina inhabitante. Inuenio & pelles victimarum ex sacrificijs Iouis Milichij & Ctesij seruari solitas, quibus in umbraculorum pompa uterentur. Græcè autem eæ pelles $\delta\iota\omega\kappa\omega\delta\iota\alpha$ vocatæ sunt. Sed de ipso nomine iam satis superque attulimus. Demosthenes in oratione $\kappa\epsilon\mu\epsilon\delta\epsilon\upsilon$, decimum hunc mensē facere videtur: ut etiam notat Vlpianus, licet corruptum exemplar existimem: nam idē scribens Suidas $\delta\omega\delta\epsilon\kappa\epsilon\upsilon$ legit, id est, duodecimum. Atque hæcenus de xij. mensibus Atheniensium, in quibus plurimum laborauit Theodorus Gaza, ut ad hunc ordinem rediret. Nunc de alijs quibusdam subiungemus: nam de cūctis qui fieri posset, in tanta præsertim varietate scriptorū? Lenæon mensis à Baccho dictus.

dictus, qui Lenæus vocatur. De quo mense Theophilus & Ioannes Grammaticus, super ea Heliodi verba, *μῶνα ἢ ληναιῶνα*, Mensem autem, inquit, poeta Lenæona Ianuarium vocat, qui Lenæus ab Ionibus dictus est, quoniam Pithœgia sacra illo mense fiebant: vel quoniam Dionysij celebritas eo mense agebatur, quæ Ambrosia diceretur: sed Brumalia, inquit, vocant Romani, qui & Bacchum Brumum vocant. Fuit cum ego putarem Bromium legendum esse. Proclus vero Diadochus in eodem Heliodi loco ait à Bœotijs Lenæona vocari, cum sol in Capricornum ingreditur, idque ex Plutarcho sententia: suspicaturque ipsum Bucæron dicere, quod in eodem versu *βέδρα* ait, quod scilicet plures boues eo mense intereant.

16 Vel Hermæon, inquit, intelligit, qui post Budura est mense Gamelione, in quo ab Atheniensibus Lenæa celebrabatur. Iones quidem, ut idem Proclus scribit, Lenæona vocat. Tum & aliam sententiam subdit, Lenæona videlicet à Bœotijs sic nuncupari, quod in eo mense vina inducantur vel colligantur: hic enim mensis principium est hyemis. Alij autem sic dici existimant, quod lenæa, hoc est, velleræ ouium vel caprarum pelles sic vocentur: vel quoniam Baccho hoc mense festum faciebant, quod, ut diximus, Ambrosiam vocabant. Porro & Antiquum in ipsum Heliodum scholium Lenæona Decembrem mensem esse asserit, quæ Aegyptij Chœac, in quo quam diximus celebritatem antiqui peragebant. Atque perinde de Lenæone hæc tenus. Xanticus qui vocatur à Macedonibus, Aprilis no-

20 ster esse creditur, ab alijs Martius. In hoc mense, ut Socrates scribit in historia, Antiochenses sanctum Christi pascha celebrabant: ab Aegyptijs Pharmuthi vocatur teste Plutarcho in Theseo, & Suida. Iosephus quoque ita in h. antiquit. Precepit, inquit, Moyses ut sacrificium paratum haberent, essentque instructi à prima die Xantici mensis usque ad 14 qui apud Aegyptios quidem Pharmuthi, apud Hebræos autem Nisan vocatur, Macedones vero Xanticum eum appellant. Hæc ille. Sunt tamen qui hoc nomen cum afflatu scribant, hoc est, Xanthicus, & Xanthica ipsa celebritas. Ab aliquibus quoque hic mensis Hippodromion dictus est, sed hi meo iudicio falluntur: quippe si Plutarcho credimus in Camillo scribenti, à Bœotijs sic vocatur noster Iunius.

30 Hyperberetæus etiam mensis, ut alij plerique, variè refertur: quidam enim, ut ostendemus, Octobrem esse statuunt, eumque Macedonum mensem, ut Iosephus & Suidas: qui & inde proverbium factum ait de procrastinantibus moramque trahentibus, quod Hyperberetæus ultimus sit Macedonum mensium, & anni finis: quæ enim eo mense proueniunt, serotina sunt, & post legitimum tempus. Zenobius quoque Hyperberetæa eadem ratione, qua Suidas, proverbium commemorat, hoc est, de ijs quæ serotina sunt. Galenus tamen apud Pergamam patriam suam ait Hyperberetæum Septembrem esse. In decretis vero xvij. dist. de Concilio Antiocheno hæc verba recitantur: Secundum inquit, Concilium Idibus Octobris habeatur, qui dies apud Græcos Hyperberetæi mensis decimus inuenitur. Quæ verba ita exponas, quod Idus Octobris

40 cadunt intra secundam decada, id est, post decimam diem. Omnis enim mensis ut ostendemus, in tres decades diuiditur, & secunda propè decas dicitur. Bedas in lib. de natura rerum: Et canones, inquit, qui dicuntur Apostolorum, idem antiquioribus literis edocuere, ubi duodecima dies mensis Hyperberetæi, quarto Idus Octobris esse memoratur. Hæc ille. Physis seu Bysius mensis dicitur à Delphis, teste Plutarcho in græcis problematis, quæ græcè inscribuntur *κεφαλῆας καταραφή ἐλλαικῶς*, sed quis sit non declarat, tantum dicit septima eius natum Apollinem. Dies ipsa *πολύφθ* appellatur, & eadem oraculum editum. Cum ergo ex eius verbis parum constet quinam sit is mensis, eum tu Februarium, hoc est, Thargelionem, de quo paulò antè diximus, cognosces ex Diogene Laertio, qui statim in Platonis vitæ initio ita ait: Nascitur Plato, ut testis est in Chronicis Apollodorus, LXXXVIII. Olymp. v. II. Thargelionis, qua etiam die natum Apollinem Delij putant. Idem Laertius in Socratis vitæ: Nascitur, inquit, Socrates, ut ait Apollodorus in Chronicis, sub Apsephione, LXXV. II. Olymp. anno III.

Thargellionis mensis VI. quo die Iustrant Athenienses ciuitatem, Dianamq; nã tam Delij tradunt. Hęc ille. Notissimum vero est Dianam ante Apollinem in lucem æditam, quin & matri Latonæ obstetricis munus exhibuisse dum Apollinem æderet. Atq; de his hæcenus.

Supereft, vt postquam de Romanorum & Atheniensium mensibus egimus, varias quoq; gentium nomenclaturas afferamus, vt saltem ex ipsa nominum varietate non nihil legentes oblectemus, cum tot nationũ, vno quasi intuitu, mensium vocabula cõprehenderint. A Græcis verò primum exordiemur, apud quos tanta confusio, vt planè non liquere etiam Græcorum doctissimi fateantur. quã in re de solis Atheniensium mensibus adeo Theodorus Gaza vir cum græcè tũ latinè eruditissimus elaborauit, vt eorum ordinem ostenderet: id quod an rectè effecerit, ego temerè nihil statuo, quidam certè ambigunt. Sed neq; ille de alijs tot Græcorum prouincijs insulisq; quicquam attulit. Causas quidem ego tantarum varietatum eas in primis esse crediderim, quod varijs in locis & regionibus autores cum scriberent, non semper Atticis mensibus vsi sunt, nec eorum insuper ordine, varijs scilicet nationibus & prouincijs varia nomina & mensium ordines habentibus, vt in Italia quoq;, cum & eorum quidam menses à lunæ, quidam à solis cursu metirentur, vt quibus non paruum est discrimen, vt hodie quoque inter nos & Hebræos. Varia præterea annorũ principia, vt à nobis iam planè antè patefactum est, varietatem induxerunt. Aliam refert Theodorus causam quæ mihi quidem satis arridet: Romanos scilicet imperio potitos in causa fuisse, vt ordines & vocabula mutarentur: quin & pleriq; Romanis vsi sunt nominibus, atque adeo magis hac tempestate. Nam in quotquot eorum, quæ mihi vidisse cõtiguit, *μωλο γίαις*, hoc est, vt nos loquimur, Calendarijs, id est, Fastis, non eos alijs vti nominibus quàm nostris conspexi. Hoc quidem loco nomina ipsa vt in græcis plerisq; codicibus etiam vetustis distinctos offendi, tanquam in tabellis afferant. Sanè nostræ religionis qui græcè scripserunt, Macedonum potius mensibus vsi sunt, quod ea tempestate magis vulgati essent, & iam videbantur Atheniensium menses antiquati, quod & ex Synodis & Concilijs, & quidè antiquioribus, colligitur, Apostolorum scilicet, Niceni & Antiocheni. Macedonum igitur menses ego in primis recitabo. Sunt autem hi: *αἰθιωαῖος*, qui perperam ab aliquibus *αἰθωναῖος* dicitur: *πυρρίτιος*, *δύσσεος*, *ξανθικός*, siue vt alij scribunt *ξανθικός*, *ἀρτιμίσιος*, *δέσιος*, qui & vocatur *δαῖσιος* à Plutarcho in Alexandri vita. *παίσιος*, qui & *παῖσιος*, *λαῖσιος*, *γορπιαῖος*, *ὑπερβόρεταιος*, *δίσιος*, *ἀπειμαῖος*. Sunt qui eos ita commemorant, & à Decembri exordium sumunt, ob Christi videlicet diem natalem: *ἐλαφροβολιῶν*, *νυχιαῖος*, *θαργηλιῶν*, *δύσσεος*, *ξανθικός*, *ἀρτιμίσιος*, *δέσιος*, *παίσιος*, *λαῖσιος*, *γορπιαῖος*, *ὑπερβόρεταιος*, *δίσιος*. Psellus & Theophilus alijq; nonnulli Macedonũ menses esse hos aiunt, qui sunt à XII signis Zodiaci: *αἰγοκέρως*, *ἰδρυχίος*, *ἰχθίος*, *κρόσιος*, *ταυροχίος*, *διδυμῶν*, *καρκίνου*, *λειῶν*, *πάρθενου*, *ζυγίου*, *σκόρπιου*, *βροχίου*. Atheniensium vero menses à Theodoro Gaza hi feruntur, eosq; à solstitio æstiuo numerare incipit: *ἐκατομβαιῶν*, *μεταγφτηνῶν*, *βοκοδρμιῶν*, *μυγμακηνειῶν*, *παναλειῶν*, *αἰθιωαῖων*, *ποσειδιῶν*, *γαμπλιαῖος*, *ἐλαφροβολιῶν*, *μηνυχιαῖος*, *θαργηλιῶν*, *σκιροφοειῶν*, quos hoc ordine Gaza connumerat. ex Aristotelis, Theophrasti, Thucydidis, Demosthenis, Aeschinisiq; et Plutarchi sententia, laboratq; nimis vt conueniant. quo loco & illud verissimè scribit, difficillimũ esse hosce ad Romanorũ menses posse referri, id quod & causa est, vt inter autores differentia sæpe nõ parua esse videat: singuli enim Atheniensium menses inter binos Romanorũ interferunt, hoc pacto: Hecatõbeon lunij partẽ extremam, & Iulij priorẽ attingit. Sic Metagetnion, Iulij & Augusti: Boedromiõ Augusti & Septẽbris: & sic per ordinẽ de cæteris. Sed & hoc planè non perficit, qn & illi occurrunt diuersorũ loca scriptorũ, ex quib. minus solida ac rata cognoscitur doctissimi hominis diligẽtia: quo fit vt hoc loco lectorẽ admonendũ operæ precium duxerim, rem omnino difficillimã esse, Græcorũ menses Romanis comparare, vt scilicet planè cõueniãt, vt etiã Aegyptiorũ. Totius enim, mea quidem sententia,

Macedonum
menses.

Atheniensium

sententia, confusionis causa à solis & lunę differentia pendere videtur. Nam quotquot ego id tentasse vidi, hallucinatos magis minusve fuisse cōspexi. Quare meā hac in parte diligentiam requiri summopere non desidero, tantum recitabo quæ varia ac diuersa legendo comperi. Sed, vt ad institutum redeā, alij inter Græcos hos potius mēses complectuntur, atq; hoc ordine afferunt: ἐκατομβαιών, λιπαιών, κρόνιθ, βοκδορμιών, πυκνιμών, μαμακινειών, αἰθιπειών, πρσιδών ἢ ποσειδών, γαμηλιών, ἐλαφισελιών, μουσιχιών, ἀκκφοριώας. At vide quæso quanta sit Græcorum confusio. Sunt & alij qui ita distinguunt, vt Pyanepsiona dicāt Ianuariū nostrum esse, Elapheboliona Februarium, Munichiona Martium, Targeliona Aprilē, vel à floribus Anthesteriona, Scirophoriona Maium, Hecatombæona Iunium, Metagetniona Iulium, Boedromiona Augustum, Mānacteriona Septembrē, Hyperberetæum Octobrem, Gameliona Nouembrem, Posideona Decembrē. Addamus & aliarum nationum mensium nomina, quæ in Pselli aliorumq; libris inuenimus, in primisq; Cypriorum. Primus ἀφοδίσθ, ἀερογιός, αἰνός, ἰάνθ, κελσιέθ, σελιός, ἀποκρυσσεός, δημηχλάσιθ, πλινδύπατθ, ἀρχιόρις, ἐαθίθ, φραμαίθ. Bithyni vero hos suos mēses enumerant: ἡρεθ, ἔρμθ, μητρωθ, διόνυος, ἡράκλθ, δίθ, βερδιέθ, στρατήγθ, ἄεθ, πωλόπθ, ἀφοδίσθ, δημήτειθ. Cappadoces quoque hos suos habent menses: πριξ, ματὰ, ξαμθει, μεθι, ἀρμυαμάθ, ἀθβρι, πεισσία, ὠμονία, Γκοαζα, ἀρταεσι, ἀρτόθητα, vel vt in aliquibus exemplaribus comperi, ἀρμόπια. Sūt & Aegyptiorum menses hi, quos obseruauimus: τυέι, μεχίρ, φαμιώθ, φαριεθί, παχών, παύι, vel vt alij, παύρι, ἐκκφι, μεθρι, θώθ, παφι, vel vt alia est lectio, φαοθί, ἀθύρ, χυάυε vel vt alij, χιάχ, vel potius χριάχ. Certe hos Aegyptiorū mēses Isaacus Argyrus & Aetius medicus viri doctissimi qui Alexandrię versati sunt, hoc modo commemorant, ille in demonstratione quam & alibi citauimus, hic in xij. suæ medicinae volumine, sic à Septembri exordientes: Thoth, Phaophi, Athyr, Chœac, Tybi, Mechir, Phamenoth, Pharmuthi, Pachon, Payni, Epiphi, Mefori. Quo eodem modo & Bedas vir multæ lectionis, qui & ipsos ita nostris mensibus coarpat: Aegyptij, inquit, propter ocycorem lunæ discursum, mēses ad solis cursum, quod tardior sit, reduxerunt. Torh, inquit, iij. calen. Septembris. Phaophi iij. calend. Octobris. Athyr iij. calen. Nouembris. Chœac v. calen. Decembris. Tybi vj. calen. Ianuarij. Mechir vij. calen. Februarij. Phamenoth v. calen. Martij. Pharmuthi vj. calend. Aprilis. Pachon vj. calend. Maij. Pauni vij. calend. Iunij. Epiphi vij. calen. Iulij. Mefori viij. calen. Augusti, quem x. calen. Septembris die terminant, residuosque quinque dies ἐπαγομύνας vel intercalares, siue additos vocant, quibus etiam quarto quoq; anno diem sextum, qui ex quadrantibus conficitur, annectunt. Et hæc consonant his quæ antè de intercalatione docuimus. Porro si accuratè hanc Bedæ descriptionem obserues, facile quædam emendabis, quæ sunt in epistola diui Ambrosij ad Aemiliae episcopos de ratione paschatis, vbi & perperam inuersa sunt nomina quædam mensium Aegyptiorum, & alterum pro altero. Græca etiam Arati commentaria aliquando parum rectè respōdent, vt cum scribunt, Epiphi Augustum esse, cum alibi Iulium tradiderint. Extrat vero græcum epigramma incerti auctoris, in quo hoc modo mensium nomina referuntur, & quid quoque mense apud Aegyptios agatur, xij. versibus declaratur, quod lib. i. epigrammatum legitur ὄρας κημύνας. Sic autem habet, vt meis verbis referam. Incipit vero à Septembri:

Primus Thoth docuit falces inferre racemis.
 Capturamq; Phaothi dabit piscantibus amplam.
 Pleiadum sed Athyr vergentia tempora monstrat.
 Chœac cultarum segetum mox gramina pandit.
 Tybiq; purpureum consultum vestibus ornat.
 Nauisq; Mechir signat percurrere marmor.
 Ostendit Phamenoth duri fera praelia Martis.

Cypriorum
menses.Bithynorū.
Cappadociū.

Aegyptiorū

Sed Pharmuthi rosis Vernis prænuncijs extat.
 Florentesq; Pachon campos iam falcibus Urget.
 Nuncijs autumnis & fructus solet esse Payni.
 Vuam pampineus retinens maturat Epephi.
 At Nili Mesori secunda exuberat Vnda.

Hos ego, non vt cum Græcis certarem, à quorum venere quantum absim, non ignoro, sed vt ignaris vt cunq; opem ferrem, Latinos feci.

Hebræorum
 menses.

Iam verò ad Hebræorum mensis accedamus, quos illi patriâ voce Hodes nominant: nec minorem in his colligendis varietatem offendimus, quam in Græcis vel Aegyptijs. Exordiuntur autem illi bifariam, videlicet à Martio, seu potius Aprili, seu, vt verius alij dicunt, à verno æquinoctio: secundum legē latam à Mose, vel secundum mundi creationem in æquinoctio autūnali, vt ante docuimus. Nos hoc loco Mosis & legis ordinem sequamur. Primus igitur mēsis est Nisan, tum Hiar, Psethoan, Thamne, Ab, Elul, Therfi, Murionan, Casleu, Tebethi, Sabath, Adar. In alio verò peruerusto codice ita conscriptos offendi: *νοαλς, σπογὰν, ἐβραὰδ' θέρσι, ἀλβί, σαφάτ, ιαί, θαμνεί, ιούλ, μέρσθ, τυμκί, ιλαί*. Bedas quidem ipse hæc esse Hebræorum mēsium vocabula prodidit: Nisan, Iar, Siuan, Thamul, Elul, Thefri, quem ob collectionem fructuū & celeberrimas in eo festiuitates annum nouum appellat, caditq; in nostrū fermè Octobrem, & vt quidam magis volūt, in Septē-
 20
 brem: idcirco scribit Hieronymus, post collectionē frugum & torcularia, quādo decimæ deferebantur in templū, Octobrem fuisse primum mensem, & Ianuariū quartum. Tum sequitur Maresuan, Casleu, Tebeth, Sebath & Adar. Comperio tamen apud autores Adar Syrorum lingua Sabe vocari, sicuti Iar, Zio vel Zin, hoc est, Aprilem à florum splendore. Legimus & Chaldæorum, & Babyloniorū ac Hebræorum mensis ita vocari, parum voce deuia ab iam cōmemoratis: Tisri, Marthesuā, Chisleu, Teueth, Seuat, Adar, Nisan, Hyar, Siuan, Tamuz, Ab, Elul. Sed & vulgò hoc modo à Septembri, & dierum anni & mensis numero addito, commemorantur: Tisrim primus, qui & Tisri, dies xxx. Tisrim secundus, qui & Marthesuan, xxxj. hoc est anni lxj. Remiz primus xxx hoc est, xcj. Remiz se-
 30
 cundus xxxj hoc est, cxxij. Sabath vel Scebath xxxj hoc est, cliij. Adar xxvij hoc est, clxxxj. Nisan xxxj hoc est, ccxij. Idar vel Iar xxx hoc est, ccxlij. Naziran xxxj. hoc est, cclxxij. Tamuz vel Tamuz xxx hoc est, cccij. Abh vel Au xxxj hoc est, cccxxxij. Eyul vel Elul xxxj hoc est, anni summa cclxv. cum tamen secundum legem & antiquos ritus cclxij dies eorum annus habeat, & xij lunas hoc est, lunares mensis. Anno vero intercalari, qui tertio quoq; anno celebratur, xij cōtingunt lunares mensis, bisque Adar numerat, & prior quidē simplici voce Adar, hoc est, Februarius: posterior verò Veadar, hoc est, Februarius vocatur. Sanè & Nisan, & Nouorū mensem vocatū videmus, & paschatīs ceremonijs dicatū, de quo & Hieronymus in Iezechiele, & Ambrosius ad episcopos Aemilię
 40
 de Niceni concilij institutis agēs: Ipsum, inquit, mēsem Nouorū rectē custodierunt, quia in Aegypto hoc primo mense noua secantur frumenta. Hic autem mēsis & primus est secundum Aegyptiorum prouentus, & primus secundum legē, & octauus est secundum consuetudinem nostram: Indictio enim Septembri mense incipit. Octauo igitur mense calendæ Aprilis sunt. Incipit autem mensis non secundum vulgarem vsu, sed secundum consuetudinem peritorum ab æquinoctio, qui dies est xij cal. Aprilis, et finit xj cal. Maij. Hæc Ambrosius. Huius igitur mensis spaciū, vt ait Beda, propter multiuagum lunæ cursu, nunc in Martium, nunc in Aprilem cadit, nunc aliquot Maij dies occupat: sed nostro Aprilis sæpius deputatur, quia semper in eo vel incipit, vel desinit, vel etiam totus
 50
 includitur. Hoc autem tempore propter æquinoctij anticipationē, quam vocat Astrologi, cum nostro Martio concurrat. Porro qui Thamul, rectius Thamuz dicendus, quem aliqui sine afflatu proferunt, Tamuz: sic enim Hebræi & Syri

Adonin

Adonin vocant, qua de re Hieronymus: Quia, inquit, iuxta gentilem fabulam in mense Iulio Amasius Veneris & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur, eundem Iulium mensē eodem appellat nomine, & anniuersariam ei celebrant solennitatem, qua plangit à mulieribus quasi mortuus, & postea reuiuiscens canitur atque laudatur. Et quia eadem gentilitas huiusmodi fabularum, quae habent turpitudinem, interpretatur subtiliter, interfectionem & resurrectionem Adonidis planctu & gaudio prosequens, quorum alterum in feminibus, quae moriuntur in terra, alterum in segetibus quibus, mortua semina renascuntur, ostendi putat. Haec tenus Hieronymus: atque haec ideo ego, quoniam quidam, ut vidisti, Iulium, Hieronymus Iulium Tamul seu Tamuz appellant. Scribit & idem Hieronymus, Tebeth decimum Hebraeorum esse mensē, qui apud Aegyptios Tybi, apud Romanos Ianuarius. In Zachariae vero prophetia XI. mensis Sebeth dicitur, qui in Ianuarium caderet, si à Martio annus exordietur. Sed attende quae so quanta sit varietas. Innuere quoque videtur Iosephus, lib. antiquit. I. cap. 5. alia fuisse mensium vocabula antequam, ut ostendimus, sic ordinata essent: ita enim ille scribit ubi de cataclysmo agit: contigit, inquit, haec clades DC. anno natiuitatis Noe, mense secundo, qui à Macedonibus Dyo nuncupatur, ab Hebraeis autem Marachat seu Amarfuane: sic enim in Aegypto annum constituerunt. Moses autem Nisan mensē, qui est Xanticus, primum in festiuitatibus definiuit, in quo ex Aegypto Hebraeos eduxit. Nusquam enim Marachath seu Amarfuane mensium nomina cōperi, licet ideo multa volumina euoluerim, nisi forte pro Marthesuan, seu marchesuan, seu Maresuan sit positus. Idem etiam Iosephus lib. antiq. 4. ait Aaron a vi. a functum mense Hebraeorum Sedebath. Ita enim scribit: Aaron mortuus est secunda luna mensis, qui apud Athenienses quidem Hecatōbaxona, alij Mæmafteriona, apud Macedones autē Loos (non Lochos ut habent exemplaria vulgata) apud Hebraeos vero Sedebath, apud Romanos appellatur Augustus. At nostri scriptores Aaronis diem obitus calen. Quintilis fuisse scribunt: & si quis cōtenderet, Sebeth vel Seuath, qui & Sabbath, nomen esse mensis, hoc est, Ianuarij, multo teneretur errore. Idem Iosephus lib. ij. aduersus Appionem: nam duodecimus, inquit, mensis, qui apud Iudaeos Adar, apud Macedones Distros vocatur, &c. Sed huiusmodi varietates quomodo accidant, nunc haud satis quisquam prodere potest. Addam & hic breuissime Hebraeorum celebritates. In primo igitur mense legali, hoc est, Nisan, Pascha celebratur, & septem azymorum dies, quos incipiunt XIIII. die mensis vesperī. In secundo mense nulla est praecipue festiuitas. In tertio vero Pentecostes celebratur septimo die, in honorem legis acceptae. In quarto mense ieiunium fracturarum tabularum obseruatur. In quinto ieiunium desolationis urbis sanctae & templi: quae eodem die cōtigisse quidam scribunt, sub Nabuchodonosore, & postea sub Vespasiano: vnde in septimo apud Iosephum de bello Iudaico, quidam legendum putant Hau pro Augusto. In sexto mense nullā praecipue celebritatem legimus, In septimo, qui nunc Septembri, olim Octobri congruebat, propter iam allatam rationem, prima dies festum tubarum & buccinae propter Isaaci liberationem & arietis immolationē. Decima vero dies, expiationis est celebritas, quando scilicet deus ignouit populo Hebraeo vituli idololatriam. XV. autē dies festum est scenoepgiae, id est, tabernaculi, per septem dies. XXII. eiusdem mensis festum est coetus & collectae, in quo colligebantur pecuniae pro sacrificijs. Itē tertia die Godoliae ieiunium. In VIIII. mense nullum peculiare est festum. In nono, XXV. festum celebratur Encaniorum. In decimo mense, ieiunium quo Nabuchodonosor urbem obsedit, decima mensis. In vndecimo mense nullū habetur festum. In duodecimo ieiunium Hester fortis vel vr̄ne, die XV. Lege historiam Hester. Et hucusque de Hebraeis & Chaldaeis & Babylonijs sit dictum. Nunc addam & Arabum & Sarracenorū annus & menses.

Hebraeorum
celebritates.

Arabum &
Sarraceno-
rū annus &
menses.

redeunt ad primum ordinem. Habent vero menses triginta dierum sex, & xxix alteros sex, qui alternis succedunt. Et qui xxx. sunt dierum, perfecti ab eis menses dicuntur: qui xxi. imperfecti. Incipiunt autem annum ab Almuharamo, hoc est, Septēbri, qui est xxx. dierum, & perfectus. Ab eo secundus est Saphar, qui xxix. est dierum, & imperfectus: qui anni dies sunt lix. Tertius est Rabe primus, qui xxx. dierum est, & perfectus, & anni dies lxxxix. Quartus Rabe secundus xxix. dies habet, & imperfectus est, & anni dies perficit cxviiij. Quintus mensis est Gemedi primus, qui xxx. dies habet & perfectus est, & anni dies complet cxlviiij. Sextus est Gemedi secundus, xxix. dierum est, & imperfectus, & anni dies constituit clxxvij. Septimus mensis est Rage, qui xxx. dierum est, & perfectus, anni vero dies ccvij. conficit. Octauus mensis est Sahaben, qui est xxix. dierum, imperfectus, & anni dies ccxxxvj. perficit. Nonus Ramadan xxx. dierum est, & perfectus, & anni dies cclxvj. exigit. Decimus mensis est Sauer, qui xxix. est dierum, imperfectus, & anni dies complet ccxcv. Vndecimus mensis est Dulchida, xxx. dierum, perfectus, anni dies cccxxv. explet. Duodecimus Dulcheya mensis est, & xxix. dies habet, & imperfectus est, & totius anni numerum conficit, hoc est, cccliiij. Porro nec illud ignorandum est, primam horam nascentis lunæ mensis eorum initium haberi.

Perfarū menses, vocabula dierumq; numerus.

Postquam in hæc barbara diuertimus, cur non & Perfarum menses, & vocabula, numerumque dierum subiungimus? Eorum quidem annus ccc & lx. dies continet, & à Septēbri sumit exordium. Singuli menses xxx. sunt dierum. Primus est Phordimechus. Secundus Ardaimechus. Tertius Cardaimechus. Quartus Zirmechus. Quintus Mardaynus. Sextus Sarembemechus. Septimus Maheramechus. Octauus Ebenmechus. Nonus Idramechus. Decimus Dimechus. Vndecimus Behmemechus. Duodecimus Azfirdamechus.

Indorum menses & annus

Indorum vero mensium & annorum rationem hæc Q. Curtius prodidit: Menses, inquit, in quinos denos descripserunt dies. Anni plena spacia seruantur, lune cursu notant tempora, non vt plerique cum orbem sidus impleuit, sed cum se curuare cœpit in cornua: & idcirco breuiiores habent menses, qui spacium eorum ad hunc lunæ motum dirigunt. Hæc Curtius. At Bedas ita de Indis: Apud Indos, inquit, vbi est alia cœli facies, alij sunt ortus siderum, binas æstates in anno binasque messes habere perhibent, media inter illos hyeme Etetiarum flatu, nostra vero brumali: lenes ibi auras, & mare nauigabile narrant. Traduntur & his ferme similia hoc demum tempore à Lusitanis nautis, & qui in nouum, vt dicunt, orbem nauigant. Sanè par etiam est tradere & alias nationes, alia & habuisse, & nunc habere mensium vocabula. Scribit enim Strabo lib. xij. a Pharnace rege mensem denominatum, cui & templum constructum fuit in Ponticis regionibus. Idem & Arcaei mensis sacerdotium commemorat, his verbis: *ἡ δὲ τῆς τῶν Ἰα Σίβρολιών τῆς μιλῶς ἀρκαίς.* Idem & mensis Cari templum ait magna veneratione cultum apud Laodiceam & Caruros populos. Scribunt in Nemeon Pindari expositores, apud Aeginetas Delphinium a pollinem cultum, & ab eo Delphinium mensem cognominatum, in quo Hydrophoria ludii celebrabantur. Ex recitatis his colligimus sacros etiam fuisse menses aliquos. Atq; hæctenus de varia mensium appellatione, nunc de mensium diuisione subiungam.

Mensium diuiso.

Menses, vt à nostris incipiamus, in tres partes diuiduntur, in Calendas, Nonas, & Idus: idque lunæ ratione fieri auctor est Plutarchus: nam singulis mensibus omnino tres lunæ mutationes fiunt, Prima cum penitus occultatur, soli congressa. Dein cum solis radios ac lumen elapsa ab occasu incipit apparere. Postremò cum solaribus radijs illustrata, plenilunium efficit. Hæc quidem & alia Plutarchus in causis. Sed alia exquisitior lunæ diuisio, quæ etsi huic rei parum congruit, cognitioni tamen non indigna est. Est ergo quadriformis, *μωοφῆ, διχόμοσ, ἀμωίονετ* & *παραλλῶν*, hoc est, cornicularis, diuidua, gibberosa, & plena, quæ à Pindaro in Olymp. *διχόμωις μωίον* dicitur. Sed & ab hac mutatione

Lunæ diuisio.

Græci

Græci lunam *μηνω* nuncupatam volunt, quòd in vna figura nunquam permaneat, hoc est, vt illi scribunt, *μη γινώσκει ἀρίστα μείδιμ*. Alij quòd minuat, *πρὸ τὸ μείδιμ*, quòd Socrati placet apud Platonem: nam & interdum *μείδιμ* dicitur. Alij *πρὸ τὸ μείδιμ*, & per syncopen *μείδιμ* mēsem vocāt. Quare verò *αἰθλίω* dicat & *αἰθλίωια*, in Cratylo Plato docet. Porro pleniluniū magna superstitione antiquis colebatur, vnde & prouerbium *γὶ τῆ πανσελίω*, de cūctantib. & procrastinātib. Scribit Plutarchus & mulieres partu facilius in plenilunio leuari. Lucianus in libello de astrologia, Lycurgum ait Lacedæmonijs legem tulisse, in plenilunio ne prælium inirent. Sed hæc ferè præter institutum, ad nostra redeo. Primus

10 igitur mensis dies à nostris calendæ dicuntur, & Iunoni sacer erat, vt Festus ait, & in Fastis canit Ouidius:

Vendicat Ausonias Iunonis cura calendæ.

Et ideo, vt Varro docet, Laurentes Iunonem appellabant calendarem. Plutarchus in quæstionibus, mensem quidem Iunoni sacrum, annum autem Ioui, suis quibusdam argumentis affirmat. Sed non modo à Romanis calendæ colebantur, sed & numentæ à Græcis & Hebræis, vt Isidorus obseruat. Dicuntur vero calendæ *πρὸ τὸ καλῶ*, quòd est voco, vel potius quòd antiqui, vt in primo de Vitis patrum ait Varro, calendis calabatur, id est, vocabantur: etsi aliter perperam apud Nonium legitur. Nam priscis temporibus antequam facti à

20 Cn. Flauio scriba inuitis patribus in omnium notitiam proderentur, Pontifici minori hæc prouincia delegabatur, vt nouæ lunæ primum obseruaret aspectū, visamque regi sacrorum nunciaret: itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem Pontifex calabat, id est, vocabat in Capitolium plebem iuxta curiam Calabram, & quot numero dies à calendis ad nonas superessent, pronuntiabat: & quintanas quidem dicto quinquies verbo, Calo Iuno nouella: & septimanas eadem, repetito septies eodem verbo, Calo Iuno nouella, vt ait Varro: atque ideo, quòd eo die calarentur, calendæ nuncupatæ, & curia ipsa Calabra locus nuncupatus vbi id fieret. Plutarchus tamen in quæst. non à verbo *καλῶ* calendas ait vocatas, sed à particula latina quæ est *clām*, quòd tum luna *clām*

30 esset, id est lateat: qua in re & Theodorus Gaza est eum secutus. Sanè idem Plutarchus in libello, quòd non oporteat scenerari: Numeniq; vel calendæ, tametsi dies sacratissimi existunt, nefandi tamen & execrandi ab vsurarijs redduntur &c. Sed quòd vsuræ calendis & in noua luna persoluerentur, & poetæ innuunt, vt Aristophanes & Hesiodus, & noster Horatius. Porro cum Græci calendis carerent, Augustus Cæsar cum mutuum nunquam reddituros significare vellet, ad calendas græcas soluturos dicere solitus erat, vt tradit Suetonius, id quòd & post ad alia prouerbij loco vsurpatum est. Atque de calendis hæc tenus.

Nonæ nulli deo dicatæ sacræ ve fuere, ita in Fastis canente poeta: Nonarum

40 tutela deo caret. Dictæ vero Nonæ, quòd *νέα* esset luna, hoc est, noua. Sedenim nostri Nonas dictas volunt quasi nouæ initium obseruationis, quòd scilicet post visam nouam lunam Nonæ ipsæ pronuntiarentur. Et ideo quidem minor pontifex dierum numerum qui ad Nonas superessent calando prodebat, quòd post nouam lunam oportebat Nonarum die populares qui in agris essent ad urbem confluere, accepturos feriarum causas à rege sacrorum, vt quid eo mense faciendum esset scirent. Alij, vt Varro scribit, Nonas dictas arbitrantur, quòd à Nonis nouem dies essent ad Idus. Sed Tuscos tamen legimus Nonas plures habuisse: nono etenim quoque die Tusci regem suum salutabant, & de proprijs negocijs consulebant. Et de Nonis hæc tenus.

50 Iduum porro nomen ab iisdem Tuscis acceptum quoque legimus. Iis enim, vt Macrobius: vt Varro, Itus illi dicebant. Itum vero Iouis fiduciam interpretantur: quā opinionem parū receptam video. Alij à videndo derivant, quòd eo die plenior luna videri soleat, & *ἰδῶ* τῆ ἰδῶς, quòd videre significat: vel *ἰδῶ* τῆ ἰδῶς,

quòd plenam speciem luna demonstret: quam sententiam Plutarchus sequitur. Sunt etiam qui existiment Idus ab oue Idulì vocitatas, quæ omnibus Idib. apud Hetruscos à flamine immolabatur. Istius certè Idulì & Festus & Macrobius meminere: ipsi tamen Macrobio magis placet, quod idus ab iduando verbo deducantur. Est autem Iduare apud Hetruscos idem quod diuidere: is enim dies mensis diuidere videtur: vnde & vidua mulier dicitur, quasi à viro diuisa. Idus quidem omnes Ioui dicatæ fuere, vt calendæ lunoni, vt diximus. Hinc poeta in Fastis:

Idibus alba Ioui grandior agna cadit.

Quot vero dies, quot Nonas & Idus quilibet mensis habeat, etsi planius post dicemus, hoc loco tamen inconditos hos versus pro canone adscribam:

Ter denos September habet, totidemq; November,

Iulius, Aprilis: reliquis superadditur vnus.

Sit nisi bissextus, videnos Februus octo.

Prima dies mensis cuiusq; est dicta calendæ.

Sex Maius nonas, October, Iulius & Mars:

Quatuor at reliqui tenet Idus quilibet octo.

Inde dies alios omnes dic esse calendæ,

Quas retro numerans dices à mense sequenti.

Atque hæc quidem de Latinorum mensium diuisione: nunc & Græcorum addamus. 20

Græci vtique alio modo suos menses diuidunt: quanquam enim & ipsi in tres partes distribuunt, non nostro tamen more. Nam cum lunam sequantur, mensem in tres decades diducunt, & primam quidem appellat mensem consistentem: secundam vero, ad decem, vel medium: tertiam, deficientem vel terminantem. Sic enim illi, *μηνὸς ἰσαμελὴς*, & *ἐπιδέκα*, vel *μεσωτὸς*, tum demum *φθίνοντος* vel *λήγοντος* *μηνός*. Has quidem tres mensis partes Philochorus & Proclus Mineruæ sacras fuisse prodiderunt. Prima mensis dies dicitur his nominibus, *νεμελιώα*, vel *νεομελιώα*, vel *ἰσομελιώα*, à nostris nouilunium & calendæ. Secunda verò dies vsque ad decimam, à numero nuncupatur, *ἰσαμελὴς* addito, vt, *δευτὸρα ἰσαμελὴς*. Decima autem *δεκάτη* dicitur. Vndecima quidem dies *πρώτη ὑπὲρ δέκα*, vel *πρώτη μεσωτὸς μηνός*, vsq; ad XXI. diem addito numero dicitur: ipsa vero decimanona *γινώτη ἐπὶ δέκα*, vel *γινώτη ἐπὶ δεκάτη* dicta est. Tum sequitur tertia decas, id est, vigesima dies, quæ *ἐκστὴ* dicitur vel *ἐκάς*, post quam sequitur XXI. dies, quæ *πρώτη ἐπὶ ἐκαδὶ* vel *δεκάτη φθίνοντος*. Qui modus numerandi in Solonem philosophum refertur à quibusdam, qui vt luna sensim minuitur, ita & numerum desinentis mensis minuebat. Vnde & Macrobius cum de antiquorum Latinorum numerandi consuetudine ageret: Latij, inquit, veteres incolæ, quia nihil iam tum discere ab Aegyptijs licebat, ad quos nullus illis com meatus patebat, morem Græciæ in mensium numerandis diebus secuti sunt, vt retrouersum cedente numero, ab augmento in diminutionem computatio resoluta desineret: ita enim nos decimum diem, deinde nonum, & postea octauum dicimus, vt Athenienses *δεκάτη ἢ γινώτη φθίνοντος* soliti sunt dicere, & reliqua, id quod videmus obseruari ab Aristophane in Nubibus. Et vt propositum non deferam, numerant Græci vtroque modo, vt dicebamus, vsque ad XXI. diem mensis, quæ *γινώτη ἐπὶ ἐκαδὶ*, vel *δευτὸρα φθίνοντος* dicitur. Porro trigessimus dies *τριακάς*, vel *ὄνη ἢ νία* ab Atticis vocatur, hoc est, vetus & noua, scilicet luna. Verum ab hoc numerandi modo non nihil euariat Pollux. In hac autem *ὄνη ἢ νία* exactiones debitorum & vsurarum fieri solebant, vt antè docuimus. Nec illud prætereundum, hac eadem die, *ὄνη* videlicet *ἢ νία*, antiquitus xxx. prætereuntis mensis diem & sequentis primam vocitatum fuisse, hoc est, tempus illud quo delitescit luna, quod Latini tum silentem lunam, tum intermestrem, tum interlunium, vel intermensum, vel intermenstruum & coitum lunæ dixere, Græci


Græci astrologi *λωδοβυ* vocant, vt Ptolemæus, alij. Varro: Inter mensis quidem di-
 ctus, quod putabant inter prioris mensis senescentis diem & nouam lunam esse
 diem, quem diligentius Atrici *αἰλω* *ἢ* *νέων* appellarunt, ab eo quod ea die potest vi-
 deri extrema & prima luna. Gaza: Cum, inquit, hoc tempore exoleuerit vt ad lu-
 næ rationem menses dirigantur, nihil nos prohibet dicere vltimam mēsis diem
αἰλω, cum primam *νέων* & nouilunium dicamus. Plethon philosophus patrum me-
 moria celebratus, *αἰλω* xxix. mensis, *αἰλω* vero *ἢ* *νέων* xxx. putauit, id quod non esse
 dissonum suo instituto ait Gaza: qui & illud scribit, Athenienses in lunæ ratione
 parum recte in numeris conuenire. Vnde & poeta Comicus ipsam lunam ideo
 10 Atheniensib. irasci in fabula inducit, quod ad suum ipsius cursum non recte dies
 metirentur, & susq; deq; confunderēt. Scribit ad hæc Polemon, quod hæc ipsam
 diem Græci aliquando vocauerunt Demetriada, ob memoriam scilicet Demetrii
 regis. Meminit & Harpocration. Vlpianus rhetor in quadam Demosthenis ora-
 tione ait Athenienses solitos numerare vsq; ad xij. mensis diem, hoc est, *αἰδευα-*
των ἢ *δωδηνάτων*. prætereaque xij. *τεῖσιν ἐπὶ δέκα*, & deinceps minorem numerum
 præponentes maiori ad xx. vsq;: quod tamen nõ vsque adeo seruatum videmus:
 ipsamq; xx vt dictum est, vocari *εἰκάδα*, postquam *πρωτὴ εἰκάδα* ♂, & cetera, vt an-
 te propositum est, vsq; ad xxx. diem. Sanè animaduertendum apud poetas, & in
 primis Hesiodum, non planè obseruatas has numerandi figuras: quippe quod
 20 in media secunda decade ita sit solitus numerare Hesiodus, *πένδε μῆσιν* & *ἐκτω*
μῆσιν, hoc est, mediam quartam & sextam mediā, pro eo quod est, decimaquar-
 ta luna & sextadecima: id quod etiam Pollux, & in ipsum poetam vulgata com-
 mentaria obseruant. Protulit & idem poeta alia nonnulla licentia poetica, quæ
 hoc tempore parum vsitata sunt nisi penes poetas. Idem & aliquando facit Ho-
 merus, sed parcius: id enim illi nõ ex professo, vt Hesiodo, accidit. Pollux & Ple-
 thon & aliam mensis diuisionem attulere: in quatuor enim partes ita discernūt,
εἰς τὸ μὲν ἰσοπέδον, τὸ δὲ μέσων, τὸ δὲ φθίνον, ἢ *τὸ ἀπὸν ἢ* *ἐπιόν*, hoc est, instans, medium, præ-
 ceps & recedens. Sanè vt ad nostram normā menses reducerēt Græci, ita statue-
 runt, vt Possideon, Gamelson, Munychion, Scirophorion, Metagetnion, Boe-
 30 dromion, & Pyanepsion vndecim dies haberent deficientes, hoc est, *φθίνοντας*,
 quia vnum & xxx. dies habent ad nostram consuetudinem, & propterea græcè
 à Gaza *αἰδευαφθίνοι* vocantur. Reliqui vero decem tantum *φθίνοντας* habent, quia
 xxx. diebus numerantur, & ideo *δεκάφθινοι* ab eodem Gaza dicuntur: præter Ela-
 pheboliona, qui octo duntaxat *φθίνοντας* habet, & quarto quoque anno, hoc est,
 Embolimo & intercalari, nouè: atq; ideo *οκτώφθινος* & *νινέαφθινος* dictus est, vt
 apud nos Februarius. Porrò & Aegyptios eodem modo quo Græci, menses nu-
 merasse obseruauimus, id quod cū ex alijs, tū maxime ex Plutar. videmus, apud
 quē tum in Vitis, tū in lib. Isidis & Osiridis legimus, *τετακοδιδεῖ ἐπιθὶ μῆσιν*, & in
 eodem, *τῆ δὲ ὄγδοῦ φθίνοντος* *τὸ φασαθί*. Non me præterit hoc tempore alium ordinē
 40 habere, sicuti & in Armenia maiore: nam vt Indus & Iosephus scribit, Armenij
 annum in xij. menses, vt nos, diuidunt, similemq; intercalarem habent diem: sed
 diem ipsum in horas suas Lx. partiuntur, easq; ad solis aspectum interdiu cogno-
 scunt, noctu vero intuitu siderum, & stellarum. Sed quid cum nubilum est: an
 eo tempore sunt sine horarū cognitione? Et quidem hæc de varia mensium ob-
 seruatione sufficiant.

Nec à præsentī negotio fortè alienum fuerit, si de Epacta hoc loco aliquid ad-
 scripsero, quam Fortunatianus Consultus & Isidorus adiectionē vocant. *ἐπακτα* Epacta.
 quidem græcum est vocabulum, quo & nostri iam vt suo vtuntur. *ἐπάγειν* enim
 inducere est: nam lunari superexcedens solaris cursus numerus, id est, vnde-
 50 cim, inducitur & superagitur, vt soli luna conueniat. Epactas ait Isidorus per
 vndenarium numerum vsque ad tricenarium in se resolui, quas ideo Aegyptij
 adiecere, vt lunaris emensio rationi solis æquetur. Luna enim iuxta cursum
 suum xxix. semis dies lucere dinoscitur, & fiunt in annum lunarem dies cccliij.

Remanent

Epactæ inue-
niendæ ratio

remanent ad cursum anni solaris dies xj. quas Aegyptij adijciunt: vnde & Epactæ, & adiectiones vocantur. Absq; his non inuenies lunam quota sit in quolibet anno & mense & die. Continentur autem circulo decemnouenali; sed cū ad xxix Epactas prouenerunt, qui est circulus decemnouenalis, iam sequenti anno non addes super xxix vndecim, vt decem annumeres detractis xxx. sed inde reuerteris, vt vndecim pronūcies. Hactenus sermō Isidorus. Sedenim vt facilius huiusce Epactæ ratio tibi sit, & quo pacto inuenias ac vtare, sic est agendum. Anni à Christi die natali per numerum xix. diuidantur, nam totidem annis suum conficit luna circuitum: quibus sic diuisis, vnitas addenda est, quoniam eo quo Christus natus est tempore, luna vnum sui circuitum annum iam peregerat, vt Mathematici docent. Ergo cum præsens annus, quo nos hæc scribimus, millesimus sit D. xxxix ab ipso Christo nato, sic, vt diximus, si sit diuisus, nullo superabundabit: ideoq; xi. erūt Epactæ. At vero quoties numerus superat, is per vndenarium dispersiatur: quo comperto, & per tricenarium diuiso, quotquot super extabūt, Epactæ numerum constituent. Cum vero xxix, contigerit, quomodo anno superiore, quoniam is numerus, id est, xxix. parum abest à xxx, pro integro mense reputatur, nulla Epacta ideo in eo esse dicitur, quando etiā ad primum annum lunæ cursus reditum est, in quo nulla Epacta est, & prima Martij nouilunium est. Cum igitur Epactæ numerum habueris, ipsum cape, illiq; addas mensis numerum, id est, quotus is sit à Martio: tum etiā addendus eius mensis dies, cuius vis nosse lunam. Quod si inde confectus numerus non xxx excesserit, hic quantumcunq; sit, erit dierum Lunæ numerus, à noua scilicet Luna. Quam rationem vt planiorem faciam, huius instantis anni exemplo ostendam, cuius Epacta xi. Si ergo quæris quotam hodie habeamus lunam, qui dies est Idus Octobr. id est, xv. dies mensis, assume xi Epactæ numerū, dein adde numerum quotus sit Octobr. à Martio, qui octauus est, ipsum cum xi coniunge, fient xix, superadde mensis dies, quindecim videlicet, quæ summa cōficiet xxxiij, quatuor supra xxx vides: ergo quatuor dies Lunæ habemus hoc ipso die xv Octobris. Age hoc idē monstremus altero exemplo. Si quota Luna futura sit xxx eiusdem Octobr. die, hoc est, tertio KL. Nouembris, nosse velis, Epactæ numerum xj. quem diximus, concipe, tum mensis numerum, quotus sit à Martio, adde, hoc est, viij, qui numerus cum Epacta xix conficit: addito insuper xxx numerum dierum mensium, qui xlix complet, semoue xxx, tū reliquus numerus, hoc est, xix, erit Lunæ dies. Sed ne te fortassis, vt sit interdū, Epactæ numerus effugiat, hic tibi cycli figurā effinxi, qua quotānis quota futura sit Epacta edoceberis. Huius igitur anni quo hæc ipsa cōmētatur M. D. xxxix. Epactæ numerus est xi.



His ita de mensibus, curiosius fortasse expositis, reliquū est, vt de die, eiusq; differentijs ac partib. agamus. Dies quidem dictus est, à Deis, à quibus non Romani modò, sed & aliæ gentes nominauerunt, planetis sideribusque dicauerunt. Vel dies dictus à dijs, quòd diei Iupiter rector existimatus est: dijs inquam, cuius rector in numero plurium est dies, vt ostendit in primis Plutarchus ita scribens: καὶ οὐ πολλοὶ δὴ δὲ καὶ ἑστὶν ὁ θεὸς. Sunt ex nostris qui dicant, quòd Dei dies opus sit. Certè M. Varro, Ex Deo, inquit, Dies. Et alio loco: A Deo dies appellatur. Alij à dio delectunt, dium verò sub cælo lumen vocant, vt cum sub dio dicimus, quod sub diuo dici rectius docti quidam

dam affirmant. Festus diem inquit dici, quòd diuini sit operis, siue quod aer diurnus dehiscat in candorē. Diem Græci *ἡμέραν* vocant, quod, ut ait Plato, *ἡμέρασι*, id est, hominib. desiderantibus, gratulantibusq; lumē ē tenebris emicuit. Et propterea antiqui, ut idem scribit, prius *ἡμέραν* dixerunt, posteriores *ἡμέραν*, & demum *ἡμέραν*, alij tamen quasi *ἡμέραν*, hoc est, mitem & mansuetam, dictam putauere. Dies autē ut mensis & annus, partim naturalis est, partim ciuilis: Naturalis dies est tempus ab exoriente sole ad solis occasum. Atq; ideo ut puto, diem, hoc est, *ἡμέραν*, Pindarus in Olymp. Solis filiū appellat. Nox vero ab occasu solis est ad ortum, appellata quidem quod noceat, vel quòd græcè *νύξ* dicitur. Ciuilis dies, quem legitimum Isidorus vocat, tempus id est quod vno fit cœli circumactu, quo dies verus & nox continetur, ut cum dicimus aliquem dies triginta tantum vixisse, tunc enim etiam noctes intelligimus. Græci voce composita *νυκθήμερον* vocant, & sic à M. Psello in astronomicis definitur: *Νυκθήμερον δ' ἕστιν ἡ μία παλινοῦ αὐτῆς ἡμέρας κίκλου φορὰ*. Nycthemeron, inquit, est vna rursus & ipsa magni circuli latitudo, seu transitus. Huiuscemodi vero dies quatuor modis definiuntur. Alij à solis exortu ad exortum eiusdem astri statuerūt, ut Babylonij, & vulgus omne. Alij à meridie ad meridiem, ut Umbri, & qui Astrologiam profitent. Alij ab occasu ad occasum solis ipsius, ut Athenienses, & nunc Arabes. Alij à mediā nocte ad mediā noctem diem existimarunt, ut Romani sacerdotes, item Aegyptij, & Hipparchus, ut scribit Plinius. Apud Romanos quidem, ut ait Censorinus, indicio sunt sacra publica, & auspicia magistratum, quorum si quid ante mediū noctis actum esset, diei qui præterierat adscribebatur. Si quid autem post mediā noctem & ante lucem factum fuisset, eo die gestum dicebatur: qui eam sequeretur noctem. In his horis quatuor & viginti qui nascuntur, eundem diem habent naturalem: qua de re ex Varronis lib. humanarum, quem de diebus scripsit, multa quidem Gellius & Macrobius: sed plura Plutarchus in quæst. capitum Romanorum, dū causam inquirat: ita enim post allatas rationes conclusit: Quare, inquit, cum ob dictas causas ortus diei & occasus principium difficilimè capi possit, relinquatur ut medium diem, aut mediā noctem (quas *μέσσηρας*, & *αὐτὴ μεσσηρανοῦ* vocat) diei principium statuamus: potius autem secundum, hoc est, medium noctis. Fertur enim à nobis à meridie ad occasum: à mediā vero nocte ad orientem ad nos redit. & hunc ipsum, inquit Gellius, Romani ciuilem appellarunt, qui à sexta noctis hora oritur. Nostri quoq; quidam Christiani, inter quos Isidorus & Bedas, in eo qui est de nat. rerum, hanc principij diei rationem ita perscribunt: Hebræi autem & Chaldæi & Persæ diem à mane ad mane deducunt, umbrarum videlicet tempus luci supponentes: at contra Aegyptij ab occasu ad occasum. Umbri & Athenienses à meridie ad meridiem dies computabant. Hæc Bedas. Porro hoc tempore Galli Germanique, eosque sequentes nationes, à meridie ad mediā noctem, & à mediā nocte ad meridiem dies distinguunt, hoc est, 12 horis, & alteris 12 horis æquinocetialib. Sanè ante repertas horas apud Romanos, dierum diuisionem varijs modis factam esse legimus, quos breuiter subsignabimus. Scribit Censorinus nusquam 12 tabulis horas nominatas ut in alijs postea legibus, sed ante meridiem & post meridiem, quod videlicet bifariā diem meridiem discernebat. Alij diē quadripartitum censebant, & noctē si militer, quā rem militaris similitudo testat, in qua dicitur, prima vigilia, item secunda, & tertia, & quarta, quò modo & à Græcis *πρώτη φυλακή, δεύτερα φυλακή, τρίτη καὶ τετάρτη*. vel ut Homer^o ait, *πρώτη μοῖρα, & πρῶτη ἡμέρα*. Sūt & alia & diei & noctis tēpora, proprijsq; discreta nominib. quæ apud veteres tū poetas, tū historicos, alijsq; scriptores inuenim^o: ea ut rectius potero ordine suo exponā. In cipiā vero, ut Romani, à nocte mediā, quod tēpus principium & postremū diei fuerat, Græci *μεσσηρανοῦ* vocāt, & Home. *ἀμολογῶν*, ut notāt grāmatici in 3. odyss. et si alij aliter. Tēpus vero quod huic proximū fuerat, de mediā nocte vocabat, vel ut ait Macrobius mediæ noctis inclinatio. Hoc sequebat galli canere incipiunt

incipiunt: hoc à Græcis ἀλεκτροφωνία vocat, vel vt scribit Pollux, πῶδὶ ἀλεκτρούνας ὠδᾶς, vel ἀλεκτρούνας ἀδόντην. Tum post erat ἑσπέρης ὠδᾶς ὄρνιθα, & quod nostri cō-
 Conticiniū. ticiuium dixerunt, cum vel Galli, vel, vt alij tradunt, omnes mortales silent. Plautus in Asin. Redito conticiniū. Ingeniosus poeta Ouid. 7. Metamorph. partem hanc noctis muta silentia vocat, de Medea agens his versibus:

Egreditur tectis vestes induta recinctas,
 Nuda pedem, nudis humeris, infusa capillos,
 Fertq; vagos media per muta silentia noctis
 Incomitata gradus.

- Diluculum. Tum est ante lucem, & sic diluculum vocatur, id est, vt inquit Macrobius, cum incipit dignosci dies: hoc tempus id esse videtur, quod Græci dicunt ἑσπέρης ὠδᾶς γιῆς, & Homerus ἀμυλίκῳ νύκτα. Mane dicitur cum lux videtur, dictum, vt Varro ait, quod tum manat dies ab oriente: nisi potius, quod bonum antiqui dicebāt manum. Ad cuiusmodi religionem Græci quoq; cum lumen affertur solent dicere φῶς ἀγαθῶς, qui mos & apud nos ad hanc diem perseuerat. Macrobius manē ait dictum quod ab inferioribus locis, id est, à manibus exordium lucis emergat: vel quod Lanuuii in Latio mane pro bono dicebant. Hanc partem Græci communiter ὄρθρος & πῶδὶ ὄρθρος dicunt, & πῶρι & ἑως. Sole postea exorto, ad meridiē dicebant, hoc est, ad mediū diem. Tum meridies, quæ ipsa est mediæ diei pars, ad
 Meridies. quā partē nostro tēpore æra turrium sonant. Sunt qui meridiem dictum putent quod merus sit dies, id est, purus: nā meridies purior est diei pars, quia sol in medio cælo rutilat, & omnem orbem parī illustrat claritate: hanc partem Græci μεσούτης ἡμέρας, ἢ πῶδὶ μεσημβρίαν dicunt, & ἡλίου ὑπὸ κεφαλῆς ἰσαμίνος, hoc est, sole supra caput consistente. Post hæc de meridiē dicebatur, vt Censorinus ait. Macrobius tamen, inde, ait, vocatur tempus occiduum: & quod Græci δφαιῶς καλεῖται vocant. Dehinc est suprema dies, quæ serum diei dicitur: quamuis plurimi supremam post occasum solis esse existimant, quia in XII tabulis scriptum sit, Solis occasus suprema tempestas esto. De hac eadem sic Macrobius scribit: Suprema tempestas, hoc est, diei nouissimum tempus, sicut expressum est in XII tabulis. 3^o Sed postea, vt ait Censorinus, M. Plethorius Trib. Pleb. scitum tulit, in quo scriptum fuit: Prætor urbanus qui nunc est, quiq; posthac fuerit, duos lictores apud se habeto, isque supremam ad solis occasum ius inter ciues dicit. Meminit et hac de re Varro: Suprema, inquit, summum diei, id est, à supremo: hoc tempus XII tab. dicunt occasum esse solis. Sed postea lex prætoría id quoque tempus iubet esse supremum, quo prætor in comitio supremam renunciat populo. Dicitur & prima vespera, cuius Plaut. in Gurgul. meminit. Post vero supremam dicitur vesper, ante ortum scilicet eius stellæ, quam Plautus vesperuginem, Ennius, Vergilius & Catullus vesperum appellabant, quia Græci ἑσπέρης, quæ stella ante solem iubar vocatur, teste Varrone, quod sit iubata. Pacuuius: Pastor exorto
 Prima vespera. iubare, Noctis decurso itinere. Vergilius: Tum iubar exorto. Eadem à Græcis φῶσφορ. Inde porro crepusculum est, vt ait Censorinus, sic fortasse appellatum, quod res incertæ creperæ dicuntur, idque tempus noctis sit an diei incertum est. Id vocabulum sumptum ait à Sabinis Varro: Vnde, inquit, veniunt Crepusci nominati Amiterno, qui eo tempore erant nati, hoc est, crepusculo, vt
 Crepusculū. Lucij prima luce. Ab hoc tempore prima fax dicitur, vt Macrobius docet, quod lumina accendebantur. Hanc diei partem Liuius primas tenebras vocat, vt cum ait: Hannibal obuersatus eo die in foro auertendæ suspiciōnis causa, primis tenebris, vestitū forensi, ad portam cum duobus comitib; ignatis consilij est egressus. Sed quoniā in mentionem de accensis luminib; incidimus, non nihil ea de re, ex
 Prima fax. obseruatīs nostris afferre visum est, quando eius rei frequēs est mentio apud auctores. Videñ autem id sumptū à tabernarijs, qui circū plateas, iam vesperascente, lumina in tabernis accendunt. D. Hieronymus contra Luciferianos: Dum audientiam,

dientiam, inquit, & circulum, lumina iam in plateis accensa soluerent. Dionysius item Halicarn. lib. 7. & 11. accensionum luminum meminit. Item Herodotus cum alibi tum in Polymnia, hoc est, lib. 7. & cum his Censorinus, Horatius vero Flaccus epist. li. 2. prima lumina hanc diei partem appellauit, hoc ad Florū versu:

Lento Samnites ad lumina prima quælo.

De quo Samnitum prælio & sic Ennius:

E queis de manibus nox intempesta diremit.

Fuit & apud Aegyptios celebritas, quæ lucernarum accensio dicebatur, cuius ab Herodoto lib. 2. fit mentio, his propè verbis: Vbi vero ad Saim urbem ad rem facram faciendam conuenerunt, noctu sub diuo vniversi circum moenia frequētes lucernas accendunt, imbutas sale, & oleo plenas, cum multo ellychnio, quod tota ardeat nocte: cui festo nomen impositum est accensio lucernarū. Ad hunc cōuentum quicumque Aegyptiorum non iuerint obseruantes sacrificij noctem, & ipsi lucernas accendunt, neque id in Sai modo, sed etiam per vniuersam Aegyptum. Sed & apud Hebr. fuit lucernarum festum. Vnde Persius Flaccus:

Herodis venere dies, vnctaq; fenestra

Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Quo loco Probus seu Cornutus, seu quisquis ille fuit qui Persium est interpreta- tus: Obseruant, inquit, Iudæi & sabbatum, quo die lucernas accensas & violis coronatas in fenestris ponunt. Christiani quoq; in plerisq; locis hoc moris habent in quibusdam celebritatib. vt vesperi lucernas in fenestris & eminentiorib. ædium partib. collocent. Id Romæ frequentissimum. Altam præterea gentiliū celebri- tatem lucernarū designat Anneus Seneca in lib. de beata vita: Cum laurū, ait, lin- teatus senex & medio lucernarum die proferēs conclamat iratum aliquem deo- rum, concurritis. Eadem de re meminit Septimius Tertull. Cur die læto, inquit, nec laureis postes obūbramus, nec lucernis diem infringimus? Idem alibi: Quis inquit, philosophum sacrificare, aut deierare, aut lucernas meridie vanas profer- re compellit? de Christianis agens in Apolog. qui ad hæc compellebantur. Sed & Apuleius lucernam in sacris Isidis describit, hoc modo: Sacerdotum primus, inquit, lucernam claro præmicantem porrigebat lumine, non adeò nostris illis confimilem, quæ vespertinas illuminant epulas, sed aureum cymbium in medio sui patore flāmulam suscitans largiorem. & reliqua, ne longius vager. Fuit & an- tiquis lampadarum celebritas, quæ Athenis præcipue agitabatur in Ceramico, qua currentes inuicem lāpada tradebant. qua de re Grammatici plura. Quidam à Prometheo rem initium sumpsisse tradūt: hinc & Prouerbiū factum, Lampa- da tradere. Vide prouerbiorum scriptorem. Nunc in viam rediens reliquas diei partes affero. Sequitur quam primam facem diximus, quod concubinum appel- latur, cum itum est cubitum. Ennius in annalium vii. concubiam noctem voca- uit, vt docet Seruius apud Macrobiū:

Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti

Mœnia concubia, vigiliq; repente cruentant.

Sic & Cicero & alij. Exinde est intēpesta, id est, multa nox, quia nihil agi est intē- pestium. Aelius: Intempestum est, inquit, cum tempus agēdi est nullum, quod alij concubium appellarunt, quod ferè omnes tunc cubarent. Alij ab eo quod si- leretur, silentium noctis dixerunt. Dehinc ad mediā noctem dicitur, & sic me- dia nox. Atque hætenus de diei & noctis partibus, quas & Iulius Pollux in pri- mo græcè descripsit.

Nunc est à nobis afferenda longitudinis & breuitatis dierum causa, vnde ve- solstitiales & brumales dies, vnde & æquinoctiales: quæ licet ijs qui in astrono- micis periti sunt notissima videantur, breuiter tamen minus in ijs versatis, & ne quid præsentī lucubrationi deesse videatur, hic colligenda duximus. Sunt igitur dies vel naturales vel artificiales: & naturales quidem omnes vbiq; gentiū xxiiij horarum, quos hic in præsentia non quærimus, an id xxiiij. horarum spacium ali-

Concubium.

Intempesta
nox.

Media nox.

quando excedant, ut philosophi quidam & astrologi subtilius faciunt. Artificiales verò, quos & ciuiles & vulgares quidam nominant, longiores vel breuiores fiunt ex recto vel obliquo ortu vel occasu, rectè enim quàm obliquè oriens signum diutius ascendendo morari naturali ratione dicitur. Signum autem rectè oriri aiunt, quo cum maior pars æquinocctialis circuli, qui æquator ab Astrologis vocatur, oritur: obliquè verò seu pronè oriri, quo cum minor pars eiusdem circuli oritur. Ergo singulis artificialibus diebus his seu longis seu breuibus sex signa oriuntur, & noctu totidem, quæ dierum & noctium moram vel longiorem vel breuiorem faciunt. Atque ut à solstitio exordiamur, sole in Cancro existente mense Iunio, dies hac ratione longissimos fieri est manifestum, quod interdiu sex rectè signa orientur, quæ sunt ista: Cancer, in quo est Sol, & Leo, & Virgo, & Libra, & Scorpius, & Sagittarius: quæ signa cum plurimum temporis in ortu consumunt, diem extendunt, longumque efficiunt. Nox vero eodem tempore minima est, quoniam sex reliqua signa obliquis ascensibus oriuntur: ea quidem sunt, Capricornus, Aquarius, Pisces, Aries, Taurus, & Gemini. At verò e contrario causa est ut dies brumales breuissimi sint, quod sole in Capricorno, mense videlicet Decembri, sex itidem ipso die signa oriuntur obliquè à Capricorno vsq; ad Geminos: & nox eodem tempore longissima, quod reliqua sex signa ab initio Cancræ rectè habent ortu. Aequinoctialiū autem dierū causa est, quod tunc tria signa orientur obliquè, & tria æquè rectè, in die quippe & noctu similiter. Exēpli gratia: In verno æquinocctio sole in Ariete posito, interdiu Aries, Taurus & Gemini obliquè, Cancer verò, Leo & Virgo recto nascuntur ortu: pariq; modo in nocte Libra, Scorpius & Sagittarius rectè, reliqua tria obliquè oriuntur, Capricornus scilicet, Aquarius, Pisces. In Autumni aut æquinocctio sole Libræ tenente, ipsa Libra, & Scorpius, & Sagittarius rectè nascuntur, sequentia tria obliquè. At in nocte Aries, Taurus, & Gemini obliquè habent ascensum, & cætera tria rectum. Atq; hæc breuissime de dierū ac noctiū longitudine breuitateq; ex astrologorū monumentis excerpta. Quibus sic à me descriptis, facilius, ut opinor, Plinij verba intelligent, quæ sunt in eius lib. 2. nat. hist. Sol aut ipse, inquit, quatuor differentias habet, bis æquata nocte diei, Vere & Autūno in centrū incidens terræ octauis in partib. Arietis ac Libræ, bis permutatis spacijs, in auctum diei, bruma octaua in parte Capricorni: noctis vero, solstitio totidē in partib. Cancræ. In æqualitatis causa obliquitas est signiferi, cū pars æqua mūdi super subterq; terras omnibus fiat momētis. Sed quæ recta in exortu suo consurgūt signa, longiore tractu tenent lucē: quæ verò obliqua, ocyore transeunt spacio. Hæc Plin. Ex hac quoq; dierū ratione horas pro rata portione vel longiores vel breuiores esse colligim⁹: qua de re, cū de horis agemus, statuem⁹. Porro & in cæli inclinationib. quæ græcè κλίματα dicuntur, & à Pontano cliui, & in terrarū curuitate plus minūve longi sunt dies noctesq; id quod segmentorū & circularū (sic em̄ vocat Plin. parallelis) ratio ostēdit: ex ijs enim vmbrearū mensura colligit, neq; est eadem vbiq;: nā XL. circiter, vel ut longissime LX mil. pass. hæc mutant, id quod Solis vmbilicus, qui gnomon dicitur, palam facit: tamen neq; id perpetuū est signū, ut Plin. monet, & ante eum M. Varro. In primo ergo circulo æquinocctij die media vmbilicus 7. pedes longus, vmbra non amplius 1111 pedes longā reddit: noctis vero dieiq; longissima spacia horas 14. habet, breuissima ecōtrario 10 horas. in his semper æquinocctiales intelligimus. In secūdo circulo vmbilicus in æquinocctio 35 pedū, vmbra 24 pedū longam facit. Dies aut noxq; maxima 14 horarū est, accedente ijs quinta parte vnus horæ. In tertio gnomonis centū vnciarū vmbra 77 vnciarum faciunt: longissimus dies est horarū 14 atq; dimidiæ, cū 30 parte vnus horæ. In quarto circulo gnomoni 21 pedū, respondent vmbra 17 pedū: longissimus dies habet horas 14. & duas tertias vnus horæ. In quinto segmēto gnomoni septem pedes vmbra sex, magnitudo diei summa horarū 15. In sexto, gnomoni pedes nouem, vmbra 8 longissima diei spacia, horarum 15 addita ix parte vnus horæ, vel ut Nigidio

gídio ac Plin. placuit quinta. In septimo umbilico. i. gnomoni 35 pedū, vmbra 36, ita vt tamen in partē Venetiæ exequet vmbra gnomoni: amplissima dies horarum 15 & quintarū partium horarū trium. Idem ferē breuius collegit in lib. 2. nat. hist. Plin. Vmbra, inquit, in Aegypto, meridiano tempore, æquinoctij die, paulò plus quàm dimidiū gnomonis mensuram efficit. In vrbe verò Roma nona pars gnomonis deest vmbra. In Piceno, in oppido Ancona, superest quinta trigesima. In Venetiæ regione iisdem horis vmbra gnomoni par fit. Vtique varietas hæc ex cœli declinatione; qua ex causa apud Hyperboreos, dies semestri luce esse, autores tradunt, pariq; tēporē noctes: quippe quib. semel in anno solstitio soles oriant, & bruma occidunt. Idem ferē tradit Pythias Massiliensis in Thule & circumadiacentib. insulis. C. Cæsar lib. bell. Gall. v. cū in Britannia cum exercitu traiecisset, ita scribit: In hoc medio cursu est insula quæ appellat Mona, cōplures præterea minores subiectæ insulæ existimant, de quib. insulis nonnulli scripserunt dies continuos 30 sub bruma esse noctes: nos nihil de eo percunctationib. reperiebamus, nisi certis ex aqua mensuris breuiores esse quàm in cōtinente noctes. In Italia certè longissimus dies 15 horarū esse, æquinoctialium ratio & experientia docet. In Alexandria 14 horarū. In Meroe Aegypcia 12 horarū, & octaua partis vnius horæ. In Britannia 17, vbi æstate lucidæ noctes. Hipparchus tamē Pythiæ Massiliensi fidem habens, in his Britannia locis longissimū diem ait esse horarum æquinoctialiū 19. Hipparchum quidē Strabo reprehendit, & cum Hipparcho Pythiam & Eratosthenem, vt parū consona scribētes, quæ omnia referre ad institutum non faciunt. Alij non decē & 9 horarū diem, sed 18 tradunt, id quod Cleomedes prodit, cuius et de Thule verba subiungemus: In Thule, inquit, insula, in qua Pythiā Massiliensem philosophum fuisse accepimus, fama est totū solstitiale circulū esse supra terrā, eundemq; illis arcticū fieri: apud illos cū sol obtinet Cancrū, menstruus, vel vt alij legunt, bimestris fit dies, siquidem ibi omnes Cancri partes semper apparent: sin minus, quatenus perpetuò cōspicuas ipsius partes sol tenet. Ab hac insula versus arctum progredientib. alia quoq; signiferi partes præter Cancrū pro rata portione perpetuò apparēt, & sic quantū ipsius supra terrā apud quosq; apparētes sol transigit, tantundē fiet & diei. Esse præterea ait climata vbi necessariò sit dies bimestris, & trimestris, ac etiā quadrimestris, & amplius: nā & sex mensiū dies inquit sub ipso polo esse: & cætera quæ idem ipse Cleomedes exequit, à quo in lib. de mundi cōtēplatione, de tota hac dierū ratione accuratè multa referunt, vt alios mittā, qui tum philosophiā, tum astrologiam literarū monumentis tradiderūt. Vnius tamen Pontani verba, quib. totam hanc breuissime rationē cōplexus est, lib. de reb. cœlestib. i. adscribere operæ precium duxi: Et primum quidē, inquit, siue illud clima, siue potius cliuum, aut etiā tractum, aut inclinationē vocaueris, tum diē maximum sub æstiuū solstitium, tum noctem longissimā sub brumale 13, tantum horarū habet: neq; enim vltra hoc spacium aut dies aut nox illic producit, neq; citra 11 subducitur. Hic tractus quoniā Meroen Aegypci pertingit, inde à Græcis *ἡ μέση* est agnominatus. In secūdo autem climate dies & noctes ad horas 13 adijciunt horæ vnius dimidiū vbi maxime productæ sunt, ac tantundē demunt vbi subductæ: quod quoniā Syenē, quæ est plagæ illius vrbs notissima, tractu suo cōplectit, ab ea nomē accepit *ἡ Συεννίς*. & ille quidē tractus Meroensis, hic verò dicit à nobis Syenenis potest. In tertio, quod ab Alexandria dixerent Alexandrinū, dies noctesq; maxime ille quidem sunt horarū 14, minime aut decem. In quarto, quod Rhodium est vocatū, ad horas has 14, accedit horæ vnius dimidiū, rursusq; tantundē demitur decē. Quintum, quod Romanū dicit, habet dies noctesq; vbi productissime sunt horarū 15, vbi subductissime 9 tantum. Sextum, quod agnominatū est Helleponticū, addit ad horas has horæ alterius dimidiū, ac tantundē demit de nouē. Septimum Borysthenicum, habet horarū 16. tum dies tum noctes vbi ad summū excreverat vbi quò decrescant amplius non habet horarū 8. Quidam addidere octauum,

idq; Rhipheum, à Rhipheis montib. quinetiam quidam Hyperboreū vocauerunt. Hoc in tractu maxime frigidus, & ab æquinoctiali linea quā remotissimo, quo propius ad verticem septentrionis accesseris, eo amplius augetur sub æstatem dies, sub hyemem noctes: siquidem compertum est ad horas $\times \times 1$ accedere. Hactenus totidem Pontanus verbis.

Dies diuisio. His ita de dierum longitudine ac breuitate commemoratis, de eorundem differentijs copiosius aliquanto agamus, si seorsum ab his quæ supra dicta sunt, aliqua de eorū partib. prius afferamus, vt res tota planius constet. Diuiditur autem in quadrantē, qui est diei quarta pars, vt dictū est hoc est, horæ sex: vel in horas 24. de quib. paulo post agemus. Hora verò in puncta quatuor. Pars vero quarta pars horæ. Momentū est \times . pars puncti à motu siderū: vel est, vt Iliodor⁹ scribit, extremitas horæ in breuib. intervallis, cum sol aliquid sibi cedit atq; succedit. Dicitur & momen. Vncia 12 est pars momenti. Atomus 47. vncia pars. Sed hæc à mathematicis: nos ciuiles potius afferamus, quādo de his apud autores crebrior est mētio. Igitur Numa Rex, vt scribit Macrobius, sicut in menses annū, ita in dies menses quenasq; distribuit: diesq; omnes aut festos aut profestos, aut intercios vocauit. Festi dies deis sunt dicati, profesti hominib. ob administrandā rem priuatam publicamq; concessi: dicti, vt Festus ait, quod procul à religione numinis diuini. Vnde profestū facere, est tanquā profanum facere: vel, vt quidā dixerunt, pro eo facere velut ferie non sint: aut id facere quod ferijs fieri non liceret. Itaq; diē profestum, diē sine ferijs. Intercisi deorū hominūmq; cōmunes sunt. Festis insunt sacrificia, epulæ, ludj, ferie. Profestis fasti, comitiales, cōperendini, stati, præliares. Intercisi, vt Varro ait, dies sunt, per quos mane & vespere est nefas: medio tēpore, inter hostiā casam & exta proiecta, vel porrecta, vt alij legunt, fas est. à quo quod fastū intercedit, intercisi: aut quod intercasum nefas. Hi vero, vt Macrobius ait, non alia ratione diuidunt: nam illorum dierum quibusdā horis fas est ius dicere. Cum enim hostia cædebat, fari nefas erat, inter casa & porrecta fari licebat, rursus cum adolebat nō licebat, Hinc exit illud puerbiallyter à Cicerone dictum ad Atticū Ne quid inter casa & porrecta, vt aiunt, oneris mihi addat, aut temporis. Significat enim, ne quid tēporis ei proroget in prouincia: à sacrificandi scilicet consuetudine sumptū. Varro lib. 2. de ling. lat. Nam flamē, inquit, dialis auspiciat vindemiā, vt iussit vinū legere agna Ioui facit, inter cuius extra casa & porrecta flamen vinū prorsus legit. Qui hoc ab auspiciorū ritu sumptū autumant, ipsi viderint. Sed id etiā moris in quibusdā diebus apud nos Christianos seruat, vt scilicet dum sacra hostia celebrat, ius tacet, reliquū diei ius dicit. Iuriscōsulti sanè quidam dies intercios scribunt eosdē esse qui & diffisi in iure dicunt, cuius nominis ratio à Seruio Grammatico lib. 6. Aeneid. hæc colligit: ait enim, diē illum diffisum in iure dici, qui partim religiosus, partim fastus est. Meminit & Varro in libris de ling. lat. si sanè legat, vbi de intercisib. agit: Dies, inquit, qui vocat sic quādo rex comitiatur, filius diei ab eo, qd eo die rex sacrificulus dicat ad comitiū, ad quod tēpus est nefas, ab eo fas. Hinc & diem diffindere dicere solebāt, pro eo quod est differre iudiciū. Cum enim negociū aliquod vel iudiciū expediendū esset, quod ob religionē legitimāve aliam causam differre oportebat, dies diffindebat. i. scindebatur, vel differebat. Vlpianus: Et ideo lex, inquit, 12. tab. si iudex vel alteruter ex litigatorib. morbo sonico impediatur, iubet dē iudicij esse diffisum. Gell. lib. 14. de se iudice electo agēs: Nequaquā, inquit, adduci potui ad absoluedū: iussi igitur diem diffindi, atq; inde à subseclis pergo ire ad Phaurinum. Meminit & Luuius lib. ab vrb. cond. 9: Atq; ei legē curiam de imperio ferenti triste omen diem diffidit. Aldina tamen exemplaria, diem definit, habent. Apha, diem diffudit. Sed enim & Horat. lib. serm. 2. nihil diffindere possum, ait, id est, nihil differre, vel rem producere, quin pronunciem. A diffidendo in hoc significatur, diffissionem quoque dixit Gell. eodem quo supra loco: Arque in rerum inquit, diffissionibus comperendinationibusque, & alijs quibusdam legitimis rebus

- rebus. Et hoc quidē modo Politian. asserit se legisse, cum in Pisanis nō amplius illis, sed Florētinis Pandectis, tum in Gellij peruetustis codicib. Quod & doctiss. hodie Andreas Alciatus LL. & Iuris Doctor. Cōtra hos tamē, nimis (vt videt̄) studio Italæ contradicendi nationi, intrepidē Budæus legendū asserit, diffusum diem, & diffundere diē. Sed de hoc satis, ne nimium dicā: & propterea de festis et profestis nō nihil proferamus. Sacra erat celebritas, vel cū sacrificia deis offerebant, vel cū dies diuinis epulationib. celebrabat: vel cum ludi in honorē deorum agebant, vel cū feriē obseruabant. Feriē autē dictæ, ait Macrob. ab epulis ferendis: in ijs enim epulæ fiebāt ex pecorū frugūmq; prouentib. Alij à verbo fari, 10 ferias dictas putant, quā in re syllaba cōsentit. Festus à feriēdis victimis appellatas scribit ferias. Feriarū verò publicarū quatuor genera fuerunt. Aut enim statiuæ, aut cōceptiuæ, aut imperatiuæ, aut nundinæ fuerunt. Statiuæ quidē erant vniuersi populi cōmunes, certis & cōstitutis dieb. & mensib. & in fastis statiq; obseruationib. annotatæ: in quib. præcipuē seruabant agonalia, carmentalia, lupercalia. Cōceptiuæ vero feriē fuerunt, vt Festus & Macrob. scribunt, quæ quorandam à magistratib. vel sacerdotib. concipiebant in certos dies, vel etiā incertos, vt sunt Latine, sementinæ, paganalia, hoc est, cōpitalia. Imperatiuæ erant quas Consules & Prætores pro arbitrio potestatis indicebant, vt hoc tēpore à Pontificib. & Regib. Nundinæ paganorū, i. rusticorū erant, quoties cōueniebant qui negocijs proprijs vel mercib. prouisuri erant. Erāt præterea & familiarū feriæ propriæ, 20 vt Claudie familiæ, Iulie, Cornelie, & si quas ferias propriè quæq; familia ex vltu domesticæ celebritatis obseruabat, vt Leonis & Clementis tēpore Medicæ familiæ, quæ Cosmæ diē, hoc est v. calen. Octob. feriatū summa religione colebat. Erāt & singulorū, vt dierum nataliū, quæ & hodie à nōnullis obseruant, vt, quoad vixere, Picus & Manardus, quorū vtriusq; libēter quoad vixerō meminero. Fere itē fulgurū expiationes, funerum & nuptiarū. Priuata quidē feriæ teste Festo, hæ dicebant: ita enim ille scribit: Priuatæ feriæ vocantur sacrorum propriorū, velut dies natales operatione denicales. Apud veteres quoq; quicumq; nominasset, vt ait Macrob. Semonā, Seiam, Segetiā, Tutulinam, ferias obseruabat. Itē Flaminica quoties tonitrua audisset feriatata erat, donec deos placasset. Sacerdotes porro 30 affirmabāt ferias pollui, quoties ijs indictis conceptisq; opus aliquod fieret. Præterea nō licebat sacrorum regē & flamines videre ferijs opus fieri. Atq; ideo per præconē denunciabāt, ne quid tale ageret, & præcepti negligens mulctabatur. Præter mulctā etiam affirmabant, eum qui talib. dieb. imprudens aliquid egisset, porco piaculum dare debere. prudentē expiare nō posse Scæuola pontifex asseuerabat. Sed Varro negat eum pollui, qui opus vel ad eos pertinens, sacrorumve causa fecisset, vel aliquid ad vrgentē vitæ utilitatem respiciens actitasset. Scæuola deniq; cōsultus quid ferijs agi liceret, respondit, id quod prætermissum noceret: quapropter si bos in spec^o decidisset, eumq; paterfamilias adhibitis operis 40 liberasset, nō est visus ferias polluisse: nec ille q; trabē tecti fractā fulciēdo ab imminente vindicauit ruina. Vnde & Verg. utpote omniū disciplinarū & ritū peritus, sciens lauari ouē, aut lanæ purgandæ, aut scabiē curandæ gratia, pronūciauit, tunc ouem per ferias licere mersari, si id remedij causa fieret, ita enim cecinit:

Balantumq; gregem fluuio mersare salubri.

- quippe adiiciendo salubri, ostendit auertendī morbi gratia tantummodo, nō etiam ob lucrum purgandæ lanæ causa fieri cōcessum: quod & Columella, & Seruius cum Macrobio diligenter obseruarunt. Hæc de festis, & qui ab eis nascunt, qui & nefasti vocantur, per quos, ait Varro, nefas fari prætorem, Do, dico, addico, & à Varrone Sex. Pōpeius, Ouidiūsq;. Nunc de profestis, & qui ex eis prodeunt nonnihil dicendum, hoc est, de fastis, comitialibus, comperendinis, statis & præliaribus. Fasti sunt quibus prætori licet sine piaculo fari, quæ tria verba modo dicebam, Do, dico, addico. Illud par est hoc loco admonere, & fastos etiā dici libros in quibus festa & profesta & nefasta continentur, qualia sunt quæ ho-

Dies festi ac profesti.

Statiue ferie.

Conceptiuæ

Imperatiuæ.

Nundinæ.

Fasti dies.

die vlitata voce calendaria vocamus, quomodo Ouidius fastos suos appellauit. Hos Flauionem publicasse testis est Cicero, Macrobius, & alij. Hos et fastus, quarta scilicet inflexionis dicimus, & grammatici obseruant. Fastis diebus contrarij sunt nefasti, per N literam, vt ait Festus, notati, id quod adhuc est videre in fastis antiquorum. Hos & nefandos vocatos ait Priscianus, à Græcis ἀνασταντικὰς eodem autore dictos, quorum apud autores crebra mentio: quibus & festiue Lucianus hominem moribus ferum, corpore non integrum, mollem, periurum, vitijs inquinatum, omnibus abominandum, dici posse ait similem. Hinc & senarius ille græcus, ἀνασταντικὸς ἀνασταντικὸς, καὶ βλάτωμα ἀνασταντικὸν, hoc est, homo nefastus, & tuens quid perfidum. Hos eosdem dies Plutarchus ἀνασταντικὰς dixit. Hinc & Suidas eos non conuenire ad actiones ait, hoc est, αἱ πρὸς πράξεις ἀνασταντικαί, vel dies sunt, inquit, quibus defunctis libamina deferuntur. Sanè Attici septem dies ἀνασταντικὰς custodiebant, quibus Manibus inferias peragebant. Dies quoque quibus rei capitis damnabantur, vel insigni aliqua calamitate funesti, eodem nomine dicti. Sunt & qui ἀνασταντικὰς nuncupent. Hi & à nostris religiosi dies dicuntur, de quibus Gellius libro quarto Noct. Att. in his rem diuinam facere, & rem quampiam nouam exordiri temperandum esse ait. Hos vulgus perperam nefastos appellat. Hinc dies Alliensis religiosus dictus à Marco Tullio in epistola ad Atticum. Macrobius libro Saturn. iij. Religiosi, inquit, dies sunt, qui facienda & vitanda discernunt. Sacri vero dies sacrati sunt. Fortunatianus libro rhet. tertio, religiosos sacris opponere videtur. Festus religiosos dies ait, quibus nisi quod necesse est nefas habetur facere, quales, inquit, sunt sex & triginta atrij qui appellantur, & Alliensis, atq; ij quibus mundus patet, qui ter in anno patere dicebatur, vt in Calendario docebimus. Plutarchus in Camilli vita disputat, cum in mentionem incidisset horum dierum ἀνασταντικὰς, an sure inter dies aliqui habenti sint boni, malive, Heraclitum que philosophū ait Hesiodum accusare, qui bonas malasq; nonnullas fecerit, ac si non teneret totius diei naturam vnā esse: nonnullasq; historias tam Græcas quam Romanas eo loci commemorat, quibus Hesiodi sententiam ipse comprobare videtur, quod scilicet aliqui infausti sint dies & religiosi, id est, ἀνασταντικὰς. Nec hoc in Camillo tantum, sed & in alijs locis idem scriptor ostendit. Erant & dies comitiales, quibus cum populo agi licebat. Et fastis quidem lege agi poterat, cum populo non poterat. Hos dies ingeniosus poeta in Fastis ita complexus est:

*Netamen ignores Variorum iura dierum,
Non habet officium lucifer omnis idem.
Ille nefastus erit, per quem tria Verba silentur:
Fastus erit per quem lege licebit agi.
Nec toto prestare die sua iura putaris,
Qui iam fastus erit, mane nefastus erat.
Nam simul exta deo data sunt, licet omnia fari,
Verbaq; honoratus libera prator habet.
Est quoque quo populum ius est includere septis,
Est quoque qui nono semper ab orbe redit.*

Stati dies.

Comitiales dies antiqui per C literam notabant, vt est videre in fastis antiquorum. Præter hos fuerunt & comperendines, quib. vadimonium licebat dicere. Erant & stati, qui iudicij causa cum peregrino instituebantur: vel vt Festus scribit, Status, inquit, dies vocatur, qui iudicij causa præstitutus est cum peregrino: eius enim generis ab antiquis hostes appellabantur, quod erant pari iure cum populo Ro. Atq; hostire ponebatur pro æquare. Plautus in Gurgul. de stato die meminit: Status condictus cum hoste intercessit dies. quo loco hostem Plautus more vetere peregrinū significat. Erant & dies qui pandiculares dicerent, ijdem qui & cōmunicarij, in quib. omnib. deis cōmuniter sacrificare consueuerant, vt

Pādiculares.
Cōmunicarij

est no-

est notatum apud Festum. Præliares ab iustis, ait Macrobius, non segregauerim: siquidem, inquit, iusti sunt continui xxx. dies, quib. exercitui imperato vexillum ruffi coloris in arce ponebatur. quod idem penè Festus. Vocantur etiã iusti dies integri, quemadmodum iustum exercitum, iustum volumen &c. vt erat lex illa Romanis: Aeris cõfessi, rebûsq; iure iudicatis xxx. dies iusti sunt. Sex. Cæcilius Iureconsultus apud Gellium lib. 20. cap. 1. Confessi æris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conquirendæ penuniæ causa, quam dissoluerent, eosq; dies decemviri iustos appellarunt. & alia quæ subdit idem Gellius. Præliares autẽ omnes dies quib. fas est repetere vel hostem laceßere. Nam cum Latiar, hoc est, Latinarum iouiennæ concipiuntur, item diebus Saturnaliorum, sed & cum mundus patet, nefas est prælium sumere: quare nec Latiar tempore quo publice quondam induciæ inter pop. Ro. Latinosq; firmatæ sunt, inchoari bellum decebat: nec Saturni festo, qui sine vllò tumultu bellico creditur imperasse: nec patente mûdo, quod sacrum Diti patri & Proserpinæ dicatum fuit: satiûsq; oclusa Plutonis fauce eundum ad prælium putauerunt. Vnde & M. Varro ita scriptũ reliquit: Mundus cum patet, deorũ tristiũ, atq; inferũm quasi ianua patet: propterea nõ modo præliũ committi, verum etiã delectũ rei militaris causa habere, ac militem proficisci, nauem soluere, vxorem liberũm quærendorũ causa ducere religiosum. Vitabant etiam ferijs, sicut idem Varro in augurum libris scripsit in hæc verba: Viros vocare ferijs non oportet: si vocauit piaculum esto. Sciendũ est tamẽ, eligendi ad pugnandũ diem tunc fuisse licẽtiã si ipsi inferrẽt bellum: at cũ exciperẽt, nullum obstitisse diem. Quis enim obseruationi locus, cum eligendi facultas nõ superstit: Dies præterea postriduanos ad omnia Romani cauẽdos putarũt, quos etiam atros Infausta appellatione damnarunt: & hoc in primo Fastorum poeta cum de Calendis, Nonis & Idibus egisset, ita describit:

—Omnibus istis

Ne fallare caue, proximus ater erit.

Omen ab euentu est, illis nam Roma diebus

Damna sub aduerso tristia Marte tulit.

- Idem & T. Liuius lib. 6. ab vrb. cond. & longum extat Plutarchi problema. Verius vero Flaccus lib. de verb. sig. apud Gell. lib. 5. Dies, inquit, qui sunt postridie Calendas, Nonas & Idus, quos vulgus imperite nefastos dicit, propter hanc causam dictos habitosq; atros esse scribit. Lege Gelliũ. Marcellus, Atrij dies, inquit, dicuntur, quos nunc nefastos vel posteros vocat. Aphranius fratribus: Septembris heri Calendæ, hodie atrij dies. Posterij, inquit Festus, Nonarum, Iduum, & Calendarum dies nuptijs alieni habentur, quoniam hi dies decreto põtificum atrij iudicati sunt, quod quotiescunque Romani duces belli gerendi gratia his diebus supplicauerũt, male reimp. gessere. Meminit horum dierum D. Ambrosius, eos Christianos redarguens qui eos obseruarent. Sed quid vetat, vt cum de atris Romanorum dixerimus, etiam hoc loco afferamus, cur albi, læti & fausti à Grecis & Latinis dicantur? Scribit in Periclis vita Plutar. cum Athenienses bellum contra Samios haberẽt, Periclem Samiorum vrbem obsedisse, quod cõtatione ac mora quàm nece hominũ vrbẽ capere mallet. Eius rei cum iam milites tædere cœpisset, nec propterea Pericles eos satis quietos haberet, in partes octo exercitum omnem diuisit, remquẽ ad sortes traduxit, vt cui alba faba sorte obuenisset, epularetur atque in ocio esset, cæteris pignantibus. Idcirco dicitur (ait Plutarchus) posteros dum voluptatibus ac genio operam darẽt, album illum diem ab alba faba nuncupare solitos. Hactenus ferẽ Plutarchus. Alij hunc morem ex Thracum instituto emanasse tradunt, vt Plin. lib. 7. Vana, inquit, mortalitas & ad circumscribendam seipsam ingeniosa, cõputat more Thraciæ gentis, quæ alculos colore distinctos pro experimẽto cuiusq; diei in vrbem cõdit, ac supremo die separatos dinumerat, atq; ita de vnoquoq; pronunciat. Quem morem secutus, epigramma memini me exordiri ad B. Ferrinum in natalem eius filioli:

*Threicio Ferrine dies signanda lapillo,
Mascula qua proles te facit esse patrem.*

Horatius tamen hunc morem Cretensium fuisse innuit eo carmine:

Cressa nec careat pulchra dies nota.

Nisi quis Thressa, pro Cressa, malit apud Horatium legere. Ad hanc consuetudinem poetæ sæpe alludunt, ut Persius:

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo,

Qui tibi labentes apponit candidus annos.

Quo loco Probus Grammaticus, seu Cornutus, hanc planè consuetudinè describit, & Cretensium fuisse ait, quo modo & apud Horatium Acron & Porphyrius. Sed ad institutum iam redeo, de postridianis diebus, de quibus Plutarchus in Romanis quæstionibus: Quid est, inquit, quod postridie Calendas, Nonas & Idus nequaquam exire, nec peregrè proficisci Romani consuevere? Quo loco inter cætera negat propter Alliensem diem postridianos dies vocari, aliamq; libentius ipse amplectitur opinionem. Vide igitur, inquit, ne quemadmodum Olympijs deis ac cœlestib. primū mensem consecrarunt, secundum vero chthonijs & inferis, in quo purgationib. utebantur, & mortuis parentabant, sic & dies alios quidem quasi autores ac principes, tres scilicet, festos & sacros posuerunt, Calendas, Nonas, Idus: eos autē qui deinceps sequuntur deis manib. attributos, nefandos ac religiosos habendos existimauerunt: nam & Græci primum mensis diem deis sacratum habebant, eum vero qui sequebatur heroib. ac dæmonib. attribuerunt. Secundum quoq; cratera heroib. & sem. deis libare solebant. Tum etiam idem subiungit quædam de numerorū ratione. Vnitatem enim in primis ait diuinitatis quiddam & numinis habere: & quidem omnem impari terminatum esse, & terminare perfectūq; esse: contra parem numerum & indigentē esse imperfectūq; ac indefinitum. Alia his quædam adiungit, quæ mihi satius visum est prætermittere, quàm plura inculcare, & ad eas rationes deuenire, quæ à Latinis autoribus afferuntur. Igitur Gell. annalium lib. 15. & Cassius Hemina hist. libro secundo referunt, anno ab vrbe condita CCLXIII. à Tribunis militum Manlio & Posthumio collegisque eorum in senatu tractatum, quid esset, propter quod toties intra paucos annos malè esset afflictæ respublica: & ex præcepto patrum Lucium Aquinium haruspicem in senatum venire iussu religionum requirendarum gratia dixisse, Q. Sulpitium Trib. militum ad Alliam aduersum Gallos pugnaturum, rem diuinam dimicandi gratia fecisse postridie Idus Quintileis. Item apud Cremeram, multisq; alijs temporibus & locis, post sacrificium die postero celebratum, malè cessisse conflictum. Tunc patres iussisse, ut ad collegium Pontificum de his religionibus referretur: pontificesq; statuisset, postero die omnes Calendas, Nonas, Idus, atros habendos, ut ij dies neq; preliares, neque puri, neq; comitiales essent. F. Max. Seruilianus Pont. in lib. 12. negabat oportere atro die parentare, quia tunc quoq; Ianum Iouemq; præfari necesse esset, quos nominari atro die nō oporteret. Sunt vero qui atros eos esse perperam existiment, qui ab obseruatrice eiusmodi rerū provincia Aegyptiaci dicti sunt, de quibus paulò post agemus. Eisdem tamen atros nonnulli communes, velut ad emendationem nominis, ut ait Macrobius, vocitarunt. Præterea ante diem quartum Calendas, vel Nonas, vel Idus, tanquam inauspicatum diem plerique omnes vitabant. Quidam in Cannensem cladem referebant, idque ex Q. Claudij libro quinto annalium adstruere tentabant, qui scribit ante quartum Nonas sextiles, Cannensem cladem factam fuisse. Sed Varro nihil ad rem militarem pertinere ait, utrum fastus vel nefastus sit dies, sed hoc ad priuatas solium actiones respicere. Dubitatum etiam apud antiquos, an nundinarum dies inter ferias essent referendi nec ne: cuius rei cum variæ sint sententiæ, breuibus eas hic colligere libuit. Titus de ferijs scribens, Nundinas inter ferias non retulit, tantum solennes vocauit, Iul. Modestus affirmat, Messala augure consulente

Nundinarum
dies an inter
ferias nume-
ratus.

fulente pontifices, an nundinarum Romanarum dies feriis tenerentur, respondisse eos, nundinas sibi ferias non videri. Trebatius libro primo religionum ait, nundinis magistratum posse manumittere, iudiciaq; adijcere. Contra hos Iulius Cæsar 16. auspicioꝝ libro negat nundinis concionem aduocari posse, id est, cum populo agi: Ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non posse. Cornel. autem Labeo libro primo fast. nundinas ferias esse pronunciauit. Sex. Pomp. Nundinas ait, feriarum diem esse voluerunt antiqui, quo rustici mercandi vendendiq; gratia in urbem conuenirent: eumq; nefastum, ne si liceret cum populo agi interpellarentur nundinatores. Causa vero huius veritatis apud Granium Licinianum lib. 2. inuenitur: ait enim nundinas Iouis ferias esse, siquidem Flaminica omnibus nundinis in regia Ioui arietem solita sit immolare: sed lege Hortensia effectum ut fastæ essent, uti rustici, qui nundinandi causa in urbem veniebant, lites componerent: nefasto enim die prætori, ut diximus, fieri non licebat. Ergo qui ferias dixerunt à mendacio vendicantur patrociniò vetustatis: qui contra sentiunt, æstimatedis ætatis, quæ legem secuta est, vera deprompserunt. Plutarch. in quaestionibus, nundinas ait Saturno consecratas, quod scilicet is deus emendi ac vendendi copia fructuum principium attulit. Nundinarum vero originem quidam Romulo assignant, quem communicato regno cum T. Tatius, sacrificijs & sodalitatibus institutis, nundinas quoq; adiecisse ferunt, sicut Tuditanus affirmat. Sed Cassius Seruium Tullium nundinas instituisse ait. Geminus vero scribit, nundinarum diem regibus iam exactis celebrari ceptum esse, quia pleriq; de plebe reperita Seruii Tullij memoria, ei nundinis parentarent: cui sententiæ & M. Varro consentit. Rutilius autem Romanos nundinas instituisse scribit, ut octo quidem diebus in agris rustici opus facerent, nono vero die intermissore rure ad mercatum legesq; accipiendas Romam venirent, & ut scita atq; cõsulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita, a singulis atq; vniuersis facile noscerentur. Vnde & mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur. quem morem cum probe non teneret qui Dionysium transtulit Halicarnasseum Lopus, pro trinundino & nundinis lib. 7. hist. sic latine vertit, de Mutio agens: Post hæc, inquit, tempus præscribitur ad apparatus defensionis usq; ad forum tertium: fiebant enim tunc Romanis, ut nunc quoq; fiunt, fora in dies nonos: quidam convenientes ex agris in urbem plebeij permutationes faciebant rerum venalium, & inter se iudicia accipiebant, & de publicis quorum erant ex lege domini, & quæ permitteret ipsis senatus feretes calculos ea sanciebant. Dies vero septem medios inter fora, coloni iidem multi & pauperes in agris morabantur. & reliqua. Hoc loco libentius græca apposuissim verba, sed non mihi præstò est nunc exemplaris græci copia. Deceptum vero interpretem putarim, quod græcè ἀγορὰ legeret, quæ dictio græcis diuersa significat, inter quæ & forum & nundinas. Nam & Plutarchum videmus cum alibi, tum in eo loco causarum capitulum rerum Romanarum eadem dictione usum, Cum testes, ait, huius rei sunt τὸ πᾶσι ἀγορᾶς καὶ γινέσθαι ἡμῶν ἐπὶ ἀγορᾶν (quòδ' ἐστὶ, νουμδίνιας ἢ καλὸν μὲν, ἰσθμῶς ἢ κρῶνις νομίζεσθαι). hoc est: Conuentus singulis nouem diebus celebrati in forum, nundina vocati, quæ Saturno sacra putantur. Porro quod in nonis diebus nundinae agerentur, indicio etiam nunc extant antiqua quædam diuersis in locis reperta fragmenta fastorum, ex quibus umbram saltem colligimus octo dierum: nam menses ita prenotatos habent literis, ut adusque H præueniant, quæ est octaua litera, quomodo & nunc ex ritu Christiano usque ad septimam, hoc est G, ut diximus, notamus. Sed his missis ad nostra redeo. Et hunc trinundini morem adumbrate quidem & quoquo modo hodie seruari videmus, cum trino præconio quid publice, vel à principe, vel à Republica promulgatur. Trinundinum autem dicimus, & trinum nundinum. & tertias nundinas: nam nundinae & nundinum recte dicimus. Verum hæc notiora. Eadē etiam nundinum ratione antè iam dicta, candidatis in petitionibus vsus fuit in comitium

nundinis venire, & in colle consistere, vnde coram possent ab vniuersis videri. Verum hæc omnia negligentius haberi cœpta, & post abolita, postquam trundino etiam ob multitudinem plebis frequentes adesse cœperunt. Dictæ autem sunt nundinæ quasi nouendinæ, à numero scilicet nouem & dies. Alij à Nundina Romanorum dea, quæ à nono die nascentium dicta est, vt Macrobius scribit, qui dies lustricus nuncupatur, quo scilicet infantes lustrantur, & nomen accipiunt: quod & Pompo. Festus testatur. Sed lustricus dies maribus nonus fuit, fœminis octauus. Cur vero id Romani facerent pluribus explicat Plutarchus in quæstionibus: ait enim ideo citius fœminas lustrari, quod citius quam mas fœmina adolescat: ideoque septimum prætermittunt, quod obseruatum sit eum diem perniciosum esse infantibus, ea præsertim causa, quod illis vmbilicus sæpe resoluitur. Sed & aliam in numerorum potestatem retulit. Tum illud subiungit, fœminas duobus, mares vero tribus nominibus vti consueuisse apud Romanos: quod idem in Marij vita in exordio statim repetit, etsi quosdam vel caruisse tertio, vel ignotum potius fuisse videamus, vt C. Marium, & Q. Sertorium. Qua ratione Possidonium aliter sentientem reprehensione dignum existimauit idem ipse Plutarchus. Verùm de Romanorum nominibus res notior est, quam vt ego pluribus hic comprobem, ab alijs pridem ante me tractatam. Sanè, ne institutum deseram, dies qui post quintum Iduum esset, quinquatus vocabatur, qualis dies Mineruæ dicatus. Simili modo & triatus, & sexatus, & septimatus, & decimatus, de quibus Pompeius Festus. Porro fuerunt dies quidam in mense etiam apud Romanos qui vocati sunt, quorum meminit Suidas, qui eos etiam ait prius à Phrygibus fuisse obseruatos: quales tamen, & quot fuerint, hæcenus vel ex ipso, vel ex alio cognoscere haud memini: si tamen coniecturæ locus detur, Deum matri sacros fuisse putarim, hoc est, Megalesia vel Matronia seu Matralia. Fuerunt & apud Græcos Datyli seu Datylli (vtrunque enim legimus) dies felices ac fortunati, à Datylo quopiam, cui apud Athenienses omnia felicia ac prospera contingere, vt res vsq; sit in prouerbium deducta. Sunt præterea & duo dies in mense quolibet, qui Aegyptiaci vocati sunt, quorum & paulo antè meminimus, quos & variè relatos inuenio: quidam enim inauspicatos eos esse dicunt, alij contra: ego de his nihil statuo: quæ ab astrologis, & nostris quibusdam scripta comperi dum taxat refero, non veritatis, sed curiositatis gratia, ne lectorem hac in re fraudasse videri possim, quem saltem rerum varietate, si non facundia ac lepore, mulcere cupio. Lectorem tamen admonitum velim, dies hos pietati ac religioni parum conuenire, vt monet Ambrosius, vtcunque ergo hi sunt ab Aegyptijs instituti & appellati, hoc est, à superstitionis natione. Sunt vero hi in singulis mensibus duo. In Ianuario quidem KL. & viij. KL. Febr. In Februario pridie nonarum, & iij. KL. Mart. In Martio KL. & v. KL. Aprilis. In Aprili iij. Iduum, & xij. KL. Maij. In Maio v. Nonas, & pridie KL. Iunias. In Iunio iij. Iduum, & xv. KL. Iulias. In Iulio iij. Iduum & vj. KL. Augusti. In Augusto KL. & ix. KL. Septembris. In Septembri iij. Nonas & xj. KL. Octobris. In Octobri v. Nonas & xj. KL. Nouembris. In Nouembri Nonas & iij. KL. Decembris. In Decembri vij. Id. & xj. KL. Ianuarij. Quorum omnium dierum rationem concludere possumus duobus his versibus:

Augusto decies auditus lumine clangor

Liquit, olens, aby, coluit, colet, excute gallum.

Horum versuum singularum dictionum primarum & secundarum syllabarum literas desume, & quæ prior fuerit in literarum numero, eum mensis numerum accipe: alterius verò syllabæ eundem à fine numerum. Exemplum propono vltimi mensis, hoc est, Decembris, cui hæc dictionum deservit. Prima litera est G. quæ septima est in numero literarum: ergo vij. Decembris dies est Aegyptiaca. Secundæ porro syllabæ litera L est, quæ decima est in ordine, quoniã H non est litera, sed affla-

Aegyptiaci
dies.

Aegyptiacos
inueniendi
dies ratio.

tus

ius nota: igitur XXII, quæ decima est à fine eiusdem mensis, altera dies erit Aegyptiaca. Et de his adhuc satis. His ita à me percursis, aliam rursus mensis divisionem afferamus, quam & vulgus & nostra obseruat ecclesia, illūque in quatuor hebdomadibus & alterius parte diducamus. Hebdomada seu hebdomas græcè, latinè vulgò septimana vocatur: ab Hebræis vero, à quibus fluxisse videtur, sabbaton: vnde & ipsi Iudæi sabbatarj dicti. Cum enim, Mose teste, sex diernū spacio Deus omnia cōdidisset, septimū quietis oēsque diem esse voluit, hoc est, sabbatū seruari præcepit. Appion vero sabbatū non à quiete, id est, σαββατ, sed à σαββω, hoc est liene, denominatū putat. Nam cū Iudæi, inquit, labore fessi essent

¹⁰ eo ipso die, & ipse dolore correpti, sabbaton ipsum diē vocauere, à sabbo, hoc est, splane. Iustinus tamē ex Trogo lib. 36. & Corn. Tac. lib. 11. à Mose volunt institutum sabbatū, & sabbati ieiuniū. Lege vtriusque historias, videbis quā varia à nostris prodant. De hoc autē Iudæorū in sabbato ieiunio, ante Iust. nū & Tacitū, & Strabo ita fermè scriptū reliquit, Pompeiū Magnum Hierosolyma cepisse seruato ieiunij die, dum nō ab omni opere abstinerent. Sueto. præterea hæc Augusti verba de hoc eodem ieiunio affert: Ne Iudæus quidem, ait, mi Tyberi tam diligēter sabbatis ieiunium seruat, quā ego hodie seruauī. Notior vero est Diogenis grammatici, vt puto, Iudæi, qui cū sabbatis Rhodi solitus esset disputare, extra ordinem accedentem Tyberium per seruulum in septimum diem diuitulit: mox

²⁰ cum imperium Tyberius adeptus esset, Diogenes Romam ipsum salutandi gratia accessit: quem pro forib. astantem cum Tyberius vidisset, nihil amplius, quā vt post septimum annū rediret, admonuit, argute admodum referens sabbati dilationem. Sed vt ad propositam rem redeā, & hebdomada ipsa sabbatum vocata est: nā Hebræi & primores Christianorum dicere cōsueuerunt, primā sabbati, secundā, terciā, quartam, quintā & sextam sabbati, quæ & græcè πρῶτον, id est, preparatio dicitur: septima autē propriè est sabbatū. De hac hebdomade ita Isidor. Hebdomada, inquit, à numero septē dierum dicta est, quorū repetitione & mēses, & anni, & secula peragunt. Censorinus quoque de septenario agens: Septenario, inquit, quo rota humana finit, vt Solō scribit, & Iudæi in dierū omnium numeris sequunt. & reliqua. Porro & sabbatū omnē celebratē significare græcus

³⁰ Doctor scribit, σαββατον γὰρ πᾶσαι ἑορτῶ ἐκάλουν. quo loco inquit, cur Euang. dixerit, ὁφεί σαββατῆν, nō autē σαββάτω. Verum de sabbato satis. Arabes nostros & Iudæos sequunt in hebdomada, vt qui per septē dies & ipsi mēses numerēt: primūque diē dominicū constituunt, incipiētes ab occasu solis diei sabbati, atque ita deinceps, quod eorū tradunt scriptores, barbarè licet. Græci quoque hebdomade vtunt, appellāntque primā, vel secundā, vel terciā &c. vel vt nos, Solis, Lunæ, Martis, & reliqua, vt Theodor. Gaza scribit, cui tamē quæ ab Hebræis desumpta sunt dierum nomina nō satis placent, vt sabbatū & πρῶτον. At vero gētes, quas nūc vulgus sequit, à septē stellis vagis, hoc est, planetis, nuncupauere: id quod & Indos fecisse his verbis lib. 3. Philostratus in Apollonij vita significat: Scribit, inquit, Damis Hiarchā septem annulos Apollonio dedisse, stellarum septē nominibus cognominatos, quorum singulos diebus singulis gestabat Apollonius, iuxta dierum nomina illos distinguens. Eadem repetit & ridet Eusebius Paphl. Hoc vero planè ordine constare videmus. Primam igitur gentiles diem Solis, dein Lunæ, tum Martis, post Mercurij, inde Iouis, mox Veneris, demū Saturni constituerunt. idque ea ratione factum quidā arbitrantur, quod scilicet à Sole spiritum gentes se haurire putabant, à Luna vero corpus sumere, à Marte feruorē, vt Bedas de rerum nat. scribit, vel vt Isidorus, sanguinem: à Mercurio verba & sapientiam, ab Ioue temperantiā, voluptatem à Venere, perseverantiā ac tarditatē

⁴⁰ Saturno, vt Bedas idē ait, vt vero Isidorus, humorem. Et à Sole quidem, qui in medio errantium stellarū est positus, totum mundum spiritus instar calefieri, & quasi viuificari videtur. À Luna autem, propter humoris ministeriū, cum ceteris incrementum corporib. suggeri. À Marte, vt pote qui Soli proximus, vis & robur,

⁵⁰ quod

Septimana:

Sabbatum
vnde dictum

quod calore ipse simul & natura sit feruidus. A Mercurio, quoniam perpetuo circa Solē discurrens veluti inexhausta sapientiae luce radiare putatur: vnde & Stilbon dictus ab Ioue, quod Saturni frigore & Martis feruore hinc inde temperatur. A Venere, quod luminis venustate, quam habere à Solis vicinitate putatur, spectantes mortales allicit atq; afficit. A Saturno demum, quod tardior ceteris sit, perseverantiam cunctationemq;. Sunt qui Aegyptios fuisse velint qui dieb. iplis hebdomadum hæc errantium stellarum nomina indiderint, vt Philastrius, qui Hermetē Trismegistū, vt paulo post docebimus, fuisse scribit. Diō & Bedas Aegyptios quidem fuisse scribunt, sed Hermetem non nomināt. Id verò hac ratione factum, sol quod maximum sit luminare, luna quod minus est, & secundū¹⁰ dein ordinata quadam serie & alterna, hoc est, tertio diei primā à sole stellam nomen tertio dedisse, hoc est Marti: quarto diei primam à Luna, hoc est Mercurio: quinto secundam à Sole, id est, Ioui: sexto secundam à Luna, hoc est, Veneri: septimo tertiam à Sole, id est, Saturno attribuerunt. Alij à planetis ipsos quidem dictos, sed ex vi & potestate numerorū: qua de re, mirum quantum laborat noster Egnatius in quadam iuuenili sua, vt puo, racematione. Alij nonnulli ea ratione autumant, quod cuiusq; diei prima hora ei numini attribuatur, cum omnes diei xij. horæ, medietatibus, vt ipsi dicunt, planetarum adscribantur, ac regnare quodammodo videantur. Sanè Dion historicus Bithynus lib. hist. 7. atq; 30. hac eadē de re ita propemodum scribit, Politiano in Miscellaneis interprete: Nam quod²⁰ his, inquit, septem stellis qui planetes vocantur, dies assignari receptum est, inuentū quidem putatur Aegyptiorum: sed in omnes tamen homines haud ita pridem, vt sic dixerim, vulgari coeptum. Ceterū Græci veteres, quantum equidem sciam, nullo prorsus eam rem pacto cognitam habuerunt. Quoniam verò cū nationib. alijs, tum Romanis vel maxime, sic mos peruulgatus hic est, vt quasi iam patrius videatur, pauca super his edisseram, & quo pacto, quæue causa sic ordinentur exponam. Duplex igitur audita mihi ratio est, vtraq; sanè haud intellectu difficilis, sed vt ambæ tamen inspectionem contineant. Nam si quis harmoniam, quæ diatessaron appellatur, qua vna vis vniuersa musicæ totius contineri creditur, ad stellas has, quibus omnis cœli ornatus distinguitur, eodem quo fe-³⁰ runtur ordine retulerit, atque ab orbe illo supremo, qui Saturno tribuitur, incipiens, omissis duobus sequentibus, quarti denique dominum nuncupauerit, ac deinde duos alios transiliens, septimum adiecerit, eodemque modo procedens præsidēs illorum deos subinde in orbem recensuerit, atq; ita dies adnumerauerit, deprehendet omnes ratione quadam musica, cum cœlesti illa distinctione ornatūque congruere. Ceterum hæc vna est quæ fertur ratio, altera vero eiusmodi est. Si diei noctisque horas à prima statim coeperis numerare, sic vt primā Saturno, dein sequentem Ioui, tertiam Marti, quartam Soli, quintam Veneri, sextam Mercurio, septimam Lunæ tribuas, per eam scilicet orbium seriem quæ ab Aegyptijs traditur, atque idem denuo facias, donec horas quatuor & viginti⁴⁰ pertranseas, inuenies primam sequentis diei horam soli coherentem: tum hoc idem in quatuor illis & viginti horis eadem qua prius ratione si facias, Lunam primam tertij diei horam conciliabis, quod si subinde hoc ipsum in cæteris obseruabis, congruentem planè deum sibi dies quilibet asciuerit. Hæc quidem Dion, cuius descriptionem, vt planius quiuis etiam è plebe percipiat, exemplo declarabimus. Primæ dominici diei horæ Sol dominatur, Venus secundæ, Mercurius tertię, Luna quartæ, Saturnus quintæ, Iupiter sextæ, Mars septimæ. Iterum quoque Sol dominatur octauæ, atque deinceps, ita quod xv & xxij Iupiter, Venus vero xxij dominabitur, Mercurius xxij, Luna xxv, quæ hora est prima insequentis diei, ergo Luna dominabitur principio diei insequentis.⁵⁰ Atque parimodo, iuxta eandem calculi rationem vij horæ, & xv. & xxi. Vigesima vero tertię Saturnus, & Iupiter xxij, tum Mars vigesima quinta, hoc est, primæ horæ sequentis diei. Atq; ita Mars ei diei præerit. tum simili modo ac

do ac via de reliquis septimanæ diebus. Sanè Philastrius Brixienſis epiſcopus non ſpernendæ eruditionis præful, cuius & honorificè in epiſtolis ab Auguſtino facta eſt mentio, in eo quem de hæreſibus libro ſcripſit, eam quoque hæreſin habendam eſſe Chriſtianiſ hominibus putauit, quæ, vt verbis illius agam, dicit nomina dierum Solis, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris & Saturni à Deo hæc ita poſita ab origine mundi, non hominum vana præſumptione nuncupata, cum à prima origine vſq; ad Græcos reges & Hermen fallaciſſimum illum, qui hæc nomina vaniſſima & friuola mentiendo auſus eſt nuncupare, ſi quærere volueris inuenies multū fluxiſſe temporis, & ſic paganos, id eſt, Græcos, hæc nomina poſuiſſe. cum hæc nomina etiam ſecundum ſeptem ſtellas dixerint hominum generatione conſiſtere, vt ille ipſe delirās hoc definit. Dierum enim numerus, primus, ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus à Deo eſt appellatus, non in hac vanitate nuncupationis turpiſſimæ initio enūciatus aut traditus. Huc vſq; Philaſtrius. Nec illud præterea hoc loco non annotauerim, certos menſis dies certis numinibus dicatos habuiſſe gentiles (præter planetas, qui hebdomadæ diebus dedere nomina, vt oſtenſum eſt) id quod ex autoribus didicimus, in primis quæ Hæſiodo *ἢ ἠμὸς*, cuius rei & ſuprà meminimus, cū de neſtaſtis ageremus. Hæſiodum Vergilius, ſed parcius, ſecutus eſt, & alij: ſed manifeſtius hoc Dionyſius Halicarnaſſeus oſtendit, dum dat præcepta orationis natalitiæ, vbi inter cetera ait: Sin autem dies natalis ſeptimus aut ſextus fuerit, ſacros hos dies deis quæ dicatos eſſe, & communitatem etiam quandam cū deis immortalibus habere, opportunitate natiuitatis, propterea, vt ego quidem putauerim, quod in hoc Apollo, id eſt, in vii. in illo, id eſt, vi. Diana nata eſt. De nono die præterea ſubdit: Dicere poſſis nonum Soli conſecratum eſſe, & paulò poſt: Sin autem, inquit, xv. ſit dies, hanc etiam ad Mineruam referre queas. Hæc ille. Porro diuidere hebdomadas per ferias, vt Chriſtiana uſa eſt eccleſia, Nicephorus in quapiam oratione, & poſt eum Politianus Conſtantinum Magnum Imperatorem inſtituiſſe prodiderunt. Bedas verò vir multæ lectionis ac diligentis, id Sylueſtro Pontifici Romano attribuit, quem ideo ferias vocaſſe ait ad gentiliū feriarum ſimilitudinem: nam cū feriis minus liceret ſeruilia opera exercere, ſic Chriſtianiſ vni Deo immortalis vacare. Prima ergo feria dies eſt Dominicus, id eſt, xv. *εὐαγγ.*, iam tum à primis illis eccleſiæ proceribus inſtitutus & nuncupatus, vt in Apocalypſi teſtis eſt Io. Theologus. Et tum deinceps ſecunda feria, tertia, quarta, quinta, ſexta, & ſeptima, quam ſabbatum Sylueſter vocauit. Dominicus igitur & ſabbatum dies à noſtris frequenti ſermone uſurpantur, poſthabitis primæ & ſeptimæ feriæ nominibus, vt nouum & vetus teſtamentum per eos dies à nobis profiteri innuamus. Porro antiqui & ipſos ſeptem hebdomadæ dies primis Abecedarij literis notare conſueuerunt, vt vel pueris palam eſt, quo modo in antiquis nonis quibusq; dieb. factitaſſe, octo literarum figuris, non multò antè ſcripſimus, nundinarum diem ſignificantes. Sanè in toto anno inſunt duæ & quinquaginta hebdomadæ, & diei vnus ſeptima, vt Veſtius valens tradit, noſtri licet quidam integram diem putent, niſi cum annus eſt intercalaris: nam in eo vel duæ ſeptimæ, vel dies potius ſuperant. Haçtenus de dierū hebdomadibus, quas & Medici peritiores alia ab hac noſtra ratione obſeruant. Quare & Cicero ad Tyronem: Symphoniā, inquit, Lyſonis velim vitallès, ne in quartam hebdomadam incideres. Certè & ipſi Medici à diebus quibus ægrotus malè habere incipit, obſeruant, quos & propterea, quoniam de ægrotis iudicant, *νεροίμους* & *νελεῖες* vocant, noſtri iudiciales & decretorios: de quibus Hippocrates, & poſt eum Galenus copioſius: à quo, licet non nihil diuerſi ac diſſidentes ſint, Manardus & Fracaſtorius nuper diſſerere, hic libello peculiari, ille, id eſt Manardus, paulò antequam decederet ſubtilioris diſputationis epiſtola: quorum vtriuſq; libenter memini: ab altero enim plurimum amabar, alterum propter eius elegantiam plurimi facio. Sunt & in vita hominum annorum hebdomades, de quibus Cen-

forinus multa, & Philon hebraeus, qui ambo ex Solonis elegia ea de re egerunt: quam ego elegiam, à me ex græco in latinum conuersam, in dialogis de poetis retuli. Sed & hac de re D. Ambrosius in quadam epistola ad Orontianum, si nō versus Solonis, rem tamen totam suis verbis explicat: quin & Hippocratem eadem de re adducit. Ab annorum certè hebdomadibus & climacterici anni deducit, à superstitiosis potius quàm veris philosophis: septimum enim quenq; annū per omnī vitam periculosum, & velut crisimon esse definiunt, climactericonq; vocari, hoc est, scalarem. Sed ex ijs alijs alios difficiliōres Genethliaci ac mathematici esse statuerūt: & inter eos aliqui, eos potissimū quos ternæ hebdomades conficiunt, putant obseruandos, hoc est, vnum & viginti, & XLII, & dein-
 de LXIII, postremo LXXXIII, in quo Staseas harum rerum doctissimus, vitæ terminum defixit. Alij autem non pauci, vnum omnium difficillimum climactera prodidere, annum videlicet vnum de quinquagesimū, quem complent anni septies septeni, ad quam opinionem plurimorū consensus, ait Censorinus, inclināt: nam quadrati numeri potentissimi ab omnibus dicuntur. Deniq; Plato ille (venia cæterorū philosophorū) sanctissimus quadrato numero annorū vitam humanam consummari putauit, scilicet nouenario, qui complent annos XCI. Fuerunt etiam qui vtrunq; reciperent numerū, vnū de quinquaginta & XCI, & minorem nocturnis genesibus, maiorem diurnis adscriberēt. Pleriq; aliter moti duos istos numeros subtiliter discreuere, dicentes septenariū ad corpus, nouena-
 rium ad animū pertinere: illum Apollini & medicinæ corporis tributum, hunc Musis, quia morbos animi, quos appellant *πνθην*, musica lenire ac sanare consueuerit. Itaq; primum climactera annū XLIX esse prodiderunt, vltimum autē XCI, medium vero ex vtroq; permixtum anno LXIII, quem numerum hebdomades nouem, vel septem *ενεαδ' is* conficiunt. Ad quos nos annos respicientes olim pro Thebaldei nostri climacterico ita in epigrammate cecinimus:

Letus vt euadat nimitantia tempora fati,

Quæ nouies actus septimus annus agit.

Hunc autem annum licet quidam periculosissimum dicant, quod ad corpus & animum pertineat, Censorinus tamen, vt Cerellio suo blandiatur, non ducit cæ-
 teris infirmiorē: nam vtrunq; quidem supradictum, ait, cōtinet numerum, sed neutrum quadratū: & vt est ab vtroq; non alienus, ita in neutro potens: nec multos sanè, quos vetustas claro nomine celebrat, hic annus absumpsit, nisi Aristotelē Stagiritem & M. Tullium, illum stomachi infirmitas, & crebræ morbidi corporis offensiones, hunc violenta M. Antonij proscriptio. Hunc autem annum climactericum, Aegyptij Androdan nuncupāt, de quo Iulius Firmicus: Inter ceteros, inquit, diametros hoc maximè obseruandū est, quod septeni anni & noueni per omne vitæ tempus multiplicata ratione currentes, naturali quadā & latēt ratione varijs homines periculorū discriminib. semper afficiūt: vnde & LXIII, 40
 annus, quia vtriusq; numeri summam pariter excipit, Androdas appellatus est, nouies enim septem anni LXIII fiunt: & rursus septies nouē simili modo anni fiunt LXIII, quia itaq; vtriusq; numeri cursus in hoc anni æquata ratione concurrīt, grāde semper periculi discrimē imponit. Si enim septeni & noueni anni, qui hebdomatici à Græcis & enneatici appellantur, grauiā semper hominibus inducunt pericula, quid annus faciet sexagesimustertius, qui vtriusque numeri multiplicatam & inuicem sibi obligatam perficit summā. Hac igitur ex causa Androdas ab Aegyptijs dictus est, quod omnem vitæ substantiam frangat atque debilitet. Hucusq; Firmicus. Sed omnē hanc scāsilis anni rationē, etsi, vt æquū est, ridet vt incōstantē, Vectius in Valens Antiochenus mathematicus, in libris quos Antilogias inscripsit, pluribus est executus. Augustus Cæsar apud Gelliū
 epistola Caio filio gratulatur, quod climactericum LXIII. euassisset. Climacterici meminit & Plinius in epistola ad Caluissium, & item Gellius libro tertio, quo loco Varronis libros commemorat, qui Hebdomades inscribebantur. Est
 apud

apud Sidonium Apollinarem mentio, libro octavo epistolarum. Sanè & in sacra scriptura annalium hebdomadam mentio, & præcipue à propheta Daniele: de quibus hebdomadib. antiqui Christiani plura, Origenes, Africanus, Clemès, Tertullianus, Eusebius & Hieronymus, sed & Bedas in lib. de rerum nat. quo loco LXXII. illas explicat à Daniele vaticinatas: & notissimè P. Galatinus contra Hebræos id inficiantes easdem est interpretatus. Constabat & ex septē hebdomadib. eorundem Hebræorum annus Iobeleus, vt docuimus. Atq; hæc tenus & de diebus & hebdomadibus: reliquum est, vt & horas describamus.

Cum de horis sim acturus, altius aliquanto repetam, & in primis oblectationis causa fabulosa quædam adscribam. Horas Homerus ait cœli portis præesse, curamq; habere vt modò serenum, modò nubilum sit: à quibus videri possunt quatuor illa anni tempora horæ appellata non Græcis modò, sed & Latinis. Horatius de Ioue: Varijs quæ mundum Temperat horis. Has Hesiodus ex Ioue & Themide natas cecinit, & harum nomina Eurynome, ab æquali distributione: Dice, ab iustitia: Irene, à pace dicta. Horis templa constructa à gentibus fuisse, legimus apud Pausaniam. Olen vero vates antiquissimus, ab horis Iunonem enutritam suis carminibus prodidit. P. Ouidius noster lib. Metamorph. 2. horas solis affeclas cum alijs temporis partibus facit: ita enim ait:

A dextra lauaq; dies, & mensis, & annus,

Seculaq; & posite spacijs æqualibus horæ.

- 20 Horas igitur Plato *ἡμετέρας* dictas voluit, quod scilicet horæ tempora terminent. At Macrobius horas appellatas ait, quod horus sol dicatur, à quo horæ. Marius vero Victorinus Trismegistum ait, cum esset in Aegypto sacrum quoddam animal Serapididi dicatū, & in toto die duodecies vrinam fecisset, pari tempore interposito tempore, per XII. horas diem dimensum esse, coniecisse, & exinde hunc horarum numerum emanasse, atq; ideo horæ dictæ ab vrina, hoc est, *ὀυρη*. Horus tamen Apollo, seu Philippus potius, in Aegyptiorum hieroglyphicis ait vtrunq; æquinoctiū per Cynocephalū sedentem significari, quod videlicet id animal in vtroq; æquinoctij die, duodecies, hoc est, per horas singulas metat, idq; itidem noctibus, isdem agat. Hinc, inquit, in hydrologijs sedentem Cynocephalū
- 30 Aegyptij effingere consueverunt, qui veluti mingens aquam hydrologij effundat. Sunt & qui tradant, eundem Cynocephalum non modò metere, sed & in singulas horas, hoc est, duodecies latrare. Scribit Philelphus animaduersum in Aegypto, quo tempore sacrificium faciendum esset, victimam immolandam quater & viceties æqualib. inter se spacijs minxisse, & inde horas nomen accepisse ab *ὀυρη*, quod idem sit quod *ἡμετέρας*. Alij horas ita inuentas tradunt. Cœli, aiunt, quadraturam in partes duodecim pro ratione musica diuidi, & inde horarū manasse rationem, & aquam quæ ex tenuissima cauerna diffluebat, cum per totum diem excepissent, hanc in duodecim partes diusserunt, ex quibus horis nomen impositum, atq; inde etiam vasa ipsa quibus horas dimettebantur, clepsydræ & hydrologia nuncupata. Horarum vero duo sunt genera, æquinoctiales, quæ & æquidiales, vt æquinoctium, æquidiale, teste Felio, à Græcis dictæ *ἡμετέρας*, & temporales quæ ab eisdem *ἡμετέρας*, quas vulgares à nostris dictas videmus: de quibus ab Astrologis, in primis Ptolemæo & Theone, alijs. Et hæc quidem modò longiores, modò breuiores, pro terrarum & urbium situ & cœli positione, vel consuetudine, de quibus non nihil iam prodidimus, cum paulo ante de dierū ac noctium longitudine & breuitate ageremus. Cum igitur in ciuili & artificiali die sex signa orientur, & sex itidem nocte, consequens est dies singulos horas duodecim naturales seu inæquales continere, & noctes totidem, quomodo antiqui etiam Romani in primis vsi sunt. Et idcirco inanis eorum est dubitatio in epistola Seruij Sulpitij lib. 4. Famil. qui nesciunt quo pacto ad calendas Iunias noctis hora decima dicatur, vbi agitur de nece M. Marcelli, ignorantes æque noctes vt dies diuidi in horas duodecim, iuxta quam consuetudinē palam est Chri

stum in Euangelio locutum: Nonne duodecim sunt horæ diei? & M. Crassum, cum ad Parthicam expeditionem proficiscens apud Deiotarum regem, qui senior cū esset nouam urbem moliebatur, diuertisset, Quid hoc, inquit, rei o Deiotare, duodecima tibi iam instat hora, & nouā nihilominus urbem ædificare pergis? Cui Rex non minus false: Nec tu, inquit, Imperator satis matutinus in Parthos moues. Sed nos scōmata mittamus. Est ergo, vt diximus, hora duplex, altera *ἡμερησία*, id est, æquinoctialis, siue vt vulgò dicitur, horologi, quæ & naturalis diei pars est $\times \times \text{IIII}$, quæ in puncta IIII & $\times \text{L}$. momenta, vel vt passim astrologi loquuntur, in minutias vel minuta LX diuiditur: & hæ horæ ubiq; gentium æquales sunt. Altera est *καλλιμαχία*, hoc est, temporalis & vulgaris seu ciuilis, quæ est $\times \text{II}$ pars diei artificialis, & noctis simili modo. At quoniam dies artificiales nō semper sunt æquales, imò quotidie & indies inæquales vel crescendo, vel decrecendo. sequitur eadem ratione horas vel longiores die crescente, vel breuiiores die decrecente fieri: vnde & apud autores frequenter est legere horas æstiuas pro longioribus, quas & solstitiales *Vitruuius* vocauit: item brumales seu hybernas pro breuioribus & contractioribus: atq; eadem ratione horas noctis diurnis contrarias, vt cum cecinit *Vergilius*:

Iam nox hybernas bis quinq; peregerat horas.

Sicut enim breuissimæ diurnæ sunt horæ brumæ, hoc est, hyberni solstitij, ita longissimæ nocturnæ, & contrā æstiuæ horæ solstitij. Præterea quoniam singuli planetæ singulis horis dominari & præesse ab Astrologis dicuntur, & mortalia, vt aiunt, disponere, ideo planetarum, hoc est, errantium stellarum horæ, quæ ab eis planetariæ vocantur, constitutæ sunt: de quibus nos nihil amplius, suis enim eas mittimus obseruatorib. Horarum vero nomen apud Romanos diu ignoratum est: ccc enim & eo amplius annis, sine his fuisse *Censorinus* scribit, & *Censorino* prius *Plin.* nam nusquam in $\times \text{II}$ tabul. horas nominatas tradunt, vt in alijs postea legibus lectum est. Apud Aegyptios tamen & Græcos id nomen fuisse, horologiorum ratio verisimile facit. Sanè quomodo respondeant horæ æquinoctiales ciuilibus ex dierum vel noctium auctione vel decrectione, facile ratione mathematica colligitur. Ciuiles enim, id est, cericæ bruma & hyberno solstitio tertia parte minores quàm æquinoctiales interdū esse patet: æstiuo vero solstitio tertia parte maiores productioresq;: & quod sequens est, vincunt hybernas duabus quartis, siue, quod idem est, dimidio: id quod & *Vergilius* significasse autumant, cum ait:

An ne nouum tardis sidus te mensibus addas?

hoc est, Iunio & Iulio, quibus mensibus horæ longissimæ sunt diurnæ. Ad hoc idem etiam poeta respexit, cum in *Bucol.* lusit: *Sæpe ego longos*

Cantando puerum memini me condere soles.

Hinc & mordax ille *Catulli* in *Gellium* lepos:

— *Et cum te octaua quiete*

E molli longa suscitatur hora die. Et *Iuuenalis*:

Exul ab octaua Marius bibit.

Et sic locutus est *Plautus*, *Pedianus*, & rei rusticæ scriptores alij. Sunt igitur verno tempore sole *Arietem*, autumno *Libram* ingrediente, æquinoctiales horæ, id est, pares. Legitur in 4. lib. epigrammatum val. *Martialis* ad *Euphemum* dapum structorem *Domitiani* vt creditur, epigramma, in quo ait de vnaquaq; hora, quid Romæ fieri mos esset: super quo adeo multa ad hanc diem non modo grammatici scripsere, sed & Medici & Iureconsulti, vt plura me p̄deat in præsentia afferre, cum & per se notum sit: tantum illud ipsum adscribam:

Prima salutantes, atq; altera continet hora.

Exercet raucos tertia causidicos.

In quintam Varios extendit Roma labores.

Sexta quies lassus, septima finis erit.

Suffi

Sufficit in nonam nitidis oetava palæstris.
 Imperat extructos frangere nona toros.
 Hora libellorum decima est Eupheme meorum.
 Temperat ambrosias cum tua cura dapes,
 Et bonus ætherio laxatur nectare Caesar,
 Ingentiq; tenet pocula parca manu,
 Tunc admittit iocos: gressu timet ire licenti
 Ad matutinum nostra Thalia Iouem.

10 Vides ex his versibus ad sextam vsq; horam negocijs operam dare Romanos solitos, tum reliquas ad decimam vsq;, curatione corporis & vitæ: qua de re extat etiam apud Græcos incerti autoris distichon, hoc ipsum quod obscure significat:

Ἐξ ὥρας μολθοῖς ἰκανῶτα ἴσα, αἰ ἕμετ' αὐτῶς
 Γραμμασι δ' ἀκνύμενοι Ζηθιλέγασι βροτοῖς.

Cognosce græcam argutiam, quæ latinè non satis commode exprimi potest: vt cunq; tamen vertere tentabo:

Sufficit in sextam labor horam, deinde sequentes,
 Vt viuas, numeri litera, Ζηθι, monet.

20 Hoc carmen ita Max. Planudes exponit: Ad sextam, inquit, diei horam operari & laborare decet, post hanc ad cibum procedere, quod etiam manifestatur per notas & literas horologij. Nam si græcas literas, quæ septimam, octauam, nonam & decimam horam significant, hoc est, Ζ, Η, Θ, Ι, coniungas, verbum Ζηθι exprimis, quod vsue significat latinè, ac si dicat, edas vt viuas, hoc est, vt ille ait, φάγε ἵνα Ζῆω ἔχῃ. Vel id potius innuit, ad sextam vsq; horam laborandum, quæ & propterea melior diei pars esse videtur. Vnde & Paulus Iurecōsultus lib. 1. ad edictum scribit, cuiusq; diei maior pars horarum est septem. primarum diei nō supremarum. quæ verba & leguntur in Pandect. titulo de verb. & rerum sig. Iuxta hanc sententiam & quidam Vergilianum illud esse existimant:

30 Nunc adeo melior quoniam pars acta diei est.

Porro horæ vocabulum apud autores plura significat: nam & annus in quatuor horas diuiditur, id est, tempora, vt iam diximus, vnde & ἔτος anni ab Aegyptijs, qui trimestres erant. Item & ἔτος annales, à quibus ἑρῶ γράφοι eorū scriptores, qui & historiographi. Nonnūquam etiam hora pro eo tempore accipitur quo quid est in proprio vigore, & consistendi vi, vt Suidas aliq; docet, à qua & ἡ ὥραϊον, teste Galeno, fructum vocamus maturum, & suo tempore lectum. Hora quoq; videtur apud Græcos pulchritudinem interdum significare: hinc ὡραῖος, formosus & pulcher: & ὡραῖότης, decor & forma. Hora item apud Latinos fuit iuuentutis dea, & Quirini vxor dicia, de qua Ennius poeta illo versu:

40 Teq; Quirine pater veneror, Horamq; Quirini.

Plura Ouidius in Metamorph. horas etiam aliquando positas est inuenire pro ipsa cæli inclinatione & dispositione, quod dicitur: vt si dicamus Italiam verge re ad sextam horam, hoc est, ad meridiem, & ad primam horam brumalem, hoc est, ad hybernium orientem, quo modo locutum Plinium videmus, cum de Italia agens ita ait in tertio: Incedit, inquit, per maria, cæli regione ad meridiem quidem: sed si quis diligenti subtilitate id exigat, inter sextam horam primamq; brumalem. Sed & ad hanc normam Claud. Ptolemæum videmus, vrbium, fluuio- rum, regionum, aliorumq; locorum distantias ac spacia, segmentorum insuper, id est, parallelorum rationem ostendisse, quem mox & alij nonnulli secuti sunt,

50 quam ob rem iam sat superq; de horis, nunc ad horologia me conuertam.

De horologijs igitur acturi, eorum prius varia nomina & genera afferemus, tum de ratione non nihil. Appellata sunt ea in primis apud veteres solaria, & horaria, & horologia, & horographia: tum etiam quæ ex aquæ mensura fierent, cle-

psydræ, & hydrologia, sed & horoscopa vasa dicuntur à Plinio. Solarium, inquit Varro, dicunt in quo horæ in sole inspiciuntur. Huius est, teste Gellio, mentio apud Plautum in fabula Bœotia, ex parasiti esurientis persona:

Ut illum dei perdant qui primus horas repperit,

Quiq; adeo primus statuit hic solarium,

Qui mihi comminuit misero articulatum diem.

Inuenio & solarium apud duntaxat Iurifconsultos pro vectigali positum, quod publico præstatur, ob soli publici occupationem. Sed idem quoq; in priuatis videtur. Vlpianus: Si quis in lapidicinis cedere voluerit, non aliter hoc faciat, nisi prius solitum solarium domino præstet. quod Accurs. parum aduertens, solarium vel solatium legit: qua in re Andr. Alcizatus lynceus fuit. Dicitur solarium in hoc sensu, ut videtur, à solo, illud à sole. Primus vero horologium, quod ab horarum ratione appellatum est *οκιοτμεκον*, Lacedæmone ostendit Anaximenes Milesius Thaletis discipulus, ut scribit Plin. Phauorinus tamen, ut est apud Laert. Diogenē, id Anaximandro adscribit, positumq; ab eo ait Lacedæmone *επι οκιοτμεκον*, quod Ambros. interpretatur, in loco captandæ vmbre idoneo. Herodot. lib. hist. 2. Græcos ait à Babylonijs didicisse Gnomonē, hoc est, normam & vmbilicem vmbrearum, & partes duodecim dici. Sed in libris sacris regnorum quarto, longè antè apud Hebræos ipsum horologium positum ab Achazio rege inuenimus, quo tamèn loco variata legitur lectio: nam in Hebræo codice nullam horologij mentionem, sed vmbrearum eius inuenies: in Græco vero LXXII Interpretum, neutrius, sed graduum, hoc est, *αβαβαβα*. In Latino autem qui ab Hieronymo à plerisq; interpretatus creditur, fit & horologij & vmbrearum mentio, id quod & in Esaia propheta libro legimus, quo loco de eadem re isdem etiam verbis agitur, vbi plura Hieronymus, videturq; ipse ex Symmacho ita legere voluisse, ut passim in Latinis codicibus habetur. Sedenim apud Romanos cuius fuerit inuentum parum constare Censorinus scribit: alij enim apud ædem Quirini primum statutum dicunt, alij in Capitolio, nonnulli ad ædem Dianæ in Auentino. Illud, inquit, satis constat, nullum in foro prius fuisse, quàm id quod M. Messala ex Sicilia aduectum ad Rostra in columna posuit, quod cum in climate Siciliae descriptum esset, ad horas Romæ non conueniebat: in ccc. enim stadijs, ut ait Plinius, aut, ut longissimè in D. solis vmbra mutantur. Quinimò Vitruuius Polio architecturæ lib. nono: Longè aliter, inquit, distant descriptiones horologiorum locorum mutationibus: vmbrearum enim æquinoctialium magnitudinibus designantur analematorum formæ, ex quibus perficiuntur ad rationem locorum vmbrae gnomonum & horarum descriptiones. Analemma autem est ratio conquisita solis cursu & vmbrae crescentis à brumæ obseruatione inuenta, è qua per rationes architectonicas circiniq; descriptiones est inuentus effectus in mundo. Cum igitur Romæ non conueniret scitoteron Siciliae, L. Philippus censor aliud iuxta constituit: deinde aliquanto post P. Cor. Nafica censor ex aqua fecit. Hæc ferè Censorinus. At vero Plin. lib. 7. Serius, inquit, horarum obseruatio Romæ contigit. XII tabulis ortus tantum & occasus nominatur, post aliquot annos adiectus est meridiem, accenso, hoc est, consulis ministro & præcone id pronunciante, cum è curia inter Rostra & Græcostasin prospexisset solem talem, à columna ænea ad carcerem inclinato sidere supremam pronuntiabat: sed hoc serenis tantum diebus vsq; ad primum Punicum bellum. In his Plinij verbis erratum esse videtur, cum dicitur in XII tabulis ortum tantum & occasum nominari, & post aliquot annos meridiem adiectum: cum in XII ipsi tabulis hæc verba legi comperiantur, quæ in rhetoricis ad Herennium, cum de pacti formula præcepta traduntur, allata sunt: Rem vbi pagunt, oratione pagunt in comitio, aut in foro. Ante meridiem causam conijcito. Item apud Gellium lib. 17, cap. 2. In XII autem tabulis verbum hoc, inquit, ita scriptum est: Ante meridiem causam conscito. Quum perorant ambo præsentem, post meridiem

Analemma.

diem

diem praesenti litem addicito. Si ambo praesentes, sol occasus suprema tempestas esto. & haec quidem Gellius. In verbis vero rhetoricorum ad Herennium notandum, Pago verbum sine n litera proferri, licet id nunquam lectum scribat in Vergilianis commentarijs Seruius. Illud quoque ex his ipsis tabularum verbis colligimus, ante meridiem causidicorum horam fuisse, id quod etiam ex supra allato Martialis epigrammate liquidò cognoscimus: ad quod alludens & hoc quoquo modo Iuuenal. scribit:

*Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum,
Sportula, deinde forum, iurisq; peritus Apollo.*

- Sed redeundum ad horologij institutum. Primus Romanis solarium horologium statuisse ante XII annos quam cum Pyrrho bellatum est, ad aedem Quirini, L. Papyrius Cursor, cum eandem aedem dedicaret à patre suo votam, à Fab. Vestali proditur, qui neque facti horologij rationem, vel artificem significauit, nec unde translatum, aut apud quem scriptum id inuenerit. M. Varro primum statutum in publico secundum Rostra in columna tradit bello Punico primo, à M. Val. Messala consule Catina capta in Sicilia: deportatum inde post xxx annos quam de Papyrii horologio traditur, anno urbis cccclxxvii. Nec congruebant ad horas eius lineae. Paruerunt autem ei annis vndecentum, donec Q. Mart. Philippus, qui cum L. Paulo fuit censor, diligentius ordinatum iuxta posuit: idque munus inter censoria opera gratissime est acceptum. Etiamnum tamen nubilo
- 10
- 20
- 30
- 40
- 50
- 1
- tempore incertae fuere horae usque ad proximum lustrum, tunc Scipio Nasica collega Lanati, primus aqua diuisit horas aequè noctium ac dierum: id horologium sub tecto dicauit, anno urbis D X C V. Tandiu populo Romano indiscreta lux fuit. Et haec tenus ex Plinij verbis. Scribit vero Vitruuius, Ctesibium Alexandrinum tonsoris filium, in patris constrina cum alia, tum etiam horologium ex aqua statuisse: vbi multa de huiusmodi re ad hybernum horologiorum usum subiungit, inter quae illa celebrat quae Anaporica dicta sunt, quorumque conficiendorum rationem diligentissime est persecutus. Illa quoque Nicephori Gregorae instrumenta, quibus ratio cognoscendarum horarum noctis ex stellarum cursu traditur, miranda videri possunt: sed quoniam ad astrologorum potius quam ciuiliu hominum usum pertinent, missa facimus, autorem tantum inuimus, si cui forte aliquando id desiderium inciderit. Sunt & qui horas à luna obseruent, idque multiplici ratione. Sed quanta maiore solertia ac arte ad hanc diem horologia excogitata videmus, vel quae puluisculis & harenulis, & his quidem versicoloribus horas nobis metiuntur: vel quae columellis gnomonicis, vel tabella pyxidèque magnete incluso, distinctis lineis? Quò non illa miracula referenda? Quae hodie ex diuerso metallo confecta, velut automata, sua sponte aguntur, haec dentatis supra infraque rotulis, assidue circumactis ponderibus quibusdam libratiss, ad statim motus temperamentum conficiuntur, in quibus non horas modo diurnas & nocturnas, sed & errantium caelestiumque signorum ortus & occasus conspiciuntur: vt minus iam mirari suppetat Archimedis illa Graecis adeò Latinisque scriptoribus cantatissima sphaera, Olibriique aut Archytae Boetijque Severini inuenta, quae à Cassiodoro traduntur. Haec, inquam, maiora horologia plerumque turribus imponuntur, machinisque quibusdam aptantur, vt non modo totis ipsis urbibus horae, sed & ad multos persaepe lapides ex noxae aerae sonitus exaudiantur. Mitto nunc minuta priuataque horologia quae passim fiunt. Ego in specilli oculari capulo Leonis x. Pont. horologium mirabiliter horas ostentans saepe conspexi, quò ille in venationibus itineribusque utebatur. Sed iam, vt puto, de horologijs satis. Nunc per dies singulos *μικρολόγους* conficiam, id est, Calendarium.

CALENDARIVM
ROMANVM ET GRAECVM, GEN-
TIS VTRIVSQUE SOLENNIA, AC RE-
RVM INSIGNITER GESTARVM TEM-
pora complectens, magno tum historijs,
tum ceteris auctoribus cognō-
scendis vsui futū-
rum.

19

Non alienum putavi, Illustriss. Princeps, si nostro huic de annis, mensibus, ceterisque, praetered
n adderem antiquos Romanorum fastos, id est, quod nos hoc tempore Calendarium dicimus:
quod tanti temporum errores implicant, alijs aliter apud alios ordinatis ac proditis, ut pleraque, nec
quo mense, nec quoto die, quibusue consulibus pontificibusque, instituta sint, in tanta varietate &
vetustate non rerum modo, sed etiam autorum, statuere & digerere possis. quoad eius tamen nos
facere potuimus, hoc quaecumque, ad studiosorum vtilitatem partim ex sex Fastorum Ouidij libris
excerptum, & antiquis quibusdam marmorum fragmentis, partim ex varia iugis, nostra lectio-
ne confecimus: & Romanis graeca adiunximus, Theod. Gaza imitati diligentiam, qui multo stu-
dio nisus est Atheniensium menses suis hominibus ostendere. Brevitati vero in primis ea de causa
studuimus, tum quod ea est fastorum natura, tum quod ea pars, quae maior esse videbatur, de ortu & oc-
casu, ceterisque siderum & caeli motibus, a nobis ea ratione est omissa, quod ea ab antiquis & recentioribus
est diligentissime pertractata. Extat & graecus Claudij Ptolemaei liber haec ipsa de re, qui & latinita-
ti est a Nic. Leonico donatus, ne tibi alios nunc astrologos commemorare. Certum & scriptores nonnulli,
qui de re rust. & qui de architectura, quique, de re milit. praecipua tradidere, hoc ipsum effecerunt. Quin
& Aetius, alijque, nonnulli insignes medici, quae signa tempora & tempestates indicant, id est, tempo-
rum prognostica, & quam *πικρὰ σία* nuncupant, prodiderunt. Illud vero minime quinquam
mirari velim, quod cum his Christianorum fastos non adscripserim, cum tanta sit hoc tempore in-
ter nostros controversia, qui status & verus sit Paschatis & Passionis dominicae dies: qua de re tot
eruditi ad hanc diem fastos & calendaria vel correxerunt, vel de integro scripsere, ut inanis omni-
no & superuacaneus noster labor futurus esse videretur, praesertim cum tuae nationis Gallicae insi-
gnes duo inter ceteros Ioan. Staffl. & Lucidus Samotheus, hanc omnem partem diligentissime
sunt executi. Tibi autem & haec qualiacumque, Sereniss. Regina, eò libentius *περὸ πάντων*, si minus
latine licet, nuncupamus, quod te omni literarum genere delectari intelleximus. Eò etiam insuper
magis, ut hominis tibi addictissimi, & ut dicam, maxime oberati, affectum seruitutemque co-
gnoscas. Simul quoque, cum apud te tot sint & viuant viri doctissimi, eis ut nostras
has nugas censendas castigandasque, tradas. Vale meum & vrbis praes-
sidium, cuius Deus votis aspiret.

40

IANVA.

IANVARIVS.

ΓΑΜΗΛΙΩΝ.

- A 1 Kl. Ianuar. Iani & Iunonis. Ioui & Aesculap. in inf. Tyb. Ouid.
- B 3 IIII Non. Dies ater.
- C 3 III Non.
- D 4 Prid. Non. Votū pro salute principis. Caius. Tacitus.
- E 5 Nonis.
- 10 F 6 VIII Id.
- 7 VII Id.
- H 8 VI Id. Sacrificiū Iani. Vetus Kl.
- A 9 V Id. Agonalia. Ouid.
- B 10 IIII Id. Media hyems.
- C 11 III Id. Carmentalia. Iuturnæ ædes dic. in campo martio.
- D 12 Prid. Id. Cōpitalia. Gell. & Macro.
- E 13 Idibus. Ioui. Octavius Augustus dicitur, & prouincie in formam redactæ. Ouid. et tibicines habitum muliebri urbem lustrabant. Plut.
- 20 F 14 XIX Kl. Febr.
- G 15 XVIII Kl. Carmentalia relata. & Porrimæ & Postuertæ.
- H 16 XVII Kl. Concordiæ templum à Camillo positum.
- A 17 XVI Kl.
- B 18 XV Kl.
- C 19 XIII Kl.
- D 20 XII Kl.
- 30 E 21 XI Kl.
- F 22 X Kl.
- G 23 IX Kl. Sementinæ feriæ. Ouid.
- A 25 VIII Kl. Varro. Fest. Macro. non stata
- B 26 VII Kl. quidem, sed indictæ.
- C 27 VI Kl. Castori & Polluci temp.
- D 28 V Kl. ad Iuturnæ stagnum.
- E 29 IIII Kl. Equiria in cāpo Mart. V. K.
- F 30 III Kl. Paci.
- 40 G 31 Prid. Kl. Sacr. deis penaf. v et. Kl. qui Patrij et Urbani dicuntur.

- α Νεμλιώ Γαμηλιών. Gamelia Iunoni hoc mense celebrabantur, vnde et mensi nomen.
- β δούτορα Ισαμλής. Tertia mensis Mineruæ
- γ τεύτη Ισαμλής. Tertia mensis Mineruæ
- δ τεταρτη Ισαμλής. sacra cuiusq; Paus.
- ε πέμπτη Ισαμλής.
- ς έκτη Ισαμλής.
- ζ έβδομη Ισαμλής. Isidis αλξίς, id est, accessus. Plut.
- η ογδόν Ισαμλής. Octauus cuiusq; mensis
- θ εννάτη Ισαμλής. dies Neptuno sacer est
- ι Διούτη. apud Atheniens. Plut.
- ια πρώτη ώδι δέκα.
- ιβ δούτορα ώδι δέκα.
- ιγ τεύτη ώδι δέκα.
- ιδ τεταρτη ώδι δέκα.
- ιε πέμπτη ώδι δέκα.
- ισ έκτη ώδι δέκα.
- ιζ έβδομη ώδι δέκα.
- ιη ογδόν ώδι δέκα.
- ιθ εννάτη ώδι δέκα.
- κ εναγίς ή εναοτή.
- κα οι δεκακτη φθίνοντες.
- κβ δεκακτη φθίνοντες.
- κγ εννάτη φθίνοντες.
- κδ ογδόν φθίνοντες.
- κε έβδομη φθίνοντες.
- κς έκτη φθίνοντες.
- κζ πέμπτη φθίνοντες.
- κη τεταρτη φθίνοντες.
- κθ τεύτη φθίνοντες.
- λ δούτορα φθίνοντες.
- λα ενή ή νέα.

F E B R V A R I V S .

Ε Λ Α Φ Η Β Ο Λ Ι Ω Ν .

H 1	Kl. Febr. Sospitæ templi dic. Luca	α	Νημελῖα ἐλαφκολιῶνος. Diane sacra	
A 2	IIII Non. ria, ab Aſyli luco. Ouid. Feſt.	β	δουπόρα ἰσαμῶνος.	ſiebant, à
B 3	III Non. Item Ioui ſacr. de bidente.	γ	τεῖτη ἰσαμῶνος.	ceruis ela-
C 4	Prid. Non.	δ	πετάρτη ἰσαμῶνος.	phobolia
D 5	Nonis. Aug. dictus p. p. Ouid.	ε	πέμψη ἰσαμῶνος.	nūcupata.
E 6	VIII Id.	ς	ἕκτη ἰσαμῶνος.	
F 7	VII Id.	ζ	ἑβδόμη ἰσαμῶνος.	10
G 8	VI Id.	η	ὀγδόη ἰσαμῶνος.	
H 9	V Id.	θ	ἐνάτη ἰσαμῶνος.	
A 10	IIII Id.	ι	δέκτη.	
B 11	III Id.	ια	πετάρτη ἰδί δέκτη.	
C 12	Prid. Id.	ιβ	δουπόρα ἰδί δέκτη.	
D 13	Idibus. Faunifeſtum & Iouis. Fabiorum cædes.	ιγ	τεῖτη ἰδί δέκτη.	
E 14	XVI Kl. Martij.	ιδ	πετάρτη ἰδί δέκτη.	
F 15	XV Kl. Lupercalia. Plut. Ouid. Varr.	ιε	πέμψη ἰδί δέκτη.	20
G 16	XIIII Kl.	ισ	ἕκτη ἰδί δέκτη.	
H 17	XIII Kl.	ις	ἑβδόμη ἰδί δέκτη.	
A 18	XII Kl. Quirinaliorū ſtultorū ſeria. Feſt. Ouid. Varro. Et Fornacalium indiſtio deæ Fornacali, quæ ἔσ Fornax dicta fuit, à quo indiſta. Plin. Ouid. ἔ D. Manib. ſacra ſeralia. Deæ Mutæ.	ιη	ὀγδόη ἰδί δέκτη.	
B 19	XI Kl. Chariftia. Val. Max. Ouid. id	ιθ	ἐνάτη ἰδί δέκτη.	
C 20	X Kl. eſt, ſacra cognatorum. Vet. Kl.	κ	δέκτη ἢ ἕκτοση.	
D 21	IX Kl. Terminalia. Ouid. Bedas verò	κα	ὀγδοη φθίνοντῶ.	
E 22	VIII Kl. VII. cal. ἔ regifugium V. cal. Mart. cui conuenit locus biſſexti.	κβ	ἑβδόμη φθίνοντῶ.	30
F 23	VII Kl. Regifugium. Ouid. Quidā	κγ	ἕκτη φθίνοντῶ.	
G 24	VI Kl. VI. Calend.	κδ	πέμψη φθίνοντῶ.	
H 25	V Kl.	κε	πετάρτη φθίνοντῶ.	
A 26	IIII Kl.	κς	τεῖτη φθίνοντῶ.	
B 27	III Kl. Equiria in campo Mart. Varro. Feſt. ἔ Ouid.	κζ	δουπόρα φθίνοντῶ.	
C 28	Prid. Kl. Tarquinij ſuperati. Plut.	κη	ἐνῆ κῆ νέα.	

MARTIVS.

MARTIVS.

Μ Ο Υ Ν Υ Χ Ι Ω Ν.

D 1	Kl.	Mart. Matronarum dies festus.	α	Νημυλία μουνυχιάων θ. Munychia facta
E 2	VI	Non. Fest. Porph. Serv. Ouid.	β	δδυπόρα ίσαμλίς. dea Munychia,
F 3	V	Non. Matronalia. Iunonis Lucinae. Martis. Ancyliorum festū. nec nubere bonū quousq; condatur. Porph. aliam causam adfert.	γ	τείτη ίσαμλίς. id est, Diana.
G 4	IIII	Non.	δ	τεταρτή ίσαμλίς.
H 5	III	Non.	ε	πέμπτη ίσαμλίς.
A 6	Prid. Non.	August. pont. max.	ς	έκτη ίσαμλίς.
10		10 ^o sac. Vestæ. Ouid.	ζ	έβδομη ίσαμλίς.
B 7	Nonis.	Ve iouis templum ad uos lucos Asyli. Ouid.	η	όγδοη ίσαμλίς.
C 8	VIII	Id.	θ	εννάτη ίσαμλίς.
D 9	VII	Id.	ι	δέκατη.
E 10	VI	Id.	ια	πρώτη ύδι δέκα η μεσώτη θ.
F 11	V	Id.	ιβ	δδυπόρα ύδι δέκα.
G 12	IIII	Id.	ιγ	τείτη ύδι δέκα.
H 13	III	Id. Equiria altera apud Tyberim, vel si aquis increuerit in Coelio monte. Ouid. Fest.	ιδ	τεταρτή ύδι δέκα.
A 14	Prid. Id.		ιε	πέμπτη ύδι δέκα.
20		20 ^o B 15 Idibus. Annæ Perennæ. Parricidium, id est cædes C. Cæs. Plin. & Suet.	ις	έκτη ύδι δέκα. Lysander Athenis potius. Plut.
C 16	XVII	Kl. April.	ιζ	έβδομη ύδι δέκα.
D 17	XVI	Kl. Liberalia, Varro. quo die virilem togam pueri ingenui sumebāt. Ovi. Agonia Varr.	ιη	όγδοη ύδι δέκα.
E 18	XV	Kl.	ιθ	εννάτη ύδι δέκα η δέκατη.
F 19	XIIII	Kl. Quinquatria. Mineruæ natalis, & Minerua magistris soluebatur.	κ	έκτος η έκτος η.
G 20	XIII	Kl. Quinquatria.	κα	όδωκοτη φθίνοντ θ.
H 21	XII	Kl. Quinq. Primus dies seculi, quidam VIII. Bedas.	κβ	δέκατη φθίνοντ θ.
30		30 ^o A 22 XI Kl. Quinquat.	κγ	εννάτη φθίνοντ θ.
B 23	X	Kl. Quinquatr. Tubilustrū. sacrorum tubæ lustrantur. Varro.	κδ	όγδοη φθίνοντ θ.
C 24	IX	Kl. Hilaria, Matris deum festa. Læ.	κε	έβδομη φθίνοντ θ.
D 25	VIII	Kl. Hilaria, Matris deum festa. Læ.	κς	έκτη φθίνοντ θ.
E 26	VII	Kl. prid. Macrobr.	κζ	πέμπτη φθίνοντ θ.
F 27	VI	Kl. Matris deum. Ammia. Marc.	κη	τεταρτή φθίνοντ θ.
G 28	V	Kl. Herod. Megalesta Varro.	κθ	τείτη φθίνοντ θ.
H 29	IIII	Kl.	λ	δδυπόρα φθίνοντ θ.
A 30	III	Kl. Iani, Concordiæ, Salutis, Pacis.	λα	εν η νεα.
B 31	Prid.	Kl. Lunæ. i. Dianæ in Aucun. Ovi.		

A P R I L I S.

Θ Α Ρ Γ Η Λ Ι Ω Ν.

C 1 Kl. April. Veneris sacrum cum florib.
D 2 IIII Non. Myrto. Plut. Ouid. Item
E 3 III Non. Fortunæ virili.
F 4 Prid. Non.
G 5 Nonis. Megalesia matri deum. K. V. Ovi.
H 6 VIII Id. Fortunæ publicæ primigeniæ
A 7 VII Id. in colle Quirinali. Ouid. Varr.
B 8 VI Id. Ludi ob victoriam Cæf.
C 9 V Id. Cerealia, Ludi Circen. Instaura
D 10 IIII Id. tionis dies Circensibus additus.
E 11 III Id. Macrob. (Liui. xxix.
F 12 Prid. Id. Magna mater Romæ adducta. T.
G 13 Idibus. Ioui victori & Libertati. Ouid.
H 14 XVIII Kl. Maij.
A 15 XVII Kl. Fordicidia vel fordicatia, de for-
 da boue. Varro. Ouid.
B 16 XVI Kl. Aug. imp. salutatus.
C 17 XV Kl.
D 18 XIIII Kl. Equiria in circo max. et vulpiū
E 19 XIII Kl. combustio. Ouid.
F 20 XII Kl. Palifia. Romæ natalis. Varro,
 Ovi. Fest. Plut. alij. Falluntur multi. Agonia altera,
 Ouid. quæ et agonalia dicuntur.
G 21 XI Kl.
H 22 X Kl. Vinalia priora. Ioui et Vene-
A 23 IX Kl. ri. Ouid. Plut. Varr. Plin. Fest.
B 24 VIII Kl.
C 25 VII Kl. Robigalia. Plin. Fest. O-
D 26 VI Kl. uid. Varro, alij.
E 27 V Kl. Latine feriæ in sacro mote. T. Liu.
F 28 IIII Kl. Floralia. Plin. Kl. V. Ovi.
G 29 III Kl.
H 30 Prid. Kl. Vestæ Palatinæ. Ouid. Hoc
 mense, vt Plut. in Romulo et probl. Larentalia. et distin-
 guit à Laurentalibus, quæ mense Decembri celebrantur.

α Νημελῶα θοργηλιῶν Θ. Thargelia sa-
 β δδύτορα ἰσαμῶν. cra Apollini et
 γ τείτη ἰσαμῶν. Dianæ. Mēsis
 δ πετοάρτη ἰσαμῶν. hic Græcis au
 ε πῆμῆν ἰσαμῶν. spicatifimus.
 ς ἐκτῆ ἰσαμῶν. Dianæ natiuitas.
 ζ ἐβδόμεν ἰσαμῶν. Apollinis dies natalis, 10
 η ὀγδοὴ ἰσαμῶν. qui dies quoq; Socratis
 θ γνῶστη ἰσαμῶν. et Platonis sūt. Laert.
 ι Διευτή.
 ια πετοάρτη ἰσαμῶν ἢ μῆσοῦντ Θ.
 ιβ δδύτορα ἰσαμῶν.
 ιγ τείτη ἰσαμῶν.
 ιδ πετοάρτη ἰσαμῶν.
 ιε πῆμῆν ἰσαμῶν.
 ις ἐκτῆ ἰσαμῶν.
 ιζ ἐβδόμεν ἰσαμῶν.
 ιη ὀγδοὴ ἰσαμῶν.
 ιθ γνῶστη ἰσαμῶν ἢ δεκάτη.
 κ εἰκοστή ἢ εἰκοστή.
 κα δεκάτη φθίνοντ Θ.
 κβ γνῶστη φθίνοντ Θ.
 κγ ὀγδοὴ φθίνοντ Θ. Ilij destructio. 30
 κδ ἐβδόμεν φθίνοντ Θ.
 κε ἐκτῆ φθίνοντ Θ.
 κς πῆμῆν φθίνοντ Θ.
 κζ πετοάρτη φθίνοντ Θ. Apaturia etiā hoc men
 κη τείτη φθίνοντ Θ. se agebatur, à Venere di
 κθ δδύτορα φθίνοντ Θ. ἑα. Trib. dieb. celebra-
 λ γνῶστη ἰσαμῶν. batur: prima δὲ πρώτα,
 secunda αὐτῶν ἑξῆς, tertia κρεῖστος quarta ve-
 ρο ἐπιβδ. Simplicius in Physicis. Suidas, alij.
 Quidam Pyanepfione agi dicunt.

MAIVS.

MAIUS.

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝ.

A 1 Kl. Mañ. Laribus præstitib. ara
 B 2 VI Non. posita. Ouid. & Bonæ deæ
 C 3 V Non. fact. Macro. Plut. Varr. La-
 D 4 IIII Non. fan. Ouid. alij. et Florales lu-
 E 5 III Non. di triduo. Vet. Kl.
 F 6 Prid. Non.
 10 G 7 Nonis.
 H 8 VIII Id. Lemuria, quæ noctu agebã-
 tur, & triduo. Ouid. Varr. Porph. malum nubere. &
 Luminaria.
 B 10 VI Id.
 C 11 V Id. Lemuria. Vet. K.
 D 12 IIII Id. Martis ultoris. bisulto-
 rem ait Ouid. alij. Post Lem. Vet. K.
 20 E 13 III Id. Lemuria. V. K.
 F 14 Prid. Id.
 G 15 Idibus. Argeorum simulachra scir-
 pea de ponte in Tyberim deijciébãtur. Dionys. Euseb.
 Plut. Ouid. Macro. alij. Et mercatorum dies festus. O-
 uid Mercurium hoc die natum Martialis ait. Aedes de-
 dic. T. L. & Fer. Ioui. Vet. Kl.
 H 16 XVII Kl. Iunij.
 A 17 XVI Kl.
 B 18 XV Kl.
 C 19 XIIII Kl.
 30 D 20 XIII Kl.
 E 21 XII Kl. Agonia seu agonalia
 Iani. Ouid. Varr. Veionii V. K. alij superiorib. diebus.
 F 22 XI Kl. Vulcani feriã. V. K.
 G 23 X Kl. Vulcanalis flamen rē di. Maia
 faciebat. Macro. tubilustrium. Varr. Ouid. alij x. Cal.
 V. K. Ouid. alij xij.
 H 24 IX Kl. Regis fugium alterum.
 Vet. Kl. Ouid. alij aliter.
 A 25 VIII Kl. Templum Fortunæ da-
 40 B 26 VII Kl. tum. Vet. Kl. Ouid.
 C 27 VI Kl.
 D 28 V Kl.
 E 29 IIII Kl.
 F 30 III Kl.
 G 31 Prid. Kl.

α Νυμφωία Σκίροφοριωίων. Umbraulo-
 β δουτοφα ισταμλνσ. rum festũ,
 γ τείτη ισταμλνσ. quæ σκίρη dicuntur.
 δ πεταρτη ισταμλνσ. Σκλειάς Pallas.
 ε ωμίπη ισταμλνσ.
 ς ἐκτη ισταμλνσ.
 ζ ἐβδμη ισταμλνσ.
 η ογδὴ ισταμλνσ.
 θ ἑνὸς τῆς ισταμλνσ.
 ι Διότι.
 ια πρῶτη ἡμέρη δέκα.
 ιβ δουτοφα ἡμέρη δέκα.
 ιγ τείτη ἡμέρη δέκα.
 ιδ πεταρτη ἡμέρη δέκα.
 ιε ωμίπη ἡμέρη δέκα.
 ις ἐκτη ἡμέρη δέκα.
 ιζ ἐβδμη ἡμέρη δέκα.
 ιη ογδὴ ἡμέρη δέκα.
 ιθ ἑνὸς τῆς ἡμέρης δέκα.
 κ ἐκτὸς ἢ ἐκτοσὴ.
 κα οὐδέκα τῆς φθινόροισ.
 κβ δεκάτη φθινόροισ.
 κγ ἑνὸς τῆς φθινόροισ.
 κδ ογδὴ φθινόροισ.
 κε ἐβδμη φθινόροισ.
 κς ἐκτη φθινόροισ.
 κζ ωμίπη φθινόροισ.
 κη τεταρτη φθινόροισ.
 κθ τείτη φθινόροισ.
 λ δουτοφα φθινόροισ.
 λα ἑνὸς ἡμέρης.

IVNIVS.

ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ.

H 1	Kl.	Iunij, Iunonis Moneta ædis dedic.	α	Νεμυνία ἐκατομβαιῶνος. Hecatombæ hoc	
A 2	IIII Non.	Macrob. Bedas. Carne deæ in	β	δολύτρα ἰσαμλίας.	mese plures, vñ
B 3	III Non.	Celio monte. Marti sacr. extra port. Capenam. Tempestati delubrum. Ouid. Fabria Kl. Macr.	γ	τέλιτη ἰσαμλίας.	de et illi nomē. Anni initiū apud Athenien. vel quod sol hecatombæus diceretur.
C 4	Prid. Non.	Bellonæ sacr. Herculis ædes in Circo.	δ	πτάξτη ἰσαμλίας.	
D 5	Nonis.	Templum fidei. Sponsoris Iouis. Dion. alij. Sacrum Fidio Semipatri. Vet. Kl. Ouid.	ε	ωέμπτη ἰσαμλίας.	10
E 6	VIII Id.	Vestæ templum.	ς	ἐκτη ἰσαμλίας.	
F 7	VII Id.	Piscatorij ludi in cāp. Mart. Ouid. Fest. Mentis templum dic. Ouid. Vet. Kl.	ζ	ἑβδόμεν ἰσαμλίας.	
G 8	VI Id.	Vestæ. vet. Kl. Ovi. Asini conantur. Ara Iouis Pistoris.	η	δγδὴν ἰσαμλίας.	
H 9	V Id.	Matralia. Fortis Fort. Concordiæ ædes. Matris matutæ. V. K. Ouid.	θ	ὀνόστη ἰσαμλίας.	
A 10	IIII Id.	Iouis inuicti. Minuscule quinquatria Mineræ. Varro. Fest. Censorinus.	ι	Δεκάτη.	
B 11	III Id.		ια	πρότη ἐπὶ δέκα.	
C 12	Prid. Id.		ιβ	δολύτρα ἐπὶ δέκα.	20
D 13	Idibus.		ιγ	τέλιτη ἐπὶ δέκα.	
E 14	XVIII Kl.	Iulij.	ιδ	τετάρτη ἐπὶ δέκα.	
F 15	XVII Kl.	Stercus ex æde Vestæ defertur. Fest. Varro. Ouid.	ιε	ωέμπτη ἐπὶ δέκα.	
G 16	XVI Kl.		ισ	ἐκτη ἐπὶ δέκα.	
H 17	XV Kl.		ις	ἑβδόμη ἐπὶ δέκα.	
A 18	XIIII Kl.		ιη	δγδὴν ἐπὶ δέκα.	
B 19	XIII Kl.	Mineræ in Auent. Vet. Kl.	ιθ	ὀνόστη ἐπὶ δέκα.	
C 20	XII Kl.	Sumani sacrum ad Circum Max. Vet. Kl. Ouid.	κ	εἰκὼς ἢ εἰκῆσι.	
D 21	XI Kl.		κα	δεκάτη φθίνοντος.	30
E 22	X Kl.		κβ	ὀνόστη φθίνοντος.	
F 23	IX Kl.	Flamin. victus à Pœnis. Ouid.	κγ	δγδὴν φθίνοντος.	
G 24	VIII Kl.	Fortis fortunæ. Vet. Kl. Ouid. Varr. Naues coronatæ per Tyber. cōniuia ducebāt.	κδ	ἑβδόμη φθίνοντος.	
H 25	VII Kl.		κε	ἐκτη φθίνοντος.	
A 26	VI Kl.		κς	πέμπτη φθίνοντος.	
B 27	V Kl.	Iouis Statoris & Laris. Ouid.	κζ	τετάρτη φθίνοντος.	
C 28	IIII Kl.	Quirini templū in coll. Qui. Ouid. Vet. Kl. III. Cal.	κη	τέλιτη φθίνοντος.	
D 29	III Kl.		κθ	δολύτρα φθίνοντος.	
E 30	Prid. Kl.	Herculis & Musarum. Ouid. Populifugia in Iunio dies. Varro.	λ	ἐν καὶ νεία.	40

IVLIVS

IVLIVS QVINTILIS. METAGENITON.

F 1	Kl.	Iulij. Hoc die apud Ro. fiebant migrat	α	Νημελιδ Μεταγενιτιδιθ.
G 2	VI	Non. tiones ex edibus in alienas e-	β	δουτβια ισαμλις.
H 3	V	Non. des, vt hoc tempore in seio	γ	τειτη ισαμλις.
A 4	IIII	Non. D. Michaelis: id quod ex Ci-	δ	τεταρτη ισαμλις.
B 5	III	Non. cer. Sueton & Mart. colligunt docti.	ε	πεμπτη ισαμλις.
10 C 6	Prid. Non.	Capitol. incensum tempore sylle.	ς	εκτη ισαμλις.
D 7	Nonis.	Romulus non apparu	ζ	εβδομη ισαμλις.
E 8	VIII Id.	it. Lamp. in Comodo. Plut.	η	ογδον ισαμλις.
F 9	VII Id.	Caprotinae. Iuno Caprotina.	θ	γινωτη ισαμλις.
G 10	VI Id.	na. Ancillarum festum. Macrobr. Plut. Ouid. Varro.	ι	δευκατη.
H 11	V Id.	Ludi Apollinares. T. Liu. Vet. Kl. Varr. Livijs alio loco tertio Non. ait.	ια	περατη ιδι δεκα.
A 12	IIII Id.	Iulij Cæs. natalis, vnde	ιβ	δουτβια ιδι δεκα.
20 B 13	III Id.	mensis. M. Ant. consule legere ferente. Macrobr.	ιγ	τειτη ιδι δεκα.
C 14	Prid. Id.	Fortune mulieb. dedic. Dion. Liu.	ιδ	τεταρτη ιδι δεκα.
D 15	Idibus.	Castoris & Poll. Equites. Ro. ab aede Honoris in equis in Cap. Plin. V. K. Dio.	ιε	πεμπτη ιδι δεκα.
E 16	XVII Kl.	August.	ισ	εκτη ιδι δεκα.
F 17	XVI Kl.		ιζ	εβδομη ιδι δεκα.
G 18	XV Kl.	Alliensis dies atra. Sera.	ιη	ογδον ιδι δεκα.
H 19	XIIII Kl.	Plin. Tacit. XVII. Cal. Plutar.	ιθ	γινωτη ιδι δεκα.
A 20	XIII Kl.	XVI. Cal in Camillo.	κ	εκατη ενκατη.
B 21	XII Kl.	Mudi natalis. Solinus ex Aegyptiorum sacerd. sententia. Sed	κα	ωδ εκατη φθινονθ.
30 C 22	XI Kl.	vide que in libro notauimus.	κβ	δεκατη φθινονθ.
D 23	X Kl.		κγ	γινωτη φθινονθ.
E 24	IX Kl.		κδ	ογδον φθινονθ.
F 25	VIII Kl.	Hoc mense rutilæ canes caniculæ sacrificabantur. Vide Festum.	κε	εβδομη φθινονθ.
G 26	VII Kl.		κς	εκτη φθινονθ.
H 27	VI Kl.		κζ	πεμπτη φθινονθ.
A 28	V Kl.	Neptunalia etiam hoc mense. Vet. Kl. & Varro.	κη	τεταρτη φθινονθ.
B 29	IIII Kl.		κθ	τειτη φθινονθ.
C 30	III Kl.		λ	δουτβια φθινονθ.
D 31	Prid. Kl.		λα	γινωτη νεα.

- E** 1 Kl. Augusti. Spei ad forum olitorium. V. Kl. Consecratio templi Martis. Dion. in hist.
- F** 2 IIII Non. Feriæ quod Cæs. Hisp.
- G** 3 III Non. citiorem vicit. Vet. Kl.
- H** 4 Prid. Non.
- A** 5 Nonis. Saluti in colle Quirin.
- B** 6 VIII Id. vet. kl. & spei.
- C** 7 VII Id.
- D** 8 VI Id. Solis indigetis in colle Quir. V. Kl.
- E** 9 V Id.
- F** 10 IIII Id. Arę Opis & Cereris in vico lugario. Vet. Kl.
- G** 11 III Id.
- H** 12 Prid. Id. Herculi magno custodi in Circo Flam. Vet. Kl.
- A** 13 Idibus. Dianæ sacra. Martial. Currebant in nemus Aricinum. Item natalis Augusti. Porphy. Dies festus seruorum & ancillarum. Plut. Et Vertumno in Loreto maiore. V. Kl.
- B** 14 XIX kl. Septemb.
- C** 15 XVIII kl.
- D** 16 XVII kl.
- E** 17 XVI kl. Portunalia ad pontem Aemyl. V. Kl. & Varr. Iano ad theat. Marcelli. V. Kl.
- F** 18 XV kl. Consualia. Plut. in Numma. vel seq. die. Sabinarum raptus.
- G** 19 XIII kl. August. mors. Dion. hist. Suet.
- H** 20 XIII kl. Vinalia secunda Plin.
- A** 21 XII kl. Vinalia Rustica. Varr. Fest.
- B** 22 XI kl. vero xiiij. Cal. idem & Vet. Kl.
- C** 23 X. kl. Vulcanalia in Circo
- D** 24 IX kl. Flam. Vet. Kl.
- E** 25 VIII kl. Opi consiua in Capitol.
- F** 26 VII kl. Vet. Kl. Varro.
- G** 27 VI kl. Vulturialia. v. kl. v. art.
- H** 28 V kl. cuius feriæ mense Orob. Vortumnalia.
- A** 29 IIII kl. Vulcanalia. Festus.
- B** 30 III kl. Mundus Cereris patet.
- C** 31 Prid. kl. Nat. C. Cæs. Germanici. Vet. Kl.

- α Νημιωία Βοηδρομιωνος. Boedromia celebritas hoc mense agebatur, vnde et mensis dictus. Apollo etiam Boedromius vocatus. Plut. Paus. Harpocr. alij. Xerxes victus. Plut.
- β δολύφρα Ισαμύνας.
- γ τεύτη Ισαμύνας.
- δ τεποιετη Ισαμύνας.
- ε πέμπτη Ισαμύνας.
- ς ἐκτη Ισαμύνας.
- ζ ἐβδόμενη Ισαμύνας.
- η δγδδνη Ισαμύνας.
- θ οἰνόατη Ισαμύνας.
- ι Δικαίτη.
- κ πρώτη ἐπὶ δέκτα.
- ιβ δολύφρα ἐπὶ δέκτα.
- ιγ τεύτη ἐπὶ δέκτα.
- ιδ τετάρτη ἐπὶ δέκα.
- ιε πέμπτη ἐπὶ δέκτα.
- ισ ἐκτα ἐπὶ δέκτα.
- ις ἐβδόμενη ἐπὶ δέκτα.
- ιη δγδδνη ἐπὶ δέκτα.
- ιθ οἰνόατη ἐπὶ δέκτα.
- κ εἰκός ἢ εἰκςη.
- κα οἰδέκτατη Φθινοῦτος. Mystera magna. Plut.
- κβ δικαίτη Φθινοῦτος. & Liber pater ex vrbe in Eleusinem transferebatur.
- κγ οἰνόατη Φθινοῦτος.
- κδ δγδδνη Φθινοῦτος.
- κε ἐβδόμενη Φθινοῦτος.
- κς ἐκτη Φθινοῦτος.
- κζ πέμπτη Φθινοῦτος.
- κη τετάρτη Φθινοῦτος. Harpocratis festum hoc mense fiebat ab Aegyptijs. Plut.
- κθ τεύτη Φθινοῦτος.
- λ δολύφρα Φθινοῦτος.
- λα ἔνη καὶ νεία.

20

30

40

SEPTEM.

SEPTEMBER.

ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΟΝ.

D 1 Kl. Septēb. Vulcani tutela Septēb. v. K.
 E 2 IIII Non. Augusti victoria nāualis ex
 F 3 III Non. M. Ant. & Cleop. Dion.
 G 4 Prid. Non.
 H 5 Non.
 A 6 VIII Id.
 B 7 VII Id.
 10 C 8 VI Id. Hierosolyma à Tito Vesp. capta.
 D 9 V Id. Iosephus.
 E 10 IIII Id.
 F 11 III Id.
 G 12 Prid. Id.
 H 13 Idibus. Prætor Max. clauū pan-
 git. T. Liu. & Capitolij dedic. ab Horatio, Plut. T. L.
 Ioui. Vet. Kl.
 A 14 XVIII Kl. Octobris.
 20 B 15 XVII Kl. Ludi. v. K. qui Romani
 & magni. Asc. Pæd.
 C 16 XVI Kl. Ludi v. K.
 D 17 XV Kl. Ludi. v. K.
 E 18 XIII Kl. Ludi. v. K.
 F 19 XII Kl.
 G 20 XI Kl. Romuli natalis. Plut.
 H 21 X Kl.
 A 22 IX Kl. Natalis Augusti. Dion hist. Suet.
 30 C 24 VIII Kl.
 D 25 VII Kl. Veneri. Vet. Kl.
 E 26 VI Kl.
 F 27 V Kl.
 G 28 IIII Kl.
 H 29 III Kl.
 A 30 Prid. Kl. Epulum Minervæ. v. K. Me-
 ditrinalia hoc mense celebrabantur, et Metrina dea,
 quo die primum mustum bibebant. Fest. Varro.

α Νεμλιώ μαμακτινωδνος. Metactes Ιη
 β δουτορα ισαμλις. piter, et in-
 γ τειτη ισαμλις. de mensis.
 δ τεταρτη ισαμλις. Harpocrat.
 ε ωεμπτη ισαμλις. & alij.
 ς εκτη ισαμλις.
 ζ εβδμη ισαμλις.
 η ογδμη ισαμλις.
 θ γινωτη ισαμλις.
 ι Δεκατη.
 ια πρωτη ωδι δεκα.
 ιβ δουτορα ωδι δεκα.
 ιγ τειτη ωδι δεκα.
 ιδ τεταρτη ωδι δεκα.
 ιε ωεμπτη ωδι δεκα.
 ις εκτη ωδι δεκα. Parentatio eorum qui con-
 ιζ εβδμη ωδι δεκα. tra Persas pugnando oc-
 ιη ογδμη ωδι δεκα. cubuerunt. Plut.
 ιθ γινωτη ωδι δεκα. Thoth, id est, Mercu-
 κ εικς η εικση. rio Aegyptij sacri-
 κα δεκατη φηνο Γ. ficant. Plut.
 κβ γινωτη φηνον Γ.
 κγ ογδμη φηνον Γ.
 κδ εβδμη φηνον Γ.
 κε εκτη φηνον Γ.
 κς ωεμπτη φηνον Γ.
 κζ τεταρτη φηνον Γ.
 κη τειτη φηνον Γ.
 κθ δουτορα φηνον Γ.
 λ γνη η νεα.

OCTOBER.

ΠΥΑΝΕΥΙΩΝ.

B	1	Kl. Octobr.	Martis tutela Octob. Vet. K.
C	2	VI	Non.
D	3	V	Non.
E	4	IIII	Non. Mundus Cereris patet. Fest.
F	5	III	Non.
G	6	Prid.	Non.
H	7		Nonis.
A	8	VIII	Id.
B	9	VII	Id.
C	10	VI	Id.
D	11	V	Id.
E	12	IIII	Id.
F	13	III	Id.
G	14	Prid.	Id.
H	15	Idibus.	Mercatores Mercurio.

Vergilij natalis. Martial. October equus Marti immolatur. Fest. Plut.

A	16	XVII	Kl. Nouemb.
B	17	XVI	Kl.
C	18	XV	Kl.
D	19	XIIII	Kl.
E	20	XIII	Kl.
F	21	XII	Kl.
G	22	XI	Kl.
H	23	X	Kl.
A	24	IX	Kl.
B	25	VIII	Kl.
C	26	VII	Kl.
D	27	VI	Kl.
E	28	V	Kl.
F	29	IIII	Kl. Sacrum hoc mēse Libe-
G	30	III	ro fiebat. V. Kl. Et ver-
H	31	Prid.	kl. tumni feriā. Varr.

α	Νημελῖα Πυανεύϊωνος. Pyanepfia hoc men-
β	δούτερον ἰσαμῶνα. se celebrantur.
γ	τεῖτη ἰσαμῶνα.
δ	τετάρτη ἰσαμῶνα.
ε	πέμπτη ἰσαμῶνα.
ς	ἕκτη ἰσαμῶνα.
ζ	ἑβδόμη ἰσαμῶνα.
η	ὀγδόη ἰσαμῶνα. Panopfia Apollini, imō Py-
θ	ωνότη ἰσαμῶνα. Eresioe plectitur. (anepfia.
ι	† Δεκάτη. Oschophoria, id est, Ra-
ια	πρώτη ἐπὶ δέκα. malia celebrabantur.
ιβ	δούτερον ἐπὶ δέκα. Plut. Suid. Comment-
ιγ	τεῖτη ἐπὶ δέκα. in Nicand.
ιδ	τετάρτη ἐπὶ δέκα.
ιε	πέμπτη ἐπὶ δέκα.

ισ	ἕκτη ἐπὶ δέκα.
ιζ	ἑβδόμη ἐπὶ δέκα.
ιη	ὀγδόη ἐπὶ δέκα.
ιθ	ωνότη ἐπὶ δέκα.
κ	ἐκὸς ἠέκτες.
κα	αἰδεκάτη Φθίνοντος.
κβ	δεκάτη Φθίνοντος. Chalcea Mineruae so-
κγ	ωνότη Φθίνοντος. lennitas, vel ut Pha-
κδ	ὀγδοη Φθίνοντος. nodemus ait, Vulca-
κε	ἑβδόμη Φθίνοντος. ni Hyperides. Har-
κς	ἕκτη Φθίνοντος. pocr.
κζ	πέμπτη Φθίνοντος.
κη	τετάρτη Φθίνοντος. Mystera minora hoc
κθ	τεῖτη Φθίνοντος. mense agebantur.
λ	δούτερον Φθίνοντος. Plut. Galenus.
λα	ἕνη καὶ νεία.

NOVEM.

NOVEMBER.

ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝ.

A	1	Kl. Nouemb. Hoc mense Iouis epulum celebrabatur. Vet. Kl.	α	Νημελία ἀνθεστηριῶνος. Anthesteria hoc mense agebatur, quae est Bacchanalia. Theoph. Sui. Harp.
B	2	IIII Non.	β	δδύτρη ἰσαμῶνα.
C	3	III Non.	γ	τείτη ἰσαμῶνα.
D	4	Prid. Non.	δ	πταρτή ἰσαμῶνα.
E	5	Nonis.	ε	πέμτη ἰσαμῶνα.
F	6	VIII Id.	ς	ἐκτὴ ἰσαμῶνα.
G	7	VII Id. Mundum patere. Fest.	ζ	ἑβδόμη ἰσαμῶνα.
¹⁰ H	8	VI Id.	η	ὀγδοὴ ἰσαμῶνα.
A	9	V Id.	θ	ἐνάτη ἰσαμῶνα.
B	10	IIII Id.	ι	δέκατη. Limna Baccho. Thucyd.
C	11	III Id. Maria clauduntur. Veget.	ια	πρωτὴ ἡμερὰ δέκα.
D	12	Prid. Id. alij, vsq; in VI. Id. Mart.	ιβ	δδύτρη ἡμερὰ ἡμερὰ δέκα. Choes. Suid.
E	13	Idibus.	ιγ	τείτη ἡμερὰ δέκα. Pithagora.
F	14	XVIII Kl. Decembris.	ιδ	πταρτή ἡμερὰ δέκα. Chytra. Alij in Lenaeone mense constituent. Commentar. in Hesiod. Harpocr.
G	15	XVII Kl.	ιε	πέμτη ἡμερὰ δέκα.
H	16	XVI Kl. Ludi plebei per hos dies. Suet.	ις	ἐκτὴ ἡμερὰ δέκα.
²⁰ A	17	XV Kl.	ιζ	ἑβδόμη ἡμερὰ δέκα.
B	18	XIIII Kl.	ιη	ὀγδοὴ ἡμερὰ δέκα.
C	19	XIII Kl.	ιθ	ἐνάτη ἡμερὰ δέκα.
D	20	XII Kl.	κ	δέκα ἡμέρας ἢ εἰκοσὴ.
E	21	XI Kl.	κα	δεκάτη φθινόπωρον.
F	22	X Kl.	κβ	ἐνάτη φθινόπωρον.
G	23	IX Kl.	κγ	ὀγδοὴ φθινόπωρον.
H	24	VIII Kl. Bruma quae est Brumalia, festum Romanorum. Constant. in re rust.	κδ	ἑβδόμη φθινόπωρον.
A	25	VII Kl.	κε	ἐκτὴ φθινόπωρον.
B	26	VI Kl.	κς	πέμτη φθινόπωρον.
³⁰ C	27	V Kl. Hic mensis fuit in tutela Dianae. V.	κζ	πταρτή φθινόπωρον.
D	28	IIII Kl. Kl. et inferiae fiebant Gallis de fossis et Graecis in foro Boario.	κη	τείτη φθινόπωρον.
E	29	III Kl.	κθ	δδύτρη φθινόπωρον.
F	30	Prid. Kl. Plut.	λ	ἐνάτη φθινόπωρον.

D E C E M B E R .

Π Ο Σ Ι Δ Ε Ω Ν .

G 1	Kl. Decembr.	Fortunæ muliebris	α	Νημιλία Πόσιδεως. Posidonia à certami
H 2	IIII Non.	festum, quoniam hoc die bel-	β	δούτερα Ισαμλής. ne Pallad. & Ne-
A 3	III Non.	lum sublatum. Postea trans-	γ	τείτη Ισαμλής. ptuni.
B 4	Prid. Non.	latum prid. Non. Quint. Di-	δ	τεταρτη Ισαμλής.
		onys. Halicarn. in viij.		
C 5	Nonis.	Faunalia. Porphy.	ε	πέμπτη Ισαμλής.
D 6	VIII Id.		ς	έκτη Ισαμλής. 10
E 7	VII Id.		ζ	έβδομη Ισαμλής.
F 8	VI Id.		η	ὀγδοη Ισαμλής.
G 9	V Id.		θ	ἐνάτη Ισαμλής.
H 10	IIII Id.		ι	δέκατη.
A 11	III Id.		ια	πρώτη ἐπὶ δέκα. Alcyonij dies.
B 12	Prid. Id.		ιβ	δούτερα ἐπὶ δέκα.
C 13	Idibus.		ιγ	τείτη ἐπὶ δέκα.
D 14	XIX Kl.	Ianuarij.	ιδ	τεταρτη ἐπὶ δέκα. Brumalia festum hoc
E 15	XVIII Kl.		ιε	πέμπτη ἐπὶ δέκα. mense et Ambrosia.
F 16	XVII Kl.		ισ	έκτη ἐπὶ δέκα. Proclus in Hesiod. 20
G 17	XVI Kl.	Saturnalia incipiunt, &	ιζ	έβδομη ἐπὶ δέκα.
H 18	XV Kl.	per tres dies durāt: quibus ad-	ιη	ὀγδοη ἐπὶ δέκα.
		duntur Sigillaria, quæ septem dies complent. Macrob.		
A 19	XIIII Kl.	Opalia et Saturn. Macr. Varr.	ιθ	ἐνάτη ἐπὶ δέκα.
B 20	XIII Kl.		κ	ἐκτος ἡέκτος.
C 21	XII Kl.	Angeronalia Angero-	κα	ἐδέκατη Φθινοῦτος.
		næ de. Macrob. Herculi et Cereri de mulso. Macrob.		
D 22	XI Kl.	Feria larib. dicata. Ma-	κβ	δέκατη Φθινοῦτος.
		crob. Compitalia. Ludi laribus. Plin.		
E 23	X Kl.	Feria Iouis. Larentina-	κγ	ἐνάτη Φθινοῦτος. 30
		lia vel Laurentinalia. Plut. Varr. Ouid.		
F 24	IX Kl.	Iuuenalis dies v III. Sa-	κδ	ὀγδοη Φθινοῦτος.
G 25	VIII Kl.	turn. additus. Suet. vnde & iu	κε	έβδομη Φθινοῦτος.
H 26	VII Kl.	uenales ludi.	κς	έκτη Φθινοῦτος.
A 27	VI Kl.		κζ	πέμπτη Φθινοῦτος.
B 28	V Kl.		κη	τεταρτη Φθινοῦτος.
C 29	IIII Kl.		κθ	τείτη Φθινοῦτος.
D 30	III Kl.	Decemb. Saturno sacer. Macr.	λ	δούτερα Φθινοῦτος.
E 31	Prid. Kl.	Tutela vero Vestæ. V. Kl.	λα	ἐννεαία.

LILII GREGORII GYRALDI EPISTOLA, IN QVA AGITUR DE INCOMMODIS, QVAE IN DI-

REPTIONE VRBANA PASSVS EST: VBI ITEM
& quasi catalogus suorum amicorum poetarum, & defletur interitus Herc.
Card. Rhang.

10

Didacus Pyrrhus L. Greg. Gyraldo.

*Mi Lili, pater & magister, oro
Per commercia te nouem sororum,
Per quicquid bene Manibus precaris
Thebaldi veteris tui sodalis,
Ut prodire sinas virum sub ora,
Omnes quem Veneresque, Gratiaque
Dictarunt simul, aureum libellum.
Hoc gratum mihi, & omnibus poetis,
Quorum nomina, scripta, nationes,
Perstringis breuiter, sed eleganter.*

20

Lilius, Didaco Pyrrho poetæ Lusitano S.

30

*Hanc cum perdere epistolam pararem
Olim quam dederam meo sodali
Thebaldo, simul vrbis vt per actum
Direpta excidium, & nefanda monstra
Et diuim violata busta templa,
Qua penè obrutus orbis est ruina,
Tum cum sum nimis in pericla, amicos
Expertus varios parumque fidos,
Dum pestem fugio, & famem per vrbes:
Ergo hanc ipsam abolere cum pararem
Vel flammis, vel aquis Padi fluentis,
Incultam licet, & parum politam,
Tu vnus Pyrrhe vetas, rogas legendam
Duntaxat tibi dem, nec vsq; perdam.
Quare promeritus tot, atque tantis
Tuis me officijs tuam hanc habeto
Sit indigna licet tuæ reponi
Inter carmina candida Thalia.*

40

50

LILII GREG. GYRALD.
 LILIVS GREGORIVS GYRALDVVS,
 ANTONIO THEBALDEO POETAE
 FERRARIENSI. S.

SI Vacat Antoni positis audire libellis
 Quos lima attritos incudi reddere pergis,
 Accipe quàm vario curarum verfer in astu:
 Vnus enim superas, cui nostra incommoda narrem,
 Deseruere alij fortunæ vela secuti.
 Procurrunt alij sua tantum commoda, nobis
 Absentes alij nequeunt succurrere amici.
 Digressus Roma sim quanta pericula passus
 Non hic audieris, nimis esset epistola longa.
 Hæc tecum, nil namq; fuit nodosa podagra,
 Nil succussor equus, nil & caupona negata,
 At vero quoties inuasit rustica turba
 Insidias quoties euasimus ante paratas
 Auia, per nemora ignari, & per inhospita tesqua
 Errantes, quoties Cereris sine munere Bacchiq;
 Ad noctem miseri ieiunia duximus atram.
 Hæc inter tamen incolumem me Felsina cepit.
 Hic ubi credideram portum tenuisse, quod hospes
 Contigerat frugi, & dignus cui laudis honores
 Et grates referam: ingrata at sum cætera nactus,
 Legatum in primis, quem nobis rebar amicum,
 Quisq; vices gerit, hi primum diplomata magni
 Clementis non curare, & me spernere: eorum
 Quæ mandata nihil facere, & me ducere verbis
 Huc illuc ægrum pedibus me mittere, donec
 Vna mihi, quæ spes reliqua est, vir factus ad vnguem
 Aduenit Guidus Rhango: & prior inquit, Agi rem
 Nunc Lili tempus: simul & rem nauiter vrget,
 Legatum alloquitur, canibus blanditur, & offert
 Offam aliquam, quid plura? nihil dimittit inausum,
 Nil intentatum, demum, Hic, ait, omnia surda,
 Omnia muta tibi, lati nihil, i, peterurus
 Summum Pontificem, inde feres quod Felsina surpit.
 Hic spe deiectum cum primis corripit atra
 Me bilis, simulatq; deos, crudeliq; astra
 Incuso, interea & nullis oblector amicis.
 Alloquor hos demens, compello & nomine quemq;
 Seu præsens, alia seu sit regione repostæ.
 Te primum Ludouice nimis, Siderostome, letum
 Quod patrum in numerũ est iuuenis Gonzaga vocatus
 Nec tua te doctrina tenet, quin protinus illuc
 Acceleras, ego dum te raptum lugeo Rhango,
 Hinc Maxolus abest, quem non sua crimina pellunt,
 Sed quod Bentiuolis coniunctus sanguine pacem
 Orat discordes inter componere ciues.
 Romulus vxori & natis sua gaudia narrat,

19

20

30

40

50

Præmia quanta sibi, & quot milia Felsina pendat.
 Hoc damnat Baptista Pio, incusatq; maligna
 Tempora, & vna omnes hæc qui iussere Quirites,
 Scilicet hic annis, & maiestate verendus
 Præmia debuerat multo maiora tulisse.
 Nunc ideo procul à patria, patriam ipse perosus
 Ingratam, dat Lucensi dictata iuuenta.
 At Crucius silet emeritus, consistere nescit
 Qui cœpit culti specimen dare Bocchius oris.
 10 Tiresias sacra iura colit, pertæsus inanes
 Aulai fumos, iacet hic vbi sordida virtus
 Despecta, indignè toties quæ est passa repulsam.
 Hic mea qui poterunt tam tristia damna leuare?
 Qui poterunt formosa tui Ferraria vates?
 Cœlius ex gemina haud contentus fronde corona,
 Cæsareas leges, & magni exordia Pauli
 Explicat, & census tantum compendia querit.
 Sed neq; Alexander clarus patre auoq; Guarinius
 20 Absenti affuerit, decorat quem sella docendi
 Publica, & à secretis principis ordo supremus,
 Nec mihi gentilis Cynthij cognomine dictus
 In quo olim quantum instar erit, nisi Pythia fallit.
 Nec Cistarellus, ne tu numerosus Iason,
 Quos mihi coniunxit Phœbus puerilibus annis,
 Dum tu magna canis Thuscis Arioste camanis,
 Non ausim cantu nostris abducere damnis.
 Namq; ego cum pridem caneres heroa furentem
 30 Quantum eram tibi cognoui, cum è littore amici
 In portu excipiunt reducem exactoq; labori
 Gratantur: Non vos lectissima pectora posco
 Actioli pater & filii, mandata tabellis
 Principis infertis, digni melioribus astris.
 Non alij Adonio cecinissent dulcius antro,
 Sponte sua vestrum si vitam egisset vterq;
 Nostra bonus, nec tanta putat dispendia Piso:
 Ah nimium ille bonus, fatis sed pressus iniquis,
 Ludum aperit, tua vendit inops & munera Clio,
 40 Nec nostras audit clades velut ante Manardus,
 Dum mutas artes reserat, monumentaq; Coi
 Docta senis purgat, melioraq; sena reponit:
 Quiq; vtraq; valet lingua, senioq; verendus
 Antimachus, quo se tria iactant oppida alumno.
 Sed neq; cui paruo est virtus in corpore maior
 Mustius obsequijs intentus Principis vsq;
 Non Sadolete mihi tanto in discrimine deesses,
 Vnus tu prudens Sadolete pericula tanta
 50 Qui solus miseræ Italia impendere videbas
 Et procul aufugiens tibi consulis, & tibi Paule:
 Fortunati ambo magis, & magis, altero & alter,
 O si Castalia per prata nitentia possim

Vos procul à curis sectari & turbine rerum
 Ne quicquam premeret miserum iactura bonorum.
 Nec deesset Bembus, quo non præstantior alter
 Monstravit Thuscæ quæ sint primordia lingua,
 Et numeris simul, & pede iungere verba soluto:
 Nec quem nobilitas generis, facundia triplex
 Insignem facit, & viridi mihi notus ab ævo
 Trifsinus, Insubra dum Græcas discimus Vrbe,
 Naugerius procul Italia per Bethica regna
 Cæsaris observans aulam, mandata senatus
 Ipse sui exequitur doctrinamq; æquat agendo
 Vnâ ibi Castalion (pro Di) quantum instar in Vno hoc,
 Musarum prius hic cultor Phœbiq; sed idem
 Ingens ingentis fuerat Mauortis in armis.
 At simul ante diem Lachesis fera stamina rupit
 Hippolytæ, optavit niuea cum veste sacerdos
 Cœlebs vivere, non vllôsq; pati hymenæos.
 Hoc minus infelix oculis quòd fata videre
 Non fera Clementis, nec patrum contigit illi.
 Et Syncerus abest, cecinit qui primus in Acta
 Non prius auditum carmen, quo gurgite ab alto
 Profiluit Triton simul & chorus Amphitrites,
 Exin virgineos afflatus namine partus
 Concinnuit grauiore tuba (mirabile dictu)
 • Hac cælum mulcetq; & tristia tartara terret.
 Fortunate senex viuens cape laudis honores
 Inuida quos poterit non vnquam abolere vetustas.
 Poscere non ausim Vidam, promittere quamuis
 Sit montes auri solitus, nam carmine nomen
 Ipse suo expunxit, nostroq; à limine vates
 Summonit teneros, hunc qui succurrere credas?
 Ingratus mihi discipulus si Calue fuisti
 Et consors cladis, qui te in mea damna vocabo?
 Te licet excierit scribam respublica Senæ
 Deserto Rhangone, & qui te aluere, Petrucis.
 Nec tu Lampridi iam tot mihi note per annos
 Defueris, fidibus Graijs, fidibusq; Latinis
 Qui canis Aonium Romana per oppida carmen.
 Nec qui Palladio merito cognomine dictus
 Deditus hic musis vnus, rebûsq; gerendis.
 Nec Ionijs medicus vitam qui prorogat vnus
 Historijs, auro, & multa mercede redemptis.
 Nec qui bis captus Maro, bis pretioq; redemptus
 Mœnia nescit adhuc direptæ linquere Romæ,
 Dum titulos sperat miser, & spes pascit inanes.
 Propositam melius rem nemo ex tempore dixit,
 Nec magis vllus habet promptas in carmine vires.
 Nec vos sortiti patriam, pleetrumq; Maronis,
 Porte, & Bardaleon ausi peragrare remotas
 Musarum interius siluas, loca peruia paucis.

19

20

30

40

50

Non hic

Non hîc Pierius, qui sacra elementa Canopi
 Nunc primum in lucem reuocat, monstratq; figuras,
 Vnum quem pueri Medicum spes tanta nepotum
 Custodem obseruant, moderatoremq; iuuentæ.
 Nec qui Borgiada cecinisti tempora sexti
 Sphærule, quiq; modos lyricos, elegosq; libellos,
 Mox hominem instituis quæ vitæ regula cuiq;
 Conueniat, sed nec dum hæc lima extrema poliuit.
 10 Quòd dominæ eiectæ regno vno ades vsq; Camerti,
 Hic neq; Vis dominus, mistis qui sæpe camanis
 Demere Mercurio talaria, ne vagus erret,
 Nititur, & croceo corpus perfundere lutho.
 Nec Pater Octaui qui re cognomine dictus
 Pantagathus, nil corde minus quàm candidus ore.
 Nec potes Egnati Veneta qui doctor in Vrbe
 Prælegis, ingenuasq; doces haud segniter artes.
 Nec tu præterea Solyimi qui bella sepulchri
 20 Asserti Catanæ canis, qui carmine magnum
 Bellatorem Asiæ: quo tu compendia Vocum
 Ordine componis? tibi stat, mihi crede, laborum
 Immortalis honos, quem nulla obliteret ætas.
 Nec cum fratre mihi deesses bone Zanche Petrei,
 Ni vos contineat Laterani regula ritus.
 Nec Casa Marce noua argutus succurrere quicquam
 Carminibus potis es, neq; enim tua tecta columna
 Fulta satis, concussa labant, casumq; minantur.
 Non potes hic præstò esse mihi officiose Coloti,
 Te tuus Aesis habet, nec te tua plurima Virtus
 30 Musaq; protexit, quin digna indignaq; ferres,
 Bisq; impacatus vitam taxaret Hiberus.
 Non tu doctè Niger, linguæ mentisq; nitore
 Conspicuus, non dissimili qui noscere vita
 Alcyoni, Latij cultor sermonis vterq;
 Non, notus triplici Leander munere linguæ:
 Non, quos immaturos immatura Gyberti
 Asciiuit grauitas magnis in rebus agendis,
 Qui risere pios vario sermone poetas,
 40 Quos risere pij vario sermone poeta:
 Non Valeri, quanquam fidi desertor amici
 Esse ferare, mihi nec tu Lazare deesses,
 Non animi minus, ac linguæ candoris amator:
 Nec tu qui merulam doctrina & nomine reddis:
 Nec, qui direptam Hispanis Cymbroq; feroci
 Christe tibi illachrymans cecinit modo Cursius Urbem.
 O si note foro, simul & gratissime musis,
 Nunc adsis mihi doctè Vigil, bis munera præstes:
 50 Quiq; refers priscos iuuenis Turrane poetas:
 Et geminas Arille dedit cui Cynthius artes
 Carmine complexus Vates, quos Roma vagari
 Paulò lata suis in collibus ante videbat.

Tu quoq₃, si vatum & morum mihi censor adesses,
 Quamquam ingens clades, tamen & facundia tanta
 Grana tua, equius vt doceas me ferre labores.
 Non bellator adest mihi, venatorq₃ Molossus,
 Grandibus hic aptus numeris, grandiq₃ cothurno,
 Molcia lasciuæ nescit iuga ponere amicæ:
 Flaminiû stomachi vexant fastidia crudi:
 Ambo clara tamen studij monumenta dedere,
 Anselmo sua dura placent, argutaq₃ Croto.
 Nunc ô nunc saltem liceat mea damna referre,
 Crote tibi, inuideat neq₃ tum Pharnesius heros
 Te mihi, seu audiat ipse etiam Pharnesius heros,
 Ambo aures, lachrymasq₃ mihi præstabitis ambo.
 Non adsint volo qui noua nunc Sybaritica pangunt,
 Nec qui monstrosas reuocant elephantidos artes.
 Nunc age quid de te mihi iucundissime sperem
 Cum tot pertuleris hinc inde Meline ruinas.
 Nec tu Maure potes nostris succurrere damnis,
 Maure Liburnorum quondam sate sanguine regum,
 Nunc tua Cæsareum sectatur musa Quiritem.
 Sed neq₃ qui iuuenis Sophia sua proluit ora
 Amne Robortellus, Latia Graiaq₃ peritus:
 Nec tu Pice pater, patria quem cogit abesse,
 Atq₃ ideo consors cladusq₃ in parte fuisti:
 Nec qui coniugio neglecta cælibe vita
 Libera colla dedit Veneri Iuuenalis amicus,
 Vt lingua promptus, sic promptus fortibus ausis:
 Nec qui clade in tanta, inter tot publica damna
 Consentinus adhuc tua Lygdame Basia cantat,
 Nec tu Vitalis Sicula decus addite genti,
 Nec mihi nunc fratres duo nomine réq₃ Modesti,
 Doctior iste quidem, sed carmine promptior ille.
 Hippolytus nec adest falso cognomine dictus,
 Qui facie te Phœbe refert, & voce laceffit.
 Nec potis ingenua puer indole certa futuri
 Qui das magni signa viri mihi adesse Coradi.
 Apparet vt Ciceronis opes, linguaq₃ nitorem
 Riccius, æternæ cladem non cogitat Urbis:
 Atq₃ alij plures quorum meminisse recusat
 Mens oppressa malis, & tantis obruta curis,
 Quiq₃ suo posthac notescunt carmine clari.
 Tu vero salue qui nequaquam immemor vnus
 Aetatis nostræ studijs æqualibus actæ
 Offers quicquid habes, simul & succedere teclis
 Chære Pherete rogas. Sed quo te carmine dicam
 Phaloppi: haud verbis tantum miserate sodalem,
 Absens absenti quicquam nec tale putanti
 Vltro qui defers bis dena & quinq₃ talenta:
 Dum fruatur hac aura, stabit mihi gratia facti,
 Nulla dies meritum memori de pectore tollet.

10

20

30

40

50

Quid di-

Quid dicam? Ille I meus magni, heu, mihi numinis instar
 Deseruit Picus, Picus cœlestibus vnus
 Dilectus musis, quo sospite nulla timebam
 Fata aduersa mihi. Sed scilicet vltima semper
 Afficiunt nōs damna magis, crudele videre
 Excidium fuerat Romæ, direptaq; templa,
 ipsum Pontificem captum, non viribus vllis,
 Ingenio aut quemquam cladem hanc exisse nefandam:
 Cum miseranda fames Urbem & penuria rerum
 Inuasit, morbusq; frequens, & lethifer annus.
 Tum pestes aliæ. quin vt concurritur illuc
 Vndiq; sic etiam diffusa est vndiq; labes.
 Deniq; quicquid erat longo mihi tempore partum
 Ereptum est, quæcunq; meæ & monumenta Thaliæ.
 Nec tua te pietas frater, nec præstita cunctis
 Pura fides texit, te mors inopina peremit:
 Heu misero nunc vnanimis mihi frater ademptus.
 Vnus præterea seræ solatia vitæ
 Restabat Rhango, Rhango clarissimus inter
 Purpureos patres iuuenis sanctumq; senatum,
 Quem mihi iam pridem puerum mandarat alendum
 Mater, nunc iuuenem senior comes vsq; sequebar:
 Me iubet ille bono esse animo, citoq; affore tempus
 Quò lateris, ait, mutataq; fata videbis
 His me nequicquam dictis solabar amicis
 Nescius, ah, iuuenem quàm tristia fata manerent. ••
 Ecce autem ardentes torret cum Sirius agros,
 Cecis cæca vrit sensim præcordia febris
 Ignibus, interiusq; ardens depascitur artus,
 Occidis in media Rhango surrepte iuuenta,
 Occidis ô patrum magnum pater ornamentum.
 O Vanas hominum spes ô hominum irrita vota
 Ocia qui modo spondebas, melioraq; vitæ
 Tempora, nunc lachrymas tantum & suspiria linquis
 Rhango mihi, & seræ tantum dispendia vitæ.
 Aeternum vero salue mihi maxime Rhango,
 Aeternumq; vale, prohibet fors plura daturum.
 Nunc quo me vertam? postquam me tu quoq; Pice
 Deseris, haud fidum quicquam miseratus amicum.
 Heu quid agam? rursus ne senex iuga prima subibo,
 Inualidusq; ego erq; an rursus tecta Quirini
 Excisamq; petam Romam, disiectaq; phana,
 Rursus vt imperium patiar, dominosq; superbos?
 Sic faciam, neq; enim Parca sua fila retexunt.
 Thebaldæ Vides quo rerum turbine verfer,
 Ah quoq; ne simili senior iacteris in æstu.
 Interea quocunq; modo traducere vitam
 Nitamur, sortem si fors euincere detur
 Sæu tu Masiliam, qua Volcæ Gallia spectat,
 Sine petas Vmbros, qua Cantia silua repostæ est.

AD IOAN. B. CYNTHIVM
Gyraldum.

Doctis si vacat à tuis libellis,
Oci nostra parum rogat, diserte
Cynthi, inter tetricum sophos, Thalia,
Ut quæ de domina refert pusilla
Censenda accipias, tuâq; luce
Nitenti, irradies tenebricosa.

10

Nondum perfidiæ finis erit tuæ,
O crudelis adhuc in mea fatâ Amor?
Sæuis pectora flammis
Excures iterum mihi?

Ardebam miserè (heu) in patria mea,
Formosam Glycerem crinibus aureis
Auroram superantem,
Et vultu Idaliam deam.

Postquæ hæc rapta mihi legibus improbis,
Iam me subtrahere (hoc nam sat erat) mea
Duris colla decebat
Longum fessa iugis tuis.

20

En sæuis iterum maceror ignibus,
Rursus bella moues dira, iterum tuâ
In me spicula torques,
Iam me torret amor nouus.

Vrit me facies pulchra Lycoridis,
Vrit Sythonias ipse sinus niues
Vincens, sic miser heu heu
Duris vexor amoribus.

30

Quò nos vsq; tua sæue puer face
Perdes? num pharetræ est vlla quies tuæ?
An post funera nostra
Extinctuq; cinerem petes?

Spernes puellam plus niue candidam?
Spernes Lycoræ gratiam amabilem?
Claros ocellos, & labella hæc
Quæ Paphiam superant Dionem.

40

Nectunt catenas brachia molliâ,
Mittunt faces (heu) lumina feruidas,
Iam iam manus do supplices, iam
Castra Cupido tua, & tuum ius
Sequor lubens, ô grata proteruitas,
Amat Lycoris me face mutua.
O ter beatum me, quaterq;
Nec sperum Ambrosiæ inuidentem.

Me, dum candidior Lycora cygno
Argenti niue & hinc & inde dextra
Petit molliculla, igneos calores

50

P O E M A T I A.

629

*Sensim suscitāt omnibus medullis,
Totam qui hanc animam mihi perurunt.
Quis heu quis misero est locus relictus?
Quò sauos fugiam tuos furores?
Ignem si niue contegis Cupido.*

10

*Auræ, quæ miseri mei furoris
Tot suspiria, tot grauesq; questus,
Hinc inde accipitis fugaciores,
Gratum & quæ legitis meæ puellæ
Quod spirat melos ore dulciori
Sirenū modulis suauiores,
Cycni cui meritò inuidere possunt.
Vos suspiria hæc, grauesq; questus,
Ad surdas dominæ adferatis aures:
Mitem his reddite iam mihi Lycoram,
Dulces illius aut modos amanti
Portetis, requiem mei doloris.*

20

*Dat dum suauiolū meis libellis,
Flauam quæis celebri comam Lycoræ,
Quæis & purpureas genas, sinusq;
Canto, & sidereos suos ocellos:
Ipse hæc præmia conqueror libellis,
Dulci at nectare dulcius Lycoræ
Fixit suauiolū meis labellis.*

30

*Hoc quod habes, fragile est totum, meæ pulchræ Lycoræ,
Forma licet cœli vincat & ista deas.
Iucunda hæc facies, coma flaua hæc lumina tantum
Qua possunt, tota & deniq; quòd Venus es,
Labentur nimium paucos victura per annos,
Ni formam hanc vitæ carmina nostra dabunt.
Donabunt vitæ formam hanc meæ carmina longæ,
Vitam si mihi tu pulchræ Lycoræ dabis.*

40

*Aura leuis nostræ quæ lambis labra puellæ,
Dispeream fieri te nisi percipiam.
Tu dominæ dulcesq; sinus, & flatibus vnâ
Pectora percurrus candidiora niue.
Viq; magis inuideam blanda tibi voce Lycoræ
Instans, dulce suum te vocat in gremium.
Hoc nisi si eueniat, qui nunc meæ corda perurit,
Desinet: aut si non, mitior ignis erit.*

50

*O cœli decus inclytum,
Supremi soboles Iouis:
Quæ Cyprum colis, & Paphon,
Blandi mater Amoris,
Nunc te, nunc canimus Venus,
Diuis tu Dea pulchrior,
Et tu maxima cœlitum,
Orbis deliciæq;*

LILII GREG. GYRAL.

Nostris tu dea perditis
 Dextro numine amoribus,
 Faues, en Cupido in sinu
 Ludit pulchra Lycora. •

Nunc quæ sacra tuis damus,
 Sume hæc thura Venus focus:
 Sume & lilia candida,
 Mixtos ipsq; amaranthos.
 Serua tu mea gaudia,
 Serua dulcia basia,
 Ob quæ certa memor tibi
 Soluam vota quotannis.

Vulnera quid geminas in me noua? quid furēs Cupido?
 Facesq; seuas adijcis medullis?
 An' ne tibi parum, visa vna est mi puella cura?
 An pulchra nobis non sat est Lycora?
 Parce faci puer & pharetra iam, quis locus sagittis?
 Nouis quid vres ignibus proterue?
 Vna etenim satis in me flamma est, me meæ Lycoræ
 Nitor perurit totum, & hinc & illinc.
 Hæc nisi nulla meas lapsura est flāma per medullas,
 Nec si ipsa coelum deserat Dione.

Lilius ad Cœl. Calcagninum de suo
 Progymnasmate aduersus
 literas.

Frustra iam sequor Aonas sorores
 Cæli lustra nouem, haud semel potitus
 Vel vna, aut tenero sinu receptus,
 Hinc ex spes sine præmio laborum
 Tantorum maledixeram puellis,
 Ingratis nimium mihi puellis.
 At tu iam toties potitus illis,
 Et molli toties sinu receptus,
 Nec ex spe quoq; præmiij laborum,
 Causam dicere vis diserte Cæli
 Et defendere iam paras puellas?
 Dei magni celeberrimum patronum!
 Sed cadam tamen haud repente Cæli,
 Nam cuius potior, videnda, causa est.

Cæltus ad Liliū.

Nullus Pieridas magis sorores
 Amauit, neq; rursus illæ amarunt
 Quemquam ex omnibus auctiore flamma,
 Quam te qui decus omnium lepōrum es.
 Lili, cui chorus elegantiarum
 Hinc blandè assilit, hinc fauet voluptas,
 Hinc plaudunt teneri greges amorum,
 O felix ter & amplius, videre
 Si possis bona, quæ dei dederunt

Quæsi

P O E M A T I A.

631

Quæ si gratum animum velis tenere
Musis omnia debeas oportet:
Illæ te puerum, immo vagientem
Cinxerunt hœdera, & virente lauro,
Et qua Pegasus euocauit vndam,
Perennes latices tibi rigarunt.
Quin & Barbiton illud, illud aureum,
Illud dulcisonum tibi dederunt,
Quo mulcere feras soles, & ipsa
Tenes flumina concitata quamuis,
Hoc summos proceres, & optimates
Fortunamq; adeo bonis nouercam
Pridem concilias tibi, & tueris.

Quare si mihi vera fas fateri
Ingrate (vt reor) & parum modeste
De sacro quereris choro sororum,
Quibus quicquid habes decet referri.

At vobis faciles nimis puellæ
Debet tam grauis error imputari
Quas nullus prohibet pudor fouere
Quosdam sub gremio nimis licenter,
Atq; his brachia complicare collo
Et largas dare basiationes,
Atq; admittere in intimos recessus,
Qui cum delicias satis superq;
Hauerunt saturi atq; nauseantes,
Vestros nec faciunt pili lepôres,
Ah multis sine fine concupitos,
Quod vobis modo contigisse vidi
Cum multo vnguine delibutus, & iam
Multo nectare pastus: ille vester
Vestri gloria Lilius vireti
In vos plurima probra congerebat,
Dei boni probra plena suauitatis
Et quæ ingrata licet tamen placerent.
Namq; hic vester Alumnus, hic ocellus
Cui vestras licet vt lubet papillas
Attrectare manu, & notare morfu,
Vestris delitijs satur ferocit,
Atq; vtcunq; potest mouet duellum,
satur gramine ceu solet iuuenecus
Dura obuertere cornua in colonum:

Ad eundem.

Iuras te studijs renunciaſſe
Et Musas Latias, Achaicasq;
Totâ (vt dicitur) expulſiſſe arena:
Verum hoc tam bene tam facis diſerte
Vt quanto acrius ampliusq; iuras
Tanto & acrius ampliusq; iurent
Te Lili tua dicta peierare.

18

40

Ad eundem.

*Auersum à Musis te iuras optime Lili
Et me penè tibi cogis habere fidem.
Verum hoc tam docte, ac scite contendas, vt istud
Quod cupis vsq; adeo dissimulare probes.*

Prosp. Pasetho. I. V. C.

*Qui vel nomine mi bene ominaris
Has habe lachrymas Simonideas,
Quas in funere Cælij profudi,
An dignæ, rogo, sint probè æstimato,
Doctorum vt volitent virum per ora:*

Epit. Cælij per Liliū G. G.

*Asta viator non moræ est dispendium.
Mortalitatis hoc memor nuperrime
Sibi sepulchrum Cælius construxerat,
Quo doctiorem neminem Sol lampade
Quacunq; spargit lumen orbi viderat,
Eheu repente raptus hic est conditus
Cui sunt parem visura nulla secula,
Hic gloria dum vixit inuidit suæ
Celans opes tantus auarus ingeni,
Tot splendida eruditionis lumina,
Quæ maximo Alcida iubente principe,
Vulgata, densas different caligines,
Quæ passim oberrant sensibus legentium.
Iam abi viator, & memento sedulo
Præclara tantum facta fata vincere.*

In funere Cæl. Calcagn. Cynth. Io. Bapt.
Gyraldus.

*Quisquis Castalidum colit vireta,
Mente vel vigili petit serenas
Domos Cælicolum, vicesq; rerum,
Naturæ & penetrat vias latentes,
Vel putat faciles deos habere:
Virtutis propriæ fauore fretus
Te Cæli aspiciat tuumq; fatum
Quo nil deterius dedere terris
Crudeles nimium tibi sorores,
Tu, qui pulueris (heu modum) Sibyllæ
(Aequo lumine fata si viderent)
Explere, aut Pylæ dies senectæ,
Debebas, Lachesi iubente dira,
(Prò scelus) raperis gradu citato.
Exemplo hoc igitur docemur omnes
Quàm constent fragili loco, perenne,
Quæ nos credidimus manere in æuum.*

Epitaph. M. Ant. Antimachi
per Liliū.

*Asta viator paululum,
Breuis moræ precium ferēs.*

*Hac Marcus est Antonius
Antimachus Vrna conditus,
Qui patriæ ac testudinis
Conjors Maronis extitit,
Et Tullianæ lecythi.
Hunc Graia par facundia,
Seu carmen ille pangeret,
Seu pede soluta scriberet.
Sed ne putes hunc tantula
Vrna tegi, cuius volat
Vtrum per ora gloria,
Quacunq; florent literæ
Bonæ, vigetq; humanitas.
I nunc viator collige
Virtute nil præstantius.*

LILII GREGORII GYRALDI AD CYN-
THIVM GYRALDVM,

EPISTOLA DE IMITATIONE, BO-
næ frugis refertissima.



AVDIERAM quidem antea istic Ferrariæ gentilem quædam me-
um ad optimas artes, bonasq; literas pleno gradu procedere: famã
hanc nonnihil auxerat Fabius Antimachus, qui hic apud nos me-
dicum agit, iuuenis raræ & spectatæ indolis. Nuper verò cum à Pi-
co vocatus Manardus, non iam vt antea famam, sed certissimam
quandam mihi tuæ & eruditionis & elegantia formam impressit, vt eum ego er-
ga te amorem, ac benevolentiam conceperim, vt miro ac incredibili tuarum li-
30 terarum desiderio arderem. Sed bone Deus, quanta nunc mihi facta est amoris
& charitatis accessio, cum cultam ad te Cœlij de imitatione commentationem,
dignissimam illam quidem imitatione, mihi legendam transmisisti. Cœlij in-
quam illius, qui vnus hoc fermè tempore Varronis & Plinij eruditionem, cum
M. Tullij eloquentia coniunxisse visus est, orbemq; illum disciplinarum, interi-
orùmq; ac reconditarum literarum clarissimè patefecisse, quem iure quidem e-
go à primis annis & colui semper, & suspexi, & me nonnihil ab eo fieri, in coro-
nis gloriari soleo. Amorem ergo ac benevolentiam erga te meam cumulatissi-
mè auxit Cœliana commentatio. Sed quid dicam: quod fieri vix posse credidif-
sem. Expectationem meam longe superauit tuarum epistolarum lectio, ex qui-
40 bus planè percepi, eò te breuissimè peruenturum, nisi alia te fortè studia impe-
dierint, quò adhuc paucissimi peruenerunt, nedum sunt ausi aspirare. Perge,
quæso, hoc gradu, mi Gyalde charissime: hanc tu assidue incudem tunde: nec
patiare, vt barbarorum hominum studia, te à tanto incepto deturbent. & vt ad-
huc præstitisse videris, tu tibi consta, & qua cœpisti simul & eloquentia & sapi-
entia via grassare. Hic me Gyalde contineo, ne te, qui per te sapias abunde, do-
cere videar, & sus Minervam: nèue malignus aliquis, aut inuidus, vt sunt pleriq;
omnes hac tempestate, putet me familiaris necessitudini & nomini adulari, blan-
diriq; magis quam ex animo dicere. Cæterum quoniam ex tuis literis, te cupere
vehementer video, quid de imitatione Cœliana Picus ipse sentiat, meis vt tibi
50 literis significem, longior sim Gyalde, si cuncta velim hic tibi perscribere, quæ
statim ille audita tua primum epistola, dein Cœliana commentatione, dixerit:
vt est homo omnium facundissimus, cum aliquid ipse suis verbis declarandum
aggreditur. In summa, in sua se ait persistere sententia, quã longiusculis duab. ad
Bembum

Bembum nostrum epistolis pridem datis est executus: quas & te vidisse ex tuis literis facile colligo. Porro quoniam & meam quoque sententiam rogas, tametsi ex quo Romana me tempestas sic fortunæ fluctibus obruit, ut nulla sit amplius emergendi spes reliqua, amissis non modò amicis & opibus, sed & corporis valetudine, totum me, ut non nihil à procellis subleuer, lectionum varietati omnis generis auctorum addixi, quæ pro eorum oratione legentis stilum huc illuc in diuersa rapiunt: nihilominus, ne non ex parte morem tibi geram, paucissimis accipere, quod mihi nunc occurrit. De imitatione generatim, & in vniuersum non satis rectè quenquam hoc tempore præcipere posse crediderim. Nam (ut mihi quidem videtur) bifariam imitatio ipsa est partienda. aut enim candido, aut adultò præponitur: hoc est (ut planius loquar) aut rudi, & vix iniatiato, nec dum satis affirmato: aut erudito, & probe in literis versato: (neque enim cum tardis & conclamatis est sanè nobis laborandum.) Ergo si rudes, & candidatos, dociles tamen, ad imitationem voces, multo optima mihi Bembii præceptio videtur. Idque etiam eò usque faciendum censeo, antequam quicquam aliud eruditionis & disciplinarum attingant, donec non tantum animus imbutus ipse, sed eo etiam aures trita ita occalluerint, ut ferre nequeant, imò etiam aspernentur, quicquid suæ fuerit dissonum imitationi. Iam vero si doctos & eruditos ad imitationem prouocare velis, nostri Picæ, & Cæliana sententia idonea magis videtur, ad eam præstandam. Nam vtriusque ratio ab eodem fine non valde declinare videtur, si modo vtramque rectè perpendas. Tum illud quoque diligentè cautione curandum est, ne quid inuita (quod aiunt) Minerva, & repugnante natura hominem, ut cæteris in rebus, ita in imitatione aggredi præcipias, quando diuersæ ut facies, ita sunt species, & imitationum idææ: sed suam quemque iubeto naturam, & (ut dicitur) Genium sequi. Nam si me diuinam illam Platonis amplitudinem, & Isocratis myrothecia imitatione consequi iubeas, frustra id cupias. humi enim (ut vides) serpens, vix ego quæo flosculos colligere. Illud etiam non mediocri cauendum cura, ne dum imitatores esse cupimus, in vitium incurramus quod Græci ab inepta imitatione *κακοζηλία* vocant: vel quod Lucianus cuiusdam Thucydidem imitanti obiicit. Atque hæc pauca tibi ea ratione duntaxat sint à me perscripta, ne aspernari videar, quam tantopere concupieram, oblatam mihi benevolentia & necessitudinis nostræ complectendæ occasionem. Vale, & si me mutuo facere cupis, ama.

LILII GRÆG. GYRALDI OPE

RVM ALTERIVS TOMI,

FINIS.

INDEX VERBORVM, RERVM ET SENTENTIARVM IN HIS OPERI-

BVŠ MEMORABILIVM.

Prior numerus paginam, posterior lineam denotat.

A

<div style="display: flex; align-items: center; margin-bottom: 10px;">  <div style="font-size: 1.2em; font-weight: bold; margin-right: 10px;">B A M O N A</div> </div> <p>Aegyptius 57.29</p> <p>Abaris Scythæ, vates 88.36 <i>αὐτοπόλετος</i> 88.52 Pythagoræ dogmatis imbutus 88.51</p> <p>quo tempore vixerit 89.3</p> <p>de Abaridis sagitta, et eius oraculis, memorabile 88.42</p> <p>Abbianus Achilius poeta 375.32</p> <p>Abdera pulchra Teiorum Colonia, prouerb. 341.12</p> <p>Academia Pontani 384.33</p> <p>Accentus apud Hebræos quâdo excogitati 11.23 vnde dicti 11.33 sine accentibus multi græci autorum codices perscripti 11.28</p> <p>Accentuum vsus in Latina & Hebræa lingua 11.4</p> <p>Achæus Eretrienſis tragicus poeta 271.13 464.37 eius distichō ibid. 22</p> <p>Achæus Syracusius 271.29 <i>Ἀχαιοὶ</i> in Latina lingua non habet nomen 505.23</p> <p>Achilles Rex, poeta Lyricus 322.5</p> <p>Acilius Buta 170.4</p> <p>Acrocorinthus arx 451.6</p> <p>Acrostichi & acrostichides versus qui sunt 79.27</p> <p>Acta Apostolorum ab Afratore carmine reddita 218.44</p> <p>L. Actius, Comicus latinus 303.42 Cæsari nūquam assurrexit 304.29 Ciceronis <i>αὐτοχόριος</i> 304.28 cur non causis in foro egerit 304.11</p> <p>Actij statura & statura 304.10 versus de sacris Græcorum 304.40</p> <p>de L. Actio Pacuuij iudicium 304.1 Quintiliani censura 304.44</p> <p>Actius Labeo 302.50</p> <p>Actius, Plauti cognomentum, quomodo scribendum 299.28</p> <p>Actius Syncerus Sanazarus, poeta 384.38 de eo Pontani dictum 380.30 384.40</p> <p>Actij Synceri locus de poetica 25.49</p> <p>Actus fabularum quid 241.13</p> <p>Actus non plures quinque 241.14</p>	<p>quomodo discernerentur 241.20</p> <p>Acusilaus 50.38</p> <p>Admetus poeta, & eius epitaphium <i>μυθολογία</i> 173.36</p> <p>Adrianus Cæsar Antinoo puero adamato post mortem diuinis honores decernit 202.27 poescos studiosus 201.50</p> <p>Adriani Cæs. in Florum poetam lepidum epigramma 202.20 poemata 202.46 versus quos in agone recitauit 203.22</p> <p>Aegidius Græcus 221.33</p> <p>Aegyptij quo symbolo Deum effingebant 467.44 Symbolorum autores 467.33</p> <p>Aegyptiorum literæ hieroglyphicæ 6.40 13.32</p> <p>P. Aelius Pertinax Cæs. 204.4 ad imperij fastigium quomodo euectus <i>ibid.</i> 10</p> <p>Aelius Saturninus poeta à Tiberio sublatus 171.3</p> <p>Aemilianus Cymbricus 386.21</p> <p>Aemilius Macer, Ouidij amicus 159.45 eius opus de Herbis 160.20</p> <p>Aemylus Scaurus, poeta Tragicus, à Tiberio cur sublatus 171.5</p> <p>Aeneas Piccolhomineus 386.18</p> <p>Aenicus, Comicus 258.40</p> <p>Aenigma Cratetis 451.23 de anno mensib. & dieb. 447.51 de Atticorum metalloſodinis 448.53 de die & nocte 448.1 de Ipiſtolis 306.8 de Testudine & cochlea 451.31 de piscibus, Homero à piscatoribus Arcadicis propositum 448.36 Ne allia, ne fabas edito 457.14</p> <p>Aenigma vnde dictū 446.17 et 49</p> <p>Aenigmata antiquis placuerunt 445.20</p> <p>Aenigmata enodantibus, sua proposita erant præmia 447.30</p> <p>Aenigmata septemplexia 447.16 non vnius generis 447.13</p> <p>Aenigmatis definitio 446.46</p> <p>Aenigmatis & griphi differentia 446.42</p> <p>Aenigmatis vbi & quâdo vtendum 447.19</p>	<p>de Aenigmatis qui scripserint 445.10</p> <p>Aenigmatum differentia 447.16</p> <p>Aeoræ, instrumenta Tragediæ 243.7</p> <p>Aeschines Atheniens. Orator, & tragicus poeta 287.31 Athenis exulans, Rhodi Oratoriam docet 288.30 Ctesiphontem accusat 288.17 <i>ἀντιπρωτεύων</i> 287.46 omnium horarum homo 288.7 oratoriam vnde didicerit 288.3 <i>φιλοσοφίας</i> 288.10 qua occasione à Demosthene dissenſerit 288.16</p> <p>Aeschinis & Demosthenis morum diuersitas 288.12</p> <p>Aeschryon poeta 108.28</p> <p>Aeschylus Alexandrinus 252.36</p> <p>Aeschylus Tragicus 250.26 à Sophocle puero victus 252.2 à Sophocle reprehensus 251.26 capite testudine ab aquila immissa compressato, inierijt 251.32 in somnis à Baccho monitus, Tragedias scribit 250.47 potando scribere dictus 251.1 quo tempore vixerit 251.13 Tragediæ parës cur nuncupatus 250.40 vinosus 250.47</p> <p>Aeschyli epitaphium 252.5 filiij 251.42 sententia 251.26</p> <p>ex Aeschyli familia quinque poete prouenerunt 252.30</p> <p>de Aeschulo Lycurgi oratoris iudicium 252.18 Quintiliani iudicium 252.22 Sophoclis dictum 251.26</p> <p>Aeson poeta 90.9</p> <p>Aesopus Aenigmaticus 445.21 enigma soluit 448.14</p> <p>Aesopi, de sileno enigma 465.4</p> <p>Aetatum orbis 53.21</p> <p>Aethiopes cur adusto & colorato sint corpore 283.40</p> <p>Agacle poetria 124.50</p> <p>Agamedis et Trophonij merces pro templo Apollinis extracto, mors 339.21</p> <p>Agathias siue Agathius, Græcus histor. & poeta 59.41 84.4</p> <p>Agathias Scholasticus poeta 375.22 Agathon</p>
--	--	---

I N D E X.

Agathon Samius, poeta	99.50	ex Alexandro poeta qui quæ desum- pserint	287.28	aram statuit	52.5	
Agathyllus	120.42	Alexander Cæsar, poescos & musi- cæ studiosus	205.8	Amphiōis ænigma	451.32 interitus 52.34.	
Agis miser poeta	108.32	quo epigrammate & posuerit	205.20	Amphipolis vrbs	70.50	
Allij antiquus vsus	457.18	Alexandri Cæs. cum patre de poe- tis dissertatio	30.22	Amphis Athenien. Comicus	288.32	
de Aiace ænigma	464.1	Alexander Guarinus	389.29	Anacharsis Scythæ, poeta	98.40	
Aiv@ quid	446.40	Alexander, Lychnus cognominatus, poeta	126.19	eius poemata	ibid.	
Alabanda vrbs	459.22	& de eo Cicero- nis iudicium	ibid.28	Anacreon poeta Lyricus	332.31	
Alamanus Florentinus	416.52	Alexander Macedo Homeri carmi- na magno in precio habet	70. 22	340.5 in vtrunq; amorem pro- pensus	340.24	
Alanus poeta qualis	79.37	22		34 quo tempore floruerit	340. 52	
salis doctor cognominatus	222. 46	Alexandri Magni ad Olympiadem epistola de Aegypti cuiusdam sa- cerdotis narratione	54.7.6	de Anacreontis conuivio historia	340.43	
Albericus Salentinus	402.38	poetas adulatoris vehementia	108.23	Anacremela	341.12	
Albertus Musæus	387.8	Alexander Polyhistor.	79.5	Anacremetij versus leges	217.1	
autor histo- ria Turcicæ	ibid.16	Alexandriæ dies longissimus	592.19	Anacremetis exitus & epitaphium	341.28	
Albert. Regiensis	416.46	Alexis Thurius, Comicus	292.50	in Cupidinem versus	340.43	
Albinus poeta	139.50	Alexidis dictum celebre de Atheni- ensibus	293.1	341.26	poesis tota amatoria	340.21
Albi, leti, & fausti dies cur dicti	195.39	ne dormiente	293.9	de Anacremetis conuivio historia	340.43	
Albunea nympba	84.36	464.12		Analemma	606.35	
Alcæus poeta tragicus	247.10	Alfonsi Ferrariensium ducis Sym- bolum	452.4.4	Ananius poeta Græcus	185.16	
à Pittaco, venia donatus	329.17	Alliensis dies	594.17	ἀνάθημα μισθίων	280.3	
Messenius, epigrammatum poe- ta	373.8	Allium puero à strige fascinato alli gandum	306.42	Anaxagoras Megap. Argiuorum rex	51.14	
Sapphus civis	328.43	ἀλλυμ quid	252.50	Anaxilaus medicus	286.10	
Alcæi contumelia propter abiectū clypeum	329.33	ἀλλυμ ἢ κ' ἐπ' ἐπ' ἀδ' adag.	253.2	Anaxilaus Comicus poeta	286.6	
fratres duo	328. 50	Alpes Mutinenses	449.7	Anaxipolis Thasius, Comicus poe- ta	293.28	
imitator Horatius	329.41	Alphius Aphitus poeta & eius quidam versus	363.40	Anaxippus Comicus	293.24	
inimicitarum cum Pittaco cau- sæ	329.10	Alphij fornicatoris dictum	364.3	eius de Philosophis dictum	ibid.27	
in Pittacum conuicia	329.10	Aluminis fodina in Italia	449.11	Anaxandrides	256.32	
Alcæi nomine duo poete	329.42	Amalthea Sibylla	83.7	Anaxandridæ morositas	256.38	
de Alcæo. Fab. Quintiliani iudi- cium	319.47	Ambitio	310.32	supplicium ob lesos Athenienses	256.42	
Alciatus	419.5	Ambrosia	573.5	Anazarba ciuitas	185.24	
Alciati lapsus	194.23	Ambrosiani hymni	ibid.	Andocidas Pythagoricus	474.19	
Alcibiades priscae Comœdiæ licen- tiam corrigit	261.1	Ambrosius Alexandrinus	212.29	Andreas Critias Sarmata	408.30	
Alcibiadis nomen in versu quomo- do à Critia positum	126.40	Ambrosius Mediolani Episcopus	212.29	Andr. Dactius	414.46	
Alcman primus Lyricorum poeta- rum	328.14	212.29	qua de causa hymnos in Ecclesia instituerit	Andr. Dominic. Floccus libri de ma- gistratibus, qui Fenestellæ ascri- bitur, autor	171.42	
Alcmanis interitus	328.38	212.36		Andr. Gruntherus Germanus	378. 36	
Alcmena ciuitas	342.50	Amepstias Comicus poeta	246.40	Andreas Maro Foroiulienfis	146. 18	
Alcimenus Atheniensis, Comicus	287.28	Amicitia exemplum	286.42	393.27		
Alcimenus Megarensis, Tragicus	287.29	Amicorum inconstantia	472.20	Andr. Naugerius patritius Venetus	390.34	
Alcimius Auitus poeta Christianus	215.10	Aminæum vinum: & vocabuli in versu quantitas	363.16	Andr. Refendius	404.5	
eius scripta	215.23	Amorem quæ sedant	255.18	Andr. Sarachus	414.52	
Alcmeon poeta	91.7	de Amore dictum Chæremonis	286. 30	Androdas	602.36	
Alcuinus Caroli M. præceptor, au- tor Scolæ Parisiensis erigendæ	222.20	30 sententia Cratetis	255.22	Andromachus pater, poeta	176.48	
Alcymnius Chius	49.23	Amphion	51.52	Andromachus Philologus	133.46	
Alcyonij dies	571.46	à Mercurio lyra donatus	52.6	Andronicus grammaticus	298.24	
ἀλκυονίδων	583.52	52.24	lyræ cantu saxa & lapides traxit	Andronicus poeta, accusatus absol- uitur	298.20	
Aleph, Alpha litera	9.37	primus Mercurio		Angelus Colotius	394.6	
Alexander Actolus, poeta Tragi- cus	287.12			Angelus Politianus	457.47 & 458.7	

I N D E X.

- 458.47 poeta eruditus 388.48
Angulus Sabinus 386.36 eius cum
Calderno inimicitia. *ibid.* 39
in Iuvenalem commentaria. *ibi-*
dem 41
Animæ immortalitas primum Gēti-
bus à Pythagora mōstrata 472.
 53 498.34
Animalia vnguicuruia non nutrien-
da 474.22
ab Animalibus morticimis Pythago-
rici abstinebant 497.48
Annæ Eftenfis encomium 378.22
Anni ciuilis institutio 549.14
Anni etymologia 548.13
Anni vertentis exordium 563.37
 dies 555.15
Anni Iuliani 561.12 *Augustani*
 562.30
Anni error à nostræ ætatis astrolo-
gis deprehensus 562.36
Anni apud Arabes initium 577.52
apud Persas 578.20
Annorum diuisio 548.6
Annus Metonicus 550.27 *Iubileus*
 553.35 *Ciuilis* 557.22 *Natura-*
lis 557.23
Annus menstruus 555.49
Annus vertens quid 555.7
Annus vertens qualiter à Græcis di-
uisus 562.47
Annum magnum, qui & maximus
appellatur, quo spacio mensi sint
veteres 548.39
decem mensium cur Romulus in-
stituerit 557.43
de Anno et mēsb⁹ ænigma 447.15
T. Antiphanus poeta 185.30
Annulus angustus non ferendus,
Symb. Pythag. 474.39
Anser poeta: & ex vocabuli ambi-
guitate iocus 155.7
Anser Vergilio parū æquus 155.10
Antagoras Rhodius poeta 108.52
Antigono R. familiaris 198.52
de Antagora ioco sa historia. pa-
gin. 109.16
Anterotis ara Athenis 483.16
Anterois fabula 280.18
Antheas Lindius poeta Lyricus
 327.29
Antheserion 571.7
Antheppus Comicus 295.34
ἀνθηππος & ἀνθηππος
Anticlaudianus 222.44
Antigammaratus 224.40
Antigenidas modulator 32.46
Antigoni dictum 309.45
Antilochns poeta 106.6
Antimachus Clarius poeta 105.5
à Lysandro reiectus, à Platone
consolatur 305.30 *Platonem*
instar omnium habet 105.43
Antimachi amica Lyde 105.46
opus Thebais 165.46
de Antimacho Fabij iudiciū. pag.
 105.18
erga Antimachū Lysandri libera-
litas 166.9
Antimachus Psecas 106.14
vnde sic dictus *ibid.*
Antimachus poeta Adriano Cæsa-
ri familiaris 203.1
Antimachus Solensis 106.11
Antimachi tres 105.11
Antimenidas 52.6 328.50
Antinous puer ab Adriano adama-
tus 202.27
Antiochenfes quo mense Pascha ce-
lebrauerint 573.22
Antipater poeta 67.14
Antipater Sidoni⁹ 134.26 sempna
tali suo morbo obnoxi⁹ 134.29
de Antipatro Sidonio Ciceronis iu-
dicium 134.30
Antiphanes Comicus 249.37
 447.32
Antiphanis ænigmata 461.11
Antiphanius versus 249.28
Antiphanis nomine plures 249.52
Antiphates 51.28
Antiphon animi ægritudinum cu-
rationem professus est 278.31
capitis causam vt dixerit 278.38
ἀντιφώνητος 278.21 prodigiōrū
interpretes, ἀντιφώνητος 278.46
Antiphon Rhamnusi⁹ comicus. pa-
gina 278.16
Antiphō Thucydidis magister. pa-
gin. 298.42
Antiphonis dictum 278.19
Antiphonis nomine tres 278.43
Antipodes 189.41
Antistius Sostanus 177.45 qua ver-
sutia exilij veniam à Nerone im-
petrauerit 178.1
Antistrophe quid 320.44 321.5
ἀντιστροφή 240.2
Antoninus poeta 374.3
Antoninus & Faustinus, Septem-
ber & Oclober vocati 568.24
Antonius Eparchus 402.18
Antonius Campanus 386.10
Antonius Casanova 394.1
Antonius Flaminius 396.4
Antonius Florebellus 419.33
Antonius Maioragius 417.30
Antonius Marius Visdominus. pag.
 397.50
Antonius Nebriffensis 404.36
Antonius Panormita poeta 385.43
eius arrogantia 585.46 *cum*
Laurëtio Valla inimicitia. ib. 52
Antonij Panormitæ epitaphium
 386.1
Antonius Rufus 170.36
Antonius Thebaldeus 392.12
Antonius Thilesius Cosentinus. pa-
gina 395.38
Aonius Palearius 417.32
Apaturia sacra 572.25
Apellæus 575.25
Aphranius Dorfenus 305.29
Aphranius Comicus Latinus 305.8
Aphranij epitaphium 305.48
de Aphranio Dorf. Horatij versus
 305.40
Apicius 134.9 460.16
ἀπίκιος ὁ ἀπατόριος, ἰκανὸν ἐστὶ θάρρα-
λιώσα, prouerb. 572.26
Apollinaris Christianus autor &
poeta 219.16 ad Samofatheni
hæresin deflectit. ibid. 26
Apollinaris poeta, & de eo Mar-
tialis iudicium 182.17
Apollo puer pythone serpentem
sagittis conficit 43.49
Apollinis elogia à Vergilio ei tribu-
ta 82.38
Apollodorus Comicus & eius Co-
mœdiæ 292.7
Apollodorus Grāmaticus 67.26.
 292.37
Apollonius Alexandrinus Anteros
 280.14
Apollonius grammaticus 115.40
Apollonij Malaci ænigma 459.19
Apollonius Rhodius, patria Ale-
xandrinus 113.24 in magistrū
Callimachum ingratus 112.26
eius Agronautica 113.30 eius lo-
cus de Biante Melampodis fra-
tre 51.32
Apollonius Tyaneus 51.46. 113.42
cum Christo impudenter colla-
tus. ibid. 45 *Domitiano Cæs. vt*
elapsus 253.20
Apollonij Tyanei ænigma 453.42
dictum 235.17
Apollophanes Comicus 250.20
Apostolorum symbola 469.14
ἀποπέρας nefasti dies à Græcis vo-
cati 594.6
Appion Grammaticus 71.20

I N D E X.

- Aprilis vnde dictus 564.33
 Apuleius non pulchre ænigmatum
 studiosus fuit 447.18
 Apulcij Asinus aureus poema solu-
 ta oratione 27.50
 Aquinus poeta insulsus 155.26
 de Aqua & glacie ænigma 453.3
 Arabum & Saracenorum mensis
 & annus 577.51
 Aramæa lingua nostro tempore flo-
 ret 43.12
 Araros, Aristophanis F. Comicus
 276.50
 Arati poetæ patria 114.50 poe-
 mata 115.14 Phænomena in
 Latinam linguam quis transtule-
 rit 115.12 sepulchrum 115.40
 Arati poetæ vita 115.2
 de Arato Cic. iudicium 115.36
 in Aratum Commētariorum autor
 C. Cæsar 114.2
 Arator dixconus, poeta sacer. pag.
 218.43
 Arcidum annus 555.50.556.33
 Arcefilas, idem qui Arcefilasus 107.
 34 dogma ἀρκεσίλας in philoso-
 phiam inuexit. 107.17
 Arcefilasus Comicus 288.40
 Archebuleus versus 356.3
 Archebulus poeta Lyricus 355.52
 Archædicus Comicus 295.51
 Archelaus Actiolus 420.46
 Archelaus philosophus & poeta
 108.46
 Archelaus rex Macedoniæ 229.50
 Archæfilas philosophus & poeta
 107.32 Homericæ poeseos stu-
 diosus 107.21
 Arcestrati poema ἀρχεστράτιος 109.
 33
 de Arcestrato dictum Chryssippi
 109.35
 Archias poeta 146.44
 Archiæ poemata 146.21
 Archilochia edicta 325.47
 Archilochium carmen 326.26
 Archilochus poeta Lyricus 86.53
 324.46 à Critia cur reprehē-
 sus 326.16 lectū vt moderatus
 sit 326.24 sermone obscœnus
 325.27 Sparta cur pulsus 326.4
 suis carminibus Lycamben ad la-
 queum adegit 326.30
 Archilochi carmē in laudem Hercu-
 lis, solenne factum 327.8 epita-
 phium 326.46 libri extra Spar-
 tanam urbem relegati 325.47
 occisor Calondas oraculo impē-
 titus 325.12
 Archilocho quæ vitio data 326.16
 de Archilocho oraculum 324.50
 Quintiliani iudicium 326.42
 Archimelus Epigrammatum scri-
 ptor • 365.26
 in Archimelum Hieronis liberalitas
 265.24
 Archytas poeta 365.50
 Archinus Ephesius poeta 89.12
 Arganthomius rex 451.14
 Argas poeta 350.48
 Argentea tela optima 452.52
 Argonautica Valerij Flacci 181.26
 Argonauticæ rei scriptores recen-
 sentur 181.36
 Argynus puer ab Agamemnone
 adamatus 49.21
 Argyranche Demosthenis 458.46
 Arimassia, Aristæ opus 62.31
 Arion Lesbios poeta 327.32
 Arionis delphice vecti per maria, fa-
 bula 327.20
 Ariphron, pæanū scriptor 349.31
 Aristæus poeta 55.38
 Aristarchus grammaticus 111.23
 270.41
 Aristarchus poeta tragicus 270.2
 Aristarchus Aesculapio κατ'ἑστῆσαν
 persoluit 270.5
 Aristarchus Homeri poemata in
 ordinē an redegerit 17.15 270.53
 Aristæas 63.26
 Aristæas ἀριστᾶστας 282.48
 Aristæa Arimassia 63.31 statuæ
 63.51 vita, doctrina & studia
 64.4
 Aristides poeta 204.50
 Aristilius Fuscus, poeta Comicus. pa-
 gin. 316.24
 Aristobuli locus 492.49
 Aristobulus iudæus 55.47
 Aristodemus poeta Tragicus 281.50
 Aristodemus μαλακὸς 282.8
 Aristomenes Atheniensis Comicus
 290.6
 Ariston Syracusan⁹ tragicus 295.3
 Ariston Chius Tragicus 294.38
 eius interitus ibid.42
 Aristonymus Comicus poeta 292
 42 eius supplicium. ibid.46
 Aristophanes Byzantius gramma-
 ticus 277.40 21.17
 Aristophanes poeta 275.42
 Socratem insectatus 276.43
 Aristophanis auctoritas 277.9
 Comædiæ 277.22 conuitia in
 Carcinū et eius filios 272.5 Epi-
 taphiū à Platone scriptū 277.13
 excellens ingenium 276.3 fabu-
 la Cocalon 376.20 interpres
 Marcus Musurus 277.40
 in principes ciuitatis conuitia
 276.10
 Aristophanis locus illustratur. pa-
 gina 271.42
 Aristophanis pbrasis 276.34
 Aristophanum carmen 277.17
 Aristophon comicus 293.47
 Aristotelis de Platone versus 104.
 35
 Aristotelis deambulationes 50.12
 earum genera & appellationes.
 ibid.13
 Aristotelis locus emendatur 209.
 10 locus interpretatus 242.
 40.480.17 locus de Sibyllæ
 Cumanæ spelunca 84.7
 Aristotelis opera poetica 104.22
 Aristoxenus Cyrenæus 324.7
 Aristoxenus histor. 64.31
 Aristoxenus Selynuntius, poeta Ly-
 ricus 323.49
 Aristoxenus Tarentinus Peripate-
 ticus 324.1 eius dogmata
 324.5
 Aristylus poeta 106.46
 Arithmāntia diuinationis genus
 274.30 eius vanitas. ibid.
 Arius Barbose Lustanus 403.28
 Arnoldus Arlenius 408.21
 Arrianus poeta 188.39 & eius
 Alexandrias ibid.43
 Artemidorus 50.26 53.30 66.47
 cupediniarius scriptor 334.13
 Artemis Sibylla quæ dicitur 81.34
 Artuafdes rex, Tragædiarum scri-
 ptor 19
 Aruntius Stella poeta 180.23
 à Martiale Asteris nuncupatus
 180.48
 Aruntij Stellæ nuptiæ à Statio cele-
 bratæ 180.60
 Astarota pauimenta 470.32
 Asbolus Centaurus poeta 47.35
 Asclepiades poeta 357.23
 Asclepiades Tragicus 284.26
 Ascolia celebritas 151.19 230.39
 ἀσκολιασμία 151.32
 ἀσκολιασμία 151.22 230.39
 Aspera Bœoticiæ vicus 71.53
 Ascreus vnde nominatus Hesiodus
 74.1
 Asinius Gallus poeta 314.44
 Asinius Gallus in Ciceronem inue-
 ctus 316.10 eius supplicium. ib.21
 Asinius

I N D E X.

Afinius Pollio poeta	315.42 in-	morum authorē statuit	44.36	pag.	467.46
fenfissim ⁹ famæ Ciceronis	316.2	Auia filiorum: enigma	453.10	Balbinus Maximus, Cæs. poeta	206.2
Afius Samius poeta	230.29	Auleum quid	244.44	Balnea antiquis minus in vsu. pag.	497.52
Aspasia Milefia poetria	124.52	Aulus Serenus poeta	362.30	Balnea ad luxum & mollitiem in-	498.2
Periclis amafia	125.4	Aurea carmina Pythagoræ	93.11	uenta	498.2
Asterius qui & Deucalion	52.31	467.17		Baptæ, Eupolidis Comœdia	260.
Astydamas poeta Comicus	253.38	Aurei Oppiani	107.50	29	
sui ipsius laudator	254.10	Aurelius Augustinianus	393.4	Baptista Mätuanus Carmelita	388.
ἀστυδάμας	468.52	Aurium erectio in animalibus iræ	496.29	33 non per omnia probatur. ib.	
Atergatis dea Syrorum	477.31	M. Ausias Valentinus	404.48	Bapt. Fera Mantuanus	369.42
Athenæ fulcimentum Græciæ	339.	Aufonius Gallus Burdegalensis poe-	374.12 375.22	Baptista Guarinus 111.26	389.26
42		ta	374.33	Baptista Pius Bononiensis	392.21
Athenæus Epigrammatū scriptor	365.44	Aufonij enigmata	457.50 458.14	Bapt. Sanga	396.27 398.21
Athenæi locus dubius	355.48	locus castigatur	94.46	Bardi Galliæ	41.28
locus mendosus	252.12	locus emendatur	141.16	Bardus	25.22
locus enigmaticus de cochlea	452.8	locus de		Bartholomeus Crotus	297.44
locus de enigmate Sphingis	449.	gripho ternario	449.43	Bartholomeus Ferrinus	412.8
28		oratio ad Gratianū Cæsarem.	374.	eius epitaphium.	ibid.
Athenais Sibylla	83.34	33 pomeata & annales	374.48	Basilii Magnus Christianus autor	211.36
Atheniensium menses	569.17	in Aufonij Galli epicedio quomodo		Basilij Magni locus de Homero	72.6
574.40 fodinæ metallorum		nonnulli fallantur	374.30	Batalus poeta	102.3
448.53 inanis sumptus circa		Autocharis Theopōpi fabula. pag.		Bathyllus mimus	236.43
metallorum fodinas	449.4	279.13		Bathyllus, Vergilij versus pro suis	156.52
nomisma	458.42	Autocrates Atheniensium Comicus	295.10	venditat	156.52
de Atheniensium legibus dictum ce-		Authores citandi mos parum eru-		Bathylli arrogantia à Vergilio vt	157.3
lebre	293.2	ditis obseruatus	43.19	elusa	157.3
Athenodorus Cananita	167.51	Autorum veterum codices quàm ca-		Βαθυλλογιῶν, Βαθυλλογία	102.30
Atomus quid	592.13	stigatissimi haberi quomodo pos-		327.46	
Atri dies cur dicti	595.34	sint	296.13	Batton Comicus	295.11
Atriplex herba	480.8	Autumedon Cyzicenus poeta	375.	Battus poeta	102.28 327.40
Attæ qui dicantur	308.48	40		Βαττύης, Theopompi fabula	279.2
Q. Atta	508.43	Autumni initium	562.4	Baius poeta insulsus	155.23
Q. Attæ versus enigmaticus. pag.	309.8	Axamenta carmina, quæ & Sabia-		eius	156.38
309.8		na	35.45	interitus	156.38
Atteius Capito	121.44	Axonius Comicus	295.48	Beda non ἀμασθ	221.49
Attallus urbis nunc Auersa	238.	Azania regio	51.12	Begoe nympba	83.33
26				Bellum nauale inter Cæs. & Anto-	565.51
Atellana fabule	307.6 328.24			nium quo die factum	565.51
quid à Satyris differant	238.28			in Bello exercitus ordinem, tesseras	65.26
Attellani ludi	243.48			item & vigilias quis inuenerit	65.26
M. Attilius Comicus	306.21			Bembus	186.34 195.42
Audynæus mensis	571.13			Benedictus Adoltus	413.32
Auerrhois locus de Mahomete	62.			Benedictus Acoltus	413.32
11				Benedictus Capella	394.11
Auge poetria	286.20			Benedictus Lambertus	395.9
Augeas Comicus	286.18			Benedictus Lampridius	394.22
Auguria pronunciabat Pontifex	491.18			Benedictus Portus	396.42
Augusti Cæs. in Cassium Seuerū ioc-				Benedictus Prignanus Musimensis	389.52
cus	161.11			Benedictus Varchius	416.43
epigramma parum				Beneficij exprobatio, ingratitude-	518.9
iudicum	198.26			nis loco est	518.9
Tragœdia				Beneficij quadruplex consideratio	532.52
Ajax	198.36				
versus in Vergi-					
lij obitum	198.40				
Augustus Cæs. poematum studio-					
sus	198.20				
Augustini locus restituitur	282.4				
Augustinus Dauidem omnium psal-					

I N D E X.

Beneficiorum acceptorum delectus habendus	532.46	Britanni poetices studiosi	41.21	Callimachus poeta	112.30 à discipulo Apollonio ibidis nomine insectatus	112.28
Beneficiorum obliuio duplex	508.3	Brixius Germanus	406.32	Callimachi epigramma	66.26	
Berenice Agrippæ soror	490.39	Brontæum scenæ pars	242.33	opera	113.5	versus de Olene poeta
Bernardus Capellus	416.6	Bructerus rex	361.39	87.30 de se versus	112.35	
Bernardus Donatus	397.4	Brutorum quorundam erga suos aliores gratitudinis exëpla	526.38	Callinus poeta	117.20	
Bernardus Tassus	416.8	Brutus poeta	354.5	Calliphanes poeta	102.34	
Berosus histor.	59.34	Bucerus	408.33	Callipygon, tēplum Veneris	274.1	
Bessarion Nycenus	104.47	Bucolica carmina	31.47	Callisthenes Philosophus	286.42	
Byzantius Patriarcha	400.5	Bucolicum carmen quid	36.25	ab Alexædro M. sublatus	515.29	
cur non pontifex summus creatus	400.8	Budæus vellicatur	479.52	Callistratus Comicus	296.8	
Bias Melampodis frater	51.23 & 31	Βυζοποδὸν	7.1	Callisthus	194.38	
Bibaculus poeta	141.26 120.20	Butas poeta	132.17	Calloergorum familia Cretensis	402.26	
Bibendi lex	285.7			Calondo occisor Archilochi oraculo impetitus, quomodo expiatus	325.12	
Bibliotheca Laurentij Medices opera Ioannis Lascaris constructa	401.3	C		Calphurnius poeta	190.17	quando floruit
Bion poeta & eius versus	111.36	C litera antiquis comitiales dissignabat	594.44	do	199.21	
Bion Tharsiscus	251.43	Cadmus	450.3	Calūniatoribus docti obnoxij. pagin.	77.15	
Bionis Borysthenitæ ænigma	459.4	Cadmus literarū Græcarum pater	458.15	Caluus poeta: vide Licinius Caluus		
eius parentes	5	458.15 literas primus ex Phœnicia in Græciam intulit	7.29	Cambysis in Harpalū extrema ingratitudo	515.42	
Bionis nomine plures	251.52	Cadmi nomine sex fuisse	10.12	Camelus vnde dicatur	94.50	
Bisaltis populi	512.50	Cæcilius orator quis	456.8	Camerinus poeta	169.2	
Bissextilis annus infaustus dictus	562.12	ænigma	455.47 456.15	Camillus Paleotus	390.53	
Bissextus dies quare institutus. pagin.	562.44	Cæcilius poeta Latinus	142.7	Camillus Portius	395.48	
Bitys propheta	157.28	Cæcilio palma inter Comicos deferatur	300.50	Camillus Quernus archipoeta	398.10	
Blosius Palladius	396.1	Cæcilius Seuerus poeta	12.24	Canere quid	21.26 (47	
Boco poetria	87.50	St. Cæcilius quando floruerit	300.46	Caninius Gallus Quindecimvir	83.	
Bocchus scriptor	81.37	vide Statius Cæcilius		Canius Gaditanus	173.38	& de eius Theophila. ibid. 43
Boedromion mensis vnde dictus	569.39	Cærobulus Comicus	295.48	Canij interitus & constantia	174.1	
Bœotia ænigmata, prouerb.	450.18	C. Cæsar male præcinctus	152.30	Canis luctus, locus	60.50	
Bœotus poeta	168.16.353.6	vnus & scribendo & pugnando omnes vicit	440.11	Cannensis clades quo die facta	596.46	
Boethius Tarsensis	167.49	Cæsar de Terentio Comico versus	198.5	Cantharus Comicus	286.22	
Antonij iram vt sedauerit	168.3	198.5 effigies	193.40	Canibus vtendum ad Lyræ, prouerb.	407.22	
Boetius Manlius Seuerinus	64.51	Cæsaris de Terentio Comico versus	198.5	Capella poeta	195.20	
216.11 eius duo filij	219.27	198.5 effigies	193.40	Capilli mortalitatis symbolum. pagin.	485.43	
uxor Helpis	219.33	mata	107.44	Capito poeta	121.38	
in Boetij summam eruditionē Castodori exclamatio	219.18	Cæsar Morus	392.16	Capnius poeta	132.19	
Bonauentura Pistophilus	412.2	Cæsaraugusta ciuitas	185.26	Carbilius Pictor Vergilij insectator	156.50	
Boninus Mombritius	388.4	Cæsariæ vina	152.23	Carcini duo comici poetæ	371.48	
Bonorum triplex ratio	427.20	Cæsius Bassus, poeta Lyricus latinus	369.13	Carcini filij deformes	372.10	
Borysthenicum clima	592.5	Cæsij Bassi durū mortis genus	360.24	in Carcinum & Carcini filios Aristophanis, ex nominis ambiguitate, conuitia	272.5 & 44	
Botrus Syracusanus, Salpe cognominatus	34.18	de Cæsio Basso iudicium Quintilianiani	360.19	Carcinus Naupactius	273.1	
Bouē habet in lingua: ænigma. pag.	458.40	Caius Aquilius Gallus	307.3	Card. Aegidius	416.36	
Bouem habere vtroque cornu: prouerb.	451.4	Caius Rabirius	168.32	Cares & Acarnanes semestrem annum habuerunt	556.4	
Brachmanes Indiæ philosophi. pag.	491.44	Calabra curia vnde vocata	583.24	Carmen		
Brasica herba Lycurgi lachrymæ	187.14	Calciamenta mystice quid Theologis	491.4			
Britanniæ dies longissimus	591.21	Calculi siue latrunculi à quo inuenti	65.23			
		Calendæ intercalares	561.44			
		Calendæ vnde dictæ	579.17			
		Callias Schoenoplocas, Tragicus	291.20			

I N D E X.

488. 16 locus mendosus 297.18	rum poeta 349.29	Coluth ⁹ Tycopotites poeta 194.31
Ciceronis oratio in Pisonem vehemens 390.6	Cleon Mimachus 464.44	Comici poetae vnde dicti 230.20
Verrinae orationes iocis enigmaticis referti 455.40	Cleophon tragicus 287.9	Comitorum recentiorum Catalogus 395.8
praecipu de enigmati 447.6	Clepsydra Comœdia 204.44	Comitiarum perturbationes 508.31
versus de Terentio 302.34	Clepsydra vnde nūcupata 603.40	Comœdia à Græcis ad Latinos transuolauit 296.30
Cichlus qualis auis 71.51	Clepsydra apud Rom. autor 603.20	à Tragœdia quid differat 233.8
Ciconia, symbolum pietatis 528.9	Climactericus numerus 53.36	Comœdia noua vnde & qua occasione introducta 231.52
Cimmerij 117.34	Climacterici anni 602.5	Comœdia palliata quid 238.2
in Cmere ollæ vestigium confunde prouerb. 454.42	Clitagoa poetria 123.7	prætextata 238.13
Cinesias, philireus ab Aristophane cur vocatus 359.2	Clitemnestra Quadrantaria 456.19	togata 236.50
Cinesias à Pherecrate taxatus 349.48	Clitorius fons 50.51	Comœdiæ apud Græcos partes 241.3
à Platone Comico vt irrisus 350.12	Clitorij fontis aqua abstemios facit 51.3	definitiones 231.37
melopæus 340.43	Clodius Albinnus 204.38	diuisio in membra 238.46
Pyrrhichæ autor 349.35	Cæs. taxatus propter studiū poeticum. ibid. 46	Comœdiæ muentores: & de hoc varie sententiæ 232.1
C. Cinna epigrammatum scriptor 371.16	Clonæ poeta 319.12	partes 240.40
errore nominis à plebe interfectus 371.50	Cn. Aquilius poeta 397.1	241.3
de C. Cinna Vergilij testimonium 371.18	Cn. Manlius Rom. poeta 130.23	Comœdiæ priscae acerbitas ab Alcibiade correcta 261.1
Cinna interitus 371.47	Cn. Martius 311.49	pater Eupolis 233.20
opus Smyrna, nouenio cōfectū 371.20	Cn. Matius, mimus, alius à Cn. Martio 311.49	Comœdiarum genera 237.46
somniū, mortis prænuntiū 372.2	eius verba nouiter ficta 312.4	tres differentiæ 235.5
Cinædorum versuum primus autor 354.9	Cn. Neuius Comicus Latinus 298.26	Concilium Constantiæ 177.40
Circenses ludi 243.39	Scipiones & Metellos infestatus, in exilio moritur 298.40	Conradus Celtes Germanus 406.26
Cistarella familia 386.10	quando floruerit 298.29	Conradus Coclenius 407.40
Citharæ inuentor Apollo 52.14	Cornelius Nepos historicus 71.29	Constantinus Ducas, Leonis Imp. F. qualis scriptor 207.52
Ciuilis mensis 536.16	Coa quid 456.40	Constantini Imp. libri de re rustica 208.8
Ciuetta Italis quid 459.1	Coccius Spurinna 361.42	Iuueni carmen 209.46
Clarus Albinouanus 168.53	Cochlea pro tuba antiqui vsi 451.52	Constantinus Laudis 418.50
Cl. Claudianus poeta quādo floruerit 191.21	de Cochlea & testudine ænigma 451.31	Constantinus Laschares 401.29
an Christianus 192.28	Cochleæ cognomen Græcum 452.14	Constantinus rei scriptor 60.5
Claudianus Mamercus poeta 193.20	Codro pauperior, prouerb. ibid.	contra Solem mingere cur prohibitum 485.53
Claudiani epitaphiū 192.12	Codrus, poeta 182.26	Conuictorum lex 109.39
hymni in Christum, cuius sint auctoris 192.49	Codrūs Vrcens 389.46	Cor & cerebrum, duo hominis duces 450.42
patria incerta 191.44	Cœlius Aurelianus scriptor 78.39	Cor non edendum, prouerb. 480.21
poemata 193.2	Cœlius Calcagninus 392.28	Corax Rhetor 455.9
statua 192.20	40 495.47	Corbis qualis ignominia apud Bœotios 284.26
de Claudiano Liliij censura 193.13	Cælius Rhodiginus 392.40	Cordacismus, <i>supra</i> <i>missio</i> 14.44
Claud. Ptolemæus Senensis 416.36	eius locus enigmaticus citatur 457.8	Cordax saltationis Scenicæ species 14.48
Clauis annalis 561.35	Cælum Gentes pro Deo colebant 491.32	237.11
Cleantes Stoicus 293.41	Cænobitæ 473.38	Cordubenses poetae 176.46
Clearchus Comicus 289.53	Cœramus quidam à delphine seruatus 527.1	Corinæi opera 65.48
Clearchi Com. in bibaces sententia 285.3	Cohum quid 456.44	Corinna poetria 352.5
Clearchus Solensis 43.53	Colabi poetae lyrici, vnde appellati 355.44	Pindaro antelata 123.10
443.13	Colarbasus hereticus 13.16	Pindarum quare vicerit 352.10
Clemens Marotus Gallus 407.22	Coloneus locus 261.37	Corinna Ouidij 352.31
407.22	Columba ingratiitudinis symbolum 528.36	Corinnæ ad Pindarum admonitio & dictum 352.26
Clemens poeta 187.33	Columellæ versicul ⁹ citatur 485.12	Cornelius Alpinus 142.7
Clemens Romanus 49.30		Corne-
Cleobule poetria 123.13		
eius ænigma. ibid.		
Cleobuli ænigma. 447.37		
Cleobulus Lindius ænigmatum autor 445.10		
Cleomenes Rhegynus dihyrambo-		

I N D E X.

<i>Cornelius Celsus</i>	361.31	<i>Crassitius grammaticus, & in eum epigramma</i>	371.32	28 eius Filij duo	412.51
<i>Corn. Crocus Dietherus Augustanus</i>	408.4	<i>Crates Atheniens. Comicus</i>	255.6	<i>Cynocephalum duodecies in die mere solitum</i>	603.26
<i>Cornelius Gallus poeta</i>	154.9	<i>Crates Mallores 67.18 138.10 Criticus appellatus 255.46 insignis grammaticus</i>	255.40	<i>Cyprianus martyr & poeta</i>	209.30
<i>Corn. Galli laudes Verg. iij. Geor. libro aliquando complexus 154.24 interitus 154.10 Lycoris 154.16</i>		<i>ates philosophus 45.24 quo tempore floruit 255.47 Romam legatus missus</i>	256.1	<i>Cypriani carmen de ligno crucis</i>	209.31
<i>sub Corn. Galli nomine versus qui circumferuntur, an legitimi sint 154.20</i>		<i>Cratetis anigma 451.23 sententia de amore</i>	255.22	<i>Cypriani locus</i>	490.52
<i>Corn. Seuerus poeta</i>	171.47	<i>Cratetis nomine alij decem 255.37</i>		<i>Cypriorum menses</i>	575.14
<i>Cornelij Seueri carmen in obitum Ciceronis 172.5 carmē de Aetna quo 1 Vergilio ascribitur 172.1</i>		<i>Craticula cum igni subiecto: Aegyptijs hieroglyphicum 467.53</i>		<i>Cyrillus Alexandrinus</i>	55.48
<i>Cornelius Sylla literarum non rudis 197.38 malo poetæ qua lege præmiū dederit 197.36 Satyricarum comædiarum scriptor 197.27</i>		<i>Cratimus Atheniens. Comicus 257.36 longæuus 257.44 vinosus 357.50</i>		<i>Cyrus Panopolita, scriptor Ecclesiasticus & poeta</i>	214.40
<i>Corn. Taciti locus de Germanorum carminibus 41.25 locus de Sibyllinis libris & carminib. 83.47</i>		<i>Cratini fabula Methe, eiusq; argumentum 258.8</i>		<i>Cyrus Persarum rex à Xenophonte in exemplum boni ducis descriptus 227.8 contra Massagetæ ducit</i>	54.36
<i>Corneti</i>	450.46	<i>in Cratinum epigramma Nicerati</i>	258.20		
<i>Cornificij interitus 157.27 malculo lentiam Vergilius vt correxerit 157.16</i>		<i>Creophilus poeta</i>	66.22		
<i>ad Cornificium Epistola Ciceronis 157.29</i>		<i>Crepusculum vnde dictum 589.41</i>			
<i>Corinnæ poemata</i>	352.29	<i>Creticus modus apud Musticos 65.1</i>			
<i>Corinnus siue Corinæus poeta 65.9</i>		<i>Crines tondere die festo, Pythagoricis illicitum 485.38</i>			
<i>Cornucopiæ Hel. Melissi 315.22</i>		<i>Criniū vnguiumq; præsegmna ne commingito, prouerb. 485.31</i>			
<i>Cornutus Persij præceptor, alius à Cornuto grammatico 174.22</i>		<i>Critias nobilis poeta 126.30</i>			
<i>Cornutus Probus grammaticus 30</i>		<i>Ctemene Hæsiodi vxor 74.41</i>			
<i>Coronæ poetæ indignis conferri consuetæ: & de hoc epigramma 15.40</i>		<i>Ctesiphon poeta 355.44</i>			
<i>Coronam ne decerpas, prouerb. 484.31</i>		<i>Cubi inuentor quis 65.24</i>			
<i>Coronandi poetæ mos vnde coeperit 16.6</i>		<i>Cucupha auis senescentibus parentibus gratiam refert 528.1</i>			
<i>Corui mali malum ouum, prouerb. 455.10</i>		<i>Cucurbitulæ ænigma 450.35</i>			
<i>Cosconius poeta 182.24</i>		<i>Cucurbitulæ duorum generum 450.43</i>			
<i>Cosmas Hierosolymitanus 220.49</i>		<i>Cui, prima syllaba breui & altera longa, aliquando in vsu 140.3</i>			
<i>Cosmæ musici canones 221.1</i>		<i>Cuma vrbs 73.42</i>			
<i>Cosmæ & Damiani miracula 221.10</i>		<i>Cumanæ Sibyllæ sacellum 84.2</i>			
<i>Cosmicus Patavinus 386.51</i>		<i>Cupressina ligna non coaceruanda, prouerb. 489.10</i>			
<i>Cothurni 244.36</i>		<i>ex Cupresso louis sceptrū fit 489.18</i>			
<i>Cotta poeta, Ouidij amicus 170.21</i>		<i>Cupressus Diti sacra 489.23 funeris symbolum ibid.</i>			
<i>L. Cotta quindecimvir 83.35</i>		<i>Curionum familia tres vna serieratores produxit 389.32</i>			
<i>Cottabus seu Cossabus 131.37</i>		<i>Curius Lancelotus 420.26</i>			
<i>Crade instrumentum Comædiæ 242.46 (51)</i>		<i>Curtius Pontanus poeta 170.20 & de eo Taciti locus ibid.</i>			
<i>Crantor philosophus et poeta 106.</i>		<i>Cyclos, cyclica carmina 34.27</i>			
<i>Crantoris Epitaphium 107.1</i>		<i>Cyliscus Tragizus 295.8</i>			
		<i>Cylonium scelus 63.15</i>			
		<i>Cynegirus Atheniensis 250.26</i>			
		<i>Cynethon poeta 89.19</i>			
		<i>Cynthius lo. Bapt. Gyraldus 412.</i>			

D

D Actylus pes à quo inuentus	44.13
Damasceni locus de quodā rustico	62.18
Damascus Papa versificator	212.5
Damasti Papæ poemata	212.7
Damocharis poetria	125.17
Damocrates medicinam versibus perscripsit	21.47
Damophila poetria: & de ea Apollonij Tyanei verba	175.10
Damoxenus Atheniens. Comicus	282.20
Danthes Aligerius Florētinus	224.41
Daphitas poeta & grammaticus	129.6 eius in Lysimachum R. distichon & interitus ibid.
de Dapidæ exitu historia	129.17
Daphne id est laurus; vnde dicta	74.25
Darij Regis in Sylofontem gratitudo	536.17
David alter Hercules 44.20 cantor & poeta diuinus 44.21 poeta Lyricus.	320.30
Davidis cū Golia cōgressus 44.18	
Decius Laberius poeta 309.37 à Cicerone lacepsitus, vt eum remomorderit	309.43
Decij Laberij senis versus venustissimi corā Cæsare recitati	310.1
Decius poeta, & de eo Rutilij carmen	183.42
De diuinis non absq; lumine loquendum, prouerb.	492.42
Decius Imperator	61.50
De ab hominib. vulnerari, quomodo à poetis fingantur	4.36

I N D E X.

Dei figura in annulo non insculpen- da 474.50	50. suam impietatem criminātes vt eluserit 344.10	Dionysius Sinopenfis 131.47
Deis ne ex vitib. imputans libes, pro uerb. 489.37	Diales Flamines 474.44	Dioscorides 485.18
Δείωνος derelicta 235.49	Διάσπονδις 264.13	Dioxippus Comicus 296.5
Deiphobe Sibylla 33.25	Dicæogenes Tragicus 282.33	Diphilus Siphnius 478.17
Δικὰς quasi Διχὰς dicta 495.21	Dictys historicus 95.29	Diphilus Comicus κωμικώτατος 291.38
Delos insula ænigmaticè proposita 463.37 ratio nominis 41	Didacus Pyrrhus 404.18	Diphili imitator Plautus 291.43
Delphici accolæ carminis hexame- tri Græci authores 41.49	Diebus nomina à quibus indita 599 et seq.	Diræ Vergilij an γυύσιον poema 142.26
Delphidius 215.20	Diei diuisio 592.8	Disciplinæ pacis comites 390.23
Delphines hominum amasij 526. 50	Diei noctisq; tempora, proprijs di- screta nominibus 583.48	Disciplinæ similes longæ peregri- nationi 314.47
Damarathus Lacedæmonius 516.3	Diei per climata longitudo et bre- uitas 592.31	Dithyrambi ad Phrygium modum canendi 345.52
Demetrii ænigma 450.37 et 451.3	Dies, nonas, et Idus quot quilibet mensis habeat 584.12	Dithyrambici poetæ 29.23
Demetrius Calchondilas 399.39	Dies vnde dictus 586.50	Dithyrambici versus 29.12
Demetrius Moschus 400.44	Dies apud Hyperboreos cur seme- striluce fit 592.11	Diuerbia Comædiarum partes 238 48 (78.36)
Demetrius Cynicus 237.22	Dies naturalis 587.26	Diuinare homines quando possint
Demetrius Phalereus 290.42 447.4	Diffisi dies 592.42	Diuinationis genus Arithmantia, quale 274.30
Demetrius Phalereus αὐτομαθῆς et 450.38	Diluculum 588.11	Diuinationes vnde hominibus con- tingant 78.3
Demetrius poeta: et eius distichon 106.33	Dimetrum carmen 5.34	Diuinationum duo genera 78.17
Demetrius Simius quidam ab Hora- tio insectatus 106.40	Dinarchus poeta 91.8	Diuitiæ 345.50
Demo que et Demophila, Sibylla 83.19	Dinon historicus 59.32	de Diuitijs, Euripidis locus 365.42
Democritus Abderita philosophus 365.48	Diobolaris meretrix 456.21	Dius pater Hesiodi 73.52
Democritus poeta 365.47	Diocæsarea ciuitas 185.26	Dodoneæ columbæ primæ carmen hexametrum cecinere apud Græ- cos 43.41
Demophile Sibylla 83.19	Diocles Comicus, et eius insolens harmonia 258.28	Docti obtrektorib. obnoxij 77.15
Demosthenes 434.49 Batalus cog- nominatus 102.5	Diodorus Sinopæus Comicus 309 36	Domitianus Cæs. poeseos studiosus 200.44 cur Germanicus appel- latus 201.33 poesein non amauit sed simulauit 301.43
Demosthenis argyranche 458.46	Diogenes Alexandrinus Tragicus poeta 281.21	à Domitianò Minerva culta 200.25
Denarius numerus perfectus 358.26	Diogenes Laertius 92.36	de Domitiano Martialis carmen 201.30 Quintiliani sententia 201.7
Demodocus musicus et poeta 61.6	Diogenes Tragicus, alius ab Alexan- drino 281.14	Domitius Marsus epigrammatum scriptor 372.22 eius opus Ama- zonis 372.24
Dens Theoninus apud Horatium quid significet 483.9	Diogenes Synopeus, canis nuncupa- tus 281.17	Domitiæ Naus Mirabellius 413.18
Dentes nõ frangendi, prou. 484.3	Diomedis Gramatici locus ænig- maticus 452.15 locus dubius 297 44. locus restituitur 274.31	Donati locus de Actibus in comœ- dia discernendis 241.20
Deorũ et Naturæ arcana quare ab antiquis obscuritate tecta 466.	Dionysij Sacra 459.30	Doris poeta 365.52
Deucalion 331.4 (26)	Dionysius Chalcus 131.31	Dorillus poeta 366.1
Dexicrates Athen. Comicus 282.22	Dionysius Halicarnassæus 71.17 e- ius locus emendatur 95.2	Dorice meretrix 330.32
Dextera nõ cuius porrigenda, pro uerb. 484.14	Dionysius Lincius literarum noua- rum inuentor 12.38	de Dormiente homine ænigma
Dextrum pedem prius induc, fini- strũ prius laua, prou. 407.30	Dionysius Milesius poeta 130.34	Dorus poeta 365.52 (404.13)
Dieta, temperata viuendi ratio 433. 51	Dionysius Pheræus 131.42	Draco poeta, Athenensium legis- tor 90.29 quo tempore vixerit 90.44
Diagoras Melius, prouer. 343.47	Dionysius Punicus et de eo variæ coniecturæ 131.1 de situ orbis o- pus scripsit 131.14	Draconis interitus 90.51
Diagoras Melius, ad et cognomina- tus 343.37 Deos quo argumẽto negauerit 343.42 Lyricus poe- ta 343.27 propter impietatem ab Atheniensib. proscriptus 343	Dionysij opus de situ orbis 131.16 ibid. operis de situ orbis inter- pretatio 188.10	de Draconis legibus Demadis ora- toris dictum 90.38
	Dionysius Siciliæ tyrannus poeta 278.1 Aeschylis pugillaribus suas fabulas exarauit 278.8	Dracon Thebarum rex 450.4
		Dramatũ genera quinq; 229.44 Dra-

I N D E X.

Dramatum genera quinq;	229.44	tria corda	465.10	Plauti	300.3 Pompeij	203.12	Se
Dropides poeta	92.20	de Ennio Quintiliani iudicium	138	neca	317.14	Solonis	92.15.
E							
Ebricitatis	275.42.281.3	23. Vergilij dictum	138.46	Theodectis	283.24	Thomæ Mo	
Ebrietas effecta	469.31	Enochi liber fictitijs	9.10	ri	408.51	Timocreontis Rhodij,	
Eccyclema, pagmatis genus	243.7	Hicæ Homero quid	50.8	Comici	259.43	Timonis Misan	
Εχκυβία Pythagoræ	493.19	Eobanus Hessus	408.26	thropi	97.46	Timothei Mu-	
Echo adoranda ventis flantib. pro		Epacta dies	585.47	sici		349.6	
uerb.	496.40	Epactas dies inueniēdi ratio	586.9	Epithalamia, alia κατὰ τὸν μῦθον, ἀ-		30.10	
Educare, verbū	312.21	Ephesij martyres, quos septem Dor		lia ὑβία			
Egestippus Comicus	275.20	mientes vocant	61.49	Epithalamiographi		29.52	
Egestippi historici locus citatur	488.25	Ephippius Atheniens. Comicus	295	Epithalamiorum lex		30.8	
		31		Epitasis in comædia quid		240.50	
Egestippi iudæi Historiæ non legi-		Ephorus Cumæus	61.22	Epos carmen		30.26	
timæ qua coniectura	276.22	ἔπικλοι.	276.28	Epodos, Epodicon carmen		320.46	
Egidius Delphus	406.41	Epicharmion, dicendi modus	247.	Epodos Horatij Flacci		320.47	
Ἐγυβωμία vestis Comica	244.21	46		Erasmus Roterodamus		405.50	
Egnatius scriptor Ecclesiasticus &		Epicharmus ab Hierone tyranno		471.9			
poeta	221.14	multatus	248.1	Erasmi locus enigmaticus	449.36		
Egnatius Venetus	397.14 411.13	Epicharmi patria quæ	247.37	de Erasmo Roterodamo censura au		406.5	
Ἐγναίος, ἔπικλοι, poematis species		quædā insignes sententiæ	248.12	ctoris			
110.50		Epicharmus tragicus poeta	247.32	Eratosthenes poeta	83.41	120.47	
Elaphebolion mensis	575.45	Epicrates Comicus	295.34	philologus primus & nouus Pla			
Electra quasi αἴθρα λιγύρα	314.39	carmen de mure	ibid.	to dictus. ibid. 52 in media extinctus		121.17	longæuus
Elegum carmen	30.28	Epigenes tragicus poeta	245.42	ab Eratosthene multa desumpsit			
Elephantis poetria, & eius poemata		Epigramma in laurigeros nostro-		Vergilius		ibid.10	
obsæna	125.36	rum temporum poetæ	15.40	Eratosthenis elegia		121.6	
Eleusinia sacra non impunè euulga		Epigramma scorpioni simile	364.	Erinna poetria	123.50	& de eius	
ta	466.19	46		patria varia		124.2	
Eliſtus Calentius	410.5	Epigrammatariorum poetarum ca		in Erinnam epigramma		124.7	
Elixum ne asses, prouerb.	488.30	talogus	395.26	Eriphus, poeta comicus		250.12	
Emanuel Chrysoloras	399.29, le-	Epigrammatis leges	365.14	Erycius poeta		366.3	
gatus maximam Europæ partem		Epigrammatum tria genera	364.35	Erythra vrbs vnde nominata		82.	
obiuit. ibid. 33 mortuus Constan		Epilycus poeta	128.10	45			
tiæ. ibid.	37	Ἐπιλυκία	320.49	Erythreæ Sibyllæ prodigioſa iuuen			
Ἐμπεδοκλῆς, ἔμπεδοκλῆς	244.36	Epimenides poeta	61.32 à Lacedæ	tus		82.46	
ἔμπεδοκλῆς & ἄλλοι	465.9	monijs captus in bello	62.39	Erythris regio.		81.47	
Emmicitia, saltationum species	15.1	stè ab Atheniensib. profugit	63.	Erythmus quid		478.43	
237.11		3. & 8. quæ scripserit	62.30	Esaias serra dissectus	45.15	versus	
Empedocles poeta	98.51 ἀν-	Epimenidia pellis, prouerb.	63.24	condidit		45.13	
ἔμπεδοκλῆς	99.11 diuinitatis deside	Epimenidis quædam D. Paulus A-		Erythmus non edendus, prouerb.			
rio in Actnæ crateras se immisit		post. vsurpauit	62.27	478.42			
99.16		Epinicus comicus	266.7	Eteocles. Eteocleæ Gratiæ	538.41		
de Empedoclis excellentia Lucretij		Ἐπιπικία in comædijs quæ	240.3	Euages poeta, sed literarum rudis		285.12	
versus	99.4	Episcenium	242.18	Euangelista Magdalenus	395.50		
Empedoclis poemata	99.20	Episodion	231.13 & 20.241.8	Euangelus Atheniens. comicus		296.3	
de Pythagorica palingenesia		Epitaphium Admeti poeta	173.36	296.3			
99.37		Aeschyli	252.5	Euantes poeta		121.33	
Encyclium. Encyclopædia	34.39	Amphionis	52.	Eubæus parodiavū poeta	353.46		
Engelardus Germanus, poeta		35 Ant. Panhormite	386.1. A-	parodiarum suarum beneficio		ibid.	
407.4		phranij	305.48	de podice		285.3	
Ennius grammaticus	138.29	Archilochi	326	Eubuli comædia Clepsydra		284.	
ENNIVS poeta	137.1. animam Ho	46. Barth. Ferrini,	412.13	46			
meri per palingenesiam sortitus		Clau		Eubulus Athenien. Comicus		284.	
137.35. Rudius et Calaber	137.13	diani	192.12	46			
nosus	137.40	Crætoris	307.1	Eubulides tragicus		284.29	
Ennij epithaphium à seipso scri-		En		Eucha-			
ptum	138.20	nij	138.20				
getica	134.8	Eurypidis	268.1				
poemata	138.4	Boetij vxoris	219.40				
		He-					
		stodi	75.15				
		Heraclidis Pōtici.	127				
		24 Homeri	69.39				
		Iulij Camilli	411.3				
		Megisthei vatis	335.11				
		Mu					
		sæi	58.10				
		Neuij	299.7				
		Orpheï					
		54.4					
		Pantomimi Paridis	180.23				
		Pacuuij	303.36				
		Philetæ	118.1				

I N D E X.

Eucharistia Christianis olim frequentior quam hodie usus 482.1	Quintiliani iudicium 268.40	tonicæ 238.36
Eudæmon poeta 188.47	oraculum 264.30	Fabulis imponenda nomina quæ 245.30
Eudemus poeta 122.12	in Euripidē Archelai regis studium 266.30	Facetus poeta 224.49
Eudocia Arcadij Imp. vxor, iniqua Chrysoſtomo 207.41	Euripidis asperitas & arrogantia 265.21	Famōſos libellos scribentum pœna 261.8
Eudocia Theodoſij Imp. vxor, poetria 207.10 ἀμύμονος in Christum composuit. 207.10	265.22 authoritas 268.30 dicta quædā 265.26 dictum 229	Fannius historicus 157.46
Eudocia φιλοπύσις. 214.45	50 epigramma in matrem & filiam simul extinctas 266.45	Fannius poeta 157.47 ab Horatio notatus 158.4
Eudociæ iter Hierosolymam versus 207.33	epitaphium 268.1 genus 264.7	Farinam attingere Flaminihus Romæ nefas 490.15
Eudoxus historicus 60.17	præceptores 264.42 horribile mortis genus 266.50 sententia de diuitijs 265.42 sepulchrū 266.36 sepulchrum fulmine percussum 267.42	Fasti dies 593.52
Eudoxus Siculus, Agathoclis F. Comicus 288.44	tragediæ à Ptolemæo efflagitata 269.2	Faustus Benedictinus 220.3
Eucclius Cyprius 47.43	tragedijs multi Atheniēſium captiui liberati 268.24	Faustus Gallus scriptor Ecclesiasticus 219.46
Euenius vates 89.8	tragedijs Socrati ligna subministravit 265.1	de Fausto Gallo versus 230.1
Euenus poeta 94.42	vxores & filij 265.18	Februum, februenta 571.8
Eugubinus Stuechus 497.8	Eurygion frater Sapphus 330.11	Februarius vnde dictus ibid.
Euhemerus poeta 119.19	Eusebij error 297.26	Federicus Scotus comes Placentinus 418.50
119.24	locus declaratur 48.10	Fenestella Historiarū scriptor 17.27
Eumelus Corinthius, poeta 89.46	locus de Mose citatus 42.51	Fenestellæ libri de Magistratibus, non legitimi 171.27
ibid. poemata 50	locus restituitur 47.47	Fertilitatis Symbolum 468.39
Eumite, quæ & Cleobule, poetria 123.13	versio per Georgium Trapezuntium 356.40	Fescennini versus 35.42
Eumolpia poetria 58.49	Euthymus Græcus interpres de psalms Davidis 44.34	Feriarum Christianorum autor 601.25
Eumolpus Eleusinius 58.38	Euthydemus poeta 128.2	Feriarum publicarum quatuor genera 593.6
Eunapius Græcus historicus 50.3	ἐξουσιον verbum 234.3	Festi & profesti dies 592.18
de Eunuchis & vespertilione enigma 454.26	Exarare literas, pro scribere 8.42	Festorum dierum ratio apud Ethnicos 492.32
Euodius Græcus, versificator 73.37 (288.36)	Exodus pars tragediæ 231.14	Festum apud Iudæos tubarum & buccinarum 581.42
Euphemius Olympius Tragicus	Exercitus militaris ordinem quis inuenit 65.25	Flamines Diales 474.44
Euphorbus histor. 67.27	Exomides, vestes comicæ 244.20	Flavius Ant. Gyraldus 412.42
Euphorion poeta 116.20 & de eo Quintiliani iudicium 116.42	Ezechias 45.16	Flav. Constantinus Cæsar 206.42
Euphorion Aeschylī F. 251.42	F	Flauius Nicetius 218.19
Euphrōn Comicus 293.45	Fabæ mysterium apud Pythagoricos 475.20	Floretus poeta 224.48
Euphronius poeta 126.18	Fabarum esu quare abstinendum olim 475.21	Flori oratores 360.41
Eupolis Comicus 259.50	à Fabis abstineto, Pythagoræ symbolum 475.7	Florus poeta 202.13
Eupolidis interitus propter læsum Alcibiadem 260.31	à Fabis Pythagorici cur abstinuerint variæ coniecturæ 475.22	Fœcunditatis symbola 485.24
præcox ingenium 259.51	Fabilius Epigrammatum poeta 374.16	Fontanus poeta 170.40
de Eupolide Quintiliani iudicium 260.6	Q. Fabius Labeo 302.49	Fortunæ lus 184.9
Eupolis quidam, prima nuptiarum die oppressus 260.4	Fabula Attellana 235.28	Fulgentius Placides Rhuppenſium Pontifex 217.24
Euripides Salaminius 264.29	Fabula personata 238.30	Furnius erga Cæs. Augustum gratus 532.27
à cæcibus laceratus 266.50	Fabularum abusus apud Christianos deploratur 318.33	Franc. Arfillus 410.33
in Aegyptum nauigat 264.51	actores primarū partium qui 237.3	Franc. Bernia 417.3
mulierosus 266.8	certamina à quo instituta 262.46	Franc. Bolognetus 417.11
mulierum esor 266.20.	Fabulæ latine paucioribus quam Græcæ peragebantur 245.20	Franc. Contelles 396.38
philosophus appellatus 265.10	Fabulæ Mileſiæ 204.17	Franc. Iambeccarius 390.2
seditionem scenæ vt repreſſerit 266.4	motorie, statarie & mixtæ 238.38	Franc. Luſinius 419.17
Socratis innocentiam vt detexerit 265.32	Rhini	Franc. Mar. Molcia 396.3
264.7		Franc. Modestus 397.41
de Euripide Ciceronis dictū 298.36		Franc. Niger Bassarnensis 410.17
		Franc. Niger Venetus 410.11
		Franc.

I N D E X.

Gütherus Germanus, poeta 223. 4.7
Gutta, stilla, quid differant 173. 3.4
Gyraldi ænigma 465. 17 poësis
55. 12 in Cumanæ Sibyllæ subter
ranca crypta descensio 84. 6

H

Habitus scenicus qualis esse
debeat 244. 18

Hadrian⁹ Cardinalis 359. 10
Hereticorum in Deum ingratitude
509. 10
Hages poeta 108. 36
Halicutica qui scripserint autores
186. 26
Halicuticon Oppiani 186. 1
Hannibal Charus 416. 2
Harmonie 450. 5
Harmonice musicæ leges 348. 40
Harmonidæ musici interitus . pag.
349. 22
Harpocratio 203. 50
Harpyiæ 474. 36
Hebdomades annorum 602. 5
Hebræa carmina hodie politiora
43. 13
Hebræarum literarum Alphabetari-
um in stellis inueniri 91. 29
Hebræarum literarū numerus 8. 50
ratio " 8. 32
Hebræi nostri temporis nullos suæ
linguæ versus poeticos haberi
aiunt 43. 2 nudis pedibus sacra
peragebant 490. 26 suam poe-
sin ab Arabibus mutuati 43. 54
Hebræorum annus 556. 16 arca-
na à Theodeste philosopho vul-
gata 466. 21
Hebræorū ieiunia 490. 34 sacrifi-
cia cur farina & oleo conspersa
490. 12 vetustissima poësis 42. 31
Hecate triförmis 479. 24 Heca-
tombeon 573. 19
Hecuba quam ob causam in canem
transformata fingatur 520. 13
Hederæ proprietates 489. 49
Hederam Iouis sacerdoti attingere
religio 489. 49
Hedyle poetica 125. 10
Hedyles poema 125. 15
Hedylogus 125. 12
Hegemon poeta 134. 34
Hegemon Thasius 132. 44
Hegesander Delphus 479. 28
Hegesinax poëta 133. 10
Hegesinus poeta 133. 15
Helenam Lacedæmone in Asiæ Eu-

ropæq; perniciem educari, præ-
dixit Sibylla 83. 12
Helicon fluvius 55. 21
Heliodorus poeta & medicus. 122.
17 eius versus ibid.
Heluis Spartianus scriptor 456. 10
Helpis vxor Boetij, poëtria 219. 33
eius epitaphium 219. 40
Helymonis miseri poëtae miserior
exitus 108. 18
Hemitheon poeta 161. 19
Heniochus Comicus, & eius Comæ
diæ 281. 9
Heraclides Pöticus 44. 5 poeta 126.
4.2 gloriæ diuinæ audis 126. 50
pro Pontico Pompicus vocatus
126. 4.6 quo astu diuinos hono-
res adeptus 127. 1 eius carmina
127. 7 epitaphium 127. 24
pro Homero liber apologeticus
77. 7
Heraclidis nomine quatuordecim
127. 17
Heraclitus Ephesius poeta 127. 32
Heraclitus poeta Lyricus 353. 34
Heracliti ænigma 448. 21
Heracliti cognomen 448. 23 in-
teritus 448. 27
de Heraclito Ephesio iudicium So-
cratis 327. 39
Herbam Molochen serito, ne tamen
edito, prouerb. 485. 1
Hercules Bentiuolus 226. 10
416. 26
Hercules Melissus grammaticus
315. 22
Hercules II. Estensis dux 421. 30
Hercules Stroza filius, à scarijs
sublatus 389. 12
Hercules Hostius 530. 10
Hermennus Buschius 406. 43
Hermesinax poeta 132. 22
Hermippus Comicus & eius fabu-
le 280. 23 Ἡρμιππῶν 280. 23
in Periclem & Aspasiam iniquus
280. 34
Hermippus historicus 466. 53
eius de Pythagora locus. ibid.
Hermodotus poeta 109. 42
Hermogenes Rhetor 71. 15
Hesiodia senectus, prouerbiū 77. 1
Hesiodus 72. 35
Hesiodus Delphicum oraculum sci-
tatur 74. 43 à Mustis adama-
tus 74. 5 Homero coetaneus
72. 36 Homero iunior 72. 49
peregrinationibus delectat⁹ 74.
37 quando vixerit 72. 73

Hesiodus & Homerus quo tempo-
re scripserint 67. 34
Hesiodi anima apud inferos 77. 3
mors 74. 43 & 52 mortis cau-
sa 75. 2 nōen vnde deductum
73. 41 obtrectatores 77. 12
occisores qui 72. 5 opera quæ
& quot 75. 46 opera à Mani-
lio quodam carmine comprehen-
sa 76. 31 patria 73. 42 paren-
tes 73. 50 sepultura 75. 13 epi-
taphium 75. 15
Hesiodus Luciani dialogus 76. 52
Hetruscorum literæ à Latinis rece-
ptæ 12. 2
Hexametri versus origo ab Hebræ-
is 43. 25
Hexametrum carmen Ennio lon-
gum vocatur, Græcis deliaco
45. 53
Hiberia Hispaniæ pars vnde dicta
453. 28
Hibericæ herbæ 453. 27
Hiberus fluvius 453. 28
Hieracius modus Musicus 64. 35
Hierax Olympi poëtae familiaris
64. 34
Hieremias propheta 44. 53
threnorum inuentor 64. 43
Hieremiæ Threni & nanie 45. 1
Hiero 131. 42
Herodes Alexandrinus 467. 19
Hieroglyphicæ Aegyptiorum lite-
ræ 6. 40 13. 32
D. Hieronymi de Psalmis iudicium
44. 33
Hieronymus Britonius 398. 20
Hieronymus Carbo Neapolitanus
385. 21
Hieronymus Fracastorius 397. 3
Hieronymus Nucarius 395. 40
Hieronymus Parisetus 417. 51
Hieronymus Phaletus 413. 3
Hieronymi philosophi de anima
Hesiodi, locus 77. 2
Hieronymus Quercens 414. 42
Hieronymus Vida Horatij artē poe-
ticam æmulatus 360. 1
Hieronymi Vidæ obitus 228. 20
Hieronis R. liberalitas in Archime-
lumi poetam 365. 24
Hierotheus Christianus poeta, pag.
208. 52
Hilarius Antiochenus 211. 12
Hilarius Phrygius 211. 12
Hilarius Pictaurore pontifex, &
eius scripta 210. 50
Hilarodos mimi genus 235. 52
Hilde-

I N D E X.

- Hildegardus Episcopos Tolitanus 222.51
Hildegardis Moguntina poetria 224.8
Hipparchi annus 550.41
Hipparchi interitus 93.30 & eius causa 459.48
Hipparchi magnifica opera 93.22
Hipparcho redditu enigma 459.35
Hipparchus Euboicus 532.10
Hipparchus Pisistrati F. vates 93.18
Hippias poeta & sophista 102.42
de Hippia locus Platonis excutitur 103.1
Hippicus, poeta lyricus 344.24
Hippius pes 344.26
Hippodromus Larissæus hymnographus 362.41
Hippodactylum præconium 351.3
371.8
Hippodax poeta iambi inuentor 351.27
Hippodactylum carmē quod & Scæxon & cholon 351.26
Hippus Rheginus poeta 353.37
Hierom Tyri rex 445.15
Hirundines familiares non habet, Symb. 472.6
Hirundines symbola falsorum amicorum 472.30
Hirundinis natura 472.15 & 26
Hirundo domi non suscipienda 528.30
Hispania quo tempore à barbarie vindicari cepta 404.20
Histonium oppidum 214.8
Histrio, quale vocabulum 236.21
Histrio, à quibus primum adhibiti 239.13 legibus infames 236.33 218.32 primarum, secundarum & tertiarum partium 236.46
HOMERVS 66.35 à Palatone quomodo pictus 71.19 ab Atheniensibus multatus 71.28 Colophonius 68.25 cuius Sibyllæ versus usurparii 81.37 cur cæcus appellatus 66.41 Hesiodo & Orpheo & alijs poetis præfertur 70.5 iates, seu ex insula 10.68.28
Homerus Melesigenes dictus 65.39 multos ante se habuit poetas 66.14 non cæcus natus, sed postea factus 66.38 omnium dramaturgus 233.27 quandiu vixerit 69.36 quem suorum versuum perperam semel pronunciarit 71.31 quo tempore claruerit 67.16
Homerus Sellius quis 251.72
Homerus Smyrneus 68.2
Homerus & Hesiodus quo tempore carmina scripserint 67.34
Homeri enigma 451.12 448.32 anima apud inferos cruciata 77.4 Carmina an Rhapsodiæ 36.19 carmina magni facta ab Alexandro Macedone 70.22 carmina in Rhapsodiis distincta 70.13 carmina quomodo possent emendata haberi, sententia Timonis 115.31 epitaphium 69.38 hymni 72.30
Homeri Ilias à Cratete Mallothe in ordinem redacta 255.48 Ilias à Laeone in Latinum versa 303.1 Iliada in elegiacum carmen convertere Pigres aggressus 116.53
Homeri locus enigmaticus 447.3 Margites opus, Comædiarum fons 233.29 mors 69.25 mortis causa 448.34 & 42
Homeri nomine nominata insignita 68.4
Homeri parentes 67.6 patriæ 67.50 poemata 71.48 poemata ab Aristarcho in ordinem redacta 270.53 poemata ut quam castigatissima haberi possint 296.15 præstantia 448.32 sepulchrum apud quos 68.34 versus auro repens 70.11 versus in ordinem à quo redacti 70.12 quidam versus ἀπορρίξιες ἢ τινωσίνξιες 79.27 vxor & liberi 69.20 versus μύθη δαδὲ θία & c. examen 71.35
Homeri octo 68.52, 69.2
Homerice poescos in ordinem redigendæ autor qui 91.19
Homerico carere versu ignominiosum olim 70.31
Homeridæ 20.24
Homeridarum familia 68.6
Homeristæ 68.23
Homero plures alij poetæ ætate superiores fuere 42.29
de Homero Archesilæ iudicium 107.20
Homeromastix Zoilus 70.32
Homerum laudare difficillimum 68.47
Homerum mendacia & figmenta scripturum vna Sibyllarū prædixit 82.14
de Homine Sphingis ænigma 449.21 eius solutio 450.29
Homo trium literarum 464.34
Homo tripes, prouerb. 450.23
Horæ unde dictæ & inuentæ 603.21 quatuor anni tempora vnde appellata 312.60
Horæ diuisio 604.6 plura significata 605.31 & seq.
Horaria 605.52
Horarum genera duo 603.15
Q. HORATIVS Flaccus poeta 359.1 Alcæi imitator 329.41 an primus Lyricos versus scripserit 359.13 Bruti & Cassij partes secutus 359.30 per Mecænatem Augusto Cæs. reconciliatus 359.30 vbi, quando & à quibus natus 359.24
Horatij lectio quid conferat 360.10
locus aliter lectus 95.24 poema ta 359.48 Poetica ars imperfecta 360.1 statura 359.38
Horatij versus illustratur 20.51.33, 38.140, 50.236, 52.238, 43.367, 6.242, 7.251, 47.267, 3.308, 53.335, 4
de Horatio Quintiliani iudicium 359.46
Hordeum sere: prouerb. 485.24
Horologia & eorum autor 605.52
Q. Hortensius Catonis vxorem, eo viuo, ducit 367.24 Ciceronis æmula 367.41 gesticularia Dionysia appellatus 367.20 gulosus 367.33
Q. Hortensius orator & poeta 367.16
Q. Hortensij filia paternæ eloquentiæ æmula 367.38
Q. Hortensij Sphinx Verri ablata 367.50
Hosilius poeta 138.52
Hosilius mimographus 312.38
Hugubaldus poeta 223.41
Hulricus Hutenus Germanus 406.46
Humanum genus in quem finem à deo creatum 425.34
Humanus sanguis vbi sparsus est, locus lapidibus obruendus: symb. Pyth. 499.44
Hyacinthus flos 460.28
Hyagnis tibiæ inuentor 64.25
Hydaspes fluuius 88.4
Hydalbertus poeta 223.7
Hylas mimus 236.44
Hymnorum genera 33.20 partes 321.6
Hyperbolus Atheniensis, ex humili loco ad potentiam euectus 257.10

Hyperbolus, Comedia Platonis
257.10
Hyperboreis carmina non ignota
41.31
Hyporchema quid 321.10
Hystaspes 41.30 87.56

I

Iacobus Actiolus 398.3 413.21
Iac. Lebetius 418.2
Iacobus Micyllus Argentimensis
407.36
Iac. Nouarius 413.24
Iac. Sadoletus, poeta & orator 384.
Iac. Vvimpbelingus 407.7. (9
Iambe puella 31.18
Iambelega carmina 31.6
Iambi. lambea carmina 30.47
Iambi trimetri origo 44.6
Iambici carminis genera 30.53
Iamblichi locus de Sibylla Delphica
78.8
Iamblichus philosophus 260. cognominatus 466.37
Iambos quis primus vsurpauerit
129.39
Iambus ab Archilocho inuētus 326.
39 pes vnde dictus 357.40
Iambus inter versus primus 44.10
Iambus vnde dictus 31.13
Iannus Anyslus 418.49
Ianuarij Calendis Rom. consules magistratus inibant 563.20
Ianuarius cur mensis initium 563.5
Ianus cur biceps 556.37 563.26
Ianus Laschares Rhindacenus 400.
52 Vergilium epigrammate proficidit 401.26
Ibycus poeta Lyricus 341.39 puerorum amore flagrauit 341.50 quando floruerit 341.40
Ibyci caedes à latronibus perpetrata, quomodo detecta 342.5 inuenta 342.41
Ibyci grues, prou. 342.38
Ibycus Rhegynus poeta 49.9
Iobneumon animal 461.2
Icthos Aegyptiorum deus 493.6
Idæus Rhodius poeta 187.53
Iduare quid 584.5
Idus Ioui dicatæ 584.9
Iduum nomen unde acceptum
583.50
Ieiunium desolationis urbis sanctæ
581.84
Ierem. Cusfaturus 419.46
Ignem gladio ne scalpas, symb.
473.47

I N D E X.

Ignis igni non addendus, prouerb. Platonis 474.8
Ignis iracundiæ Symbolum 474.4
Ignis sacer & inuiolabilis olim
474.13
Ilias Homeri, Alexandri Magni viaticum 70.26
Ilias et Odyssæa Homeri opera qualia 72.15
Imparia superis, paria inferis sacrificato, prouerb. 489.25
Imperatiuæ feriæ quid 593.18
Imperatoris iniussu ex præsidio non discedendum, prouerb. 488.9
Indis carmina grata 41.31
Indorum menses 582.26
Ingenij præ cæteris præeminentia quomodo comparanda 443.3
Ingenijs præstantibus ignorare ali- quid, intolerabile 448.48
Ingeniorum ad poma comparatio
304.3
Ingrati cur forum nesciant 522.51
sibi ipsis sunt supplicio 523.52
trifariam dicuntur 506.9
Ingratis beneficij memoria reuolenda 517.42
de ingratia dicta quædam 525.37
Ingratitudine nullum crimen detestabilius 505.19
in Ingratitudine omnia insunt vitia
520.20
Ingratitudinis autor diabolus 505.
44 brutorum quædam exempla
528.26
Ingratitudinis causæ I. arrogantia
506.50 II. auaritia 507.22 III.
inuidia 508.12 IIII. Obliuio ib.
43
Ingratitudinis causæ secundum Stoicos 506.50 commissum nulla excusatione dilui potest 524.50
Ingratitudinis discipulorum erga præceptores exempla 513.48
Ingratitudinis diuisio, ratione obiectorum 506.30 obiecta varia
506.30 partitio 506.26 vox parum Latina 505.23
Ingratitudo in deum quomodo committitur 508.37 in latina Lingua nomen non habet 505.23 pestis societatis humanæ 519.19 pluribus modis committitur 506.10
Ingratitudo quid, secundum Theologos 506.40
de Ingrato Senecæ sententiâ 524.24
Ingratos tota rerum natura redarguit 526.13

contra Ingratos actio cur non detur
522.51
Ingratus erga seipsum quomodo quis esse possit 509.47
Ingratus quis 506.1 vnde dictus
505.51
Indictiones vnde dictæ, à quibus & quare institutæ 554.16
Indictio anni cuiuslibet quomodo cognoscenda 554.51
Intercalandi quis autor 559.30
Intercalandi Hebræorum ratio 556.23
Intercalandi apud Rom. ratio 557.
48
Intercalandi error correctus 560.7
Intercalatio vnde dicta 558.28 quomodo, à quibus & quomodo induta
558.34
Intercalares priores apud Cic. quomodo intelligendi 561.27
Intercalares versus 558.34
Interpretum Plutarchi error emendatur 574.16
Ioachimus Vadian. Heluet. 407.11
Ioan. à Casa 416.30
Ioan. Anton. Burgus 420.16
Ioan. Aurelius Augurellus 391.22
vt interierit ibid.
Ioan. Aurissa Siculus 386.5
Ioan. Bellaius 406.10
Ioan. Bapt. Amaltheus 418.20
Ioan. Baptista Corbanus 397.49
Ioan. Bapt. Pigna 421.10
Ioan. Baptista Posseninus 420.10
Ioan. Birretarius 418.4
Ioan. Boccatus poeta elegans 195.
22
Ioannes Camerarius Roder. Agricola discipulus 406.20
Ioan. Casimatus 402.21
Ioan. Chrysostomus 207.31
Ioan. Cotta 391.37
Ioan. Cuspianus 407.18
Ioan. Damascenus Magnus, & de eius origine variæ opiniones
220.21
Ioannes & Isaacus Zexæ, fratres
115.48
Ioan. Franciscus Picus bis auita ditione eiectus 383.15 eius poemata
383.20
Ioan. Gazoldus 398.6
Ioan. Genesius Sepulueda 404.31
Ioan. Georg. Triffinus 395.21
Ioan. Gerson 224.37
Ioan. Guicciardinus 416.16
Ioan. Harmodius 395.8
Ioan. Lascaris 11.52
Ioan.

I N D E X.

Ioan. Leo 393.40 eius epigramma de Io in vaccam transmutata 393.46	Ister Ethicus 113.1
Ioan. Lorichius Hadamarius 408.12	Italica scelestus in pueros amor ab Athenæo et Suid. obijcitur 49.25
Ioan. Marcus Catanæus 393.22	Italorum annus 557.2
Ioan. Maria Velmatius 415.17	Ithome arx 451.6
Ioan. Mena 404.41	Iudæi carminibus delectati 41.30
Ioan. Moschus Græcus natione 400.30	Iudæi propter scelera amisso regno etiam linguæ suæ elegantie iactu ram fecere 43.6
Ioan. Mutius Arellius 395.33	Iudæorum secreta vulgare Theopompo noxium 466.22
Ioan. Nantullensis poeta 222.41	Iudæos sub Xerxe stipendia bello contra Græcos fecisse 107.52
Ioan. Oricellarius 416.21	Iugum ne transiliat, Symb. 470.6
Ioannes Pannonius Quinqueecclensis 387.22	Iuliani Cæs. dictum, de verbi dei obsecritate 466.1
Ioan. Picus Mirandulanus comes poeta 382.50 versus suos igne absumpsit 383.1 eius excellens memoria 283.18 eius opera quæ extant 383.2	Iulianus Christi martyr 486.10
Ioan. Sadoletus 283.18	Iulianus poeta 186.47 eius miraculum 186.49
Ioan. Secundus Hagienfis 404.41	Iulius Antonius, M. Triumviri F. poeta 374.10
Iohan. Sinapius Germanus 86.15. 196.10 409.6	C. Iulius Cæsar orator qui et poeta 198.13
Io. Vitalis Panormita 396.30	L. Iulius Calidius 141.52
Iob in Sententijs grauis et creber in mouendis affectibus 45.25	Iulius Camillus Foro iulicis 410.46
Iobi liber carmine hexametro dactylico scriptus 45.24	Iulij Camilli Epitaphium 411.13
de locasta anigma 453.9	Iulius Maternus Tragœdiarum scriptor 317.40
Ion Chius, Tragicus poeta 254.24	Iulius Montanus poeta à Nerone cur occisus 169.40 de eo Senecæ verba 119.47
ab Aristophane impetitus 254.50 Periclem mordet 255.1 eius griphus 464.29	Iulius Paulus poeta 185.22
Ion tragicus poeta 56.21	Iulius Scaliger 415.27
Iophon Sophoclis filius 262.8	Iulos canticum 33.7
Iosephi historici locus 490.30 loci castigatione 107.52	Iunius mensis vnde dictus et in eo error Ouidij 569.22
Iosephus Matthathie filius 488.25	Iupiter amoris in masculos author 49.13
Iouiani Pontani obitus 87.10: vide Pontanus	Ius vocabulum homonymum 455.22 eius significata ibid.
Iphianassa Præti filia 51.28	Iustini Martyris de Museo locus 57.45 de Orpheo locus 55.42
Iphicli boues 51.33	Iustiniani codicis locus restituitur 194.19
Iram et furorem hieroglyphicè quomodo Aegyptij significant 467.53	Iustitiæ symbola 470.10
Ireneus Brasauolus 421.10	Iuuenalis Aquinas 179.50 poeta satyricus 179.44 in exilio mortuus 180.10
Isaacius Ioan. Zezæ frater 115.48	Iuuenalis locus illustratur 152.16
Isaacus Antiochenus Episcopus 215.40	Iuuenicus poeta Christianus 209.41 eius carmina 209.50
Isagoras Tragicus 318.8	
Ischomachus 464.46	
Isocrates Rhetor à Theopompo reprehensus 284.19 etiam tragœdias scripsit 284.14	
Isocratis de Homeri poemate testimonium 70.8	
Isocratis nomine duo 284.24	

quid significet 476.22
Κυαμοστροφῆς 476.8
Κυλικαῖα ænigmata 446.28
Κρατινα κώδιον, prou. 258.1

L

Labeo Antifstius 303.4
Laberij dicacitate Cæsaris potentia lapidata 311.17
Labrius à Publico Syro mimis victus, eum vt sit vltus 311.17
Λάβρεξ μιλήσει, prouerb. 479.10
Lacedæmonij non vsq; legibus scriptis 432.42 (47)
Lacedæmoniõrum in sacris ritus 490.
Lactantij locus emendatur 344.20 locus de Sibyllis deprauatus ostenditur 81.40 et 43
Lactantius commentator Statij, an idem sit cum Firmiano 210.1
Lactuca cunuchus appellata 331.41 mortuorum cibus 284.50
Ladislauus Neapolitanorum R. erga Caietanum gratus 532.31
Lælius, latinus poeta 141.14
Lælius Terentij in Comædia adiutor 301.46
Laiæ lex apud Græcos 48.45 vnde dicta 49.9
Lais Corinthia meretrix 345.43
Laius 49.6
Lamentabilis carminis apud Græcos inuentor 64.41
Lamimthius poeta 106.1
Lampada tradere, prouerb. vnde 589.35
Lampadarum celebritas 589.32
Lampædion Sepulchrum 65.47
Lampusa Colophonica, Sibylla appellata 85.19
Lancinus Curtius 397.20 Merule discipulus ibid. 23
Lanx Symbolum iustitiæ 470.10
Lapetymnus mons 65.45
Lapi in vertendo Dionysio error emendatus 597.29
Laranda vrbs 187.3
Largus poeta 170.28
Larythus, frater Sapphus 330.11
Lasana Λασαυόφορος 109.48
Last Thermionici anigma 463.31
Lasus poeta antiquus 322.21 oden αστυμον conscripsit 322.29
Lateranensis basilica Romæ 491.38
Latini an Græci poetices studiosiores fuerint, sub iudice adhuc

I N D E X.

- lis 41.36
 Latinarum literarum vsus abusque
 Caij Caesaris temporibus inte-
 ger 12.19
 Latio vnde nomen datum 563.23
 Latronomus Hispanus poeta 212.16
 eius interitus ibid.
 Laviniorum annus 557.2
 Laurea Tullius, Ciceronis libertus
 372.6 eius epigramma in Cice-
 roniam Academiam ibid.12
 Laurentius Acarzeres 404.8
 Laur. Gambara 418.22
 Laur. Lippius Collensis 388.10
 Laurentius Medices 415.44
 Lauri epitheton & periphr. 74.13
 foliorū vis 74.25 natura 74.6
 Laurus daphne dicta 74.26 vaticini-
 j symbolum 74.12 vnde dica-
 tur 74.27
 Lazarus Bonamicus 394.30
 Leges animi virtute, non literatura
 constare 432.25
 Leon mensis 576.53
 Lentulus mimographus 312.41
 Lentulus quidam in Augustum Caf.
 ingratus 507.14
 Leo Philosophus Imper. poeta 207.
 49
 Leoniscenus 410.28
 Leonis pont. max. distic hon 308.14
 metallorum fodina 4.49.9 obi-
 tus 521.13
 Leonis papae locus 490.33
 Leontius Argivus poeta tragicus
 309.32
 Leontius Philosophus Eudociae Im-
 per. pater 207.19
 Lesbia fabula de Orphei lyra & ca-
 pite 54.41
 Lesches poeta 90.53
 Leschides poeta 91.5
 Leucas promontorium 330.48
 è Leucade saltum qui primus fecerit
 331.2
 Leucias Argivus poeta 130.40
 Lex naturae ἀρχή 432.40 &
 46
 Libanij Sophistae locus restituitur
 14
 Liberi quare procreandi 494.23
 Libethra vrbs 55.25
 Licentius Hipponensis poeta sacer
 214.21
 Lichas oraculorum poeta 88.33
 Licianus Valerius poeta 184.1 eius
 sententia de Fortuna 184.9
 C. Licinius Caluus, epigramma-
 tum scriptor 370.10 cur Sali-
 cippius à Catullo vocatus 370.
 29
 Calui amica Quintilia 370.46
 insignis eloquentia 370.20
 de Caluo Senecae verba 370.19
 ad Lic. Caluum Catulli epigramma
 ta 370.51
 in Lic. Caluum Caesaris clementia
 370.52
 Licinius Imbrex Comicus 306.10
 C. Licinius Macer, repetundarum
 reus, sudario se strangulavit 370.
 12
 Licinius Portius poeta 306.3
 Ligna cupressina non coaceruanda,
 prouerb. 489.10
 Ligna in via ne ferer prou. 488.1
 Ligurinus poeta 183.26
 Ligurinus alter 183.30
 Lilius articulari morbo afflictus
 377.20 eius aduersa fortuna 422
 24
 Liliij epigramma ad Franc. Rober-
 tellum 414.7 Epigrammatum
 liber, παράμυθος vocatus 92.40
 Annales sacri 215.34
 mala Lingua 472.17
 Linguam coercito, prouerb. 493.18
 Linus carmen 32.32
 Linus Chalcidensis 46.5 primus li-
 teras ad Graecos attulit 46.8
 Lini Cosmogonia 46.31 discipuli
 qui 46.13 epitaphium 46.50
 interitus 46.48 ossa in Macedo-
 niam translata 47.5 scripta 46.
 30 sepulturam Thebani sibi ven-
 dicant 47.4
 Literae & linguae nostro saeculo ca-
 put erexere altius 43.11
 Literae Latinae Priscis sedecim 7.
 48
 Literae nō sunt naturae opus sed cō-
 tra naturam 426.70
 Literae Phoeniceae vnde nuncupatae
 10.46 quomodo inuentae 6.20
 Literarum abusus 426.1 aeternus v-
 sus vnde probetur 7.39 Chara-
 cteres ab Homero correcti 10.9
 desiderio quidam intabuit 427.
 47
 Literarum & Characterum vsus o-
 mnibus gentibus peculiaris 5.50
 Literarum inuentores 6.1 473.17
 numerus controuersus 8.22
 de Literarum inuentione versiculi
 9.49
 Literas in Graeciam primus Cadmus
 attulit 7.29 in Latium qui at-
 tulerint 7.40
 per Literas & Literatos quid intel-
 ligatur 424.46
 Literati haeretici, ἀδικοί καὶ ἀνοήτοι
 431.26 in re militari excellentes
 qui 439.42 plerunq; valetudi-
 narij 434.7 quomodo in rebus
 publicis versentur 433.1 ratio-
 nem suae valetudinis non habent
 434.7
 Literatorum arrogantia 427.52
 exitus vt plurimum infelix 435.
 2 insania 428.38
 Literatura bonis animi, corporis &
 fortuna perniciosa 427.20
 Literatura expertes etates foelicif-
 simae 437.8
 Lityerses genus carminis 36.26
 Liuius Andronicus Latinae Comoe-
 diae autor 297.37 quo tempore
 primā comediā docuerit 297.12
 Andronicus vnde dictus 298.9
 Liuius Andronico quales à Rom. ho-
 nores decreti 298.3
 λύρα orchestra 239.52
 Longitudinis breuitatisq; dierū cau-
 sa 590 per tot.
 Longobardorum historia, quae aliās
 Lombardica 62.13
 Longolius Machliniensis 396.14
 Lotij seu vrinae medica virtus
 486.2
 Lotio perfundi ignominiosū 486.12
 Lotos arbor 467.38 Dei symbolū
 467.39
 ANN. LVCANVS 115.10 Cordu-
 bensis 175.18 Neronem contra
 se irritat 175.36 quo supplicio
 obierit 175.49
 Lucani cum Vergilio comparatio
 176.18 honores & magistratus
 175.30 infantis prodigiū 157.20
 Lucani locus illustratur 6.41 25.35-
 opera 176.37 versus in agone
 175.45
 Lucas Ripa 389.40
 Lucas Valentinus 396.53
 Luceius Regiensis 389.39
 Lucerna, lumen, & lux, mysticē
 quid 492.43 48 & 50
 Lucernae ardentes mysticē quid de-
 notent 493.1
 Lucernarum accensio, Aegyptiorū
 celebritas 589.8
 Lucia virgo martyr 486.10
 Lucani griphus 463.3
 Lucij qui & vnde dicti 588.4
 C. Luci

I N D E X.

- C. Lucilius poeta 140.11 Vergilio
ab Hadriano prælatus 141.3
de Lucillio F. Quintiliani iudicium
140.29
Lucilius Tarræus 365.38
Lucius Mummius Achaicus, ab A-
sconio Memmius vocatus 143.5
Lucius poeta Hispanus 182.36
Lucius Verus Antoninus Cæs. 203.
44
Lucretius Comicus 144.39
T. Lucretius poeta 143.14 seipsum
occidit 143.22
Tit. Lucretij poemata à Cic. emen-
data 143.16 versus de Empedo-
cle 99.4
de T. Lucretij poemate Ciceronis
iudicium ibid.
de Lucretio Ouidij iudiciū 144.23
L. Lucullus iambographus 358.41
Ludi Apollinares 243.41 Attella-
ni 243.48 funebres 243.40
Honorarij, qui et Liberalia 243.
46 Megalenses seu. Circenses
243.39 Plebcij 243.40
Ludij & ludionis vnde dicti 236.32
Ludorum Rom. genera quibus fabu-
le agebantur 243.37
Ludus pro Schola 455.1
Ludouicus Ariostus 395.16
Ludouicus Bigus Pictonius 389.43
Ludouicus Cæs. 224.23
Ludou. Carbo 420.20
Ludouicus Tensira 403.20
Lumen *vovv* seu intellectile duplex
493.4
Luminis mystica significatio 492.
43
Lunaris annus 557.18
Lunæ diuisio 582.50
Lupus Trinacrius poeta 315.34
Luscus Comicus 303.9
Lusti regio 51.10
Lustricus dies 598.7
Lustrum vnde dictum, eiusdemq; re-
uertentis spaciū 549.42
Lutherus 408.36
C. Lutorius Priscus poeta 170.44
& eius supplicium ibid.
Lycis, qui & Lycus, Comicus 246.
40
Lycón Iastus 498.50
Lycón Scarpheus 286.51 ab Alexan-
dro M. decem talenta impetrat
287.1
Lycónis nomine plures 287.5
Lycophron poeta 74.8 115.42 po-
eta obscurus 110.9
Lycurgi in Cretam nauigatio 64.
48
Lycurgus Homeri carmina inuenit
70.17
Lycurgus multa ex Homero in suas
leges transtulit 70.21
Lycus vates 88.20
Lyde amica Antimachi 105.45
Lynceus Comicus 291.46 Menan-
drum vincit ibid. 53
Lynceus poeta & Philosophus 162.
45
Lyra vnde primò confecta 52.10
Lyrae inuentor Mercurius 52.16
Lyram nouichordem primus Or-
pheus instituit 52.16
Lyrica carmina veteribus tantum
monostrophæ 320.39
Lyrici carminis inuectores 320.23
Lyricorum poetarum multitudo
320.18 præcipui nouem 328.81
Lyricos modos quis primus concine-
rit 46.9
Lyrnesi saxa 55.17
Lysander quo mense Athenis poti-
tus sit 576.4 eius erga Antima-
chum poetâ munificentia 106.9
Lysimachus Aristius Aristidis filius
poeta 355.36 536.30
Lysimachus Comicus 294.16
Lysippus Tragicus 294.16
Lysis Pythagoricus 465.33
- M
- Macarius Mutius 410.20
Machon Sicyonius, Comi-
cus 295.13
Macræbolus philosophus 445.12
Macrobij dictum citatur 466.8 lo-
cus restituitur 115.24
Magadis Musici instrumenti genus
343.16
Magistri qui dicantur 455.3
Magistros & doctores creandi mos,
vnde inualuerit 16.22
Magnes Comicus poeta 248.47
Magodia quid 236.2
Mahometis Alcoranus 465.49
doctrina enigmatis inuoluta
465.50
Maia vrbs, quæ & celebrata 220.
51
Maius mensis vnde dictus 567.43
Malorum memoria omnino abolen-
da 499.50
Manè quid, & vnde dicatur 588.13
Manto 51.28
Mantuanæ vrbs nomen vnde 51.29
Magi Persarum 41.29
Magorum enigma 453.50 nomen
à quibus celebratum 60.7
Malache herba 485.15
Mamaron modus Musicus 65.2
Manethon 133.29
Manethus Diospolites poeta 133.22
M. Manlius siue Manilius, Astrolo-
giae scriptor 161.27 Augusti tem-
pore floruit 161.48
Manilij poetæ effigies 161.34 locus
de operibus Hesiodi 76.31 opus
Astronomicum 162.5 opus A-
stronomicum quomodo prædie-
rit 162.10
Mapheus Vegius supplementum in
Aeneida Vergilij scripsit 385.34
Marachus poeta, & de eius furore
poetico 101.26
Marbodæus Gallus 223.30
Marcellus Palingenius, & de eo sen-
tentia autoris 415.10
Marcellus poeta 186.40
Marci Heretici ex græco alphabe-
to delirium 13.16
Marcus Antoninus Pius Cæs. 203.
38
Marcus Antonius Sabellicus 390.6
Marci Antonij Cæsaris opus de pi-
scibus 186.30
Marc. Caballus 391.46
M. Ceihagus, Suada medulla 298.30
Marcus Marullus poeta mimogra-
phus 318 11 grammaticæ securus
ad mouendum risum 318.17 na-
tione Græcus 384.50 à calum-
nia defensus 385.6 eius miser in-
teritus 385.13
Marcus monachus, poeta 220.20
Marc. Musurus, Cretensis 277.40
401.5
Marcus Vnicus, poeta, & de eo Mar-
tialis epigramma 183.13
Margites Homeri opus 72.4
Maria soror Moysis poetria 42.52
Marianus poeta 194.42
Marica quid 259.20
Marius Philelphus 387.48
Marius poeta 170.32
Marius Rhetor 170.33
Marmessus Troica vrbs 82.44
Marsyas ab Apolline victus, excori-
atus 321.30
Marsyas Lydius, Lyricus poeta, quâ
do vixerit 321.16
de Marsya fabulosa narratio 321.16.
Martialis Aruernus 407.26 epi-
grammatum conditor 373.18

I N D E X.

- Martialis locus illustratus** 8.4.24.3.
6.316.40.321.20
de Martiale, censura auctoris 373.12
Martianus Felix Capella 65.3
194.44
Martiani Philologiæ & Mercurij nuptiæ 194.50
de Martiano auctoris iudiciū 195.1
Martij fratres 83.31 eorum oracula 163.24
Martin. Dorpius 406.39
Martinus Ostermincherus Augustanus 408.8
Martio mense ineunte, quæ olim Romæ fiebant 568.18
Martius mensis vnde dictus 567.48
Martius vates 136.33
Materiæ stercus igne coelesti absummanus, ænigma 468.20
Maternus Firmicus 57.52 488.3 eius sententia 488.4
Matron poeta, et eius ridiculum carmen 295.26
Matronarum dies festus 568.18
Mattheus Auarinus 402.22
Matthias Illyricus 407.31
C. Mattij Epistola ad Ciceronem 312.30
Maurorum in sacris ritus 490.35
Maurus Terentianus grammaticus 364.6 quæ scripserit 364.7 quo tempore vixerit 364.16
Maximilianus Imperator 541.40
Maximus Olobolus 445.13
Max. Tyrius philosophus 62.53
Mecenas 149.50 ab Augusto irrisus 152.38 Augusti iram vt moderatus 150.30 Comædias quas scripserit 155.33 dapes quas excogitarit 152.26 moribus effœminatus 152.25 per triennium insomnis 152.2 154.5 perpetua febris laboravit 154.5
Mecenas συμμιθης Augusti Imper. 150.22 Terentiam puellam deperit 151.46
de Mecenate Taciti locus 150.16
ad Mecenate Elegiæ quæ extat, Vergilius an autor 153.30
Mecenateiaca turris 151.40
Mecenatei autoritas apud Augustū Cæs. 150.30 horti 160.41 insignne Rana 154.3 mollis præcinctura 152.26 mores à Seneca notati & expressi 152.50 origo 150.2 pater Menodorus 150.4 taciturnitas sæpe ab Augusto desiderata 150.37 versus 153.40
Medi oraculis versib. conscriptis vsq
Medicea familia 522.21 (41.30
Medicorum dissensiones 430.38
Megacles Atheniens. scriptor 76.22
Μεγάλα ὄνια quæ carmina dicantur 50.2
Megalenses siue Circenses ludi 243.40
Megalistrate poetria 125.18
Megisteus vates 335.7 eius epitaphiū à Simonide conscriptū. ib. 11
Melam podion herba 50.45
Melampus Argiuis 49.49 ab Argiuis mercede conductus, vt mulierum furorē compekeret 51.19 ab Iphiclo captus 51.36 auis linquas & voces calluit 51.42
Melampus medicus 50.32 herbarum peritissimus ib. 44.
Melampus vnde dictus 50.16 eius poemata 50.21
Melancholici insignis exemplū 94.14
Melanippides Melius 344.28 in Musica quæ adinuenerit 344.42
Melanippidis versus de deo patre 344.31
Melanthius poeta tragicus 281.32 in eo quæ vitia notata ibid. 39
Melanuros ne gustis, symb. 478.30
Melanurus qualis piscis 478.26
C. Melissus Mecenas, poeta Comicus 315.10 (48
Melita insula. Melitenses canes 185.
Melito Asianus, Christianus poeta 209.2
Melitus Atheniens. Tragicus 279.27 ab Aristophane irridetur 219.36 lapidib. ab Atheniensib. obruitur 279.40 longæuis 279.44 Socratis accusator 279.31 ὑπὸ λυγρῶ & cur dictus 279.27
Meliti dogmata et poemata 279.46
Melitus Meles cognominatus 279.49 Meles à Timagora adamatus eum mori cogit 279.52 eius interitus 289.1
Melle & fauo Pythagoras vescabatur 479.52
Mellis & fauorū esus sacer 479.53
Melo Nili olim nomen 458.19(3
Melos insula, Melius Diagoras 344.
Memæterion mensis 574.24
C. Memmius poeta 143.30 eius in Scaurum dictum 143.49
L. Memmius, & eius mordacitas à Crasso notata 143.40
Memor poeta 182.41
Memor poeta Tragicus 183.3
Memoriæ ars qua ratione à Simonide reperta 335.50
Menander à Philemone Comico, iudicum inuidia victus 289.40 antiquorum poetarum fur 290.44 Demetrio Phalereo familiaris 290.40 felicitatis indolis inuidiam quo spectaculo amolitus sit 290.16 in mulieres propesus 290.20 nouæ Comediæ princeps 290.10 quot Comædias scripserit 290.24
Menandri indoles 290.14 interitus 291.5 sententia à D. Paulo citata 290.50
de Menandro Quintiliani iudicium
Menander Ephesius 445.15(291.16
Menandri nomine alij tres 291.30
Menecrates comicus 294.24
Menelaus Aegæus poeta 129.34
Menippi monstrosa superstitio 256.24
Menippus. Cynicus philosophus 256.4 ἡμυροδονεσθὸς, στωικολογῆσθῶς 256.17
Menodorus Mecenatei pater 150.4
Mens hominis pars excellentissima 454.1
de Mente, anima, intellectu, et ratione ænigma Magorum 453.51
Menses à diuersis Imperatorib. diuersa sortita fuisse nomina 572.13
Mensis Aegyptiorum 579.19 Arabum & Sarracenorum 581.50 Atheniensium 578.39 Bithyniorum 579.16 Cappadocum 579.17 Cypriorum 579.14 Hebræorum 580.9 Indorum 582.26
Mensib. nomina à quibus imposta
Mensis intercalaris 559.48 (567.40
Mensis vnde dictus 566.45
Mensis primus superis, secundus infernis dijs sacer olim 489.30 (15
Mensis primus dies Iunoni sacer 583.
Mensis per decades diuisio 573.40 584.23
Mensium genera duo 567.3
Mensium dies apud Græcos numerandi ratio 584.23
Mensurarum & ponderum inuentor quis 65.24
Mercedini dies intercalares dicti 558.38
Merces alia meriti alia operis 513.33
Mercurius Thot vel Thautus Aegyptijs 7.23
Meretrix diobolaris 456.21
• Meridies

I N D E X.

- Meridies vnde dictus 588.19
in Meridie non dormiendum. prou.
διὰ τὸ ὑπερθε clima 591.46 (486.43
ἡμεροδ. quid 321.2
Mefomedes poeta lyricus 362.31 Cæ
• saribus quomodo acceptus, ibid.
Metagenes Athenien. Comicus 294.
Metagetnion mensis 573.30 (32
Metapontum vrbs Italiae 63.45 0-
lim Metabus dicta 356.20
Metellus poeta 354.9
Μεταβύχωνος Pythagoræ 473.1
Methana vrbs 483.37
Methodius Christianus poeta &
martyr 209.10
Metonis annus 581.21
Meuius poeta insulsus 155.23 ab Ho-
ratio insectatus 156.15 in Meuiū
Anticlaudianī verjus 156.18
Meuij interitus 156.33
Μετιὰ δὲ Γραῖς luna cur dicta 583.1
Μετὶ γυναικῶν dies 598.22
Michael Ducas, Parapimaceus co-
gnominatus, imp. 208.16
Mich. Syluius Lusitanus 403.33 e-
ius epigramma in tabulas mar-
moreas Romæ repertas 403.42
Midæ Gordius 64.38
Milesiæ fabulæ 204.47
Milesius Musa 188.32
Milio Pythagor. vscēbatur 480.4
Militis Macedonis cuiusdam extre-
ma in hospitem suū ingratitude
Mimachus 464.44 (514.50
Mimnermus poeta 118.40
Mimnermus Lisyastades 118.48
Mimorum species 253.38
Mimus Planipes latine cur dictus
235.20 pro poemate & histrio-
ne capitur 236.20 quid 235.10
vnde dictus 235.10 (458.41
Mineræ caput in Athenien. nūmis
Mistheus Aihen. poeta 93.39
Mitem arborē non violādā, symb.
Pythag. 500.24
Mirus versus 38.6
Mnasalces poeta 331.50
Mnaseas Hesiōdi filius 75.42
Mnesimachus Comicus 285.13
Mæson persona Comica 245.9
Mero puella poetria 353.9
Molionidæ fratres qui 270.26
Moloche qualis herba 485.7
• Molothen herbam fere, ne tamen
ede, prouerb. 485.1
Molochinus color 485.14
Molochites gemma 485.15
Momentum quid 592.10
Monachi 473.38
Μονήφυλον 453.30
Montanus, vide Iulium & Curtium
Montanos
Morctum, Vergilij poema 138.36
Mors æquo animo ferenda 473.5
mala sit an bona 332.8 non timen-
da 473.6 præmium beneficiorū
in deos collatorum 339.21
Morsimus Comicus 253.8 ab Aristo-
phane scōmaticis proficissus, ib. 13
Mortalitatis symb. Capilli 485.43
Mortis mirum genus 289.8
Morychus tragicus 275.5
Moschopulus Euripidis interpres
Moschus Siculus poeta 111.22 (49.6
Moses ænigmatibus vsus 465.51
Moses Græcorum Musæus dictus
42.50 Homero, & alijs antecū
Græcis poetis antiqor 43.32 pri-
mus poeta 42.52 Mosi carminū
meminit Iosephus historicus 43.
23 Philo mentionem facit 43.23
nomina, & vnde nomen sortitus
42.52
Μόσχων mensis initium ab Homero
dictum 56653.
Mulieres literatæ 426.12
Mulierum Thebanarum virtute La-
cedæmonij fugati 124.30
Mummus poeta Comicus 309.10
Mūdum ter in anno patere 594.34
de Mundo Philosophorum variæ
opinioncs 429.31
Munychion mensis 575.53
Musa Pieri filia 47.19 qua ratio-
ne choreas ducere fingatur 14.33
Musæus latinus poeta 181.43 57.39
Musæus Ephesus 58.32 Thamyra
filius 58.30 eius mors & epita-
phium • 58.10
Musæi sortes 322.38 (353.1
Musæ duæ, quæ & Myia poetriæ
Musica à Terpandro correcta 323.
3 Aflas & Aflatis 323.36 chro-
matica 64.23 cur ferat æquæ atq;
homines afficiat 17.10
Musica & cantu, Deus ipse placat-
tur 18.4
Musices ignarus antiquitus contem-
ptus 42.1 inuētor Amphion 52.
24 mira vis 17.26 querela 285.
25 voces Nete, diapente, hypate
19.13
Musici cuiusdam mira vis in demen-
tandis hominibus 348.30
Μουσικῶν ἄνθρωποι 5.9
Musopœi 20.39
Mylos Comicus 254.29
Myro Byzantia. poetria 123.41
Myron Byzantius poeta 52.4
Myrsilus Comicus, & eius comœ-
die 280.22
Myrtis poetria 124.18 (574.3
Mystria Athenis quando celebrata
Mystria quare figuris & inuolu-
cris occultata 493.4
Μυστήριον vnde deductum 493.49
N
Nacta Pimarius 159.50
Næuius quot fabulas compo-
suerit 299.2
Nannacus rex 350.26
Nannion meretrix 285.4
Nasterna Nasternatus 190.37
Nauarchus Aegyptijs hieroglyphi-
cus 467.41
Naumachus poeta 217.12
Naupactia carmina 273.1
Nauphractō vides, ænigma 453.34
Nauphractus quid 453.37
Nauscrates Comicus 295.46
Nefisti dies, *ἀνοσιπύλιος* græcè, qui &
quomodo notati 594.3
Neanthes Comicus 286.48
Neanthus 54.48
Nearchus Comicus • 286.46
Nectenabō regis Aegyptij ænigm. 3
Necyomation quid 53.44 (448.11
Næuius bellum Punicum descripsit
Næuij Epitaphiū 299.7 (298.49
facetiæ 299.12
Nemesian. eclogar. scriptor 190.40
Nemesiani Cynegetica 190.47 car-
mē de imperat. Chari filijs ib. 50
Neophron poeta tragicus 286.36
eius interitus 286.42
Cl. Nero Cæsar poeseos studiosus
200.10 eius poemata 200.14
eius ingenium ad poesiū quān-
propensum 200.26 versus quidā
200.40 (463.18
Neoptolemus Parianus scriptor
Nerva Cæsar 453.44 poeseos stu-
diosus 201.48
Nestor poeta 187.1 eius opus *ἀγχι-
χάωρον* 187.7
Nestoris ætas 53.18 (112.11
Nicander an Arati tēpore floruerit
Nicander Clarius. poeta 111.43 idē
qui & Colophonius 111.52
Nicandri poemata 112.37 (112.16
Nicander Colophon. mathematicus
Nicanor 79.4
Nicastus Macliniensis poeta, cæcus
392.50

I N D E X.

- Nicenæus Abderites 130.4
 Nicochares Comicus 259.18
 Nicol. Amanius 416.13
 Nicolaus Corrigia 416.43
 Nicolaus Damascenus, fabularum scriptor 314.26 Herodi Regi & Augusto Cæs. familiaris & charus 314.36
 Nic. Damasceni simile de disciplinis & peregrinatione 314.47
 Nic. Nestora Chius 402.24
 Nicol. Paniciatus 403.18
 Nicol. Perotus in Bessarionem ingratus 400.28
 Nic. Philomusus Pisarenfis 392.3
 Nicolaus Trapolinus 161.34
 Nic. Vallenfis 387.3
 Nicomachus Tragicus poeta 274.23 Euripidem & Theognidem certamine vicit 274.24
 Nicophron Comicus 277.44
 Nicostrata, Carmentis appellata, Sibylla 85.37
 Nicostratus Clytemnestra, Comicus celebris 279.18
 Nili nomen antiquum 458.19
 Ninus Semiramidis maritus 60.32
 Nisan mensis 577.25
 Noa Patriarcha 79.7 Armenios et Scythas astrorum cursus docuit 555.42 (26)
 Nocti deæ gallus sacrificatus 483.
 Noctua Atheniensium nummo insculpta 458.41 & 48
 Noctuæ sub tegulis cubant multæ: prouerb. 458.40
 Nodum in scirpo quæris, prouerb. 446.26
 Nola quid 457.1
 Nola in cubiculo, ænigma explicatur 456.47 & 457.9
 Nolani molles 456.49
 Nomi seu modi quid 32.40 à quo inuenti 32.43
 Nomorum species 32.52 (214.30)
 Nonnus Panopolitanus poeta sacer
 Nonæ quæ & vnde dictæ 583.39
 Non dormiendum in meridie, prou. 486.43
 Nosis poetria 123.40
 Nothippus Tragicus 295.8
 Nouember mensis 570.18
 Q. Nonius Comicus 299.21
 Nox vnde dicta 587.7
 Nox intempesta 589.40
 Nox media 589.44
 Noctis diuisio 587.45
 Nugacitas noxia 472.18
- Numa poeta 169.10
 Numa Pompilius anni xij mensium autor 557.28
 Numenia 584.29
 Numenius Philosophus propter euulgata Eleusinia punitus 565.39
 Nummius Crassius 139.9
 Numerus à quo inuentus 565.39 ternarius Pythagoræ sacer 479.33
 Numenius philosophus 466.14
 Numeriani Cæs. insignis poetica & eloquentia 206.31
 Numerius Cæsar Christianorum hostis 486.9
 Nundinæ vnde dictæ 598.4
 Nundinarum dies an inter ferias numerati 596.50
 Nundinarum autor 597.17
 Νυχιων mensis 575.46 alius à Μυνηχione 576.4
 Νυχιων quid 587.35
 Nysis poetria 124.49
- O
- O Bretractores doctis infestus 77.15
 October mensis Liuius dictus 572.21
 Octoeteris quare & à quo instituta 550.10
 Oculum cum baculo Aegyptijs hieroglyphica 467.46
 Ode & eius partes 320.50
 Ode perodus vocatur 320.50
 Ode distrophæ & tetrastrrophæ 321.3
 Odarum, seu heroicarum cantilenarum quinque species 31.32
 Odrysius Philammon quare dictus 48.22
 Oeax frater Palamedis 65.37
 Oecolampadius 408.33 471.31
 Oenone Locridis 74.45
 Oedipus ænigma Sphingis soluit 449.48
 Olei mystica significatio 496.11
 Oleo sedes non est abstergenda, prouerb. 496.1
 Oleum ore ferre, prouerb. 496.22
 Olen Dymæus vates 87.28 eius hymni 87.35
 Ollæ vestigium in cinere confunde, prouerb. 484.42
 Olympus Mysius 64.16 eius scripta 64.22
 Olympi plures 64.36
 Olympia Fulvia morata 420.6
- Olympiadis reuoluentis spacium 549.23
 Olympiodorus 471.49
 Onesicritus scriptor 70.27
 Onus simul tollendum non simul ponendum 471.15
 Ophioneus oraculorum poeta 88.20
 Opilius Macrimus Cæs. & eius carmina 204.28
 Ophelion Comicus poeta 280.40
 Opici Italiae populi 83.20
 Oppianus Anazarbæus poeta 185.22 ab Antonino Cæs. ornatus 517.4 ab Antonino ab exilio reuocatus 186.1 cum patre à Seuerio relegatus 185.46
 Oppiani carmina cur aurea appellata 186.6 exitus, statua & epitaphium 186.3 Halientica 185.40 & 51 singuli versus singulis aureis à Seuerio Cæs. reperti 186.9
 οπιων quid 463.32
 Oraculum de Euripide 264.31
 Orator an ex paucorum & sapientium an vero vulgi approbatione censendus 22.44
 Orbilius grammaticus 359.26
 Orchestæ Athenis 264.26
 Orchestra ὀρχηστρον 239.52 à scena quid differat 242.22
 Origenes 473.27
 Orpheus 52.38 à Ciconum mulieribus laniatus 53.38 Arcadius 56.49 astrologus & magus 54.24 Camarinæus 57.9 Crotoniata 57.4 cur feras & arbores cantu traxerit 54.26 fulmine ictus 54.1 ludicibus apud Iudeos οὐρανιστῆς & 55.53 Lini discipulus 46.14 Ondrysius 57.2 Thracius arsenocœtarum inuencor 48.53
 Orphei carmina 56.18 columna 55.19 effigies seu imago 52.39 epitaphium 54.4 & 11 historia fabulosa 52.48 in Aegyptum ob religionem profectio 55.43 iusiurandum 57.4.7 monumentum à pastoribus subuersum 55.32 necis causa 53.40 opera dispersa quis collegerit 56.47 simulachrum 55.36
 de Orphei lyra & capite fabula 54.41
 Orpheo à Græcis diuini honores habiti 54.33
 Oscephorica carmina 31.40
 Oscophoria celebrata 574.53
 Osculi apud antiquos ratio 258.44
 Osthanes

I N D E X.

- Osthanes magicus* 60.40
Osthanes Persa 486.2
M. Otacilius Pytholaus poeta 354.
 16 eius iocus in Consulem dialem
 354.10
OVIDIVS NASO 164.44 decla-
 mator 166. 26 quos tres versus
 ex sua poesi non tollendos caue-
 rit 166.33
Ouidij cum Tibullo & Propertio
 comparatio 166.10 de Homero
 iudiciū 71.18 exilij causa 165.26
Ouidij locus aliter lectus 372.40 il-
 lustratus 66.46 116.17 118.20
 126.5 143.6 144.3 148.6 161.
 22 168.18 256.46 267.17 284.
 32 291.5 294.46 304.32 314.5
 mendosus 121.6
Ouidij ibis 166.1 opera poetica
 167.4 sepultura in Tomis 165.
 22 statura 165.1 vxor an fuerit
 Perilla 165.13
 de *Ouidij Caesij testimonium* 166.43
 P
Pacificus Asculanus 387.52 Co-
 micus 303.16 picturam no-
 bilitavit 303.20
Pacuij enigma 451.32 epitaphium
 303.36 de L. Actio iudicium
 303.53
 de *Pacuij historia* 303.31 *Quinti-*
liani iudicium 304.44
Pean genus carminis 31.30
Pægnia poemata 34.13
Pago verbum 607.1
Palamedes quatuor literarum apud
Græcos inuentor 8.3 65.22
Palamedis continentia 65.41
 inuenta 65.23 sapientia 65.44
Palephatus Atheniensis 47.24
Palaton pictor 71.19
παλιπτοποιος versus 81.30
Palladas poeta 365.30
Palmam ex oriente Luna vnicam gi-
gnere bain 551.7
Pammetra poemata 36.3
Pamphilus Salsius 393.33
Pamphilus Sigebertus 224.36
Pāpho hymnorū cōpositor 46.29
Pamphus Atheniensis poeta 61.24
Pamprepius poeta 193.33 *Athenis*
 et in *Aegypto literarū professor*
Pan deus 48.47 (ibid.)
Panathenæa 459.39
Panocrates poeta 110.35 eius ἐργα δα
 λάρια ibid. 38
Pandectæ Iuris 432.38
Pandiculares dies 594.52
Pandulphus Collenucius 409.42
 de *Pand. Collenucio Politiani epi-*
stola 409.49
πανδύφου 573.35
Panidis Chalcidis rex 73.34
πανιδος ἔργον, prouerb. 73.35
Panis apud Macedones amicitie
Symbolum 482.7
Panis humane vitæ subsidiū 481.43
Panis non frangendus, pro. 481.40
 ad *Panem amici in vnum coibant o-*
lim 481.51
Panolbius poeta 128.8
Panopolis, Panopolitæ 214.30
πανωλίαν, prou. 334.37
Pantomimorum duo genera 236.18
Pantomimus quale drama 236.3
Pantomimus Paris 180.4 eius epi-
 taphium 180.23
Panyasis poeta 100.21 *Herodoti*
 consanguineus 100.29 eius di-
 ctum de potandi lege 100.41
Papauer Symbolicum Romanis
Papinius scriptor 81.51 (468.39
 P. *Papinius Statius*: vide *Statius*
Papyrus vbi nascatur 458.17
Parabates Iulianus 52.26
Paradisi gladius flammeus & ver-
fatilis 488.44 quatuor flumina
 allegoricè notata 468.30
παράδεισος quid 468.14
Paradisum quære, ænigma 468.4
Parastichis versus idem qui acrosti-
chis 81.16
παρυστιχία in choris quæ 240.6
Paria inferis, imparia superis sacri-
ficato, prouerb. 489.25 (10
Paris Priami F. poeta Lyricus 322.
Parisiensis scholæ initia 222.20
Parmenides Eleates, poeta 98.4
Parmenidis dogmata 98.7 senten-
 tia de conceptione hominis 98.
 20 poemata 98.31
Paro Vergilij insectator 156.43
Parodos, pars tragædiæ 231.16
Parœmiæ seu prouerbia Salomonis,
 tetrametro iambico cōstant 44.51
Parœmiaca carmina 36.46
Parthenius scriptor 74.30
Parthenius Chius poeta 128.3
Partheniū Chiū Vergilius imitatus
 128.18
Parthenius Niceus 128.28 *Vergilij*
 præceptor ibid. 40
Parthenij Nicei opera 128.43
Pascha quo mense à Iudeis celebra-
batur 582.33 itē ab *Antiochēsis*.
 573. 22
Paschillus Romæ 150.47
Pater erga filium ingratus quomo-
do esse possit, & contrā 511.9
Paulinus poeta Ausonij discipulus
 212.40 *Christianus factus, gen-*
 tiles poetas ne nominauit quidem
 213.6 *consulatum Romæ gessit*
Paulus Corratius 395.42 (213.2
Paulus Diaconus histor. 62.13 hi-
 storicus atq; poeta 222.3 qua oc-
 casione historiam suam perscri-
 pserit ibid.
Paulus Florus poeta, & eius apud
Iustinian. Cæs. autoritas 360.42
Paul. Nolanus Episcopus hymno-
graphus 213.13 eius precatio, No-
 la vrbe ab hostib. capta ibid.
Paulus Papienus poeta 164.36
Paulus Piscinensis 588.18
Paulus Sadoletus episcopus 413.39
Paulus III. Pontifex 410.21
Pausaniæ locus de Limo 46.19 lo-
 cus de montib. Aoranijs 51.8 lo-
 cus corrigitur 51.11 87.46
Pausanias rex Simonidis spreti præ-
nas dat 336.44 (498.5
Pedes in mysticis diuersa significant
Pedes lauare quid 490.39
Pedo Albinouanus 168.42
 ad *Ped. Albinouanum Ouid. epist.*
πεδουαλα 334.40 (168.47
Pentecostes apud Iudæos celebritas
 582.34
Per eandem viam non reuertendum,
 Symbol. *Mosis* 473.19
Peregrinationis vtilitas 74.39
Peregrinus Moratus 420.2
Perginus Milesius 56.30
Pertacti in scena quid 242.27
Pericletus Lyricus poeta 342.10
Peritius mensis 576.49
Pero Nelei filia 51.33 (574.50
Persæ quo die à Græcis superati
Persarum annus 556.48 menses, vo-
 cabula, diernūq; numerus 582.19
Persarum rex à subdito muneris lo-
co haustū aquæ accepit 588.19
Perses Hesiodi frater 75.48
Persius Flaccus Lunensis 174.7 *Ne-*
ronem taxat 174.46
Persij Flacci obitus 174.42 præ-
 ceptor *Cornutus* 174.21 *Satyra-*
 rum laus 175.1
Persij nomine plures 175.10
Persona primarum partium in co-
mœdia 237.7
Personarū in fabulis habitus 244.
 7 inuentio 245.5
 ante

I N D E X.

- ante Personarum usum, Romæ faci-
cies pingebantur 245.1
Personata fabula 238.30
Personis congrua nomina imponen-
da 245.26
Pertica quid significet 164.9
Petricus poeta 177.3
Petronius Arbitrator poeta 188.50
quo tempore vixerit 189.8
Petronij Arbitrator locus 472.23
Petrus Alcyonius 394.41
Petrus Ant. Actiolus 398.3
Petrus Barrotius 388.26
Petri Bembi in carmine pangendo
foelicitas 384.12 statura 165.1
Petrus Celsus 396.24
Petrus Crenatus Florentinus 375.39
qualis poeta 390.17
Petrus Curtius 396.35
Petrus de Riga, Senensis poeta
224.16
Petr. Decanalis 397.18
Petrus Ediffenus 216.28
Petrus Grauna 385.17
Petrus monachus Rosenheimensis
224.36
Petrus Montopolitanus 386.16
Petr. Myrteus 417.36
Petrus Nannius Batauus 408.14
Pet. Petreicius 521.30
Petrus Pherettus 411.46
Petrus Zanchus 415.20
Phædimos poeta 120.32
Phalaris Himerensium regnum ut
inuasit 334.8
Phalaridis quæ circumferuntur e-
pistolæ Luciani esse 88.44.
332.41
Phalecium carmen 357.5
Phalecus poeta celebris 357.5
Phaliscus poeta 362.51
Phaliscum carmen 362.52
Phalisci carmina quedam 363.3
Phamenothe mensis 576.7
Phanocles poeta 89.32 eius disti-
chon in Orpheum ibid.42
Phaon Lesbius adolescens, à Sappho
adamatus 330.42 beneficio Ve-
neris ex fenestra adolescens factus
331.21
Phaonis fabula explicatur 331.40
Phaselitis enigma 448.1
Phasianæ aues 452.20
Phemioe Sibylla 77.33 83.484.
50 ante Linum & Orpheum o-
racula cecinit 45.43
Phemioes hexametri carminis a-
pud Græcos autor 43.39 &
- 45.40
Pheimius Ithacensis 61.11
Pherecrates Comicus 285.15
Pherecratis fabula de Musicae que-
rela 285.25
Pherecratium carmen 285.16
Pherecydes Syrus Græcis hexame-
tri carminis inuentor 43.40
Pherenicus Heracleota 133.51
Philammon 48.11 323.3
Philemon à Musis amatus 289.20
Comicus 288.50 longæuus 289.
36 Menandrum iudicum inuidia
vicit 289.36 somnium 289.16
mirum mortis genus 289.8 de
Philomene ridicula historia 289.
16
Philetos poeta 117.40 Battida a-
mauit 118.17
Philetæ Epitaphium 118.1 mors, &
causæ mortis 117.49
Philetærus Atheniensis Comicus 253.
24 præ gaudio extinctus ibid.
Lysimacho R. familiaris 253.38
Philip. Beroaldus 391.11. 458.8
Philippus Comicus & mimus 292.
20
Philippus Græcorum epigramma-
tum scriptor 64.18
Philippi Macedonis erga Hippar-
chum Euboicū gratitudo 532.10
Philippo regi redditum ænigma
452.50
Philippus Melancthon 408.33
Philiscus Comicus 292.36
Philiscus Tragicus 292.28
Phisiston Comicus 314.10 in Phi-
lythonem epigramma. ibid.15
Philyllius Atheniensis Comicus
253.34
Philocles tragicus 252.40 cur 201.
dictus 252.42
Philocles alter, Comicus 252.44
cur Halmio & 201.42 dictus
252.46
Philodemus poeta 133.32
Philœnis patria & eius epigram-
mata 125.43
Philolai annus magnus 550.41
Philon Hebræus 208.39
Philon medicus & poeta 356.19
eius versus de Hierosolymis 356.
42
Philonides Comicus, qualis autor
259.5 eius vitia notantur. ibid.
Philosophia quid doceat 531.30
de Philosophis dictum Anaxippi
293.27
- Philosophorum de anima contro-
uersæ sententiæ 429.40
Philosophorum de finibus bonorū
variantes opiniones 429.40
de mundo variæ opiniones 429.
31 in Physica & Ethica doctri-
na discrepantiæ 430.6
Philostephanus Comicus 293.17
Philostratus Athen. poeta 106.30
eius locus de Die & Noctē 44.8.
Philoxenus à Dionysio in latomias
detrusus 345.10 Dionysij R. po-
emata derisui habet 345.20
Philoxenus, Lyricus poeta 34.4.
48 opulentia cōtempor 345.50
Philoxenus, Philoxeniæ placentæ
134.15
Philoxeni dithyrambi ab Alexan-
dro M. usurpati 346.6 epistola
vnius literæ 345.37
Philoxeni libellus pro verb. 345.40
Philoxeni nomine plures 346.16
Philoxenus Eresius, Philodipnus
cognominatus 346.16 eius me-
morabilis gulositas, & eius de-
hæc dictoria 346.30 de eo face-
ta historia 346.30
Phlegidas poeta & eius poemata
Phobus Phocensis 331.7 (101.19
Phocylides poeta 101.19 (10.46
Phœnicæ literæ vnde nuncupatæ
Phœnices primi literarum inuento-
res 10.33
Phœnicides Comicus 282.26
Phœnix Colophonius Iamborū po-
eta 333.32
φωβωνιστοί 5.9
φωφοροί 588.42
Phryges versibus vsi 41.31
Phrygium poema 49.47
Phrynichus Atheniensis tragicus
246.20 ab Atheniensibus cur
multatus 246.27 dux Athenien-
sium, & eorum proditor 247.8
reprehenditur 246.48
Phrynichi fabulæ 246.33
Phrynichi duo 247.1
Phrynis poeta & Musicus 324.17
Phylacus 51.39
Physius mensis 577.43
Phyto Sibylla 83.3
Picus Mirandulanus bis exul 521.29
gocturnis insidijs sublatus 226.
14
Picturæ utilitas 426.11
Pierides vnde Musæ dictæ 47.15
Pierius Christianus scriptor 47.22
Pierius mons 47.17
Pierius

I N D E X.

- Picrius Valerianus 394.33 ex Petro Pierum se fecit. ibid. hieroglyphicorum scriptor 13.46 468.4
- Pierus poeta 47.13
- Figres Artemisæ frater, poeta 116. 15 Iliada Homeri in elegiacum carmen uertere aggressus 116.53
- Pindarus à Corinna victus 352.6 Apollini charus 338.22 etiam post mortem regibus gratus 338. 36 quo tempore floruerit 337. 46 Lyricorum princeps 337.44
- Pindari secundum Firmicum 338.40 ode 463.25 patria & parentes 338.6 poemata 338.35 scholiorum locus restituitur 90.9 somnium ante mortem 339.16 uxor & liberi 338.16
- de Pindari morte variae narrationes 339.16
- Pindaro oraculum datum 339.36
- de Pindaro infante prodigiū 338.50
- in Pindarum Atheniensium liberalitas 339.42
- Pindarus alter, Lyricus 339.52
- Pisander poeta 187.1 Alexandrinus, postea Rhodius 93.48 cur Camirus appellatus 93.50 eius memorabilis melancholia 94.6 poemata 94.4
- Pisces ignobilissima animalia 477.50
- Pisces ne gustato, symb. 477.7
- Piscib. cur Syri abstinerint 477.33
- Piscium abstinentiā etiam Homerus asserere uidetur 477.45 esum cur Pythagoras prohibuerit 477.18
- Piso, dialogorum poeticorum persona, pestilentia sublatus 226.15
- L. Piso cui Horatii poetica inscribitur 360.4
- in L. Pisonem Cicronis oratio extat 360.6
- Pitho dea 16.39
- Pithœgia sacra 577.3
- Pittacus Mitylenæus poeta 92.43
- Pittacus ab Alcæo Lyrico conuictus impetitus 329.1 ab Alcæo conuictus prouocatus, vitā ei repperdit 329.20
- Pitheus poeta cuius dictum 65.51 66.5
- Planetarum annus 557.11
- Planipes mimus 235.20
- Planipedia, Planus pes 235.26
- Plato carmina sua Vulcano consecrauit 103.46
- de Platone Aristot. uersus 104.35
- Platonis ænigma de uespertione et Eunuchō 454.20 autoritas 103.28 locus, quo poetas è sua ciuitate eicit, exiitū 26.16 natalis dies 577.49 numeri 454.14 Timæus quid sit 454.16
- Platonis & Aristotelis dogmata à Pico infirmata 424.16
- Platonici ænigmatū studiosi 466.6
- Plato Comicus 256.52 quo tempore vixerit 257.2 eius Comœdiæ 257.4
- Plautianæ Fabulæ non Plauti sed Plautij 300.16
- Plautus qb Horat. vituperatus 300.30 Epicharmum imitatus 299.46 quando mortuus 299.52 unde appellatus 299.26 quo tempore floruit 299.37
- Plauti autoritas apud veteres 300.20 comœdiarum numerus 300.7 cum Terentio cōparatio 302.40 epitaphium 300.3 locus illustratus 234.1 270.18 331.36
- Plinij locus de Zoroastre 60.14
- Plinius Cecilius 456.11
- Plotinus Philosophus 182.29
- Pleiades poetæ qui 109.51 poetæ septem inter Tragicos 110.19
- Plotius Crispinus Aretalogus cognominatus 157.35 ab Horatio notatus ibid.
- Plotius Tucca poeta 157.40
- Plutarchus 48.39 470.20
- Plutarchi acroamata trifariam diuisa 469.45
- Plutarchi interpretes Donatus Aristioliolus, Lopus Florent. & Guarrinus decepti 574.16
- Plutarchi libellus περὶ ἀρετῆς 493.25 locus de festorum ritu 492.32 locus de Homero & Hesiodo 7.13 locus de morte æquo animo ferenda 473.4 locus in Symposia con libro emendatur 73.19 locus mendosus 574.23
- Podere, vestis scenica 249.20
- de Podice Eubuli Comici ænigma 460.31
- πόδωνος 450.7
- Podoniptron quid 497.38
- Poemata in Plaustris olim recitata 3.36 soluta oratione scribi an possint 27.49
- Poematum nomenclaturæ 30.35
- Poeseos effigies 3.34 vñ in interpretatione S. literarum 4.47
- Poesis apud Rom. excoli quando cœpta 136.4 pictura loquēs 337.5
- Poeta quis 28.26 an ex p. ucorum an vulgi approbatione censendus sit 22.46
- Poetæ à Tiberio sublati 171.2 antiqui cur fabulis res inuoluerint 469.39 antiquiores Philosophis 21.34 apud Græcos excellentiores sex 105.11 cur potando feliciores 251.1 monodi 30.15 plerunq; vinosi 250.50 prosa quomodo scribant 353.22 quas victimas suis numinibus mactare soliti 20.46 Sophistæ appellati 19.50 Vinosi 258.16
- Poetæ officium 20.30
- Poetam in somnis fieri posse 101.31
- Poetarum Christianorum catalogus 208.30 cum Regibus, vulgaris olim conuersatio 109.2
- Poetarum & poematum quot species 23.45
- Poetarum figmenta quomodo accipienda 4.27
- Poetarum furor 5.6 in singulis generibus principes qui 28.50 magnus prouentus, Domitiano Cæsare 182.37 obtrectatores 23.3 variae denominationes 19.44
- in Poetarum laudes qui scripserint 24.16
- Poetas lauro coronandi mos unde cœperit 16.6 non tantum delectare sed etiam docere 23.44 nostrorum temporū laudare opus difficile & inuidia plenum 380.26
- in poetis malos dictionum 93.1
- Poetica inuentum Thracum 21.46
- Poetica primum in dei laudes inuenta 22.30
- Poetica Leonis X. pont. max. tempore in flore 390.38
- Poetica pacis comes et sociā 390.31
- Poetica vult habitare in animis peccatis 390.29
- Poeticarum figurarū ne sacræ quidem literæ sunt experies 4.47
- Poetices ornatus & habitus 5.3 pictura & effigies 5.1
- Poeticus furor, οὐρανοειδὴς & μυστικὴ πῆραν 5.7
- Poetici furoris causæ ineptè in sidera referuntur 5.18
- Poetici

I N D E X.

Poetici furoris tria signa	5.14	Posidippus Comicus	29.38	Protagoras phormophoros	249.
Pogius Florentinus	399.38	Posideon mensis	575.26	24	
Polemon	211.47	Postridie Calendas, nonas & Idus,		Prothessis in Comœdia quid	240.
Politiani cum Pontano & Mantu-		cur atrii	596.37	50	
ano comparatio 389.4. epistola		Præliares dies	595.1	Prouerbia Hebræis ænigmata	
ad Liliam de Pand. Collenucio		Præsegmina vnguium criniumq; ne		quoq;	446.22
409.49 Nutritia	1.20 & 42	commingito, prouerb.	485.31	Prouerbum aliquando ænigma	
Polles Aegeus philosophus	51.50	Prætextata Comœdia 238.13 vnde		dicitur	446.21 (6.17
Polles vates	51.48	dicta, ibid. 13 quid à Tragœdia		PROVERB. Ab Atticis vsq; literis	
Pollio Asinius Ciceroni parum æ-		differat	ibi.16	Abdera pulchra Teiorum colo-	
quus	172.41	Prætoris tria verba	593.52	nia	341.10
Polus Sumienfis, histrio	236.42	Pratinas Phlysius Tragicus poeta		Actus extremus	241.18
Polyanthus Cyrenæus	51.26	254.13		Ad Calendas Græcas	583.37
Polycrates Tyrannus	341.5	Pratina fabulam exhibente, sedilia		Allia fabasue ne edito	457.14
Polycritis poeta	96.7	collapsa	254.20	ἀλλυμ ἐν ἐνισῶ αὐτῶ	253.2
Polyeuctus Comicus	294.7	Praxilla poetria 49.17 Sicyonia		ἀπιὼν δὲ ἀπατῶσαι	572.26
πολύεουα	485.27	123.25		ἀρχιλόχου πάτρις; & ἀρχιλόχου πατῆρ	
Polyidus sophista	350.34	Priapeia carmina non esse Vergilij		325.44	
Polymnestus Colophonius	64.46	150.48		βαρτολογία	324.45
Polymnestus poeta, Polymnesta car-		Priapus Orneates	126.18	βιργίσιον	250.2
mina	119.19	Prisciani codex mendosus	141.15	Boeotia ænigmata	450.18
Polyphradmon tragicus poeta		Priscus poeta	169.14	Bouem utroq; cornu tenet	451.4
246.26		πρόσμομα quid	320.49	Canis vindicta hunc moratur	
πολύφραδμ	578.57	Proba Falconia Romana, poetria		267.15	
Polyzelus Comicus	296.9	214.9 quo tempore vixerit 214.		Cantum lityerseni canis	36.37
Pompeij codex emendatur	25.23	11 & 19 eius Cento Vergilianus		Catastrophe	241.3
Pompilius Amasæus	413.43	de historia Christi	214.13	Codro pauperior	182.26
Pomponius Latus 206.47, 386.17		Probus grammaticus	83.17	Soterichi lecti	187.36
L. Pomponius	307.5	Proclus Lycius	57.1	Deus ex improviso apprens	
M. Pomponius	303.4	Proceleusmatici pro dactylo exēpla		243.3	
Pomp. Gauricus	397.12	284.4		Diagoras Melius	343.47
P. Pomponius Secundus, Tragicus		Proclus siue Proculus Philosophus		Διόνυσος ἐν κορινθῶ	278.3
poeta 307.22 senatorij vir ordi-		& poeta	130.5	ἐγὼ πρὸς αὐτὸν πάντα κατὰ νικῶσαι	
nis, & triumphalis 307.46 cur		Procli nomine quatuor	130.10	τον, Vt Nicostratus omnia fa-	
Secundus appellatus 308.17 eius		Proconnesus Aristææ patriæ	64.3	ciam	279.25
vita à Plinio duobus voluminib:		Proculus poeta	170.38	ἐν τῷ ἔνυχθ' τὴν λίοντα ἐγχαψίμ	
per scripta	307.22	Prodicus Ceus	96.6	273.28	
T. Pomponius Atticus Epigram-		Prodicus Phocæus, poeta 95.50 e-		Empedoclis inimicitia	99.48
matographus	146.36	ius versus de Charonte	96.1	ἐν ποίτῃ κρητῶν γένασι κῆται	243.
Ponderum & mensurarum inuen-		Proetides 50.32 ab Aesculapio li-		34	
tor quis	65.24	berata	51.26	ἐν τῇ πάνσελιου	383.6
Pontanus excellens poeta	383.51	Profectum facere	592.20	Epimenidea pellis	63.24
Manilio in Opere Astronomico		Prologus Comœdiæ quid	231.12.	δύλαμοσι φησὶ κερνίον σφοδρίου	
non inferior	162.26	246.43		272.11	
Pontani Academia 384.33 de A-		Pronopides poeta	66.19	ὃ ἀμάξας	3.40
ctio Syncero Sanazario dictum		Propertij Cynthia	164.29	ὃ ἀμάξας λαχῶν	234.34
380.30, 384.40		Propertij locus illustratus	124.12,	ὃ κῆρυκος πνευρίσιον ἔμαθε κωϊσίε	
Ponticus poeta	162.30	148.3, 163.52, 352.36		349.37	
Pontifices auguriorum administra-		Propertij patria	163.36	Hesiodia senectus	77.1
tores	491.18	Prophetæ & apostoli literarum ru-		Hipparcho τειχιῶν	93.22
Pontius Paulinus, poeta sacer	213.	des fuerunt	429.2	Hipponactium præconium	351.3
28		Proscenium	242.17	Homo tripes	450.23
Porcellius elegiographus	385.30	προσέλωσι Arcades cur dicti	556.30	Ibyci grues	342.39
Porphyrj locus de Silentio Pytha-		Profodium quid	321.7	ἵνα τὸ ναυτίον κλαύσω	350.24
gorico	493.31	Prosper Aquitanus, poeta Ecclest-		Indoctior Philomide Meleti	
Porphyrus poeta 188.12 Tyrius		asticus	215.46	259.7	
philosophus	188.22, 466.42	Prosper Pasethus	319.10	κρητὶν κῆλιον	258.1
Porcius Licinius poeta	366.24	Prosperi poemata	216.3	κῆμιον ἵσπερι	273.28
				Prouerb.	

I N D E X.

grammaticus	188.3	Sadoletus	186.35	274.5	
Q. Rhenmius Palemon	172.46	Sepia piscis	458.21	Sannyrion Comicus	258.37
eius arrogantia & alia vitia	173.3	Σαίπη	470.30	Sapientes Tyberiadis	11.16
Rhetorices lenocinia	432.1	Sal amicitiae Symbolum	481.3	Sappho poetria	330.4
Rhianus poeta, & eius poemata	122.24	tiquitus primò appositus qua-	481.4	Phaonem impatientia, à Leuca-	330.48
Rhinthon tragicocomædus	280.50	re	480.47	de se dedit præcipitem	330.30
Rhinthonicæ fabule	138.36 289.50	Sal apponendus, prouerb.	481.11	cur mascula appellata	330.30
Riphæum clima	592.1	Sal modestiæ Symbolum	481.11	quomodo saltus ingressa viriles	330.36
Ριφῆα· τριῶν δὲ dicti qui clypeū abijce-	326.11	stice prudentiam denotat	481.12	& seq. Tribas	330.29
rent	326.11	Sale Aegyptij abstinuerunt	481.33	Sapphus fratres tres	330.11
Rhodi insulæ tres vrbes	93.52	Salem & mensam ne præterieris,	480.53	maritus Cercylas	330.26
Rhodium clima	591.47	prouerb.	481.14	parentes	330.5
Rhodiginus Cælius	474.52	Sales pro lepore	481.14	& scripta	331.45
Rhodolphus Agricola	606.16	Salis natura & vis	480.50 & 481.5	responsum ad Alcæum timide	332.5
Rhodolphus Langius Germanus	406.30	sacer vsus olim	481.22	petentem	332.5
Rhodope meretrix à Charaxo Sapphus	330.14	Saleius Bassus poeta	178.7	sententia de sobole & posteritate	332.14
fratre adamata	330.14	Salmonius Macrinus	406.49	Sapphus nomine tres secundum	330.39
Rhodope non eadem quæ Dorice	330.21	Salomon 44. 49 enigmata com-	445.14	Suidam	330.39
Rhodopes Pyramis	330.16	posuit	445.14	Σαπφῶ quid significet	470.30
Rhosita monialis, poetria	224.3	cum Hieromo Tyri rege enigmatis certauit	445.16	Sarracenorum in sacris suis mos	490.35
Rhythmorum primi muētores qui	415.48	poeta	44.46	Saturnaliorum instituta	155.42
Rhythmus quid	32.18	Salomonis proueria	468.8	Satyra à quibus primùm introdu-	233.48
Romanis antiquus anni signandi	566.30	Saltandi ars, & eius inuentio	15.6	cta	234.44
mos	566.30	Saltatio poetiæ tributa	14.38	Latina vnde manauit	234.44
Romanorum annus 557.26 secula	552.18	Saltationes comicæ singulis scenis	peculiares, & earum appellatio-	233.47	
quomodo distincta	552.18	nes	137.10	Satyræ lex	234.3
erga Acarnanes gratitudo	536.30	Saltationum scenicarum species	42	Satyræ quomodo inceperint	234.22
Romanos trecetos annos sine horis	604.25	Saltatores & cantores aliquando	ijdem	22	
fuisse	604.25	in ijdem	237.13	Satyræ exordium	233.43
Romulus Amasæus	413.43	in Saltatores Demetrii Cynici dicte-	237.24	23	
Romulus poeta	223.20	rium	237.24	Scæuolæ de ferijs prudens respon-	193.35
Roscilius & Aegus, milites Cæsaria	516.17	Saltatoris egregij exemplum	237.37	sum	193.35
ni ingrati	516.17	37	37	Scarus piscis, Pythagoricis vetitus	479.5
Roscius mimus	236.44	Saltatorum in comædijs officium	237.14	479.5	
Roxane Alexandro Magno adama-	432.6	237.14	237.14	Scatinia lex Romæ	48.45
ta	432.6	Saluanus Massiliensis	218.16	Scaurus Grammaticus	203.46
Ruffinus Aquileiensis	409.13	Salutis signum velle sanari	531.22	Scæxon, carmen Hipponactium	351.26
Ruffus Festus poeta	191.11	22	22	Σαξων λαμβος	310.2
Rustici cuiusdā in Germania mira-	62.19	Sambethe siue Sabbe Sibylla quæ	79.1	Scena antiquis quid	241.37
culosus somnus	62.19	79.1	79.1	eius incrementa	243.10
Rutilius Geminus poeta tragicus	313.25	Sambyca, cithara species, à quo in-	342.1	& incrementa	243.10
313.25	313.25	uenta	342.1	Scenæ versiles & ductiles	242.8
		Sampsonis enigma	452.3	Scenæ ornamenta quæ	243.17
		Sampson Hebræorum Hercules	452.38	Scenarum aræ duæ	243.29
		Sanguis humanus vbi spar us est,	499.44	ornatus	242.4
		locus lapidib. obruendus, Symb.	499.44	tria genera	241.45
		Pyth.	499.44	Scenopegiæ festum	582.36
		in Sanguine quomodo anima esse	500.10	Scenicus ornatus & vestitus	244.7
		dicatur	500.10	Scipio Aphricanus à Cn. Neuiio in-	391.43
		Sanguinem cur Hebrei in sacrifi-	500.16	sectatus	298.40
		cijs adhibuerint	500.16	Terentij in comædijs adiutor	391.43
		à Sanguinis esu Pythagorici cur ab-	500.10	Scipio Baldus	415.34
		stinuerint	500.10	Scipio Capycius	417.23
		Sannio poeta	274.10	Scipio Carteromachus	293.19
		Sannyrion Canabus mimuambus	274.10	Sciras Comicus	299.10
				Sciras	2576.3
				Sciras Minerua	576.36
				Scirophorion	576.29
				Scirpi	

I N D E X.

Scirpi quid significant	446.25	Apollonij Tyanci	235.17	Sibylla quæ de Christo vaticinata	
Scolia carmina	32.2	Archidami	93.1	79.13 quæ Tranquimio Prisco	
Scopæ non transfiliendæ, prouerb.		Aristarchi Comici	270.22	libyos obtulit	83.27
470.28		Aristarchi grammat.	271.5	Sibylla quid significet	77.44
Scribendi ratio quibus à gentib. in-		Ciceronis	23.36	Sibylla Aegyptiaca quæ dicta 79.	
uenta	6.9	Corinnæ *	352.26	3 Amalthea 83.7	Babylonica
Scribendi varia genera	7.2	Demadis	90.38	quæ 79.3	Chalcidica 78.53
Scriptores cupedinarij	134.8	Demetriij Cynici	237.24	Cim-	meria 81.39
Scriptorum recentium hallucina-		Demosthenis	282.3	Cumæa vel Cumana	
tiones	189.11	Draconis legislatoris	90.38	83.6	81.41
Scrupi quid	446.33	Euripidis	229.50 265.26	Delphica quando oracula dederit 81	
Scythæ carminum non rudes	41.	Pausaniæ R. de Tyrteō	95.28	35. Erythrea 81.45 & 81.44	
31		Philippidis	253.29	Hellepontica 84	Hellepon-
Scythimus poeta	100	Pitheci	66.5	tiaca, quæ & Marpesia cogno-	
Sebastianus Corradus	417.22	Sapphus	332.5 & 14	minata 84.17	Herophila 83.6
Sebastianus Ticio Argentimensis,		Simonidis	335.28 336.40. &	Libyca 81.32	Libyssa 82.10
Nauis stultiferæ autor	406.2	sequen.		Lucana 82.10	McLachrena 84.
Sebennytus, Sybennytica præfectu-		Theanus	352.50	11	Persica siue Chalcidica 78.
ra	133.25	Themistoclis	337.21	52	Persica quando vixerit 79.
Seculi quis primus dies, diuersorum		Timonis Misanthropi	89.1	6	Phrygia seu Tiburtina, nona
diuersæ opiniones	563.48	Seniētiae aliquæ insignes Pub. Mimi		ordine 84.26 & eius præfagia	
Seculi naturalis apud Hercufcos cō-		311.22		de Christo, commentitia 84.38	
stituenti ratio	552.4	Sentius Augurinus poeta	373.37	Pythia 84.49	Rhodia 82.10
Seculum Hebræorum	551.39	eius hendecasyllabi	573.43	Samia 83.3	Samia quando do-
Seculum quid & vnde dictum	551.	de Sentio Augurino, Plinij iudi-		cuerit 83.5	Sarda 82.10
18		cium	373.38	82.9	Symmachia 83.16
Sedeant adoraturi, prou.	491.7	Septem Dormientes martyres	61.	Sibyllæ nomē vnde deductū 77.40	
Sedentibus pacatior animus	491.	49		cuius versus Homerus suis inse-	
12		Septimius Apher, poeta	361.46	ruerit 81.37	Cumana crypta sub
Sedere, non stare, iudices in tribuna-		eius versus in Ianum	362.8	terranea seu spelunca 84.3.8	Cu-
li debent	441.15	ad Septimum Aphrum Statij car-		mana facellū 84.2	Cumæ spe-
Sedigitus Volcatius	455.50	mina	362.22	lunca à Narsete expugnata 84.	
Sedulius poeta sacer	214.49	Septimius Seuerus Cæs.	204.19	4	Erythreæ patria 82.44
Seleucus Emisenus poeta	121.37	Serapion martyr	185.4	Ery-	threæ prodigiosa iuuentus 82.
Seleuci Callinici Regis extrema in-		Serapion Pictor	185.3	46	Erythreæ tempora 82.49
gratitudo	515.44	Serapion poeta Græcus	184.45	Erythreæ versus acrostichi de	
Annæus Seneca, Moralis Senecæ		A. Serenus 190.10	eius versus ex bre-	Christo Domino nostro 79.42	
F. Tragediarum scriptor	316 à	uibus syllabis constans	190.13	de Sibyllæ spelunca Aristotelis lo-	
Quintiliano cur reprehensus	316.30	Q. Serenus poeta	189.48	cus	44.9
Seneca inter Christianos scriptores		Serenus Sammoniacus poeta	189.	Sibyllæ 77.29 plures decem 77.30	
numeratus	317.30	52 205.17		84.47	quæ dictæ 77.32
Senecæ epitaphium lepidissimum		Serpens symbolum temporis	467.	quomo-	do vaticinata 77.47
317.14 familia nobilis	316.39	56		quot mo-	dis futura prædixerint 82.39
interitus	216.46	Serpente annum Aegyptij denota-		Sibyllarum nomina	78.51
Senecæ locus aliter lectus	170.13	bant	467.51	Sibyllina carmina à Romanis con-	
locus contra Mecænatem	152.50	Seruius Sulpitius, poeta	308.36	quistita 83.52	quare imperfecta,
locus de Pythagora	492.8	Seruij interpretatio in Verg. nota-		& absque certa lege & ordine	
locus in libro de Ira mendosus		tur	363.36	legantur	78.17
348.22 opera	317.12	Sesamum sere, prouerb.	485.24	Sibyllini libri 83.28	Romæ crema-
senectus	293.16	Seuerus poeta	315.37	ti 83.29	cremati à Stilicone
Sententiæ seu dicta insigniora :		Sextilius Hena poeta	172	313.36	
Aeschyli	251.29	Sextius ineptus poeta	255.48	Sibyllini versus priuatim non ha-	
Alexidis Comici	293.1 & 16	Sextius Pythagoricus	156.5	bendi	83.46
Anaxippi	293.27	Sextij <i>Atalogis</i> <i>μῦθῶν</i>	156.12	de Sibyllis scriptores confusè agūt	
Antigenidis	22.48	Sext. Pacionianus poeta	171.12	84.13	
Antigoni	109.45	Sextus Pyrrhonius	51.25	Sicinnis, saltatio satyrica	237.11
Antimachi	22.46	Sext. Turpilius Comicus	305.52	Sicinnis, Sicinnistæ	14.37
		Turentij sectator	306.4	Sicinnis vnde dicta	14.52
				Sida vrbs	186.40

I N D E X.

- Sidon Ponti filia, Lyrici carminis inuentrix 452.3
 Sidonius Apollinaris Scriptor 456
 36 217.47 eius erga pauperes, tempore famis, liberalitas 218.1
 Sidonius qualis scriptor 218.34
 Sidonio statua Romæ posita 218.23
 Signum quando recte aut obliquè oriatur 590.2
 Sigism. Fulginas 388.20
 Silanio poeta mimiiambus 274.3
 de Sileno Aesopi fabula 465.4
 Silentij lex 336.50
 Silentio Deum Aegyptij colebant 493.33
 Silentium seruandum Pythagoras præcepit 493.19
 σιλησιον, σιλησιον 34.4
 Silli poematum genus 33.52
 Simcon Antiochenus 475.25
 Simmias Rhodius poeta 529.36
 Rhodiorum Imp. ibid.
 Simonides poeta 68.51 à Castoribus quos celebrauerat, ab ædium ritibus seruatus 335.40
 Caristius siue Eretrius 133.47 humilium uerborum cõtentor 337.26
 κίμβις appellatus 336.28 lyricus poeta 334.39
 macrobios 335.22
 Magnesium 133.42
 Simonides Melicertes appellatus 334.49
 pecuniæ auidus 336.17
 quas literas inuenit 8.3 334.50
 quo tempore floruerit 324.44
 somnio naufragio ereptus 335.34
 à Simonide memoriæ ars qua ratione reperta 35.50
 de Simonide Quintiliani iudicium 337.30
 Simonidi rem iniustam petenti ut responderit Themistocles 337.22
 Simonidis autoritas 337.7
 capsule gratitudinis symbola 336.36
 Simonidis dicta quedam insignia 336.40
 dictum ad hospitem tacentem 336.50
 dictum ad Pausaniam regem 336.44
 dictum de diuitijs & sapientia 336.20
 dictum de uita humana 335.28
 Simonidis gryphi 335.20
 κίβητις seu capsula 538.18
 poemata 334.52
 Simonidis nomine plures 337.43
 Σιμωνίδου κίβητις, prou. 336.27
 Simplicianus uir sanctus 310.27
 Simplicius Aristotelis interpres 62.2
 Simulus poeta & eius uersus 132.1
 Sisyphi nomen unde deriuatum 77.44
 Sithon Orphei patria 53.1
 Smilax arbor 528.48
 Smyrnesium nomisma cum Homeri imagine 68.4
 Soggi 244.36
 Solidis Atheniensis equus 526.37
 Socrates à Poesi non alienus 104.10
 ad Archelaum regem cur uenire noluerit 53.14
 in Comædijs incessitus 246.46
 Melius cur uocatus 343.53
 de Socrate Pythiæ oraculum 271.34
 Socratis apologus apud Xenophontem 351.1
 dictum de Theologia obscura Heracliti 127.40
 Sois, uel Sais Aegyptiorum dea 57.27
 Sol quandiu in Zodiaci signis moritur 567.14
 ad Solem orientem Gentes adorabant 491.37
 Soli, quæ & Heliopolis, urbs 106.12
 Solis in homines uis 77.51
 uis circa meridiem maxima 486.50
 Solarium & Salarium ut differant 606.18
 Solini de Homero & Hesiodo locus 72.50
 Solon poeta 91.11
 Homericae poeseos autor in ordinem redigenda 91.15
 in poesi præstans 91.26
 Solonis elegiæ 91.31
 elegia de decem ætatibus 91.44
 Epitaphium 92.11
 iudicium de comædijs 246.16
 poemata 92.12
 sententia de amicis 484.23
 Somniorum ueritas quomodo concilietur 74.25
 Somnium Cassij Parmensis 160.45
 ad Somnum quomodo accedendum 487.29
 Somnus miraculosus & diuturnus rustici cuiusdam 62.19
 Sopater Apameus 281.47
 Sopater Comicus φλυασιονογράφος nũcupatus 281.40
 Sophilus Comicus 282.11
 Sophocles à filio inertie accusatus, absolutus honorificè 263.17
 à puero quodam elusus 262.40
 Apis cognominatus 261.42
 deo monente sepultus 263.1
 Fabularum certamina instituit 262.46
 in recip. administratione uersatus 291.48
 in tragœdia quid emendauerit 261.45
 φιλομειραξ 262.37
 quo tempore floruit 261.29
 unde dictus 261.33
 Sophoclis amores 262.33
 continentia 262.27
 filij 262.2
 interitus 262.46
 mira existimatio 262.17
 somnium de surrepto ex templo parere 262.10
 Sophoclis nomine alij duo 269.26
 de Sophocle Quintiliani iudicium 268.40
 Sophron Syracusius Mimiiambus 273.17
 Sophron adagiographus 273.40
 de Sophrone Platonis iudicium 273.20
 Sophronius poeta 216.47
 Sorites argumentatio 284.32
 Sosicles Tragicus 293.43
 Sosibeus Comicus 203.32
 Soterichus Oasites poeta 187.22
 Soterichi Bassarica 187.30
 Soterichi lecti, prou. 187.36
 de Sotericho Senecæ sententiæ 187.41
 Sotadea carmina apud antiquos qui scripserint 355.27
 Sotadei carminis species plures 354.10
 Sotades poeta 353.51
 misero mordis genere extinctus 354.1
 Sotadæ et sotadicum carmen 334.20
 Sotadici uersus 81.31
 Sotodes Scriptor 69.33
 Spartiani codex mendosus 202.50
 Σπάρτα apud Homerum quid 453.12
 & 25
 de Sparto enigma 453.15
 Spartum quid 453.17
 Spectrum Cassij Parmensis 160.45
 Speculum ne ad lucernam spectato, prouerb. 495.5
 Speusippus poeta 104.50
 Sphicius mons 449.17
 Sphingis enigma 449.12
 enigma quis soluerit 449.48
 Sphingis aduersus Cadmum expe-ditio 450.7
 crudelitas in eos qui enigmata à se propofita soluere nequibant 449.20
 interitus 450.11
 Sphingis

I N D E X.

- Sphingis negotia multa faceffunt, prouerb. 450.15
 Sphinx ab Oedipo superata 449.52. et 450.1. enigmata proposuit soluēda 449.20 Cadmi vxor 454.49.52
 4 piraticam exercuit 449.52 quid fuerit 449.13 vnde dicta 450.16
 Spintharus Heracleotes 282.17
 Spurinna Romanus, nobilis & imperator & poeta 361.32
 Stasimon quid 321.11
 Statera iustitiæ symbolum 470.10
 Stateram ne transfilito, prouerb. 470.13
 Stati dies qui 594.46
 Statiæ ferie 593.12
 Statius Cæcilius poeta Comicus 300.39
 Statius poeta 178.13 à Iuuenale taxatus 179.26 Christianus 179.32 P. Domitiano Cesari familiaris 178.50 lithargo perijt 178.38
 Statij celebritas 178.26 locus explicatur 330.36 opera & eorum laudes 179.4 patria 178.17
 Statius filius poeta 18.40
 Stephanus Comicus 293.16
 Stephanus Doletus 411.51
 Stephanus Sabbaita 293.19
 Stesichorus poeta Lyricus 332.36 Se roicus etiam poeta 333.29 macrobios 333.7 ob vituperatam Helenam oculis captus 333.48
 Stesichori apologus de equo fessorem recipiente, ad Himerenses 334.8 filia in musica excellentes 333.10 infantis prodigium 333.2 monumētum 334.30 poemata 333.18 statua Himeræ 332.45
 de Stesichori cineribus certamen 332.50
 de Stesichoro Quintiliani censura 333.41
 Sthenelus, tragicus poeta 275 eius sententia de ebrietate 275.42
 στιχὸν & σάχον 120.20
 Stilicon Sibyllinos libros Romæ cremauit 313.36
 Strabonis cōtra Eratosthenē locus in poetarum laudem 23.42 locus mendosus 131.52 locus restituitur 256.17
 Strabus Theologus scholasticus 222.28
 Straton Comicus 281.6
 Straton poeta 365.34
 Strattis Comicus & eius comædiæ 280.40
 στράβιλοι 272.8
 στράφον quid 240.1
 Strophe in carmine Lyrico quid 320.40 321.4
 Strozæ pater et filius, poeta 389.8
 Sturmius 408.33
 Suetonij locus restituitur 81.28 354.23. 372.41
 Suetonius poeta 138.33 eius ex More to versus ibid.
 Suffenus poeta insulsus 155.26
 Suidas qualis autor 114.24 reprehenditur 245.50
 Suidæ commētaria an genuina 114.30 locus castigatur 94.35 247.37 259.23 locus explicatus 345.1 locus mendosus 251.20
 Sulpitia, nobilis Romana, poetria 184.16 & de
 Sulpitius Apollinaris 204.8
 Sulpitius poeta & orator 208.21
 Sulpitius Verulanus 386.47
 Supparum quid 244.49
 Surgens è lecto, stramenta confunde: prouerb. 487.1
 Sus torrentis nomen 55.27 & 34
 Susarion Comicus 246.21 eius versus de mulieribus ibid.27
 Syagrius poeta 65.9
 Syllius Italicus vnde dictus 177.4 ter consul fuit 177.24 Vergiliū & eius manes coluit 177.19
 Syllij Bellum Punicum quomodo reptum 177.36
 Sylo poeta 171.17
 Syloson 536.19
 Symbola à τὴν σύμβολον quid differat 469.9
 Symbola philosophis enigmata 446.19 plerisque gentibus in vsu 468.5
 Symbola Pythagoræ quid 467.20 469.16 Pythagoræ qui interpretati sint 467.23 Pythagoras vnde acceperit 467.30
 Symbola quid 467.20
 Symboli etymon & significata varia 468.44 569 per tot. in Symbolis quid attendendum 469.22
 Symbolorum munus triplex 469.42 pleraque prouerbiorum naturam habent 469.36
 Symbolorum proprietates 469.18
 virtutes, Grauitas & Breuitas 469.24
 Symbolum quid sit 468.46
 Synesius poeta & eius hymni 130.20
 Symphonia quid 181.51
 Symphoniæ rationes partibus animæ vt congruant 19.2
 T
 Tabernaria Togata 238.17 quid à Comædia differat. ibid.20
 Taciturnitas 336.50
 Taciturnitatem Pythagoras præcepit 493.19
 τὰς χάρισι σπεύδω prou. 537.16
 Talus Cretenfis 49.9
 Talorum inuentor quis 65.24
 Tartarus qualis locus 451.15 à Tartaro ad Tartessum, prouerb. 451.12
 Tartessus vrbs 451.13
 Tatianus Assyrius 43.31
 τὴν τῆρα Dionysij 230.16 236.21 vnde de dicti 251.8
 Technopægnion 34.25
 Teia Musa, Teia fides 340.10
 Τειμύσιον 469.9
 Τειμύσιον ambiguū 464.7
 Teleclides Comicus 277.47
 Telenicus Byzantius poeta 350.47
 Telestilla Thebana poetria, & de eius studijs & virtute, historica narratio 124.23
 Telestilla statua 124.40
 Teliosstichides versus qui dicantur 81.21
 Tellen, poeta & tiben 350.39
 Telluris oracula 85.5
 in Templa per dextram ingredientium, Symbol. Pythag. 498.20
 Tempora vnde dicta 566.50
 Temporis quadripartita diuissio 566.48
 Temporis in partes distinctio 574.25
 Temporum scriptores plurimi 546.37
 Temporum interualla ex varijs scriptorum sententijs supputantur 546. per tot.
 Tempus mythicum & historicum 546.22
 Terentia Augusto nimis quàm familiaris 152.10 à Meccenate adama ta 151.50
 Kkk 3

I N D E X.

P. Terentius Apher Comicus 301.	Thebæ Bœotiæ 52.13	goediæ 242.52
12 omnib. poetis prælatus 302.22	Thebaldeus 195.42	Theologorum pertinacia 478.41
Terentius à quibus adiutus 301.48	Theognidis locus ænigmaticus de Cochlea 451.53	Theolytus poeta 121.55
an Scipionem triumphantem pialeatus sit secutus 301.24	Thelestus dithyramborum poeta 346.51	Theon Smyrnæus 58.3
Scipio ni & Lælio familiaris 301.33	Themistocles Musica ignarus contemptus 42.1	Theon. dens Theonimus, prouerb. 57.13
Terentianus grāmaticus, vide Maurus Terentianus	Theoclus poeta 88.33	Theophanes Mityleneus 147.26
Terentij Andria Cæcilio probata 301.8 & 40	Theocritus poeta 110.24	Theophanes philosophus 206.8
Comœdiæ quot 301.3	cur sua carmina ἐπιγράμματα inscripserit 110.50	Theophilus Comicus 269.38
Terentij cum Plauto comparatio 302.40	Theocriti locus illustratur 357.30	Theophilus historicus 59.43
Terentij statura 302.14	Theocriti patria 110.29	Theopompus Chius ingratus in Isocratem 284.19
de Terentio Cæsaris versus 198.5	interitus miser 111.7	Thopompus Colophonius 279.16
de Terentio Ciceronis versus 302.10	Teodectes Comœdia 283.9	mente abalienatus ob sacrorum euulgationem 283.1
De Terentij morte variæ narrationes 302.5	Teodectes Aristotelis discipulus 282.36	466.22
Terentius Fregellanus 302.48	luminibus captus, quod sacra quædam euulgare tentasset 282.30	Plutarcho delirat 279.8
Terminus Deus 457.30	466.20	Theopompus Theodectis F. Comicus 278.52
de Termino ænigma 456.23	memoria insignis 283.16	eius fabulæ 279.1
Ternarius numerus in libamimibus adhibitus 479.37	Phaselitas tragicus 282.34	Theopompi de Lacedæmonijs dictum 279.8
Pythagoræ sacer 479.33	Theodectis ænigma 448.1	Theorides poeta 130.42
Terpander poeta 322.40	epitaphium 283.24	Theorus poeta 127.49
Lyræ septicordem fecit 322.47	gryphi seu ænigmata 283.7	Theosebia poetria 124.50
quando floruit 323.24	monumentum 283.36	de Theseo ænigma 462.32
in Musica quæ inuenit 323.3	operæ 288.7	Thestis Comicus poeta 246.1
Lacedæmoniorum seditione Musica sedauit 323.9	statuus Alexander Magnus parentauit 283.30	Comœdiæ autor, à Solone ut exceptus 246.13
Tertullianus S. primus scriptor 452.15	versus de Aethiopiis. 283.40	246.20
Victoriæ ad Mausolei dedicationem 282.28	Therapies Hericuli filij 62.4	
Theodolus poeta 223.	Thestrotis Sibylla 85.22	
Theodoritus theologus Græcus 485.42	Thomas Morus Britannus 405.22	
Theodorus 365.36	Thomæ Mori epitaphium per Io. Secundum Hagien. 408.51	
Theodorus Colophonius 167.64	supplicium 405.34	
Theodorus Gaza 399.41	Vtopia 405.36	
478.52	Thomas Scauranus 415.19	
Ferrariæ ludum aperuit 400.44	Thomas Viatus Britannus 405.38	
de Theodoro Gaza Ludouici Carbonis Oratio 399.49	Thrace carminibus, ut & Germani, in bello vsi 41.27	
Theodorus Græcus poeta 167.36	quare uxores suas pulsant 53.39	
Theodosius Tragicus 294.36	Threni Hieremiæ Sapphico metro scripti 45.5	
Theodosius Eudociæ maritus, Cæsar, poeta 207.33	Θρηναὶ seu carmina lamentationum quis primus apud Græcos instituerit 64.41	
Theodosius III. Imp. 220.36	Threscia mysteria 54.19	
Theodosius poeta 194.30	Θρηναίων vox Citharæ fictitia 345.31	
Theodotus poeta, de Iudæis quæ scripsit 153.49	Thucydides 429.49	
eius interitus 284.1	287.43	
Theodulphus Episcopus 224.22	in Thule dies mensuruu vel bimestris longissimus 91.4	
Theognetus Comicus 274.53	Thuscus poeta 11.32	
Theognetus Thessalus 56.23	Thymitus 49.44	
Theognis Comicus poeta 274.46	Thynicus poeta dithyramborum 351.50	
Siculus, paræmiacus 101.1	& de eo Platonis locus ibid.	
Theologia cur obscuris inuolucris à poetis inuoluta 465.40		
Theologia triplex 466.30		
Theologium instrumentum Tra-		

I N D E X.

- δύρασι λαφύρα, ἐν αἰθυσίῃ*. prouerb. 575.12
Tiberianus poeta 180.50
Tiberius Cæsar, poeseos studiosus 194.50 quos poetas sustulerit 171.2
Tibie à *Marsyá* inuentæ, à *Pallade* reiectæ 321.50
Tibiæ dextræ seu pares 240.22
Tibiæ in Comœdijs adhiberi solitæ 240.18
Tibiæ sinistræ aut ferranæ 40.19
Tibiæ vsus quis induxerit 64.25
Tibiarum varia genera 240.36
Tibus paribus vel imparibus modos facere quid 240.33
Alb. Tibullus poeta quando natus 363.12
ad Tibullū Epistola Horatij 163.27
Tibulli amores 143.20 locus explicatur 84.30 258.52
C. Ticida, epigrammatum conditor 372.36
Timachidas Rhodius poeta 134.3
Timagoras 280.1
Timeſtheus Tragicus, & eius Tragœdiæ 280.50
Timocles duo, Tragici 291.53
Timocleus Syracusius 56.30
Timocreon Rhodius, Comicus 259.26
Timocreontis epitaphium 259.43 in *Themistoclem* inuectiuæ 259.28
Timolaus poeta 117.5 in *Homerica* poesi hexametrum hexametrum addidit *ibid.* 20
Timon *μικρόβουτος* 72.24
Timon Phliasius poeta 97.7 omni-
 bus maledicere solitus 97.19
Timon alter *Misanthropos* 97.24
 eius historia 97.19 epitaphium. *ibid.* 46
Timotheus musicus 347.16 ab *Archelao*, quem auaritiæ incusauerat, redargutus 348.41 *macrobios* 349.2 cur *Spartiat*is ingratus 347.30
Timothei in *Musica* excellētia 348.19 epitaphium 349.6 scripta 349.12 sententia: quomodo in *Musica* proficiendum 349.22
 de *Timotheo* *Spartanorum* consulti-
 tum, Græce perscriptum 347.38
Timotheus *Bendidi*us 389.21
Timotheus Comicus *Athen.* 275.27
Timotheus *Mileſius* *Citharæ*dius 347.18 eius inuenta in *Musica.* *ibid.* 26
Timotheus Tragicus poet. 275.31
Timothei *Atheniensis* fortuna 450.27 eius pictura 30 (24
Timothei *Eutyche* ænigma 429.
Timycha *Pythagorica* 475.14
 linguam sibi præscidit, ne cogere-
 retur symbolū reuelare 475.16
Tistas cur *Stesichorus* dictus 332.26
Titij sodales *Romæ* qui 361.14
C. Titinius, Comicus poeta 306.37
Titius poeta lyricus Latinus 360.35 de eo *Horatij* versus 360.1
Titius saltationis genus 361.14
Titi Cæs. ingenium & summæ vir-
 tutes 201.1
Titus C. poeseos studiosus 200.44
Titus *Stroza* poeta 389.12
Toga. *Togatus* 238.1
Togata Comœdia 237.50
Togatarū comœdiarū species 238.9
Ταγία, Ταγία *ἡ* *ἑστία*, prou. 273.28
Toxotius poeta 205.37
Q. Trabea poeta Comicus 306.30
Tragœdia quàm Comœdia anti-
 quior 233.19 à Comœdia quid
 differat 233.8 quomodo cōsum-
 mata 239.18
Tragœdia quasi *τροχῶδία* & *τροχῶ-
 γῶδία* dicta 230.46 quasi *τροχῶ-
 γῶδία* 243.51 vnde dicta 230.23
Tragœdia definitio 229.47 230.5
 inuētores 230.12 partes secun-
 dum *Aristotelem* 231.4
Tragœdia propria est tristitia &
 luctus 229.50
Tragœdia vtilitas 231.28
G. Trapezuntius 104.46
Trebonius I. C. 192.52
Triagmos, *Tragœdia* *Iouis* 254.30
Triasmus quid 254.40
Tribracus *Mutinensis* 389.39
Tricca oppidum 122.30
Trichoria, saltationis genus apud
Lacedæmonios 95.41
Triclinium quid 456.45
Trieteris quid 549.18
Trigesimus numerus à *Pythagori-*
cis cultus 495.40
Trigla quid 479.31
Τρίγλη *γονάτις* 479.32
Trigla quare *Pythagoras* abstine-
 rit 479.32
Trigonon *Ibyci* 341.26
Trimatius poeta 139.2
Trinitas perfectissima, colenda *Py-*
thagorice 494.43
Trinitatis mysterium veteribus phi-
 losophis & Theologis compro-
 batam 495.7
Trinandinum quid 597.50
Trismegistus poeta 57.19 eius ver-
 sus 57.21
Triton 421.44
Trium literarum homo 464.34
Τρυφον *μακρόβουτος* 461.47
Troicæ excidium quæ *Sibylla* prædi-
 xerit 82.13
Trutina iustior, prou. 470.10
Triphiodorus poeta 321.81 eius
 poema de excidio *Ilij* ab *Aldo* nō
 per publicatum 121.43
Turanius poeta 315.32
Turcarum Imperatoris formidabi-
 lis successus 500.3
Turnus poeta 182.40
 de *Turno* iudicium *Martialis* 182.
 45
Tuticanus poeta *Ouidij* amicus
 169.29
Tyrannio grammaticus 32.4
 de *Tyrannis* *Apoll. Tyanci* dictum
 235.17
Tyrtæus poeta *Atheniensis* 95.2
Tyrtæi poemata, & res gestæ 93.
 14 de *Tyrtæo* *Lacedæmoniorū*
 existimatio 95.28
 •
 V
V Agellius poeta 158.16
Valentianus Cæsar poeta
 206.48
Valerius *Aedituus* poeta 366.8 eius
 versus ad amicam 366.12
Valerius Cato poeta 142.11
 de *Valerio* *Catone* *Bibaculi* *Epi-*
gramma 142.33
C. Valerius *Flaccus* poeta 181.5
Valerij *Flacci* *Argonautica* imper-
 fecta 181.26
Val. *Flacci* patria 181.6
Valerius *Harpocration* 66.50
Valerius *Soranus* poeta 139 eius
 interitus. *ibid.*
T. Valgius 158.8
T. Valgij carmen 158.12
Varinæ familiæ continuatio *Ferra-*
riæ 252.36
Varius *Epicus* poeta 158.22 *Ver-*
gilij tragœdiam pro sua vsurpa-
 uit 159.1
 ex *Vario* *Virgilius* quæ carmina
 desumerit 158.28
Varrana clades 159.15
 Kkk 4

I N D E X.

- Varro 14.4. 43 Satyras scripsit 145.2
 de Varrone Cicer. iudicium 145.7
 Varro Atacinus poeta 147.48
 de Varrone Atacino Quintiliani iudicium 147.48
 Varro Menippeus cur nuncupatus 145.3
 Varronis enigma lepidum 455.20
 distichon cōtra Prouidentia Dei 145.23
 L. Varrus grammaticus & poeta 159.30
 L. Varrus Vergilij heres 159.32
 Vates vnde dicti 19.47
 Vaticanum Romæ 491.38
 Vaticanari cur non omnes possint 78.32
 Vaticinia & diuinationes vnde hominibus conciliuntur 78.3
 Vaticinia vnde proueniant 78.13
 Vatinius odium 370.24
 Velleius historicus qualis 66.40
 72.53
 Venantius Honorius Fortunatus, poeta sacer 220.7 eius poemata. ibi l.
 Veneficiorum remedia 486.11
 Venerem masculam quis primus induxerit 48.34
 Veneris in masculos appetitum Plauto detestatur 48.42
 Venetorum respub. quam diu floruit 439.31
 Ventis flantibus Echo adoranda, prouerb. 496.40
 Venus Argynnis 49.23
 Vergilianæ sortes 149.33
 P. VERGILIUS Maro 148.
 14 enigmatibus vsus 445.22
 Bathylli arrogantiam vt eluserit 157.3
 Cornificij malevolentiam vt correxerit 157.16
 in qua re Grammaticis crucem fixerit 460.9
 Priapeiorum carminum non autor 150.48
 Vergilius quo morbo & modo extinctus 69.32
 Vergilij enigmata, & eorum expositio varia 459.50
 carmen de Aetna, Seuero attribuitur 172.1
 Vergilij Commentatores 149.17
 de Christo præfagia 149.40
 insectatores 156.50
 laus 148.20
 locus enigmaticus 447.1
 locus illustratur 20.51
 151.16
 164.14
 233.51
 240.27
 280.10
 statura, mores & autoritas 148.50
 versus de Sibylla Erythraea 82.20
 de Vergilio Ciceronis iudicium. pagina 149.3
 Vergilius Portus 410.33
 Vergilius Romanus, poeta, & de eo Plinij locus. 317.44
 Veritati rebellis infelix in studijs 486.31
 Veronice Gambaræ princeps, poetria 417.6
 Versus etiam de soluta oratione dicitur, & huius exempla 209.12
 Versus vnde sic dicti 40.38
 Versus acatalecticus 40.18
 Accephalus 37.43
 Versus acrostichi qui dicantur 79.27
 Versus Brachycatalecticus 40.17
 catalecticus 40.16
 Versus Coluri 28.20
 Versus dolichurus 37.36
 Versus in oratione soluta non semper vitio dantur 104.3
 Versus in somnis an fieri possint 101.30
 Versus miuges 38.32
 Versus ἰσόχρονος, seu ἀπυλῆς 39.20
 Versus ἰσοσέλιος 39.32
 Malacoides 39.26
 miurus 38.6
 Versus πάλιν ἀπομεινωτῶν 81.30
 Versus Procephalus quid 37.20
 Procœlius quid 37.28
 Versus æquidici 39.1
 æquiformes 38.36
 fistulares 38.50
 ill. bati 38.28
 Paripedes 38.41
 sonori 39.7
 Sotadici 81.31
 Versus σπυρνώδης, 4 qui & Lagarus 37.51
 Versus teliostichides qui sint 81.21
 teretes 39.4
 vocales 39.15
 Versuum affectiones seu πᾶσι sex 37.16
 ἀποθεσεις seu dispositiones quatuor 40.10
 sex species 39.18
 de Vespertione & Eunucho enigma 454.26
 Vestales virgines 474.16
 Vestitus Spurinna poeta 361.32
 de Vest. Spurinna Quintiliani iudicium 361.38
 Via angustia & lata, et via gētium, in sacris quid significet 473.37
 Via qua iueris ne redito, Prouerb. 473.16
 per Viam publicam ne iueris, Symbolum 473.16
 bolum 473.16
 Victoria Columnia princeps, poetria 417.5
 Victorinus Carthaginensis, poeta Christianus 210.18
 ad Christianismum vt conuersus 210.30
 præceptor Hieronymi 210.23
 Victorini poemata 230.33
 Victorius Gallus excellens in poetia 216.34
 de Victorio Gallo Epistola Apollinaris 216.10
 Vitruuius Pollio 59.53
 Vitruuij laus de Clitorij aqua 51.1
 Vidua vnde dicta 584.6
 Vigiliarum bellicarum autor quis 65.26
 Vincentius Obsopæus 407.29
 Vinum Pythagoræ abominabile 480.4
 Vinum quid à corruptione seruet 481.37
 ad Vinum eiusq; proprietatem & naturam alludentia enigmata 459.26 & 30
 Vir bonus τὴν ἀρετὴν 527.10
 de Visco enigma 464.28
 Vitem Sacerdos iouis non attingebat 489.47
 Vitis Symbolum apud Aegyptios 469.32
 Vixis habitus in scena 244.7
 de Vmbra Theodecti enigma. pagina 461.50
 Vngues dicbus fistis præcidi Pythagoras reuit 485.38
 Vnguium criniumq; præf. 51.14
 ne commingito, prouerb. 485.31
 Vnum duo, Pythagoræ Symbolum 494.32
 Voconius Victor poeta 182.52
 Volcatij Cæcilij de Comicis iudicium Quintiliano improbatum 301.3
 Votienus poeta 184.1
 Vpingi cantica 33.14
 Urbis Symbolum 468.39
 Vrimæ seu lotij virtus medicæ. pagina 486.2
 Vrtica piscis Pythagoricis esu interdita 475.12
 Yulæ esu Pythagoras abstinbat 479.41
 Vxor non propter opes ducenda 494.17
 Vxoris de arbore suspensæ iocus 303.33
 Xanthus

I N D E X.

X

Xanthus poeta Lyricus 324.32
Xenarchus Comicus & eius
 Comœdia 280.37
Xenoclea vates 85.9
Xenocrates Lyricus poeta 353.11
Xenocratis nomine plures 353.16
Xenodamus Pæanū poeta 323.43
Xenocritus poeta 323.45
Xenophanes poeta & philosophus
 96.13 Homeri insectator, ab
 Hierone notatur 96.51
Xenophanis cōstātia 97.1 dogmata
 96.36 versus aliquot pij 96.30
Xenophon Comicus 273.30
ἔφορος quid 194.27
Xerolophon quid 194.6
Xistus Betuleius 408.6
Xysuthrus 79.9

Y

Yltera Symbolica Pythagoræ
 473.39 symbolum viæ
 latæ & angustæ 473.38 eius
 origo 65.22

Z

Zacharias Calloergus 402.
 29
Zaretas Pythagoræ præceptor. pa-
 gin. 494.37
Ζυθύματα 446.28
Zenobius Acciaiolus 57.19 391.
 33
Zenodotus poeta 120.14
Zetus louis filius 52.2
Zieglerus Germanicus Comicus. pa-
 gina 407.53
Zoilus cuius fuerit 79.50

Zoilus Homeromastix 79.32
ὠίων ὑπερίπιδος dictus 71.5
 etiam Socratem maledicentia læ-
 sit 71.4
Zoili apophthegma 71.4 habi-
 tus 71.5
Zopyrus Heracleotes 56.32
Zoroastres Bactrianorum rex 67.
 31
Zoroastres Persemedes 59.6 in de-
 fertis vixit 60.27 Magicā do-
 cuit artem 59.19 Proconnesius
 60.38
Zoroastres tres 59.14
Zoroastrem Persæ coluere 41.30
Zoroastris nomen vnde 39.32
 opera seu scripta 59.52
Zoroastris symbologicon de ani-
 ma alata 468.25

C A T A L O G V S A M I C O R V M L I L I I, Q V O R V M
 meminit in epistola Dīreptionis Vrbanae.

Achilles Bocchius eques Bo-
 noniensis 623.9
Albertus Cistarellus 623.24
Alex. Card. Pharnesius, postea pa-
 pa Paul. III. 626.12
Alex. Guarinus Ferrar. 623.29
Alex. Mazolus Bononiensis 622.
 50
Andr. Maro Foroiul. 624.47
Angelus Colotius Aesifius episcop.
 625.29
Ant. Thebaldeus Ferrariensis 622.
 2 & 627.45
Ant. Marius Visdominus 625.11
August. Mustius 623.47
Balthasar Castalionus Mantuanus
 623.53
Balthasar Moloff. Cremonēsis. pag.
 626.4
Bapt. Pīso Ferrariensis 623.37
Bap. Pius Bononiensis 623.2
Barth. Crotus Regiensis 626.10
Bart. Riccius Lugensis 626.40
Basilius qui & Petreius Zanchus
 Bergomas 625.23
Benedictus Lampridius Cremonen-
 sis 624.39
Benedictus Portus 624.50
Blofius Palladius Romanus secre-
 tarius 624.42
Cœlius Calcagninus 623.66 30.44
 eius carmen ad Liliū 630.44

Chrysostomus Zanchus Bergomas
 623.2
Clemens VII. Medices, papa. pag.
 627.6
Cynthius Io. Bapt. Gyraldus 623.
 22
Franciscus Arfillus Senogalliensis
 625.50
Francisc. Bernia Bebiennas 625.38
Franciscus Franchinus Cosentinus
 626.29
Franc. Mar. Molcia Mutinensis. pa-
 gina 626.6
Franc. & N. Modesti fratres Ari-
 minenses 926.32
Franciscus Robortellus Vtinen-
 sis 625.22
Francisc. Sphærule episcopus s. Leo-
 nis Camers 625.7
Franciscus Turranus Veronensis
 625.50
Franciscus Tusignanus mercator
 Bononiensis 622.25
Gasspar Iason 623.25
Gregorius Anselmus Parmēsis. pa-
 gina 626.9
Georg. Merula Nepos Alexan. 625.
 49
Gorus Vicelegatus 622.28
Guidus Rhango 622.34
Hercules Cardin. Rhango 627.18
Hieronimus Alexander Archiepisc.

Brundis. 625.37
Hieronimus Niger Venetus 625.32
Hieronimus Vida Cremonensis epi-
 scopus 624.30
Hippolytus Fuscus Vrbinas 626.37
Iacobus Actiolus Ferrariensis 623.
 37
Iacobus Actius Syncerus Neapolit.
 624.21
Iacobus Bardaleon Mantuanus. pa-
 gin. 624.52
Iacobus Crucius Bononiensis 623.
 16
Iacobus Sadoletus 632.51
Iacobus Vigil Spoletinus 625.47
Ianus Vitalis Panormitanus 626.
 31
Innocent. Cardin. Cibo 622.28
Ioan. Anton. Gyraldus Liliū frater
 627.15
Ioan. Bapt. Egnatius Venetus 625.
 17
Ioan. Bapt. Sanga Romanus 625.38
Ioan. Caluus Clusinus dictus Senen-
 sis 624.34
Ioan. Mar. Catanæus Nouariensis
 625.20
Ioan. Mattheus Gybertus Episco-
 pus Veron. 625.37
Ioan. Frāciscus Picus Dominus Mi-
 randul. 672.1
Io. Franc. Valerius Venetus 625.41
 Ioan.

I N D E X.

Ioan. Gregorius Trifsinus Vicen- tinus 624.8	philosophus 622.48	Petrus Alcyonius 625.34
Ioannes Manardus Ferrariensis Me- dicus 623.40	M. Ant. Antimachus 623.44	Petrus Ant. Actiolus Ferrariensis 623.33
Ioan. Pet. Pheretus Rhauennas, po- stea Mylensis episc. 626.42	M. Ant. Casanoua Romanus 625. 25	Petrus Bembus 624.2
Ioan. Pierius Valerianus 624.1	Marcus Antonius Flaminius 626.7	Petrus Cursius Sabinus 625.46
Latinus Iuuenalis Romanus 626. 26	Maurus Foroiulienfis 626.19	Petrus Melinus Romanus 626.17
Laurent. Grana Rom. episc. 626.1	Michael Ant. Phaloppius Mutinen- fis Canon. 626.45	Pyrrhus Card. Gonzaga 622.49
Lazarus Bonamicus 625.42	Pater Oclaius Pantagathus Bri- xim. 626.14	Romulus Amaseus Foroiulienfis 626.38
Lud. Ariostus Ferrariensis 623.26	Paulus Iouius Nouocomensis episco- pus 624.43	Thomas Picus Mirandula comes 626.24
Ludouicus Bucca Ferr. Bononiensis	Paulus Sadoletus 623.51	Tiresias Foscatar. Bononiensis. pa- gina 633.12

F I N I S.

ERRATA SIC CORRIGANTVR.

20.14 *φορμα* 20.46 *numinibus*. 80.21 *Υΐδασι*. *ibid.* 22 *Ο ΟΥΤΘ΄*.
ibid. 40 *CH* *ersos*. 81.26 *μῆλον*. 85.26 *seculo*. *ibid.* 31 *Ζεὺς ὄν*. 124 in
 marg. *Anyte*. 133.45 *contra*. 142.19 *præcipue*. 144.37 *Piso*. 145.40
carmina. 163 in marg. *Albius* 171.48 *egregius* 178.43 *mendum subest*,
 sed *præter exemplaris fidem*. 216 53 *præcipue* 222.41 *aspernemini*.
 249.8 *Magnete*. *ibid.* in marg. *Chœrilus*. 250.47 *scribere, dicere*.
 273.26 *ἐπιης*. 293 in marg. *Euphron*. 295. in marg. *Axionicus*. 301
 in marg. *Terentius*. 309. in marg. *Leontius*. 301.5 in marg. *Seuerus*.
 321.1 *Strophen*. *ibid.* in marg. *Stalimon*. 328.31 *ἠγέμονα*. 357 in marg.
Asclepiades. 367.29 *ita*. 391 in margin. *Actiolus*. *ibid.* *M. Caballus*.
ibid. 23 *Ariminensis*. 394.34 *ac de Petro*. 396 in marg. *Valentinus*.
 397 in marg. *T. Molossus*. 414.41 in marg. *Asclepiades*. 429.51
ἀπαθραυ. 436.47 *naturali suæ succurrentes*. 44.
 38 *ἠρῆ ἰσχυρὸν*. 58 in marg. *Arabum*.

B A S I L E Æ,
E X O F F I C I N A T H O -
M Æ G V A R I N I A N N O
M, D. X X C.

